BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
9 D
20

HOMILIARVM

DOCTISSIMI

VIRI IOANNIS ECKII, GNAVISSIME FIDEM CATHOLICAM ATQVE ADEO VERITATEM EVANGELICAM CONTRA HÆRETICOS ASSERENTIS, SVPER EVANGELIA DE TEMPORE, A PASCHA VSQVE AD ADVENTVM,

TOMVS SECVNDVS.

¶ *Si quid vnquam legiſſe iuuit, hoc iuuerit.*



R A

PARISIIS,
Apud Michaëlam Guillard, viduam Gulielmi Deſboys, ſub Sole aureo, via Iacobæa.

1 5 6 6.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO D. GERVICO *Plarer, Abbati celebris monaſterij montis S. Martini de vineis, ſereniſſ. Romanorum Hungariæ & Bamiæ regis conſiliario, literarum & literatorum Mecœnati.*

IOANNES MENTZINGERVS PHIloſophiæ profeſſor, & theologiæ auditor, ſalutem precatur & felicitatem.

DEum immortalem, quantum habet hoc & laudis & dignitatis, Reuerende in Chriſto patre, quum de quocunque ſtudiorum in vniuerſum omnium bonarúmque artium genere, tum verò de pietatis maximè profectu, & hoc quidem ſeculo præcipuè bene mereri, quod tum omnium maximè beneficiorum laus apparet amplior, & dignitas ſplendidior, quum neceſsitas maior exigit: quam quis neget nunc eſſe grauiſſimam in ſacroſanctæ theologiæ totiúſque pietatis ſtudiis, qui modo videre nihil eſſe iis quod non in dubium vocent, & in controuerſia ponant homines quidam corrupti mente, & reprobi, vt inquit Apoſtolus, circa fidem? quorum tamen iam inſipientia paulatim manifeſta fit, & eſt omnibus, dum non deſunt qui partim conatus eorum infringant, partim ad reſiſtendum alios fortiter exhortentur. In quorum numero R. paternitas tua ſibi quoque locum vendicarit facile præcipuum, quando nec laboribus vllis, neque conatibus parcit in hoc, vt tandem hæreſes quæ noſtris iiſce temporibus enatæ ſunt, euellentur, eccleſiáque Chriſti denuò repurgetur. Id adeò vel hoc vno omnium manifeſtiſsimè declaratum eſt, cum R. P. T. excellentiſsimum Theologum Ioannem ECKIVM, *præceptorem noſtrum obſeruandiſsimum, qui abhinc triennio Chriſtianiſsimorum Bauariæ ducum iuſſu, ſermones aduerſus Lutheranos per circulum anni in lingua Germanorum vernacula edidiſſet, feliciter eſt adhortata, vt diſceret illos Latinè loqui, & in Latinum verteret. Vnde & opus hoc velut vnicè ad te pertinere, & ſtudioſi doctíque omnes plurimùm ſe tibi debere fateantur. Quamuis enim ad hanc Latinam editionem iam antea Reuerendiſsimus in Chriſto pater & princeps D.*

Albertus Cardinalis Moguntinus Elector, &c. ipſiuſque germanus frater & princeps illuſtriſsimus Ioachinus Marchio Brandenburgen. itidem Elector, Reuerendiſsimus quoque in Chriſto pater & D. D. Philippus à Eleshain Spirenſis Epiſcopus, D. ECKIVM noſtrum adhortati ſunt, eandem ſeriò ab ipſo expoſtulantes, tua tamen R. P. illũ alioquin laboribus theologicis obrutum & grauiter occupatum tãdem perſuaſit, imo (vt verius dicã) impulit & adegit. Atque meritò quidem R. P. tua paruit ille, neque vel reſtitit diutiùs, vel de ſuſcipiendo proſequendóque labore longiùs dubitauit, eò quòd R. P. tua tum imperialibus comitiis, tum quoque in Sueuici fœderis plurimis conuentibus prælatorum multorum nomine interſit, nunc verò ſereniſsimi etiam Romanornm regis conciliis adſit. Qua igitur prudentia quámque ſolerti eſt R. P. tua in rebus omnibus ingenio, nunquam ſanè tam operoſe Latinam illam editionem ab ECKIO exegiſſet. niſi eandem quamplurimum fore vtiliſsimam perſpexiſſet. Vnde quid reliquum eſſe dicamus, niſi vt docti omnes, & quotquot laborem illum ſibi vſui fore cognoſcent (plurimùm autem conducet omnibus catholicis) gratias habeant & agant P. tuæ longè maximas, quòd tuis monitis primùm, deinde impulſibus opus hoc in lucem prodierit.

*Cæterùm quod ad me attinet, nemo ſanè niſi iniquus rerum omnium æſtimator & iudex, temeritatis me alicuius reprehendet in tranſlationis huius ſuſcepto labore, quãdo ipſe virium mearum & tenuitatis non ignarus noui me nõ eum eſſe, qui feſſo ſuccurram, humeróſque ſubiiciam Atlanti. Vnde & datum mihi negocium illud primum recuſare cœpi, imparem me tanto ratus eſſe labori. Deinde verò ob multas ſerias & honeſtiſsimas cauſas eo lubentiùs conſenſi, quod animum mihi quoque addebat Socrates. Is enim cuidam cupienti quidem ire ad Olympia, ſed moleſto lõgi itineris labore deterrito, perſuaſurus profectionem, obiecerit quid domi ſæpenumero totos prope dies ambularet, nunc ante prandium rurſus poſt cœnã. ſi itaque domeſticas illas ambulationes proferret ad quinque ſéxve dies, futurum vt facillimè perueniret Olympia. Quo dicto docere vtique voluit vir ingenioſus, idipſum quod homines in adeundis terret laboribus, imaginationem potiùs eſſe quàm laborem. Hinc igitur eo quoque recepto animo, ipſe mecum laborũ quidem & negotij tum prolixitatem expendi, tum difficultatem: ſed tamen viciſsim conſideraui vbique valere ingeniũ, modo quis intenderit, ſedulitate quoque quantulacunque futurum vt laboris immenſitatem fallerem. Maximè verò omnium cùm perſpexiſſem innumeros pene præceptoris illius noſtri labores, & eos maximos, tam publicè theologiam accuratiſsimè & diligentiſsimè prælegendo, tam ad populum declamando, iam verò ſubinde alia

ex aliis pro fide catholica meditando & ſcribendo, præter reliquam illam lectionem frequentiſſimam planéque continuam. Vnde quantum vtilitatis vniuerſæ eccleſiæ, quantum fructus ſtudioſis doctiſque omnibus, quantum gloriæ & laudis gymnaſio noſtro accedat, quis eſt obſecro qui ignoret? Acceptis itaque ex ſuo ipſius autographo ſanctorum patrum allegationibus, ſubij laborem hunc & tyrocinium feci, ſuo tamen iudicio & correctioni omnia ſubiiciens. Inde quoque quid profectus mihi meiſque theologicis ſtudiis acceſſerit, non eſt huius loci referre. Equidem bonis omnibus, & catholicis hominibus, quotquot hac noſtra opera vtentibus, velim eam eſſe vtiliſſimam, neque grauabor de cætero, ſi modo per occupationes licuerit, ſimili labore ſubleuare præceptorem, vt ille noua ſemper meditetur, pro S. Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ incremento fideíque Chriſtianæ & fidelium omnium ædificatione. Sed nunc iam fœliciter valeat. R. P. tua, & mea hæc ſcripta in optimam partem ſuſcipiat, ſimulque ſibi me habeat commendatum, Datum Ingoldſtadij, in ipſis feriis Paſchalibus.

Anno

M. D. XXXIII.

EVANGELIVM IN DIE FESTO PASCHÆ MARCI 16.

IN illo tempore. Cùm tranſiſſet ſabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Et valde manè vna ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole. Et dicebāt adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertū ſtola candida, & obſtupuerunt. Qui dicit illis, Nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenū crucifixum: Surrexit. Non eſt hic. Ecce locus vbi poſuerunt eum. Sed ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis ſicut dixit vobis. Matt. 28 Luc. 24. Ioan. 20.

HOMILIA I.

DIci non poteſt, quāta animi alacritate, quanta cum lætitia ſanctiſſimus pater Hiero. hodie exultat, cùm in tam ſancta feſtiuitate in hæc verba erumpit. Poſt ſabbata *Hieron.* triſtitia felix irradiat dies, qui primatum in diebus tenet, luce prima in eo luceſcente, & domino meo cum triumpho reſurgente atque dicēte: Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. At nos de tantæ diei ſolenni- *Pſal.* 117 tate deinceps dicturi, nunc ſolummodo exponamus euangelium, vbi tamen prius adhuc geſtientem ſancti patris ſpiritum animúmque exultantem vobis paulò apertiùs declarauerimus. Ille enim ſuper caput hoc ſcribens primo ſtatim limine ſic inquit: Nunc aromatibus redolentibus cum ſpō- *Cant.* 1. ſa & adoleſcentibus, quæ currunt poſt eam, conſpergimus librum & cubiculum mentis noſtræ, nunc introducit nos rex in cellaria ſua, nūc ſurgit amica Maria, hyems abiit, pluuia receſſit, flores viſi ſunt in terra, vox turturis audita eſt in terra noſtra, vineæ florentes odorem dederunt, rediit ſponſus de vmbra ſub qua dormiuit in meridie. Quòd ſi tam lętabundus optimi patris exultauit calamus, quantô feruentior illius animus fuit? quantô ſpiritus extitit ardentior alacriórque?

¶Sed nos iam textum euangelicū aggrediamur. Vbi primo ſtatim loco conſidera, cur tandē hodierno die, qui dierum

omnium longè ſanctiſſimus eſt,euangelium ex Marco,nō
quolibet alio legatur euāgeliſta.Eius rei rationem perſpe-
cturus ad memoriam reuoca viſionem illam propheticam
Eze.1. Ezechielis,qua vidit iſte in ſpiritu facies quatuor animali-
um,hominis,leonis,vituli,& aquilæ: Idem non paulò per-
Apo.4 ſpicaciùs vidit ſanctus Ioannes, conſpicatus animalia hæc
plena eſſe vndique oculis,eadémque dare honorē,gloriam
& benedictionem ſedenti ſuper thronum. Per hæc autem
communi omnium doctorū conſenſu quatuor intelligun-
tur euangeliſtæ,à quibus etiam quatuor illa deſcripta euan
gelia tantùm recepta ſunt ab eccleſia, non ſine numine &
inſtinctu ſpiritusſancti. Sic factum eſt vt iſtæ quatuor ani-
malium figuræ,& ante Hieronymum & poſt illum ſemper
Augu. tribuerentur quatuor euangeliſtis(Auguſt. ſingular. tract.
trigeſimoſeptimo ſuper Ioannem,& de conſenſu euāgeli-
ſtarum lib.primo,cap.6.) Quia facies hominis Matthęum
deſignat,figura leonis Marcum repreſentat,Lucam vitulus
Eze.1 exprimit,in aſpectu aquilę Ioānes intelligitur:ſicut latè ſu
Hom. 4. per hoc diſſerit Hieronymus,ſcribens ſuper Ezechielem,&
in præfatione gloſſ.ſuper Matthæū, ſimiliter & Gregorius
ſuper Ezechielem. Ambroſius in prologo Lucæ. At nos hîc
cęteros mittimus,tantùm leonem aſſumimus,qui Marcum
Mar.1. deſinat,eo quòd in illo vox auditur rugientis leonis in de-
ſerto,vox inquam clamantis in deſerto,Parate viam domi-
no. Et ſicut ille euāgelium ſuum inde inchoauit, ita totum
proprietatibus accommodauit leonis, quod ad lōgum hîc
diduci poſſet. Quia autem animalium facile robuſtiſſimū
Prou.30. eſt leo,iuxta dictum Sapientis,rectè illi comparatur Chri-
ſtus,qui ſicubi aliâs,certè in reſurrectione fortitudinē ſuā
omniū manifeſtiſſimè declarauit. Vt iam,ſicut olim Phili-
Iudi.14. ſtæi ænigma ſoluētes Sāſoni dixerūt, Quid melle dulcius?
quid leone fortius?nos quoque optimo iure dicere poſſu-
mus,quis fortior eſt & robuſtior leone illo noſtro Chriſto
domino,qui deuicta morte de diabolo triumphans, ipſas
Apoc.5. etiam inferorū portas confregit?ſicut in ſpiritu vidit Ioan-
nes quādo dixit:Ecce vicit leo de tribu Iuda. ¶Poteſt idem
Gregor. ex leonis natura cognoſci. ſicut enim ille apertis dormire
Hom.4 ſolet oculis,ita leo noſter Chriſtus, cùm ſecundum naturā
ſuper E- humanam obdormiſceret,triduum totum in ſepulchro re-
zech. cumbens,vigilauit tamen ſecundum diuinitatem, Deinde

cùm leæna enixa eſt leũculos ſuos, illi nõ ſecus ac ſi demortui eſſent, altiſſimè dormiunt: tandémque peracto triduo, ſuperueniente leone, totíſque viribus conquieſcente, vegetare incipiunt, & ſe mouere. Ad eundem nãque modum leo hic noſter tertia à morte ſua die nos liberauit in reſurrectione glorioſa, iuxta illud Oſeæ: Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Quia igitur nomine & aſpectu leonis iam olim Marcus deſignatus eſt ab Ezechiele, & deinceps à Ioanne, Chriſtúſque adeò fortitudinis ſuæ ſpecimen ſummum inſtar leonis in ſua reſurrectione exhibuit, conſultò viſum eſt ſpiritui ſancto, per vniuerſam eccleſiam illud Marci euangelium in hoc ſolenni die legi debere. *Oſea.6.*

2 Quòd tranſiſſe iam ſabbatum Marcus dicit, manifeſtius liquet ex Luca. ſiquidẽ ſepulto iam domino in die Paraſceues, ſtatim mulieres inuiſerunt ſepulchrum, & quomodo in eo repoſitus eſſet dominus. deinde domũ reuerſæ, paratis aromatibus, interquieuerunt per ſabbatum. erat enim magnus dies ille ſabbati propter feſtiuitatẽ Paſchæ, quamobrem nihil in eo operari poterant. Sed quia feſtum ex veſpera durabat in veſperam, finitæ feſtiuitatis veſpero, coëmerunt aromata, vt ea haberent ſummo mane alterius diei parata ad vngendum corpus dominicum, vt habet quædam gloſſa Bedæ. Nam quis dubitet illas, quo erãt feruore, quãque ardẽtiſſima erga Chriſtũ dilectione, niſi ſabbati prohibitæ fuiſſent magnitudine & inſigni ſanctimonia iam antea corpus domini perũcturas fuiſſe, maxime quod cum in fide adhuc non ſatis eſſent perfectæ circa diuinam omnipotentiam Chriſti, illum quem nihil niſi hominem purum credebant, ex more Iudæorum etiã quãtocyus vngere properabant? Non ſic autem virgo mater Maria quæ & illuminata erat in fide, & ideo certã filij ſui reſurrectionem expectabat. ¶ Idcirco & euangeliſta tres illas hic nominatim exprimit mulieres, Mariam Magdalenã, Mariam Iacobi, matrẽ ſcilicet Iacobi apoſtoli, quàm alias Mariã Cleophæ vocat Ioannes ſororem illam virginis matris, cui filij fuerunt Iacobus minor, Simon & Iudas & Ioſeph (quãuis aliqui contẽdant Mariam Zebedæi, fuiſſe Mariam Iacobi à Iacobo maiore appellatam,) & Mariam Salomæ, ſcilicet filiam. qui marit⁹ fuit Annæ: illa autẽ contracto cum Zebedæo piſcatore matrimonio, mater facta eſt duorum apoſtolorum Ioannis & *Luc.23.* *Mat. 28.* *Beda.* *Ioan. 19.*

Iacobi maioris. Et has quidẽ tres hic Marcus cõmemorat, Matthæus duarum tãtùm meminit, Ioannes vnius, Lucas planè nullius. Vnde cõſtat, euãgeliſtas illas tãtum nominatim appellaſſe mulieres, quæ & præcipuæ & ferũẽtiores cęteris in charitate & dilectione Dei fuere. nam plures earũ fuiſſe quis ambiguat? Marthã quoque interfuiſſe huic põpæ quis neget? Omnes autẽ illæ emerũt aromata, vt veniẽtes vngerent Ieſum ex more Iudæorum, qui honorem huiuſmodi defunctis quos amauerãt, deferre ſolebant, ne ſtatim tabe & putredine abſumerẽtur. Didicerántque hoc illi

Gen.20. à Ioſeph, qui patrẽ ſuũ Iacob optimis & precioſiſſimis aromatibus perunxit. Nũc vero, vt reliqua ſacra, ita hæc quoque funebria interciderũt, præcipuè inter Neochriſtianos: qui quantulum obſecro eſt quod tum ſanctis in cœlo, tum ipſi Deo impẽdũt cultus & honoris? Aliter longè maiores noſtri, & qui adhuc viuunt catholici boni, ſentiũt, qui bona magnáque reſurrectionis futuræ ſpe iuſta, exequias & cætera funebria ſacra mortuis diligenter impendunt.

3 Porrò euangeliſta narrare pergit, quomodo mulieres iſtæ venerint ad monumentum in quadam die ſabbati, prima videlicet illa à ſabbato, quæ nobis iam dies eſt dominica: ídque valde manè, iam primum orto ſole.

Mat.26. ¶ Sed & hîc diuerſum narrare videntur euangeliſtæ, dum
Luc.24. Matthæus veniſſe eas dicit veſperi, Lucas valde manè, Ioã-
Ioan.20. nes cũ adhuc tenebræ eſſent, Marcus hic orto iam ſole. Ne-
Marc.16 que tamen alicuius cõtrarietatis inſimulandus eſt ſpiritus
Auguſt. ſanctus: atque ideo concordiam illorum Augu. in libro ter-
cap.24. tio de conſenſu euangeliſtarum, ſic parat & perſuadere conatur, vt dicat mulieres veſperi quidem vnguenta paraſſe, ac deinde noctu egreſſas ſimul cum aurora exurgente perueniſſe ad monumentum: non tamen quòd iam tũ ſol fuerit ortus, ſed quia aurora tunc cœlo rutilabat ab alto. Et ſic omnes euangeliſtæ rem eãdem diuerſis tãtũ verbis deſcripſerunt. Matthæus enim cum dicit, Veſpere ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, ſatis manifeſte oſtẽdit, quoniam nõ velit propriè eas veniſſe veſperi, ſed in illa veſpera, quæ iã lucere incipit ad diem ſolis, quem nos dominicum iam dicimus: & ideo de veſpera ſic loquitur, vt de nocte tota, ſedulitatem per hoc monſtrare volẽs mulierũ, quæ tam curioſam ſuper vnguentis diligentiam habuerunt, vt ea pararẽt

veſperi, vel in iis parandis totã etiã aſſumpſerint noctẽ. Et *Hieron.* hoc eſt quod Hierony. dicit, factum id eſſe diluculo, quod inter tenebras noctis & diei claritatem tempus intermediũ eſt, quo ſalus generi humano venit diuinitus.

¶In ipſo etiam tum itinere loquebãtur mulieres adinuicẽ, dicentes, Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumẽti? Tam illas incõſideratas feruor efficiebat charitatis, vt iã nil niſi Chriſtum cogitarent, immemores lapidis, qui inſignitet manus erat. Quãuis id quoque diſpẽſatione diuina factum credi poteſt, vt ſic ab omni ſuſpicione immunis haberetur reſurrectio Chriſti, dum & lapide magno præmunitum, & militari cuſtodia circunſeptum ſepulchrum illius fuiſſe cõſtaret. Videntes autem illæ & reſpicientes ecce ſubito intuẽtur reuolutum lapidem, ídque teſte Matthæo, ab *Mat.* 28. angelo: præuio tamen magno terræ motu. deſcẽdens enim angelus, & lapidem reuoluit, & ſuper illum ſedit. Nó tamẽ hic ſuſpiceris tu feciſſe hoc angelum in obſequiũ Chriſti, vt ſic ille reſerato ſurgere & exire poſſet ſepulchro. nãque ille & iam ante reſurrexerat, & angelici miniſterij beneficio in hoc nõ indigebat, qui propria virtute reſurrexit: eadémque virtute deinde aſcẽdit in cœlum: iuxta illud pſalmi, Exaltare domine in virtute tua. Quid quod Chriſtus, *Pſal.* 29. ipſa Dei virtus (vt inquit Paulus) exiſtẽs, nullo hic opus habere potuit angelorum obſequio? Aut cur tandem tanti feciſſet Paulus cognitionem Dei & virtutem reſurrectionis, ſi in hac Chriſtus adiutus fuiſſet ab angelis? Neque temere eſt quicquid eſt, quod in ſpiritu iam olim præuiderat Dauid ruinam inferni, confractáſque portas illius, & vectes diruros, dum ipſum fortem & potẽtem vocat, dominúmque virtutum & regem gloriæ. Credẽdum itaque cuilibet chriſtiano eſt, non aliter Chriſtum clauſo reſurrexiſſe ſepulchro, ſicut ex intemerato natus eſt virginis vtero, & clauſis ad diſcipulos ſuos foribus ingreſſus eſt.

1. Cor. 1.
Philip. 3.
Pſal. 20.
Ioan. 20.

4 Tandem quoque ingreſſę ſunt mulieres in monumentum, quod quo potuerit modo fieri, eſſet quidẽ dubitatio aliqua, ſi ſepulchrũ Chriſti fuiſſet tale, cuiuſmodi iam noſtra ſunt ex effoſo terræ aggere: ſed alia lõge illi⁹ ratio extitit, vt ĩpleretur prophetia Eſaię, quę dicit, Quia erit ſepulchrum eius glorioſum. ¶ Forma autem ſepulchri Chriſti huiuſmodi fuit: Primum omnium cauerna ibi quędam

Eſa. 11.
Forma ſepulchri domini.

fuit in petram inciſa, ad octo pedum lõgitudinem ſimul & latitudinem ad eam ingreſſus patuit per humilẽ ianuam ab oriente poſt ingreſſum ad dexteram, verſus ſeptentrionẽ in pariete, altitudine trium ſpithamarum à terra ſepulchrum fuit in petra exciſum, in quo poſitus eſt dominus. foramini autem quo patebat ingreſſus, lapis iſte magnus aduolut⁹
Beda. erat. Atque ſic cõſtat dictum illud à Beda, Quoniam introeuntes mulieres domũ illam rotundã, quæ in petra eſt exciſa, viderũt angelum ſedentem ad meridianam partem, loci illius, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Quãdo audis intraſſe mulieres in monumẽtum, intellige ingreſſas eas in criptam ſiue cauaram cameram illam, in qua ſepulchrũ erat in petra exciſum totum, totúmque opacũ & ſine feneſtris, ſicut adhuc in hodiernum diem cernitur, & lampades in ea videntur ardentes Hieroſolymis. ¶ Matthæus porrò vnicum tan-
Mat. 28. tum angelum commemorat, qui & inſederit lapidi, quẽ reuoluerat ab hoſtio: Marcus meminit angeli cuiuſdam qui
Marc. 16 ſederit in ipſo monumẽto ad dexteram: Lucas ãgelos duos
Luc. 24. cõmemorat, eóſque ſtãtes, Ioannes refert Mariam Magda-
Ioan. 20. lenam angelos duos vidiſſe ſedentes: alterum, ad caput: ad pedes alterum. Cõciliaturus iſta Auguſtinus, dicit angelum
Aug. de vnum extra monumentum fuiſſe, de quo Matthæus ſcribit
conſe. euã. alium in ipſo ſediſſe ſepulchro, ſicut Marcus commeminit
li. 3. *c.* 24. qui tamen ambo mulieribus illis apertè reſurrectionem domini annunciarunt: nõ alij vtique, quam quos Lucas etiam & Ioannes commemorant. Idem deinde intellectũ proponit illius, quomodo vnus apud Matthæum & Marcum fuerit angelus, & quod lapis reuolutus in crypta ipſa iacuerit, ſuper quem & angelus ſedit iuxta Matthæum: idque ad dextram, teſte Marco. Sed quid multa? cum conſtat, quia nato domino, angelus vnus paſtoribus apparuit, annuncians eis
Luc. 2. natiuitatem Meſſiæ, & ſtatim poſtea multitudo quoque viſa auditáque eſt angelorum pſallentium, pie credendum eſt, etiam hic in dominica reſurrectione, complures apparuiſſe angelos nuncios reſurrectionis tam ſplendidæ & glorioſæ, quando & ipſe tum Chriſtus à monumento non abfuit & mulieres ac Maria Magdalena maxime barioſæ & nimium ſolicitæ circuncurſitabant, ne angelis quidẽ ſubinde viſis inter quieſcẽtes ſempérque metuẽtes, ne à Iudæis furtim ſublatum eſſet corpus domini. Et vt maxime primũ ſe-

derint angeli, ſicut Ioannes refert, tamen iidem ſurgere ſta- *Ioan.* 20.
tim potuerunt, vt verum ſit quod Lucas commemorat: quo-
niam modis omnibus credere debemus, iſtas angelorum ap-
paritiones factas eſſe ſingulas, ita vt ſinguli euangeliſtę pro
ſe quiſque peculiare aliquid ex hiſtoria ſint cōplexi: quorū
ſi ſcripta ſingula coniungas, iā totum ſimul habeas hiſtorię
filum iuſto ordine cōtextū. Sic multis in locis teſtatur Au- *Au. li.* 1
guſt. morem hūc fuiſſe euangeliſtis, vt quòd vnus intermi- *de conſe.*
ſit, idipſum ſuppleuerint alij. Quòd ſi nanque multi angeli *euā. c.* 7.
apparuerūt Iacob in ipſa via, iā ex Meſopotamia reuertenti
domū, quando dicebat. Hæc ſunt caſtra Dei: quantò rectiùs *Gen.* 32.
credi & poteſt & debet, plures angelos ad Chriſtū etiam ve-
niſſe poſt reſurrectionē ſuam? Cui cum affuerint in deſerto, *Matt.* 4.
quādo cū diabolo congrediebatur, quātò magis nūc trium-
phatori aſtiterūt ex tanta præcipuè angelorum multitudi-
ne: de qua Daniel Millia, inquit, millium miniſtrabāt ei, & *Dan.* 7.
decies cētena millia aſsiſtebant ei. Vt iam nulla omnino ſit
hic vel leuiter ſaltem ſuſpicanda euangeliſtarum contrarie-
tas, in tam exiguo pręſertim numero angelorum: quoniam
exprimi verbis non poteſt, quantū angeli ſint gauiſi de re-
ſurrectione Chriſti domini regiſque ſui: & de ruina aduer-
ſarij. Atque ſic deinceps cæteros etiā angelos gaudij huius
voluerūt eſſe participes, ſicut nūc quoque lætabūda cōcinit
eccleſia, in reſurrectione tua Chriſte Alleluia, cœlū & terra *Eccleſia.*
lætentur Alleluia. ¶ Et nobis igitur quoque glorioſæ reſur-
rectionis ſuæ gaudia cōcedere dignetur Chriſtus, quatenus
ſic nos etiam læti reſurgentes in die nouiſsimo, poſt hanc
vitam ab ipſo illam ſuſcipere mereamur æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA IN *die ſancto Paſchæ.*

Ecce adeſt nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus à
confractis inferorum portis triumphator & victor ro-
buſtiſsimus, dicens. Ego ſoporatus ſum & exurrexi, quia
dominus ſuſcepit me. Ecce mulieres quoque nihil ta- *Pſal.* 3.
men magnum, nihil dignum adhuc deitate Ieſu ſapientes,
aſsident ſepulchro, & emunt vnguenta, vt ait Theo- *Theophi.*
phylactus, eadem illi vt mortuo & ſepulto parant, cui
diem ſolennem & gaudia conſtituere debebant, tanquam *Pſal.* 136.
triumphatori de morte fortiſsimo: quoniam Deus pro-
bauit eum & cognouit, nec ſeſsionem illius tantum, ſed

& reſurrectionẽ nouit,hoc eſt,glorificationem, quæ ſibi vt merito ſuo debebatur,ita data eſt.¶Venerũt ad monumentum mulieres, ingreſſæ ſunt in illud. viderunt lapidem illũ magnũ reuolutũ,conſpexerũt inſuper adoleſcentem à dextris ſedentem,amictum ſtola & veſte prę longa. Adoleſcens hic angelus Dei fuit, in aſſumpto corpore viſibili viſus: & adoleſcens quidẽ apparuit,deſignaturus poſt reſurrectionẽ in beatis omnibus ætatẽ fore iuuenilem, vegetã, ſemperq́; florentẽ, quia erunt illi ſicut angeli Dei. Eo pertinet, quòd

Mat. 21. *Marc. 9.* etiam Chriſtus transfiguratus in veſte alba apparuit erat enim veſtimentum illius candidũ ſicut nix. ¶Sed quid hoc inquies forſitan,ſibi vult, quod vbi primum cælo delapſus angelus ſuper lapidẽ ſedit,factus eſt aſpectus eius ſicut fulgur?Hoc nimirũ, quia cuſtodes volebat deterrere: mulieribus aũt lætus apparuit,quoniã illas veniebat cõſolari. Sicq́;

Ioan 20. *Luc. 24.* angeli corporibus dominabantur aſſumptis, vt poſſint ea pro ſuo lubitu transmutare. Quomodo habitu hortulani Magdalenæ viſus eſt dñs,& duobus diſcipulis eũtibus in Emaus facie peregrini. Quãuis aũt forma corporis aſſumpta apparebant angeli,tñ exterritæ ſunt per hoc mulieres, & de facto illo multũ admiratę.lapis, quem iamiam ante hoſtiũ viderant monumẽti,reuolutus erat,ſanctum Chriſti corpus in ſepulchro non inueniebatur,tantum faſciæ aderant & ſudaria. aſſidebat hic angelus, magnus & ardens erat mulierum animus in dilectione Chriſti, ſed quod eis acciderat, magnũ erat & inſolitũ,vnde expaueſcebant,ſuper iis nimi-

Hieron. *1.Cor.2.* rũ,vt inquit Hierony. quæ nec oculus viderat vnquã,neque audierat auris,neque in cor vllius vnquã hominis aſcenderat. 2 Videns igitur angelus expaueſcere ex viſione mulieres,ait illis,Nolite expaueſcere,idque ſane ſignum angeli boni extitit, cuiuſmodi aparitio etiam Zacharię viſa eſt,

Luc. 1. cui & dixit angelus,Noli timere Zacharia,exaudita eſt oratio tua. ſic Gabriel loquutus eſt ad Mariam,Ne timeas Maria,inueniſti gratiam apud dominũ. Ita hic angelus mulieres quoque cõſolatus eſt,iuſſitque nihil metuere,quaſi dicere vellet,Paueant illi qui non amant aduentum supernorum ciuium, pertimeſcant qui carnalibus deſideriis preſſi, ad eorum ſe ſocietatem pertingere poſſe deſperant. Vos au-

Gregor. *Theoph.* tem quum piæ ſitis, quum Chriſtum ametis, vt quid expaueſcitis?Sic principio,inquit Theophylact. eas à metu libe-

rat, deinde bonum illud de reſurrectione nuncium affert. *Pulcherrima huius contextus explicatio*
¶Vide autem quàm prudenter integrè & proprie angelus mulieribus loquens, paucis adeo verbis, plurima complectitur. Primum omnium eis animum, affectúmque bonum parit, dum dicit, Nolite expaueſcere: deinde obſequium illarum erga Chriſtum commemorat, inquiens, Quia Ieſum quæritis: & ne hic quoque aliquis maneret ſcrupus, addit, Nazarenum: neque crucem domini ſui reformidans, citra pudorem ſubdit, crucifixum. iam enim glorificata crux fuerat, iam morte Chriſti erat cohoneſtata, in qua ille ſalutem totius generis humani operatus erat, queádmodum Paulus quoque pacificata per Chriſtum eſſe omnia ſcribit in cælo & ſuper terram in ſanguine illius ſed ne inquiſitio veſtra ſit fiatq; fruſtra, en nuncium quod vobis nouum affero & lætum. Surrexit ille, id vt adeo vobis probem manifeſte, ecce non eſt hic in eius rei fidem & argumentum, ipſæ quoque venite & videte locum, in quo poſitus ille à Ioſepho & Nicodemo fuit. Et ſicut illius nuncij ego vobis angelus & apoſtolus aduenio, denuncians vobis glorioſam Chriſti reſurrectionem: ita viciſſim vos abite, & nuncię atque adeo apoſtolæ eſtote Petro & fratribus cæteris. Et in ſignum illius certum, ecce præcedet vos in Galilæam: gaudete itaque, quia ibi eum adhuc corporaliter etiam videbitis. Omnia autem hæc ne differatis credere, quoniam & ipſe prędixit vobis. Tu hic mihi conſidera, quàm lętum, quamque feſtiuum & alacre ſit illud nuncium angelorum, qui Deum immortalem, perturbata mulierum pectora, animóſque triſtes, quanto, quamque ſubito & inſperato gaudio, reſponſo iſto vnico perfuderunt: vt ſic qui iam è monumento ſuo reſurrexerat dominus, in illarum etiam cordibus reſurgeret. Nolite expaueſcere, inquit angelus, quia mœrore vos confectas video nolite perturbari amplius, quia quem amiſſum putabatis, quem quærebatis, ille iam à vobis inuentus eſt, ait Hieronymus. Ecce autem quantum & quot para ſanguis diſtat inquiſitio veſtra ab inuento. Quæritis enim crucifixum, & illum deſideratis vngere. Non eget ille iam vnctione veſtra. Surrexit etenim, & viuit iam patenter ac præualide multum vos de illo doluiſtis, paráтes vnguenta, quinimo iam gaudete, quoniam reſurrexit ille Impleta nũc eſt prophetia Dauidis, Ad veſperum demorabitur fletus, &

Ponderantu literam in aliis etiam ſimiliter.

Hieron.

Pſal. 29.

ad matutinum lætitia. Surrexit iam, non eſt hîc. Ac ſi apertè dicat. Quid quæritis viuentem cũ mortuis? Promiſit enim illi Deus corporis ſui conſeruationem, & ab omni putredine immunitatem ſicut in perſona eius Dauid dixit ad domi-

Pſal. 15. num, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitę, adimplebis me lætitia cũ vultu tuo

3 Cum iam reſurrectionem Chriſti mulieribus denunciaſſet angelus, & radicem illam crucis amaram euanuiſſe, florem vero vitæ cum fructibus erupiſſe prædixiſſet, vt inquit

Hierony. Hieronymus, iamq́ue conſtaret, quia hic non eſſet per præſentiam corporis, qui tamen nuſquam deerat per præſentiam maieſtatis, deinceps ille mulieribus quædam tanti mi-

Beda. raculi præbet argumenta. Nam & locum commonſtrat, quo à Ioſepho & Nicodemo poſitus erat: ibi præter faſcias & ſudarium nihil comparebat, & idem quòd viderint denuncia-

Pulchre re iubet diſcipulis Chriſti & Petro, quos ille præceſſurus ſit

Hierony. in Galilæam. Mulieribus, inquit Hieronymus, dicitur vt annuncient apoſtolis quia per mulierem mors annũciata eſt, per mulieres vita reſurgens.

¶ Sed hic iam muſſitantem quendam audio, ſecumq́ue tacito obmurmurantem. Cur tandem præ cæteris apoſtolis ſolum hic commemorat Petrum euãgeliſta? huic non ego,

Gregor. ſed ſanctus reſpondebit Gregorius, ſic dicens, Quia ſi hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magiſtrum negauerat, venire inter diſcipulos non auderet. Quis enim dubitet Petrum iam nunc ſeipſum etiam indignum apoſtolatu reputaſſe, qui proprium abnegauerat magiſtrum? Et tamen hîc nos docet angelus, atque per angelũ Chriſtus, magnum quoddam & peccatoribus omnibus qui priſtinæ vitæ pœnitentia ducuntur, obſeruandũ myſterium, quod vno

Hierony. verbo complexus eſt Hieronymus, quum ait, Peccata, peccata inquam non nocent, quando non placent. Addit igitur angelus, & Petro: quoniam hic alioqui mulieribus nõ credidiſſet. dixiſſet potius, Equidem iam illius non ſum diſcipulus, quem etiam negaui. Quapropter omnis illa peccati ſui abſolutio, totiúſque negationis remiſſio quid putas fuit aliud, quàm ſi angelus mulieribus dixiſſet iſtud, quod Pau-

2. Cor. 2. lus ad Corinthios, Obſecro inquit vos, vt cõfirmetis illum in charitate, ne forte abundãtiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. ¶ Non deſunt qui aliam adhuc reddant eius

rei rationem,quod addit angelus & Petro.hãc ſcilicet,quia per hoc inſinuare voluerit Petrum cæteris apoſtolis excellentiorem digniorem que eſſe dum eum ab illis ſeparauit. Sic Theophylactus dicit,Petrum ab aliis diſcipulis, vt præcipuum ſegregat angelus,ac ob excellentiam nominat præaliis , ſicut ſtatim deinceps illum communem vniuerſæ eccleſiæ præfecit paſtorem. Audis Luthere? *Theophy.*

4 Denunciauit itaque angelus per mulieres diſcipulis Chriſti & Petro , quia præceſſurus eos ſit ille in Galilæam. Quo verbo quid ſibi voluerit angelus quærunt hic doctores. Marcus enim trinam etiã Chriſti referens apparitionẽ idipſum non commemorat. At hæc hodierno die diſcipulis decẽ apparuit quidem,ſed nõ in Galilæa , verũ in Hieruſalem,tãtum autem hæc ab illa diſtabat , authore Auguſtino vt nõ poterant diſcipuli vnius diei itinere à Galilæa venire Hieroſolymã.Neq; vero dici poteſt dominũ in ſpatio octidui cuiquam apparuiſſe in Galilæa , eo quod octauo denique ab hinc die apparuit Thomæ , qui tunc in Hieruſalem erat cũ cæteris fratribus. Quid quod apparitio iſta aliquãto tẽpore poſt facta non eſt?ũquidem Ioannes refert Chriſtũ tertiò apparuiſſe diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadis, vbi tamen non omnes,ſed tantum ſeptem affuere diſcipuli,inter quos adhuc Nathanael quoque fuit,& ipſe nõ apoſtol⁹, ſi modo non alij affuerint inter ſeptem iſtos extra gregem apoſtolorũ. Quid igitur ſibi vult quod de Galilæa prænunciat angelus?qui ſi de Hieruſalem (vbi non ſemel ſuis apparuit Chriſtus)dixiſſet, nónne lætius hoc eis fuiſſet? *Mar. 16.* *Aug. li. 3. de conſe. euã. c. vl.* *Galilaea.* *Ioan. 21.*

¶Iam igitur ad hæc omnia reſponſionem meditemur , & afferamus , ſi tamen prius verbum illud Hieronymi ſuper hoc attendendum vobis propoſuerimus , Quia breuis hæc ſententia eſt in ſyllabis , ſed ingẽs in quantitate promiſſionis. Siquidem hic Auguſtinus commemorat illud ad literam quoque eſſe impletum , ſicut clare teſtatur Matthæ⁹, qui non reticuit apoſtolos vndecim abiiſſe Galilæam ſuper montem quo ire iuſſerat eos dominus Id licet diu poſt reſurrectionem factum ſit,quid tamen hoc intereſt,modo de facto conſtet?eo maxime, quod angelus etiam locum tantùm,non tempus eis deſignauit,nec numerum apparitionis illius præſcripſit,nihil addens primóne,an tertio, aut quarto,futura eſſet. Tantum Galilæam nominauit angelus, & in *Hierony.* *Augu.*

ea appariturum illis Chriſtum prædixit. Quod & factum eſt,ſicut Matthæi teſtatur euangelium. Quod ſi quæris,cur Galilææ tantum meminerit angelus, & illius quæ in ea facta eſt apparitionis, cæteras omnes tacuit, quæ & citius illa & ꝓpinquius acciderunt. Ad hoc quoque reſpondeo & dico,colligi id facile poſſe,quia Chriſtus antea diſcipulis ſuis

Act. 2. ſepties apparuit iuxta certam hiſtoriꝗ euangelicæ,fidem antequam videretur ab illis in Galilæa, ſicut eis hic promiſerat angelus. Eius autem ratio reddi poteſt, quoniã ſeptem illæ apparitiones factæ ſunt ad fortius confirmandam reſurrectionis illius fidem,vt teſtatur Lucas, cũ ait,Præbuit ille ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam, in multis argumentis,per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Sed quãdo in Galilæa apparuit illis,iuxta promiſſum angeli poteſtatem dedit eis & promiſſionem diffundendæ per vniuerſum terrarum orbem fidei euangelicꝗ: ſicque fore, vt & religio ſancta Dei per apoſtolos toto mundo diffunderetur, & ille ſuam eccleſiam nunquam relinqueret. Poteſtatem etiam tunc eis contulit prꝗdicandi,baptizandi, adminiſtrandi, & ſingula quæ ab ipſo accepiſſent mandata manutenendi, quemadmodum promiſerat ſecum illis man

Mat. 28. ſurum vſque ad conſummationem ſeculi.

Augu. ¶Beatus Auguſtinus tandem aliam adhuc dat reſponſionẽ,
vbi ſupra dicens,Quia vox iſta ſit non euangeliſtꝗ narrãtis,quod ita
Nicodemo. factum ſit:ſed euangeliſtæ aut narrãtis, quòd ita ab angelo & à domino dictum ſit, prophetice dictum accipiendũ eſt:
Hebraice quoniã Galilæa Hebræis tranſmigrationẽ ſignificat, qua è loco in locũ cõmigratur Sicq; illud quod angel' dixit.Prꝗcedet vos in Galilæam,deſignabat fore,vt gratia Chriſti ex populo Iſraël aliquando commigraret& trãſiret ad gentes. A gentibus autem doctrina apoſtolorũ nec ſuſcepta eſſet, nec credita,niſi prius Chriſtus illos præceſſiſſet in cordibus eorũ:atq; ideo ſequitur, Ibi eum videbitis. Viderunt enim

*Act.*10. vtique dñm in cordibus infideliũ, adeo vt obſtupuerint in-
& 11. de,ſicut de Petro legitur,& Iudæis:quoniã Chriſtum inter gentes inuẽturi eſſent,iuxta vaticinium Eſaiæ,quod ſic ha-
*Eſa.*9. bet: Trans Iordanem Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnam:habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Quꝗ etiã cauſa eſt,cur in Galilæa prædicare cœpit dñs, quum audiſſet in vinculis

detineri Ioannem. Eodem pertinet quod etiam prædicādi munus in Galilæa tradidit diſcipulis, vt ſic cōuenirent vltima primis. Præterea Galilæa reuelatio exponi ſolet & dici, tuncque intellectus ille ſic ſibi cōſtat, quod Chriſt⁹ præceſſurus eos fuerat in Galilæa, hoc eſt in diuinæ maieſtatis ſuæ reuelatione, non ſecundum humanitatem: ſicut in eo cicatrices vulnerum viderunt & palparunt, ſed ſecundum diuinitatem. Et meritò id quidem, quia iuxta naturā diuinā Chriſtus lux ſumma eſt, illuminās omnem hominē venientem in hūc mundū: lux vera quę lucet etiam in Cimmeriis tenebris: & eo nos præceſſit ille, qui tamen nos nunquā dereliquit. fiet autē reuelatio iſta diuinitatis ſuæ, tunc quū iā ſimiles illi facti fuerimus, ipſumque videbimus ſicuti eſt. Hæc illa nimirum præceſſio ſpiritalis eſt, qua Chriſtū viſuri ſumus in Galilæa, vera, ſ. ſui reuelatione, quomodo non videbunt illum impij & peccatores. auferetur enim impius ne videat claritatē domini, ſicq; impij nō videbunt lumen. Prior tamen intellectus, literæ & contextui huic non paulò ſimilor eſt, quòd angelus dixerit mulieribus, præceſſurū dominum diſcipulos ſuos in Galilæā, ita vt factū eſt deinceps: quia illi eum viderunt in monte, ſicut prædixerat eis, & hic per angelum, & alibi apud Ioannem, Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrū nemo tollet à vobis. Hæc illa Chriſti verba etiā oportebat impleri: quia certo dictum eſt ab ipſo. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Nos iam ſuppliciter dominum deprecemur, quatenus ille nos quoque præcedat in Galilęam, quando commigraturi iam ſumus ex hoc mūdo, vt ſic nos etiam tunc læti videamus dominum Ieſum Chriſtum in æterna patria. Id adeo nobis concedere dignetur Deus æternus & omnipotens, in ſecula benedictus, Amen.

Mat. 4. *Auguſt.* *Ioan. 1.* *1. Ioan. 3.* *Ioan. 16.* *Matt. 5.*

HOMILIA TERTIA IN DIE *ſancto Paſchæ.*

NEmini vtique Chriſtiano dubiū eſt, omnia hodie ſic accidiſſe, vt euangelica narrat hiſtoria. tamen res illa geſta aliquid in ſancta eccleſia ſignat gerendum. Sic quippe neceſſe eſt, vt audiamus quæ facta ſunt, quatenus cogitemus etiam quæ nobis ſiunt ex eorum imitatione facienda. Quod ergo emerunt mulieres aromata, cumque illis venerunt vngere Chriſtum, hoc ſuo exemplo nos etiam do-

Gregor.

cuerunt,vt in eum qui mortuus eſt credentes,& odore virtutum referti, ſic cum opinione bonorum operũ dominũ quærentes,eodem modo ad monumentum illius cum orationibus veniamus. Omnino autem mulieres has tres tibi perſuade eſſe cuiuſlibet boni chriſtiani animam, quæ ad Chriſti ſepulchrum properans, triplicia ſecum ferat aromata ſiue vnguenta ſanctarum virtutum, bonorum operum, & piarum orationum: ſicque ſummo mane veniat ad mo-
Thren.3. numẽtum illius,vix dum orto ſole. Mane ſurgendũ eſt,mane veniendum,in ipſa ſtatim inuẽtute, quando bonum eſt homini portare iugum domini ab adoleſcẽtiæ ſua, & tamẽ vt iam tunc ſol ortus ſit,quoniam in hoc nobis datur exem
Beda. plum,illuminata facie,decuſſiſque vitiorũ tenebris, odorẽ bonorũ operum domino & orationum ſuauitatem offerre, ſecũdum quod Dauid iubet,declina à malo,& fac bonum.
Pſal.36. Plane enim pri⁹ diſcuti oportet & euaneſcere tenebras peccatorum,quam illuceſcat ſol iuſtitiæ in operibus bonis.

¶ Sepulchrum in quo recũbit dominus, ipſa ſancta eſt ſcri
Beda. ptura. huic aduolutus eſt lapis inſigniter magnus, puta velamen intellectus legis veteris ſecundum literã, quoniam & lex illa tabulis lapideis inſcripta fuit. Sic in veteri teſta-
Exod.24 mento lapis ad monumentum Chriſti poſitus erat,quia ſacramenta Chriſti abſcõdita fuerunt, Iudæóſque omnes latuerunt lapidem hunc in hodiernũ diem vſque ſeruant Iudæi, neque reuoluunt à ſepulchro domini, dum nequeunt intelligere Chriſti ſacramenta,ſub legali veteris teſtamen-
2.Cor.3. ti cortice latentia,quod & Paulus ꝓfeſſus de eis eſt,dicens: Vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum autem conuerſi fuerint
Luc.24. ad dominum,auferetur, velamẽ. Lapis iſte quoque àmonumẽto reuolutus nondum erat duobus illis diſcipulis, cum irent in Emaus,tantiſper dum adueniens Chriſtus ipſe,manus admoueret lapidi huic, inciperétq; à Moyſe & prophetis eis explicare ſcripturas, quę omnes de ſe erant. Nunc verò in hunc vſq; diem lapis iſte reuolutus eſt à ſepulchro dominico,quoniam gloria reſurrectionis Chriſti potẽter eſt manifeſtata,& per eam priſtina mors profligata, vitáq; no-
1.Cor.15 bis promiſſa ſempiterna:& plane verũ eſt illud Pauli, quia ſi Chriſtus reſurrexit,& nos vtique reſurrecturi ſumus.

¶ Secundo, Veniunt ad monumentum mulieres, vident re-

uolutum ab oſtio lapidem, ingrediuntur & vident angelũ ſedentem ibi in albis,&c.¶ Quorſum hæc, inquies, Horſum ſcilicet,quia animæ ſanctæ etiam ingrediuntur in monumentum,ſeque conſepeliunt Chriſto, mortificates quicquid in ipſis eſt concupiſcentię prauæ,& omnino commortuæChriſto,vt Paulus inquit,Mortui eſtis,& vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Mortificate ergo mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terram : quia quiſquis ſic cum Chriſto vna ſepelitur,cum eodem etiã lętus reſurget Sic enim Paulus,Cum Chriſtus inquit, apparuerit vita veſtra,& vos parebitis cum ipſo in gloria.¶Et quod angelum viderunt, eo pertinet,quod homines pij ferentes ſecum odorem ſuauitatis & aromata virtutum, vnguenta. bonorum operum & ſanctæ orationis,intuentur ciues cælorum,cùm meditãtur & concupiſcunt in atria domini ¶Non abſurdum eſt quod hic Bernardus infert, Sicut angeli in ipſo Chriſti ſepulchro etiam poſt illius reſurrectionem viſi ſunt, ſic iam quoque adſunt quotidie altaribus Chriſtianorũ quãdo eu chariſtia cõficitur. Verum quod ad dexterã ſedere viſus eſt angelus,& ipſum myſterio non caret. Quid enim per ſiniſtram,niſi vita præſens, & per dexteram , quid aliud quàm vita perpetua deſignatur ? Quia ergo redemptor noſter iã corruptionem carnis ſuperauerat, & vitæ huius euicerat tranſitum,meritò in monumento ſuo angelus apparuit à dextris,qui nunciare venerat vitam illius ſempiternam:poteratque ſic mulieribus dicere,quod Paulus Romanis,Reſurrexit à mortuis Chriſtus , neque iam amplius moritur, mors illi vltra nõ dominabitur:quod enĩ viuit, viuit Deo. Et conuenientem eſſe hunc de dextera ſenſum, ipſa etiam Chriſti ſponſa nos docet,cum ait, Siniſtra illius ſub capite meo,& dextera eius amplexabitur me. Siniſtra nãque Dei eccleſia,proſperitatem videlicet præſẽtis vitæ, quaſi ſub capite poſuit,quam intentione ſummi amoris premit.

Coloſſ. 2. *Bernar.* *Gregori.* *Rom 9.* *Cant. 2.* *Beda*

¶In hoc etiam angelus ſtola candida coopertus apparuit quia feſtiuitatis noſtræ gaudia nunciauit, feſtum annũciauit noſtrum ſimul&angelorum:noſtrum quidem,eo quod nos illo ad vitam reducti ſumus immortalem:angelorum verò,quoniam reuocatis iam hominibus ad cælum, impletæ ſũt ruinæ angelorum,quorum pars tertia cum Lucifero corruerat. 3 Dixit autem angelus mulieribus , Nolite

Gregori. *Pſal. 109*

Beda. expaueſcere, Matthæus ait, aſpectum angeli fuiſſe iſtar fulguris Marcus addit ipſum ſediſſe hic amictum albis. In fulgure terror timoris eſt, in niue blādimentū candoris. Hinc patet, Chriſtum horribilem quidam eſſe peccatoribus, ſed bonis placabilem & mitem: quādo etiā angelus, qui Chri-
Gregor. ſti annunciauit reſurrectionem, ſpecie viſus eſt.
Exod.13. ¶ Eodem pertinet, quod Deus populum Iſraël præceſſit in deſerto, noctu quidem in ſpecie colūne igneæ, interdiu autem nubis candidæ, Noctu exarſit ignis, ignis qui terret homines. Nox enim vitam ſignificat malorum: nubes autem impedimentum & obſtaculum deſignat viſionis, & dies vitam bonorum. Sic ergo cōſolari ſolēt angeli homines pios
Luca.1. & iubere ne quid expaueſcāt: ſicut angelus dixit Mariæ, Za-
Iudic.6. chariæ & Gedeoni: Pax tecum ne timeas, non morieris: &
Dan.10. Danieli, Noli timere vir deſideriorum, pax tibi, confortare & eſto robuſtus. ¶ Præterea ait angelus ad mulieres, Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum. Proh deum atque hominum fidem, quàm multi quærunt illum Ieſum Nazarenum, hoc eſt floridum quādiu fortunatè ipſis omnia ſuccedunt, nec aliqua exercentur tēpeſtatis procella? tunc enim ſatis quidē quærunt Nazarenum, ſed nō illum crucifixum: qui tot perſecutones ſuſtinuit, eum ſàne non quærunt: ſed ſtatim afflante aliqua vel minimæ tentationis & tribulationis aura, deficiunt, & nòn perſeuerant. Vſqueadeo delicatuli martyres, vt nil magis habeant in votis, quā hic in mūdo lætantes & gauiſos, ſe tandē quoque regnare cum Chri-
Matt.13. ſto, non attedentes fieri id nullo modo poſſe: quia iuxta
Act.14 Paulinum illud, per multas tribulationes ingrediēdum eſt in regnum cælorum. Atque ideo Chriſtus ſe ſequi volētes, non dedicare viuere & genio iuſſit indulgere: ſed caucem tollere, & ſic ipſum ſequi. Hoc enim illud eſt, quod hic an-
Luca.6. gelus dixit mulieribus, IESVM quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, inquit angelus, non eſt hîc. Venite & videte locum vbi poſuerunt eum. Referri hoc commode poteſt ad religióſos qui monaſteria incolunt. Eſt enim cœnobiū locus, in quo à ſanctis patribus repoſitus eſt dominus,
Aduerſ9 monachos malos. cum diſciplina morum & ſanctimonia vitæ. Nunc vero, cū refrixerit charitas multorū, tam in cœnobiis quam in mundo, ſurrexit inde Chriſtus, neque amplius eſt illic. Adſunt quidem ibi adhuc faſciæ & ſudaria, quibus inuolutus fue-

rat. Inuenias etiam nunc in cœnobiis virgas, habitus, flagel la, funes, coronas, & id genus alia quædam, nō deeſt in illis fucus exterior, videas in multis hypochryſin magnā & ſpeciem tantum pietatis: verum nō eſt ibi Ieſus, nec aliqua in cordibus eorū charitas vera, nec ſancta ordinis diſciplina. De malis loquor, bonos (cuiuſmodi adhuc vtique ſuperſūt non pauci) inculpatos volo. Quāuis Neochriſtianorū monachi & moniales non Chriſtum tantùm, ſed & faſcios & ſudaria, & ipſum quoque iam amiſerunt dominicum ſepulchrum dum monaſteria dereliquerunt, in quibus pie & ſancte viuere debebant, ſeruientes Deo illique ſoli vouentes, & omnino mortui mundo: abiecerunt inſuper pannos, habitum ordinis ſui, cucullam & coronam capitis. Iámque viuunt in omni peruerſitate, & cœno vitiorum prouoluuntur impudentes & perfrictæ frontis: iuxta illud Hieremiæ, Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere. O miſerandum genus hominum, profugos monachos periuros monachos, apoſtatas & votifragas nonnas! O vitam, quam viuunt, extremis deplorandam gemitibus & ſuſpiriis! Sed hæc alias. 4. Neque in verbis contentus angelus, inſuper illas ablegat: Ite, inquiens. dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, vbi eum videbitis. Galilæa commigrationem ſonat, & è loco vno trāſitum in alium. Vult itaque dominus noſter Ieſus Chriſtus præcedere nos in Galileam, quum iam ipſe tranſmigrarit ab hac vita per ſupplicium crucis ad gloriam reſurrectionis, à cruce in lymbum, & rurſus ad ſepulchrum, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, Et recte Ieſus à diſcipulis ſuis videtur in Galilæa, quia & nos reſurrectionis illius gloriam poſt læti videbimus, ſi modo à vitiis ad virtutum celſitudinem tranſmigremus. ¶ Ita nos quoque docemur hodierna die vitam eſſe geminam, mortalem hanc & caducam, quis eſt noſtrū qui non cognoſcat? illam vero immortalem quotuſquiſq; eſt qui intelligat? Chriſtus autē qui mediator Dei eſt & hominum illam ſubiit & ſuſcepit, neque paſſioni eius exhorruit: hāc vero reſurrectione ſua nobis commonſtrauit, qui ſi iſtam carnis reſurrectionē promiſiſſet tātū, neque etiam ipſo facto declaraſſet, nō credidiſſemus ei. Sic autem humiliatus ille vltro mori voluit, & potenter de morte triumphans, reſurrexit. Atque licet ſolus mortuus ſit, ſolus tamē

Apoſtatæ.

Hiere. 3.

Gregori.

1. Tim. 2.

nõ ſurrexit,ſed multa inſuper corpora ſanctorum,qui dormierant,reſurrexerunt cum illo. Et nos igitur ſeduló domi num oremus,vt ipſi quoque cum eo reſurgamus, & in per petuum cum ipſo viuamus in cæleſtibus, Amen.

¶ *Plures homilias de ſanctimonia & excellentia huius feſtiuitatis,geſtis diei illius,inuenies parte tertia de feſtiuitatibus & ſanctis.*

HOMILIA IIII. IN DIE SANCTO PAſchæ,de reſurrectione noſtra futura in die nouiſſimo.

1.Theſ.4 *Si credimus quia Ieſus mortuus eſt. & reſurrexit : ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum,adducet cum eo.*

ETſi dies ille ſollennis omnibus aliis totius anni feſtiuitatibus lõge eminentior eſt, eo quòd hodierno die do
Roma.6. minus Ieſus Chriſtus potenter & præualide triumphauit de diabolo,& morte, animáque adeo illius benedicta, ardentiſſimo quodam deſyderio, ſicut ante à corpore ſanctiſſimo diſceſſerat in cruce : ita nunc viciſſim vnita eſt illi vinculo indiſſolubili : quoniam qui ſemel mortuus eſt,denuóque de morte triumphans ſurrexit, illi vltra mors nũquam dominabitur. magna enim & immenſa huius diei dignitas eſt, quæ & figuram gerit diei illius ſempiternæ ſemperque duraturæ, quamobrem feſtiuitas noſtra à ſabbato Iudæorum in diem dominicum tranſlata eſt : tamen vel eo dignius nobis dies iſte eſt celebrandus, maioríque honore colendus, quod per illam Chriſti reſurrectionem ſecuritas nobis facta eſt reſurrectionis noſtræ. Et quanuis fidei noſtræ catholicæ articuli plures ſint, magni vtique & ſublimes, cuiuſmodi iſte eſt de vnitate eſſentiæ diuinæ, item trinitate perſonarum,nullus tamen ex omnibus eſt ad
Mat.22. nos pertinentibus, qui tam ardus ſit vt iſte de reſurrectione carnis, quam firmiter in fide noſtra profitemur. Nam ſi ipſi noſtram non crederemus reſurrectionem eſſe futurã, ſicut omnes pene Ethnici non crediderunt, & hæretici Iudæorum Sadducæi, atque nõnulli Chriſtiani in Corintho, Vana eſſet,vt inquit Paulus,omnis fides noſtra. Atq; adeo
1.Cor.15. ſi non reſurgunt mortui ,vt quid pericliramur omni hora? Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi,quid mi hi prodeſt,ſi mortui non reſurgũt?Ita nos quoque dicere

poſſum*. Quorſum aſſiduæ noſtræ vigiliæ, quorſum preces pertinebunt, eleemoſynæ & omnia opera bona quid nobis proderunt, ſi nõ morte noſtra reſurgemus? Quin potius edamus, ludamus, potemus: cras enim moriemur. Imo ſi Chriſtus reſurrexit author noſtrę reſurrectionis, operemur bonum, laboremus diligenter & cum fiducia: quia cũ Chriſto reſurgemus & nos modo ſic viuamus, vt tandem nos quoque dormientes Deus per Ieſum ad ſe adducat, ſicut à principio ex Paulo dicere cœpimus, Quoniam ſi Chriſtum credimus mortuum & reſurrexiſſe, &c. Aue Maria. 1. *Theſ.* 4

Salue feſta dies toto venerabilis æuo.

¶ Breuiter nos iam per hanc homiliã dicere pergamus primum, quomodo Chriſtus per ſuã glorioſam reſurrectionẽ author nobis ſit reſurrectionis noſtræ: deinde pauca, quãtũ licebit per gratiã omnipotẽtis Dei, de reſurrectiõe noſtra.

¶ Principio reſurrectionem Chriſti hodie factam, cauſam eſſe reſurrectionis noſtræ, fundamentum ſane firmum aſſero eſſe fidei noſtræ. Id adeo luce clarius ex verbis Pauli liquet, quum ait, Si mortui nõ reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Iam itaque quũ reſurrexit à morte Chriſtus, primitiæ dormientium, conſtat quia ſicut ex vno homine (Adam) prouenit peccatum: ita per vnum hominem (Chriſtũ) eſt reſurrectio mortuorum. Vnde patet, reſurrectionem Chriſti noſtræ reſurrectionis eſſe cauſam. Quod & Gloſſa quædam teſtatur ſuper illud Pſalmi. Ad veſperam demorabitur fletus: dicens reſurrectionem Chriſti in cauſa eſſe, quòd & nos reſurgimus: hic quidem in anima, tunc autem etiam cum corpore. quamuis enim illa quoque futura in nouiſſimo die reſurrectio virtute fiet diuina, ea tamẽ virtus etiam voci Chriſti communicabitur. iuxta illud, Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. quoniam ſic implebitur prophetia Dauidis, dicẽtis: Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Sic dicit Gloſſa quædam ſuper epiſtolam ad Hebræos, Niſi quis credat reſurrectionem illam Chriſti operari hanc noſtram, nullum habet fundamentum cui ſuperædificet. Quia ergo Deus pater omne iudicium dedit filio, & filius voce ſua ſuſcitabit mortuos, neceſſariò ſequitur, Chriſtum ſua reſurrectione nobis quoque reſurrectionis noſtræ eſſe authorem.

1. *Cor.* 15. — *Pſal.* 29. — *Ioan.* 5. — *Pſal.* 67. — *Heb.* 6.

2 ¶Preterea hodiernam illam Christi reſurrectionẽ noſtræ reſurrectionis cauſam eſſe, probatur ex effectu cõiuncto: quoniã teſtante Matthæo, ſepulchra mortuorũ aperta ſunt,& multa corpora ſanctorũ qui dormierant, & reſurrexerũt,& è monumẽtis exierunt poſt Christi reſurrectionem,atq; in ciuitate ſancta apparuerũt multis. Quare manifeſtæ virtutis ſuę potẽtiã declarauit Chriſtus,noſq; ſimul admonere voluit,quatenus ex rebus præteritis moneamur perſuadeamurq; ea quæ futura ſunt,credere facilius,& omnino certum habere, quod ſicut ille tunc reſuſcitauit mortuos quoſdam,ita tempore iudicij nouiſſimi reſuſcitaturus ſit oẽs defunctos.namq; id ſane,licet aliquando ſerius fiet, fiet tamẽ certo eo ipſo die, quem & extremũ nos dicimus, & in hoc iam olim diuina deſtinauit prouidentia:ſecundũ illud quod Iob dixit, Nõ euigilabit homo donec atteratur cælum. An autem ſancti nonnulli iam ante nouiſſimũ diẽ reſurrexerint,præter eos qui hodie cum Chriſto ſurrexerũt patres,non noſtri eſt inſtituti iam proſequi.

Mat.27.

¶Pulchrũ eſt quod hic doctores docent, planéque ad oculum ſubiiciunt,quomodo reſurrectio Chriſti noſtræ reſurrectionis ſit cauſa. Duplex enim ſuſtẽtatio,detẽtio ſiue cõſeruatio eſt,animarum quidem in limbo, corporũ vero in ipſa terra:in qua ex quib' natum compactumque erat pulueribus,in eoſdem diſſoluitur,id vtrunque ex peccato Adę contractum eſt. Chriſtus itaque vt animas patrũ eriperet, deſcendit in limbũ: vt corpora in terris detẽta ab hoc vinculo diſſolueret,ipſe tertia die reſurrexit à mortuis. Quód ſi dicis,Chriſtus paſſione ſua reſurrectionem noſtram promeruit nobis, quid igitur reſurrectio illius facit ad noſtrã hãc? Reſpõdeo verum eſſe quidẽ, quód paſſione ſua Chriſtus omne bonum promeruit,ſicut Paulus dicit, nos quum inimici eſſemus, reconciliatos eſſe Deo per mortẽ filij ſui. quanuis itaque Chriſtus per paſſionẽ ſuam reſurrectionem nobis noſtram promeruit,tamẽ& noſtram reſurrectionem per ſuam operatur,ſicut ibidem Gloſſa dicit:Saluati ſumus per paſſionem ab ira, & reconciliati patri, nondum tamen reſtituti per effectum felicitati Sicut ergo in Adam omnes mortui ſunt ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.

Rom. 5.

¶Reliqua ad reſurrectionem Chriſti pertinentia vide in ſermonib' de feſto. Nos iam rurſus accingimur de vniuer-

ſali hominum reſurrectione plura dicturi.

3 ¶Credẽdum firmiter eſt omnibus chriſtianis, ſingulos homines reſurrecturos, idque omnipotẽti virtute Dei. Qui ſane fidei noſtræ articulus non minimus eſt, ab ipſo Iuda Thaddæo cõſtitutus, & in vniuerſa ſriptura fortiſſime fundatus. Eſaias nanq; dicit, Mortui reſurgent, & qui ſunt in monumentis, reſurgent, idq; ſecundum Septuaginta: nos enim ſic legimus, Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent. Paulus quoque, Ecce, inquit, myſterium dico, omnes nos reſurgemus, ſed non omnes immutabũtur in momento, in nictu oculi, ĩ nouiſſima turba. Et iterũ, Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtamini ſicut gẽtes quę ſpem non habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortu' eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierũt per Ieſum, adducet cum eo. Et infra, Etiam dominus ipſe in iuſſu & vice archangeli, & in tuba dei deſcendet de cælo: & mortui qui ſunt in Chriſto, reſurgẽt primi, deinde & nos. Idem hoc tot retro ſeculis firmiter credidit vnicum illud patientiæ exẽplar Iob, adeo vt diceret, Scio quia redẽptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, rurſuſque circundabor pelle mea, & in carne mea videbo dominum meum: quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius, repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo. Credidit idipſum iam olim etiam Martha, quæ loquens ad Chriſtum de Lazaro ſuo, ſcio, inquit, quia reſurget in nouiſſimo die. Chriſtus quoque venturam prędixit horam, qua omnes qui fuerint tunc in monumentis, audient vocẽ filij Dei. Profecto autem niſi id ita eſſet, plerique hominum qui vix hoc modo patientiam ſeruãt, qua ſunt iniquitate, pene ad infamiam vſque indigne ferrent, tam inique multa comparata eſſe in terris, adeo multa multis impune licere: quæ tamen aliquando ſingula puniantur oportet, aliâs clamarent illud propheticum, Vbi eſt Deus iudicij? Conſtat igitur & ſatis manifeſte patet, omnes homines reſurrecturos corpore & anima in nouiſſimo die, præter eos qui antea miraculo ſe reſurrexerunt. 4. ¶Quamuis difficile creditu & ſemper fuerit & ſit etiã nunc multis, quomodo in eodem plane quo mortuus eſt corpore, reſurrecturus ſit homo, tamen id ſane fide noſtra docemur eſſe veriſſimum, quæ nobis ſubinde ingerit illud angeli. Non eſt im-

Eſa. 26.
1. *Cor.* 15.
1. *Theſ.* 4
Iob 19.
Ioan. 11.
Ioan. 5.
Mala. 2.
Luc. 1.

poſſibile apud Deum omne verbum. Omnino enim credere hic debemus ipſi Iob, proprie adeo oſſa ſua, carnẽ quoq; & pellem commemoranti Magnum eſt, nobiſq; adeo diligenter attendendũ, quòd Chriſtus promiſit capillũ quoq; non periturum de capite noſtro. Vnde ſequitur non ſatis ſibi conſtare ſentẽtiam eorum, qui putarunt materiam quidem corporis redituram, ſed nõ in eadem membra in quibus antea fuerunt. Sic Aug. quamadmodum, inquit, ſtatua cuiuſlibet ſolubilis metalli aut igne liqueſceret, aut cõtereretur in puluerem, aut confunderetur in maſſam, & eã quis vellet rurſus ex illius materię quantitate reparare, nihil intereſſet ad eius integritatẽ, quæ particula materiæ, cui mẽbro ſtatuæ redderetur, dum tamen totum ex quo cõſtituta fuerat, reſtituta reſumeret. Verũtamen hæc ipſa Auguſtini ſimilitudo non adeo vrget me, vt diſſuaderi poſſim, quin credam ex ſuperioribus ſacræ ſcripturæ locis illud, quod eo maius & excellẽtius eſt, quod etiam poſſit id quod minus. At Deus per ſuam omnipotentiam cadauer hominis vel ex quatuor ventis ſeu partibus terræ congregare poteſt: an ne ſingulas materiæ partes ſingulis partibus corporis (quo quælibet loco prius fuerint) accomodare non poterit?

Luc. 21.

Aug. in Enchi. c. 89 & 11 22 de ciu. Dei. 19.

¶Non eſt tamen quòd putes omnẽ illam humani corporis carnem, quæ in illo per totum vitæ decurſum fuerit, reſurrecturam: quoniã hoc modo gigantes reſurgerent omnes homines. Verũ calor ille naturalis non ceſſat vel ad momẽtum, quin aliquid abſumat de viuente: cui tamen quicquid ſic deperit, continuis alimentis id rurſus reſtauratur, nãque aſſiduo ex cibo & potu ſanguis nouus nouáque caro adnaſcitur & adgeneratur. Redibit in reſurrectione omnis illa caro quę ex ipſo matris vtero ſumpta eſt, quęq; deinceps ex cibo & potu adcreuit ad iuſtã magnitudinẽ & proportionẽ conſequendã. Hinc quicquid ſupereſt, vel reſtaurando deperdito à natura deputatum non eſt quòd ſimul cum reliquo corpore reſurgat totum. Quorſum enim faceret, vt quis in capite ſuo etiam refectos ſibi per omnẽ vitã capillos iterum ſecum afferret reſurgens? Aut nõ turpe foret aliquem ſic piloſum incidere inſtar arboris, quæ late patentibus tum ramis tũ foliis, in omnes partes diffunditur? Sequitur hinc, coſtam Adæ, vnde Eua producta eſt, non in Adamo, ſed in Eua reſurrecturam, eo quòd coſta illa in Adã ſu-

perflua fuit,quo ad indiuiduum quidē,vt in ſcholis loquimur,ſed non quantum ad ſpeciem. Etſi in Adam etiam nō abnudaſſet,tamen quia latus illius Deus impleuit carne,caro iam illa loco coſtę in corpore Adæ reſurget.¶ Quid autem, ſi homines duo ex eadem materia corpus habuiſſent: cuiuſmodi eſt ꝙ de anthropophagis paſſim fertur. Et quid ſi ſint homines qui ſolis veſcantur carnibus humanis? quomodo hic illa cōſtabit reſurrectio? aut in vtero reſurget caro comeſta? in vorantène,an deuorato?¶ Hic ſane ſunt qui putent nunquam omnino futurum, vt homines duo carnē habeant eandem,pertinērem ab ſuæ ſubſtantiæ veritatem, eo quo iam nos diximus modo Quod ſi tamen,inquit Augustinus,quiſpiam confectus fame atque compulſus veſcatur cadaueribus hominum(quòd malum aliquoties accidiſſe & vetus teſtatur hiſtoria.& noſtrorum temporum infelicia experimenta docuerunt (tunc caro etiam illa comeſta in eius corpore reſurget, qui ipſam habuit prius, non qui per alimentum in ſui corporis ſubſtantiam conuertit. Et ſi caro illa per omnia ſic deperiiſſet,vt nuſquam aliqua ipſius materia ſupereſſet,tamen Deus, qua omnipotentia, vndecunque vellet,eandem reſtauraret,ſicut coſtę locum in Adā carnibus ſuppleuit. Deſignauit idipſum aperta viſione Ezechiel propheta,etiam contra Auguſtinum,clare oſtendens ſingula membra ſuā materiā habitura. videns enim in ſpiritu noſtræ reſurrectionis formā,ſic inquit, Acceſſerunt oſſa ad oſſa,vnumquodq; ad iūcturā ſuam. In omnibus autē iis multa ſibi præſeruauit Deus,quæ nos miſellos latent,ſicut pro ſua tū ſapiētia,tum omnipotētia,omnia iudicatur eſt.

Augu. li. 22. de ciuitate. Dei. cap. 20.

4. Reg 6

Eze. 37.

3 An autem ſingula in homine membra denuò reſurrectura ſint,caput,inteſtina,viſcera,pulmo,hepar. à nōnullis hic ambigi ſolet Etſi autem, vt iamiam profeſſi ſumus, nō omnia hic ſcire queamus, attamen quātum ex ſacris literis per ſpiritū ſanctum nobis inſpiratis,ſcire licet,omnia vtiq; cum homine membra reſurgent:quia ſic Chriſtus dixit capillum etiam de capite nullum periturum. Et iterum, numeratos eſſe capillos capitis noſtri. Quòd ſi igitur etiam capilli redibunt,quantò magis cętera mēbra in quibus plus quā in capillis poſitum eſt?hoc tamen modo,quem Aug.etiam annotauit, quia indecorum aliquid non erit: ſed quicquid futurum eſt,hoc decebit. Tantúmque erit in capite &

Luc. 21.

Mat. 10.

barba pilorum. quantum formæ corporis erit decorum, te-
Aug. in Enchiri. c. 90 ſtãre idipſum Auguſtino. Sic Raſias viſcera ſua vtraq; ma-
nu proiecit in mediũ populum, proteſtatus & deprecatus
dominatorem vitæ & ſpiritus, vt illa ſibi reſtitueret, ſcilicet
Aug. de ciuit. lib. 22. c. 15 in reſurrectione, ſicq; ſepultus eſt. Sic ſanguis, inquit Am-
broſius in quadã homilia de martyribus, reſurget in corpo-
re, cæteriq; humores ad complexionem illius pertinentes,
quoniam aliás anima corp⁹ inhabitare nõ poſſet, eo quòd
ſanguis quoq; nonnihil habet corpulentum & animæ con
ducibile: ſicut Scriptum eſt, Sanguis eorum pro animo eſt.
Deut. 12 Quamobrem præcepit Iudæis Deus, ne ſanguine veſceren-
tur. Et ille ſanè ſenſus eſt Gloſſæ ſuper iſtud Pauli, Mortui
1. Cor. 15. reſurgent incorrupti, inquit Gloſſa, ſine omni defectu mẽ-
Gloſſa. brorum. Vbi quilibet chriſtianus pro ſui intellectus modu-
lo & capacitate, immenſam illam conſideret diuinæ maie-
ſtatis omnipotentiã, quę potẽter adeò mundum hunc vni-
uerſum gubernat, pro ſuo beneplacito omnia diſponens.
Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA V. ET VLTIMA
in die ſancto Paſchæ, de noſtra reſurrectione.

1. Theſ. 4 SI credimus, inquit Paulus, quòd Ieſus mortuus eſt & re-
ſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum, ad-
ducet cum eo. Ex hoc & conſimilibus ſacræ ſcripturæ locis
manifeſte patet, omnes homines reſurrecturos. Et hic qui-
dem circa noſtram reſurrectionem dubitationes nonnullæ
ſuperſunt, eas breuiter explicemus. Principiò autem quæ-
ri ſolet, quanam ætate reſurrecturus ſit homo in die nouiſ-
ſimo. Reſpondeo & dico primò, nos non agere hic de æta-
te illa annorũ, quæ minutis ſupputatur à principio ex quo
cœpit eſſe, ſed ætatem hic accipimus bonam corporis diſpo
ſitionem & valetudinem. Et in hanc ſententiam reſpondet
Aug. li. 22. de ciuit. Dei cap. 15. Auguſtinus homines reſurrecturos in die nouiſſimo ea cor
poris firmitate & ætate, in qua Chriſtus reſurrexit: hoc eſt,
ex communi doctorum conſenſu, ætate annorum triginta
trium & menſium trium. Idque adeo colligitur ex illo Pau
Eph. 4. li dicto, Occurremus omnes in virum perfectum, in men-
ſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Hinc colligunt docto-
res, omnes nos reſurrecturos ad extremũ ea corporum per-
fectione, qua vel fuerimus vel futuri eramus hoc ipſo an-
norum numero, quo reſurrexit Chriſtus. Quiſquis igitur

mia ſibi ſenecta cõfectus videtur,ne doleat, ne triſtetur:
eque enim ſic vetulus & mucidus, ſed vegetus reſurget,
ualis fuit in ipſo ætatis flore circa annum trigeſimum ter
um.Sicque tum in paradiſo implebitur illud Dauidis,Re
ouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua. Tunc iuuenili aſpectu vi- *Pſal.* 102
ebuntur in cœlo omnes. Tu ergo qui ſenio premeris,ſe-
iúſque te annis quæreris eſſe grauatum, optas priſtinam
uentutem,deſine idipſum facere, teipſum torquere noli.
Quinimo bene viue in omni patientia & benignitate Dei
que repueraſces in reſurrectione tua. Neque aliter paruu
s qui à baptiſmo ſtatim moritur,reſurget in tali corporis
i proceritate,ac ſi annum attigiſſet trigeſimum tertium.
Quòd ſi quæris, vnde corpus tantum tantillus ſibi ſumere
oterit paruulus,ego viciſſim ex te quæro, túque adeo mi- *Ioan* 6.
i reſponde,vnde factum ſit,quod Chriſtus quinque milia
ominum quinque panibus ſatiauit & duobus piſcibus.
Quanuis autem omnes homines & præcipue boni (quia
e dãnatis nulla cura)reſurgent in plenitudine ætatis Chri
i,tamen nõ eadem & qualis omnium erit magnitudo,ſu
erabit enim alter alterũ corporis proceritate pro ſua quiſ
ue cõplexione & naturæ diſpoſitione. Atq; ideo Aug.in- *Augu*.
uit,Quilibet menſurã ſuam accipiet,quam vel in iuuẽtu-
e ſua habuit vel habiturus erat ſi ad eãdẽ pertigiſſet.Et li- *Prou*.16.
et corona dignitatis ſit ſenectus,propter experientiam re-
um multarum & plurimam rationem,quomodo in ſenib⁹
apiẽtia eſt,& in multo tẽpore prudentia:tamen quia beati *Ioan*. 12.
mnes ſapientiam habituri ſunt & prudentiã,pulchre con- *Senectus*
enit illos in florida reſurgere iuuentute:quam ſui quoque
eculi homines doctiſſimos circa triginta annos definiſſe
ã olim,ſatis magnus teſtis extitit Auguſtinus. Quid mul-
a?nulla hic annorũ ratio,nullus nec proceritatis, nec bre- *Augu*.
itatis reſpectus habebitur,ſed ſola iſta plena diſpoſitio tri
inta trium annorum. Quamobrem proprie adeo Paulus *Ephe*. 4
ixit,In mẽſuram ætatis plenitudinis Chriſti: nec aliquam
acit ſtaturæ vel corporis vel longitudinis mentionem.
Porrò quòd ibidem ait Paulus, occurſuros nos Chri- *Rom*.8
to in virum perfectum,& alibi etiã inquit cõformes fore
os imaginis filij ſui, à nonnullis quæri ſolet, in quonam
exu reſurrecturi ſint omnes homines,eo quod teſtãte Au-
uſtino,non defuerunt, qui affirmarent mulieres quoque

Aug li. 22. ca.17 ciuitat. ſexu virili eſſe reſurrecturas. ſiquidem ſic in paradiſo ſolum maſculũ ex terra ꝓduxit, mulierẽ ex coſta viri. Sed diuerſũ ſentiunt patres ſancti, attendentes quia natura eſt, nõ vitiũ
Gene. 2 ſexus fœmineus, & quòd vtriuſque ſexus author eſt Deus,
Gene. 1 vterque etiã ante lapſum fuit in paradiſo terreſtri. itaq; in cœleſti etiã erit vterque, vbi nullũ porro fieri poterit peccatum. Probat hoc Auguſtinus ex illo Chriſti reſpõſo, quo
Matt. 22 Saducæis ipſum de muliere, quæ viros multos habuerat interrogãtibus, non reſpondit eam in cœlo mulierẽ amplius non futuram, ſed quia nõ erunt illic nuptiæ neq; cõiugiũ. Quid quod ex hac domini reſponſione palã cõſtat, mulieres futuras in cęlo? Ait enim quia non nubent, nubere autẽ mulierum tantum eſt. Cõueniunt itaque in hoc iam doctores omnino, quòd quia nulla mala & carnalis erit in cœlo concupiſcẽtia, iſta ſexuum diuerſitas nihil titillationis ſeu irritationis pariet ad libidinem. Solũmodo omnes immenſam illam Dei laudabunt ſapientiam & bonitatem.

¶Cæterum ſi quis ſciolus quærat, quid tunc de hermaphroditis ſit futurum, reſpondeo huiuſmodi vitium, quia ex errore naturæ contingit, nullũ in cœlo, vbi omnes naturę defectus tunc corriguntur, tũ vero penitus auferũtur, futurũ. Quiſquis autẽ hic hermaphroditus fuerit, is in eo reſurget ſexu, qui prędominari in illo videbitur. Quòd ſi neuter alterũ ſuperet, neq; alter magis præcipuus habeatur altero, is in digniori, puta virili, reſurrecturus eſt. 3 Præterea, quia plures adhuc ſunt in homine defectus, alij naturæ vitio, alij morborũ grauitate, alij aliũde cõtracti, quæri poteſt cuiuſmodi illorũ etiã futura ſit reſurrectio. Sane id genus vitia multa ſunt reperias enim homines gibboſos, cęcos, ſurdos, claudos, bicipites, ſedigitos, aut etiã quatuor manus habentes.
1. Cor. 15. ¶Reſpõdetur ergo, quia Paulus ait mortuos reſurrecturos incorruptos, eoſdem etiam immunes fore ab omni vitio, labe, defectu & membrorum imperfectione. Quicquid ergo tunc erit in quo natura deliquit, id omne autor naturæ caſtigabit, defectus omnes perficiet, ſingulas deformitates naturę integritati reſtituet. idque adeo de reſurrectione ſanctorum certiſſimum eſt, quoniam nihil coinquinatum, nihil inordinatum intrabit in regnum cœlorum.

¶Quod autem ad malos attinet in hoc & conſimilibus caſibus, iubet nos beatus Auguſti. nõ eſſe ſolicitos. ait enim,

ſatigare nos nō debet incerta dānatorū habitudo vel pul- *Apo.12*
hritudo,quorū erit certa & ſempiterna damnatio.Sūt ta- *Aug.En-*
nen ex doctoribus qui dicāt,quoniam nullus apud inferos *chi.c.92.*
rdo,ſed ſempiternus horror inhabitat, op⁹ nō eſſe vt eo- *Iob.20*
um defectus reſtaurētur, eo quòd quantacūque ſint defor
nitate,ſatis habeāt quo infernum decorēt. Nec abſurdum
ſt,vt quorū nec cōditio mutatur,nec ſtatus ,eorum etiam
orpora à priori labe non redimantur. ¶ Verū nos hinc di-
camus infirmos homines & imbecilles non ridere,nō con
ſnere.quis enim ſcit qui hic alget & laborat,quomodo ha
iturus ſit illic,quando non mirum videri debet cuiquā,eū
ui hic claudicat, forſan illic rectiſſimū fore & procerū:&
iciſſim qui hic bene habet,miráſq; roſas ſpirat & lilia, eū
thic perpetuo cū Lucifero peziturū? Diſcāt rurſus hic qui
gent patientia,& ſpē ſuā redigere in Deū:quē ſciant quic-
uid in eis natura intermiſit, penſaturum ſimul & vbertim
ppleturū in ipſorū reſurrectione: in qua quicquid curuū
ntea fuerat,rectū fiat:quicquid in ipſis defecerat, redinte-
retur.Vnde tandē cū Dauide dicere poſſint, Tu perfeciſti *Pſal.17.*
omine pedem meū ſicut ceruorū.Et quis tandem credere
olit,multos qui nunc mundo habenter contemptiſſimi,
inc pulchriores ornatioréſq; futuros pleriſq;,qui nūc ſibi
mundo videntur pulcherrimi? 4 Adhuc tamē ſupereſt
îc dubium,an omnes mortui ſimul ſint reſurrecturi in die
ouiſſimo. Ad quod reſpondetur, verba illa Pauli eſſe qui-
em difficilima,cū dixit, Hoc vobis dicimus in verbo dñi.
uia nos qui viuimus,qui reſidui ſumus in aduentu domi.
,non præueniemus eos qui dormierunt:quoniam ipſe do
inus in iuſſu & in voce archangeli & in tuba Dei deſcen-
et de cœlo,& mortui qui in Chriſto ſunt,reſurgent primi:
einde nos,qui viuimus,qui relinquimur, ſimul rapiemur
illis in nubibus obuiā Chriſto in aëra,& ſic ſemp cū do- *Hierony.*
ino erim⁹.Ex iis verbis apoſtoli,inquit Hieronymus, er-
rē iſtū ſibi exuxerunt quidā,vt putarēt eos qui imminē-
iam vltimi iudicij tēpore adhuc in terra ſuperſtites viue- *1.Cor.15.*
t,non morituros. Verū hoc nō ipſa tantum verba nō in- *Roma.5.*
nunt,ſed aperte etiam repugnant Paulo,qui alibi oēs nos
amat morituros,alibi in Adā oēs perhibet mori. Quānis
itur multa hic dici poſſent, tamen quia bona eorum pars *Hierony.*
holis eſt relinquēda,breuiter dicim⁹,Oēs homines ſimul

in momēto & in nictū oculi,vt Paulˀ ait,reſurrecturos,niſi quibuſdam à Deo ob ſingularem dignitatem priuilegium aliquod peculiare collatū eſſet. Hoc addimus propter virginem matrem,quæ (vt pie credendū eſt) non lōgè à morte ſua corpore & anima reſurrexit, ac forſitan quidā etiam alij ſancti. Quod primo loco diximus,cōfirmat ipſa ſancti Pauli authoritas:qui Corinthiis ſcribit reſurrectionē iſtam in momēto futuram,atq; adeo in nictu oculi. Vt iam nulla futura ſit hic dilatio,nulla vel minima morula, vno ſimul omnia tempore fient. Verba autem Pauli ad Theſſalonicenſes non ſic intelligenda ſunt quaſi alij aliis prius poſteriúſve reſurgēt:ſed hic illorum ſenſus eſt, quòd qui victuri adhuc ſunt tēpore iudicij,iamiā futuri ex reliquiis Antichriſti,illi nihilo vel citius vel tardius vēturi ſunt ad iudicium, guam qui lōgo antea tempore ſunt demortui, iámq; dudū pulueribus conſumpti. Et quòd deinde ſequitur,eos qui in Chriſto dormierint,reſurrecturos primos,id quoq; non ſic accipiēdū eſt,quaſi prius aliis ſint reſurrecturi, ſed quia ibi boni prius reſurgent,quàm rapiantur obuiam Chriſto(ita vt ſit ordo nō reſurrectionis ad reſurrectionē, ſed reſurrectionis at raptum, quia ſoli boni rapientur obuiam Chriſto.) Atque ideo non dixit Paulus,quia poſtea & nos reſurgemus,& cum illis ſimul obuiā Chriſto rapiemur ſed hoc vnum euincere voluit vt perſuaderet Iudæis, ne ſuſpicarentur eos,qui ante plura ſecula defuncti eſſent, vt Adā,Abel, &c.tardiuſcule reſurrecturos,ſed vno omnes momento ſimul:ſicque futurum,vt vna etiam rapientur obuiam Chriſto in aëra. Et omnes igitur & ſinguli pro ſe quiſque vno temporis momento reſurgent. Sed quo tempore, id ſane Deus nouit,qui diſponit omnia pro beneplacito ſuo, omnia gubernat pro ſapientia ſua. Porrò quia tunc cælum ſtabit,& proinde tempus quod latione cæli metimur, nullum erit,non indiget res hæc dubitatione. Tātum nos,quod vt alibi,ita in hac re apprime neceſſarium eſt, oremus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quatenus dignetur nobis reſurrectionem donare omnibus gaudiis pleniſſimā, poſtquam nos cum illo in vita viuamus æterna, Amen.

¶Nota, in ſcholis ſequutus ſum aliam ſententiam verborum Pauli, quod loquatur de beatis iam in anima & corpore,qui nihilominus venient ad illud vniuerſale iudicium.

PRAE-

RAETEREA DE RESVRRECTIONE
oſtra habes multa parte prima circa Dominicam ſecun-
am Aduentus in materia de iudicio extremo.

¶FERIA SECVNDA PASCHAE

EVANGELIVM, LVCAE 24. *Mar.16.*

N illo tempore: Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellum,
quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine
maus, & ipſi loquebãtur ad inuicem de iis omnibus quæ acciderant.
factum eſt dum fabularentur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus ap
propinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum a-
oſcerent. Et ait ad illos, Qui ſunt ij ſermones quos confertis ad inui-
n ambulantes, & eſtis triſtes? Et reſpondens vnus, cui nomen Cleo-
as, dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non cognoui-
quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixe-
nt, De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & ſer-
ne coram Deo & omni populo: & quomodo eum tradiderunt ſum-
ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixe-
t eum. Nos autẽ ſperabamus, quia ipſe eſſet redẽpturus Iſrael. Et
e ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. Sed & *Act.15.*
lieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad
numentum, & non inuento corpore eius venerunt, dicentes ſe etiam
ionem angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Et abierunt qui-
n ex noſtris ad monumentum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixe-
t, ipſum vero non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti & tar- *Gene.19.*
orde ad credendum, in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ! Nónne
oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? & inci-
s à Moyſe & omnibus propheţis interpretabatur illis in omnibus
pturis quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant,
ipſe finxit ſe longius ire. Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiſ-
domine, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et in-
it cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum eis, accepit panem
benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum,
cognouerunt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad
cem, Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dũ loqueretur in via,
aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in
ruſalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis
t, dicentes quòd ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et
narrabant quæ geſta erant in via, & quomodo cognouerunt eum
actione panis.

HOMILIA PRIOR.

EVangelium hoc chariſſimi, quanuis ſit longum, tamen
quia & meram continet hiſtoriam, & illum ſaluberri-
mum vtique Chriſti ſermonem, quem cum diſcipulis iis
duobus habuit, complectitur, ſed breuitate ſaltem tranſcur-
Gregor. in præfa. Iob. remus. Duo ex diſcipulis domini abierunt in Emaus, quo-
rum alter tantum nomine explicatur. Cleophas enim erat.
alterum, ipſum Lucam doctores credunt fuiſſe, eo quod il-
Theop ſuper Luc. le dum alterum etiam ex nomine appellauit proprio, ſeip-
ſum tacito tamen nomine voluerit inſinuare: quia authore
Hiero. in epitaph. Paulæ. Gregorio, mos eſt ſcripturæ ſacræ, vt ipſi qui ſcribunt, ſic
de ſe in illa quaſi de aliis loquantur, ſicut Moyſes & Ioan-
nes, ipſéque adeo etiam Paulus ſpiritus ſancti inſtinctu fe-
2. Cor. 12 cerunt nãque ſic Paulus, Scio inquit hominem in Chriſto.
Ambr. ſuper Lucã libr. 7. c. 57. & lib. 10. c. 107. & tamen ipſemet erat homo ille, eſtque ea communis do-
ctorum ſententia: quanuis Ambroſius alterum iſtum vo-
cat Ammaon, quia ſiue authoritate, ſiue fide non nobis cõ-
ſtat, & ſi in ea quoque re parum poſitum ſit, quãdo ſatis eſt
nobis verum eſſe, vt Euangeliſta narrat, duos ex diſcipulis
Chriſti abiiſſe in Emaus. Caſtellum hoc deinde dici cœpit
Nicopolis, poſt excidiũ ipſius ſub Marco Antonino Impe-
ratore. & in eodem natus fuit Cleophas iſte, qui ideo forſi-
tan ex nomine ſuo hic exprimitur. In textu porro latino
hîc diſtantia caſtelli huius à Hieruſalem ſtadiis numeratur
ab Hercule inuentis. ſtadium autem maius, pedes continet
quingentos vigintiſex. minus tantum centum vigintiquin
que, quanuis in hoc ita multum poſitum non eſt, niſi quan
tum facit ad ſenſum myſticum. Et tamen hæc ſtadia ſexa-
ginta omnia, quorum fit hîc mentio, non duo integra con-
ficiunt miliaria Germanorum. Egreſſi itaque diſcipuli iſti
duo Cleophas & Lucas ex Hieruſalem, in ipſo itinere (ita
Beda. vt fit) colloquuti ſunt ſuper iis quæ recens acciderant cum
Ieſu. Admirabantur enim rem illam ignari omnino & in-
certi de cogitatione ſua. fuit tamẽ hoc in ipſis præclarũ ma
gnæ pietatis ſpecimẽ & & exemplar, quod de ſanctis rebus
mutua miſcebant colloquia, non de leuitatibus & vanita-
tibus mundi huius: vnde & digni habiti ſunt, quibus in ip-
ſo itinere appareret Chriſtus. Id nos quoque facere adde-
cet, hoc comprimis tam ſancto tempore.

2 Colloquentibus ergo illis inuicem, & de Chriſto in-

rrogantibus mutuò, cum adhuc veram fidem non habe-
nt, & tamen ardentes erant Chriſti amatores, ecce accen-
rus ille in eis verum lumen fidei, venit ad eos ipſe, quo-
am & ipſi apud ſemetipſos intus amabant, ſimul & dubi *Gregor.*
bant, idcóque fidem reſurrectionis ſuæ in cordibus eo-
m venit accendere, & ſimul latenter per præſentiam ma-
ſtatis inſinuare, quod antea promiſerat, Vbicunque duo
l tres fuerint cõgregati in nomine meo, ibi in medio eo- *Matt.18*
m ſum. Vſqueadeo nõ derelinquit dominus ſuos, etiamſi
ficiant in aliquo. ſolummodo enim ſi pius ſit affectus,
iuuat ille eos, viam oſtendit, ipſe aduenit & dirigit illos.
: ſi noſtrates Neochriſtiani verè Deum amarent, pij eſ-
t & ſynceri, quales ſe iactant, non deſereret eos domi-
s. Plurimum iſti quidem in ore verſant Chriſtum, Deum
angelium, ſed hæc omnia fruſtra: imò iſta quoque quæ
tant, nihil omnino ſunt quàm mera ſuperbia & inſo-
tia, priuatum commodum, & inſignem temeritatem
rantia. Quibus omnibus dum abundant, quiduis po-
s expectent quàm Chriſtum, hic certè ad eos (ſi ſic per-
it viuere) non veniet. Illis autem appropinquans domi-
:, deinde ſimul ambulauit cum illis: quorum tamen ocu
:nebantur, ne agnoſcerent ipſum. Talem enim ſe eis ex-
uit in corpore, qualis apud illos erat in mẽte: & ſicut ipſi
eo dubitabant, ita viciſſim ſe præbuit illis tãquam pere- *Gregor.*
num & ignotum. Quod ipſum ſignificare volẽs Marcus *Mar.16.*
illum eis oſtẽſum eſſe in alia effigie. Quæres autẽ, quo-
do factum ſit, vt oculi iſtorũ præſeruati ſint, quo minus
erent Chriſtum. factum id ſane eſſe conſtat etiam antea *Gene.19.*
ius, quia ſic Sodomitæ ꝓpter peccata ſua puniti ſunt &
icti, ne apertis etiam oculis duos illos viderent adoleſcẽ
acriſia.) Sic qui miſſi erãt ad capiendum Eliſeum, excę- *4 Reg.6.*
ſunt, ne viderent quicquam. Simile quid etiam Sapiẽs *Sap.19*
nemorat. Verũ hic quomodo id factũ ſit, manifeſtè ex-
ſum non eſt, niſi quòd Marcus innuit ipſum illis appa-
ſe in alia effigie: & illud forſan extitit, quod aſpectũ eo
fefellit & effugit. 3 Neque vero tantũ ad eos acceſſit
ninus: alloquutus etiã inſuper eſt, & interrogauit quinã
nt ſermones, quos mutuò cõferebãt, nõ ignarus vtique
n eos de doctrina magiſtri ſui, ſed vt inde occãſionẽ ar
ret increpãdi incredulitatẽ eorum. Ait enim, Qui ſunt

ij ſermones,quos confertis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes? reſponditque ei alter, Cleophas nomine, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalē,& ignoras quę facta ſunt in illa iis diebus?Quaſi dicere vellet,Adeóne tu ignot⁹ es in Hieruſalem,adeo rerum omniū ignarus,vt etiam inſigne illud factum neſcias,quòd iis diebus cōrigit, quòd aliorū nemo ignorat,ſed pene pueri in cōpitis & triuiis prędicant?Peregrinum vocat,quoniam is erat in eorum cordibus quidem: ſimúlque hic peregrinū dici ſe voluit Chriſtus,nobis in ex-
Pſal.1:9. emplum,vt omnes nos incolas,vt Dauid inquit, hoſpites,
Heb. 11. aduenas & peregrinos,vt Paulus,profiteamur ſuper terram agnoſcentes nullam nos hic habere ciuitatē manētem, ſed
1. Pet.2. inquirere futuram. Sic nos Petrus quoque admonet,Obſecro,inquiens,chariſſimi,vos tanquā aduenas & peregrinos abſtinete vos à carnalibus deſideriis,quę militant aduerſus
2. Cor.5. animam. O fœlicem hominem!ò ſancta paſchalia feſta,illi qui nunc recolit peregrinū eſſe ſe,ac proinde ardenti cœleſtis patrię deſyderio ducitur! quoniam quandiu in hoc cor pore ſumus & permanemus,peregrinamur vtiq; à domino. Hoc nimirum eſt quod peregrinū ſe domin⁹ diſcipulis illis duob⁹ exhibuit,vt exēplo ſuo nos doceret eſſe peregrinos. De officiis porro peregrinorū ſuperſedeo hic plura dicere, eo quòd doctor Kayſerſpergius materiam illam toto opere tractauit.

4 ¶Iam denique peregrino narrare accipiunt diſcipuli facta de Ieſu Nazareno,qui fuit vir propheta,potens in opere & ſermone corā Deo & omni populo . In qua narratione,quum multa ſint præclara,& obſeruanda,tum vero primum hoc eſt,quòd etſi in fide ſatis obfirmatum animum
Beda. non habebant,egregium tamen Chriſto teſtimonium dabant. Virum enim & quidem potentem in opere & ſermone appellant,ſimúlque etiam prophetam , oſtendentes per hoc eſſe in ſe ſcintillam adhuc aliquam fidei: filium autem Dei tacent,vel quòd nōdum perfectè credebant,vel ita ſoliciti,ne inciderent in manus Iudæorum perſequētium,eò maximè,quòd illum,qui cum loquebantur , non agnoſcerent Et tamen magnum hoc eſt,quòd prophetā etiam confeſſi ſunt,ſicut illum Moyſes prophetando vocarat:& me-
Deut.16. ritò,quoniam præterita,præſentia & futura omnia cognoſcebat. Quòd ſi verò Ioannes ille Baptiſta plus quàm pro-

pheta fuit,quantò magis Chriſtus prophetarum omnium *Matt.* 11
dominus extitit, cuius inſtinctu prophetæ omnes locuti
ſunt? Sed hæc Iudæorum erat conſuetudo,vt ſi quando ali-
quem præclarè laudaturi eſſent,& amicum Dei deſignatu-
ri,prophetam appellarent:quomodo turbæ Chriſtū,& poſt
illud in quinque panibus exhibitum miraculum, & in in- *Luc.* 7
greſſu Hieruſalem deinceps,acclamando prophetam nun
cuparunt. ¶ Addunt deinde potentiam illius in opere & ſer *Ioan.* 6
mone:nomine operis,virtutem intelligunt miraculorum,
quæ ille operatus fuerat,quæ & teſtimonium dabāt ſuæ di-
uinitati.iuxta iſtud Nicodemi, Nemo poteſt facere ſigna *Ioan.* 3
quæ tu facis,niſi ſit Deus cum eo Neque minus potens fuit
dominus in verbo prædicationis, quoniam & turbæ admi-
rabantur ſtupebántque ſuper doctrina illius: ſiquidem nō, *Matt.* 7
vt ſcribę & phariſęi docebat ipſe,ſed cū authoritate& qua-
ſi qui poteſtatem haberet. Sic miniſtri principum & phari- *Ioan.* 7
ſæorum dicebant,neminem vnquam ſic loquutum vt diſſe
rebat ipſe. Atque vt plenius eſſet teſtimonium eorum, in-
quiunt potētiam iſtam ſuam exhibuiſſe illum coram Deo
& omni populo. Prædixerat iam olim idipſum Sapiens ille
Eccleſiaſtes de domino,quia inquiens, omne quod volue- *Eccle.* 8
rit faciet,& ſermo illius poteſtate plenus eſt. Oportet au- *Theophy.*
tem eſſe potentem coram Deo,& tunc coram populo,quia
placere prius debemus Deo. Deinde dāda opera,vt & inter
nos ſine macula viuamus,quātū fieri poteſt,ſicut Paulus di
cit,Prouidentes bona nō tantum coram Deo,ſed etiam co *2. Cor.* 2.
rā omnibus hominibus. Turpe enim eſt ita viuere aliquē, *Matt.* 5
vt publico à cūctis inceſſatur odio,ingratus & inuiſus om-
nibus:cuiuſmodi eſt ꝙ de Olibrio vulgò fertur, Moleſtus
Deo & hominibꝰ. Hoc modo igitur opus præcedit ſermo-
nem,quum nullus etiam ſermo doctoris ſit firmus, nuliáq;
doctrina valida,niſi id quod docet,opere etiam ipſo decla-
ret ille. prius autem oportet præcedat opus, deinde illumi-
natio ſequetur & cōtemplatio:iuxta illud euangelicū,Bea-
ti mūdo corde(at vnde iſta mundities, niſi ex opere?) quo-
niam ipſi Deum videbunt. Ecce finem contemplationis,in
qua ita plane fit,vt in ſpeculo ſe res habet: ſpeculū niſi po-
lias & bene extergas,nihil de ſe emittit lucis & radiorum.

Poſt plenū illud de Chriſto teſtimonium, opprobrium
& malignitatem cōmemorant Iudęorum,dicētes,ſummos

ſacerdotes & principes eorũ in mortem illum tradidiſſe ac crucifixiſſe. Quæ ſanè cauſa extitit triſtitię ipſorum & mœroris. Atqui idipſum ſic erat vt dicebant, quia Chriſtum ſeniores populi curarunt per Iudam vendi, à miniſtris capi, tãdémq; liberato Barabba, cruci adiudicatũ damnari & occidi. Vnde Pilat⁹ quoq; dixit, Gens tua & põtifices tui tradiderunt te mihi. Deinde aiunt ſperaſſe ſe ex illis redẽptionem Iſraëlis, quæ vox eſt deſperantium & eorum qui ſeipſos temeritatis arguũt & diffidentiæ: quaſi temere ſperauerint illũ redempturũ Iſraël, qui ipſe omnis opis expers fuerit, alienæ redemptionis indigus, quomodo ſubſannantes illum Iudæi dixerunt, Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere. Verum ex hoc iam conſtat, duos etiam illos diſcipulos in iſta falſa fuiſſe ſentẽtia cũ aliis Iudæis omnibus, vt putarent Chriſtum liberaturum Iſraëlem à temporali iugo & imperio Romanorum, ſicque regem futurũ & regnaturum in terris, ſicut in hodiernũ diem de ſuo Meſſia cæci & perfidi credũt Iudæi. Illi igitur quaſi ſua iã ſpe fruſtrati, meritò incedebant triſtes: quia & ſeipſos quodãmodo arguebant, quòd in illo redemptionẽ ſperauerãt, quem iam mortuum videbant, neque reſurrecturũ ſperabant, qui tamen, quia innocentem illum ſciebãt, optimo iure de ipſius morte cõtriſtati doluerunt. ¶ Et tamen aliquam adhuc ſibi eſſe ſcintillam fidei declarant, dum illum diem tertium cõnumerant à facto iſto, forſitan rati futurum, vt ſicut prędixerat dominus, ita certò in diem tertiũ reſurgeret. Quod ſi tamen verba ipſorũ bene ponderas, videbis eſſe mera hominum cõſilia, & eorum quidẽ maximè, qui etiã quid agerent, ignorabant. Addunt inſuper à mulierib⁹ diligenter etiam inquirẽtibus non inuentũ eſſe corpus ſuum, angelum tamen illis viſum. Exterritæ ſunt mulieres, non quidem ex angelo viſo, ſed ob non inuentũ corpus dominicum, putãtes ac metuentes furtiuò illud eſſe ſublatum. Quod ipſum quoq; argumentũ fuit infidelitatis, dum plus horrẽt & exterrentur ex nõ inuento corpore, quàm viſo angelo gauiſę fuerint ob annunciationẽ reſurrectionis. Deinceps inferũt quoſdam ex ipſis, Ioãnẽ ſcilicet & Petrum, fuiſſe apud monumentum omniáq; ſic inueniſſe, vt renunciatum fuerat à mulieribus. Sicq; etiam iſti duo quẽ pręſentẽ ſecum habebant comitẽ Ieſum, nõ tamẽ inuenerunt: quibus ille tamẽ

Mat. 28.
Ioan. 19.
Mat. 27.
Theophy.
Beda
Mat. 20.
Ioan. 20

habitu peregrini apparuit ob incredulitatem eorũ. Dominus noſter Ieſus Chriſtus nobis quoq; gratiã ſuam cõ-
dere dignetur,qua ſuſtẽtemur & fulciamur ſemper : nec
q̃ in aliquã ſanctiſſimę fidei dubitationẽ incidam',mor
maxime tempore : quin potius ille nos in fide ſua cõfir-
et & charitate,vt& ipſi ſuæ reſurrectionis mereamur fie
participes in gaudiis fœlicitatis æternæ, Idq̃; adeo potẽ-
præſtare dignetur qui in ſecula eſt benedictus, Amen.

POSTERIOR HOMILIA
Feriæ ſecundæ Paſchæ

DIſcipuli illi duo Lucas & Cleophas,ĩ ipſo reſurrectio-
nis die egreſſi Hieroſolymã, abierunt in Emaus:ibiq;
llis manifeſtauit dominus,ſed nõ adeò aperte,quin ſub
egrini ſpecie eis ſe ĩgereret,Atq; dũ iſti quę de Ieſu Na
eno cõtigiſſent,in illis dieb',ei enarrarẽt,de mulieribus
ã quidnã circa monumẽtũ ipſius vidiſſent,&in iis oĩbus
idelitatẽ ipſi ſuã proderẽt,ſpẽ de eo oẽs antea conceptã
nc ſe amiſiſſe quærentes,duriter ab illo increuati,audie-
it ſibi dici,O ſtulti & tardi corde ad credẽda omnia quę
uti ſunt prophetæ! Et meritò ſtultitię eos arguit domi-
;,q tandiu cũ ipſo verſati,nihil adhuc ſolidi didiciſſent:
erátq; hic ille dicere eis hæc Pauli verba , Cũ deberetis *Heb.5.*
giſtri eſſe propter tẽpus,rurſum indigetis,vt vos docea-
ni,quæ ſint elemẽta exordij ſermonum dei:& facti eſtis
bus lacte opus ſit,nõ ſolido cibo. Et rectę eos primùm
ltos vocat & tardos nimiùm,quod ſcripturã, quæ toties
ſua reſurrectione loquitur apertiſſime,ĩtelligere nolue-
it.Quid quod ex ſcripturis ſubinde multa à Chriſto au-
rant.nec quicquã obſeruatãt ? Cuiuſmodi adhuc pleriq;
t,qui cùm multa audiant parum tamen intelligũt,boni
ne nihil operantur. 2 ¶ Increpat deinde ipſos etiam ex
quod qua fuerint ad credendum tardiſate , mulieribus
oq; credere recuſarũt,ipſiq; adeò Chriſto& angelis.Hic *Beda.*
tur,ait Beda,nobis nõ vllas ſcripturas interpretãdi, ſed
nina nos ipſos humiliãdi neceſſitas incumbit : qui neq;
pturas quãtũ oportet edocti.neq; ad implenda quæ di-
re forte potuimus quãtũ decet,ſumus intẽti. Si enim de
riſto Moyſes & prophetæ omnes loquuti ſunt, atq; præ
erũt illum per paſſionem ingreſſurum in gloriam, quo

tādem modo fieri poteſt, vt quiſquam Chriſtianus tā ſubli mi & ſancto gaudēs nomine, noli tamē neq; pro ſua virili ſcripturas de Chriſto prædictis ſcrutari, neque ad gloriam Chriſti quā apperit, per paſſionē & tribulationem venire deſideret? ¶ Fortiter quoque & prævalide hic Manichæorum & quorundā Neochriſtianorum errorē ex; oſit domi nus, qui vetus teſtamentum recuſant acceptare, non attendentes diſcipulos iſtos à Chriſto per Moyſen & prophetas eſſe edoctos, ſecundū quod & Petrus dicit, De ſalute exqui

1. Pet. 1. ſierunt atque ſcrutati ſunt prophetę, qui de futura in vobis gratia propherauerunt, ſcrutantes quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuncians eas quæ in Chriſto ſunt paſſioues & poſteriores glorias. Ecce tria hic prophetis tribuit Petrus, prophetiam de gratia fidelium, deinde de paſſione Chriſti, poſtremo de poſteriori gloria.

2 ¶ Aut nónne (inquit deinceps ad illos dominnus) oportuit Chriſtū pati, & ſic intrare in gloriam ſuā? Multa hic dici poſſent, quomodo oportuiſſet Chriſtum pati, cum tamē omnis illa neceſſitas ex beneplacito dei profecta ſit & immēſa miſericordia ipſius. Siquidē quū nollet Deus vniuerſum hominū genꝰ īterire vel ob ſolā hominis dignitatē, q ad imaginem & ſimilitudinem Dei iam olim creatus erat: & eundē tamē nullus purus homo à ſeruitute diaboli liberare & peccarorū vinculis eripere poterat, hinc nimirum factum eſt, quòd oportebat filiū Dei redimere ruſus & ſalua

Aug. de trin. li. 1. cap. 10. re hominē. Et quanuis Deus abſolute ex illa immēſa poteſtate ſua hòminē liberare poterat, eo quòd cūcta ſuę omni potentiæ æqualiter ſubiacēt, modum tamen ſanandæ miſeriæ noſtræ cōuenientiorē nullū fuiſſe, niſi vt ſic diabolū cū ipſa iuſtitia & æquitate ſuperaret, ſicque innocētē Chriſtū diabolus occidiſſet, ruſus fieret, vt ille poteſtatē ſuā ſuper fideles Chriſti ſeruos amitteret. ¶ Prætera modus hic redēpti hominis dici non poteſt quantū in nobis ardoris cōcitet & charitatis erga Deum, dum illum cōſyderamus pro nobis morti traditū. Et ruſus nobis Deum facit propitium magis, multóque in omnibus donis & muneribus ſacris li-

Roma. 8. beraliorē, iuxta illud Pauli, Qui proprio filio ſuo nō peper cit, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum, quomodo nō cū illo donauit amnia nobis? Atque ad hūc modū ex omnibus viis redimendi generis humani, quæ plurimæ eſſe poterāt,

na & hæc & cõmodiſſima & dilectioni diuinæ cõuenien- *Epheſ. 5.*
ſſima viſa eſt, vt Paulus inquit, Chriſtus dilexit nos, & tra *Auguſt.*
idit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiã Deo in o-
orem ſuauitatis. Cum itaq; omnia æque diuinæ ſubiaceãt
oteſtati poterat De⁹ ille omnipotẽs plurimis aliis modis
umane redẽptioni conſulere: ſed tamen huic noſtræ miſe
æ ſeruãdę cõſtat aliũ cõmodiorẽ nec fuiſſe, nec eſſe opor *Grego in*
uiſſe. Aut qui dubitat quo min⁹ ille, qui fecit nos exiſtere *moral.*
e nihilo, reuocare etiam ſine morte & paſſione nos potue
t? Veruntamen & hic ille viam elegit cõmodiorẽ, ſecun-
um quod Paulus dicit, Decebat eum propter quẽ omnia *Heb. 2.*
per quem omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat,
ithorem ſalutis eorum, per paſſionem cõſummari. Et hoc
t quod hic ait, oportuiſſe Chriſtum pati. Hoc etiã, quod
ibi dixit, Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. ¶ Ad lõ-
um hic doctores declarãt, quomodo paſſio ſua ianua glo-
æ fuerit. Quoniã hoc ipſo ſupplicio ſuo flãmeũ gladiũ à
aradiſi cuſtodia ademit, ſuáq; illa humilitate tanta immẽ
m adeo gloriã cõſequutus eſt: quia propterea De⁹ exalta- *Mat. 25.*
t eũ, & dedit ei nomen, vt in nomine Ieſu omne genu fle
atur. Idẽ cognouit etiã Petrus, inquiens non aliud nomẽ
iã ſub cælo datũ eſſe hominibus, in quo oporteat nos ſal
os fieri. Vſq; àdeo eñ nobilis & pręclara eſt hominis ani-
a, vt nihil iam tunc ex multis ſeculis eſſet ſuper terrã, quo
dimi potuiſſet, niſi ſola illa Chriſti paſſione & morte. Id-
rco idipſum diligenter fideleſ pręmonuit Petrus, vt cõſy- *Philip. 2.*
erarent ſe non corruptibilibus auro vel argento redẽptos *Act. 4.*
e vana ſua cõuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo
nguine quaſi agni immaculati Chriſti. Cúmq; ſcriptura
iuinitus ſit inſpirata, iuxta illud Petri, Non voluntate hu-
ana allata eſt aliquãdo prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpi *2. Pet. 1.*
ti locuti ſunt ſancti Dei homines. Et in illis inter præci-
a Chriſti paſſio manifeſte eſt deſignata, ſicut in Eſaia, Za
aria & Dauide patet. Oportuit igitur impleri ſcripturas,
ſtãte idipſũ domino, quãdo ĩ mõte Oliueti dixit, Petro, *Mat. 26.*
t quomodo implebũtur ſcripturæ? ¶ Ait vbi delicatuli hic
oſtri ſũt martyres, qui etiã propter Chriſtũ nihil, ne mini
ũ quidẽ pati volũt? qui voluptates tantũ ſectãtur & ocia
nnáq; gaudia mũdi? Quib⁹ tamẽ nõ Paulò deteriores ſunt
eochriſtiani iſti, qui præterquam quòd à malo ſibi nõ ca

uent,etiam bonum facere cõtemnunt, rati ſe tum demum eſſe (liceat mihi in re hac ſic loqui) euãgeliſſimos, ſi feria ſexta & in quadrageſima carnes vorent,eo ipſo canibus ni-
Heb.2. hilo inferiores. Audiãt iſti quid Paulus dicat, Videmus Ieſum per paſſionem mortis gloria & honore coronatũ. Audiãt illi dicentem ſibi Chriſtũ,quòd olim dixit filiis Zebe-
Mat.20. dæi,Poteſtis bibere calicem quẽ bibiturus ſum? Audiãt in-
Iacob 1. ſuper Iacobũ velut ex oraculo ſic inquientẽ,Beatus vir qui ſuffert tẽtationẽ,quoniam cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitę,quam repromiſit Deus iis qui diligunt illũ. Nemini ex nihilo & vacuo aduenit regnũ Dei,quãuis omnes etiam huius temporis paſſiones,non æquari poterunt gloriæ illi quæ reuelabitur in nobis:quoniã quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ,ſupra modum in ſublime æternum gloriæ põdus operatur in nobis. Quiſquis igitur es q̃ hîc affligeris,age,patiẽs eſto, quoniã
Rom.8. habes perſeuerantiæ tuæ largiſſimum remuneratorẽ Deũ.
1.Cor.4. 3 Iam vero incepit à Moyſe dominꝰ per omnes prophetas explicare illis omnia quæ de ſe ſcripta erant. Scripſiſſe enim de Chriſto Moyſen & in aperto atq; confeſſo eſt, &
Ioan.5. vel hinc liquet,quod Iudæis dixit Chriſtus, Quia ſi Moyſi crederetis,fortaſſe & mihi crederetis, cum de me ſcripſerit ille ſicut & prophetæ. At cur illam tu nobis lectionẽ Chriſti nõ deſcripſiſti ſanctiſſime Luca,qua ipſe tibi & Cleophę arcana ſacræ ſcripturę reuelauit,ut ſic facilius hæreticis obuiare poſſemus? Verum hoc beneplacitum fuit corã domino Deo,vt ſic ipſi vrgeremur ſcrutari ſcripturas,nóſque ſimul & intellectum noſtrum exercere,vt tandem vitam cõſequeremur æternam: ſicut ſapiẽs in perſona ſacræ ſcriptu-
Eccl.24. ræ ait, Qui me elucidãt vitã æternã habebunt. ¶ Habuiſſe
Mat.17. autem Chriſtum validiſſima ex Moyſe & prophetis teſti-
Marc.9 monia. ipſa illius teſtatur trãsfiguratio,in qua Moyſes & Elias viſi ſunt in mõte,ad deſignãdum quia ille ex lege (quã Moyſes tulit) & prophetis, quos Elias ſignificauit,haberet teſtimonium. ¶ Interea vero dũ Chriſtus in ſcripturis exponẽdis pergit,appropinquarũt ſimul caſtello, vbi ſimulabat ſe dominus longius iturum, eò tantum, quia adhuc in eorũ cordibus peregrinus erat à fide. Atque ideo nulla fal-
Gregorꝰ ſitas hîc fuit,dũ ille ſe lõgius ire finxit,quoniã talẽ ſe ergo eos exhibuit in corpore,quales ipſi erãt ĩ mẽte. Quomodo

poteſt interdum bonus aliquis ſimulare ſe alium quàm ſit:
ſicut Ioſue ante ciuitatem Hei ſimulauit fugã cum ſuis. Si- *Ioſue 7.*
militer & Dauid coram Achis rege Geht procidens in ter- *1. Reg. 12*
ram, tundebat fores, ſputo coinquinãs & cõſpuẽs herbam.
Sic Iacob quoque pellibus circum manus alligatis ſimula- *Gene. 27.*
bat ſe eſſe Eſau. Eo facit quòd inquit Sapiẽs, Eſt iuſtus, qui
inclinat faciem ſuam, & fingit nõ videre ſe quod ignoratũ *Eccle. 19.*
eſt. neque interim tamẽ fictio talis peccatum eſt, niſi malo
fiat affectu aut hypochriſi quadam, & in impoſturã aliorũ, *Sap. 1.*
cuiuſmodi hominem fictum fugere ſolet ſpiritusſanctus.
¶ Isq; adeo affectus bonus, quem hic habuiſſe dominus le
gitur de ſimulato trãſitu, ſic accipiẽdus eſt: quia ideo finge
bat ſe longius abiturum, vt fortius iſti eũ vrgerent & inui-
tarent manere, ut inuitatione iſta nõnihil ꝓmererentur &
tũc ex merito ille ſe eis manifeſtaret. Simulãti enim ſe pro *Gregor.*
greſſurũ dicebant, Mane nobiſcũ domine, qm̃ aduesperaſ-
cit, & inclinata eſt iam dies. Coegerunt autem eum, vt ha-
bet textus, ex quo exemplo colligitur, quia proximi ad ho
ſpitiũ nõ ſolũ inuitãdi ſunt, ſed etiã trahẽdi. Si Paulus quo *Hebr. 13.*
que, Hoſpitalitatis, inquit, nolite obliuiſci, quia per hanc
quidã placuerũt Deo, etiam angelis hoſpitio receptis: ſicut
Abrahã angelos ad ſe inuitauit, homines eſſe ratus, & Loth *Gene. 18.*
in Sodoma. O homo qui per omnem vitæ tuæ decurſum, *& 19*
hoſpitem hunc ad te nunquã inuitaſti, qui à iuuẽtute Deo
non ſeruiſti, inclinata iam die vel tãdem in extremo anno
rum tuorum tempore reſipiſce, hoſpitem illũ ad te inuita,
dñm tuum Ieſum Chriſtũ, vt gratiam illius impetres! Cla-
ma cũ Dauide, Ne reiicias me in tẽpore ſenectutis meæ: cũ *Pſal. 70.*
defecerit virt⁹ mea, ne derelinquas me. Sed, Deũ immorta-
l, quã pulchrũ, q̃ nouũ omnibúſq; ĩuiſum Neochriſtiano
rum euangeliũ: in quo illi eam inuenerũt omnino peregri-
nõs eſſe debere, alienum mẽdicum nullum fouendum eſſe
4 Et factum eſt cùm recumberet cum eis, accepit panẽ,
benedixit & fregit. Apertique ſunt oculi eorum. Hic ſane
morem antiquum ſuum ſeruauit dominus. ſemel etiã chri-
ſtianis reliquit exemplũ, vt ante cibum gratias agerẽt Deo,
& orarent. Atque aperti tunc ſunt oculi eorum, & eũ quem
in ſacræ ſcripturæ expoſitione non cognouerant, in panis
fractione cognouerũt. Ex audita ſcripturarũ interpretatio-
ne illuminati non ſunt & ſubinde quod audierãt facto prę- *Gregor.*

ſtare incipientes illuſtrauit dominus:quoniam non audito
Roma.8. res legis,ſed factores iuſti ſunt coram Deo. Quilibet itaq;
qui cupit quòd audiuit intelligere, feſtinet idipſum facto
præſtare. Ecce enim iſti loquentem dominum,& de ſcriptu
ris diſſerentem cognoſcere nõn potuerunt, eundemq; paulò
pòſt cum paſcerent ac cibarent,cognouerunt.

¶ Dices,Quomodo aperti ſunt oculi eorum?ánne in via nihil viderunt?Imo oculi eorũ tenebantur,quominus cognoſcerẽt illum: quoniam plurimum apud eos faciebat metus ille & timor horrorque conceptus ex recenti facto. Ad hęc facit, quòd Chriſtus eis in quacunque ſpecie apparere potuit,ſiquidem Marcus etiam dicit ipſum in aliena ſpecie eis
Aug. de conſenſu euan. li.3. cap.25. apparuiſſe. D. Auguſtinus vir præ cæteris doctoribus in ſacris literis illuminatus, duo hic pulchra inſinuat: alterum, cum ait, Non congruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum, a Sathana factum fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus,quando id meruerunt incredulitate ſua. Alterũ,quod tamen hæc à Chriſto facta eſt permiſſio vſque ad ſacramentum panis,vt vnitate corporis eius participata,remoueri intelligantur impedimẽta inimici,vt Chriſtus poſſit agnoſci. Neque enim ſimplicem hic panẽ manducarunt,ſed benedictionem panis, ipſius ſanctiſſimi corporis Chriſti conſecra
Aug. in ſer. de verbis euan. ſer. 14. tionem fuiſſe,ſicut hodie in miſſa fit Ecce quomodo in hac ſententia eſt Auguſtinus, vt putet Chriſtum diſcipulis illis duobus ſacramentum corporis ſui dediſſe,qui tamen preſbyteri nõ erant,& quidem ſub altera ſpecie tantùm. Quid igitur clamãt iſti inſani(ſed quorſum iſtud? Neochriſtiani dicere volebam)aduerſus eccleſiam catholicam.contẽdentęs laicis etiam hominibus dandam eſſe euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie,cùm tamen contrariũ hic videant in Chriſto? Et ſicut de fractione panis loquitur euangeliſta, ita deinde moris fuit in primitiua eccleſia,ſicut clare idem Lucas teſta
Act.2. tur in Actis apoſtolorum. Eiuſdem ſententiæ eſt & Theo.
Theophy. Oculi inquiens, eorum qui benedictum panem aſſumunt, aperiuntur,vt agnoſcãt illum. Magnam & ineffabilem vim habet caro domini. Et quidem ſub altera tantum ſpecie ipſum dediſſe eis hinc collige. ꝙ Lucas inquit, fracto ſtatim
Luc.22. pane,illum euanuiſſe ex oculis eorum. & aliâs nuſquam legimus Chriſtum poſt reſurrectionem bibiſſe cum diſcipulis ſuis,tantùm comediſſe. Atq; vt apud Cornelium memi-

ait Petrus, ipſe in cœna dixit dominus, A modo nō bibam *Mat. 26.*
de genimine vitis huius vobiſcum, vſque in diem illū quo
bibam nouum illud in regno patris mei. Idem quoque ſen
tit in quadā homilia Chryſoſtomus, volens Chriſtum huic *Chryſoſt.*
Cleophæ & comiti ſuo ex manu propria dediſſe panē non
benedicti ouis tantùm, ſed qui ſit ipſa ſanctificatio. Ne igi
tur porro oblatrent Neochriſtiani iſti aduerſus eccleſiam
ſanctam Dei, de vtraq; ſpecie ſacramenti etiā laicis cōferē-
da. Videāt potius alteram tātùm hic Chriſtū duob⁹ dediſſe
diſcipulis, ſicuti poſt alios doctores etiā hic Beda ſuper Lu-
cam ſentit. 5 Simul atque iam euanuiſſet dominus, dixe-
runt diſcipuli, Nónne cor noſtrum ardens erat dum loque
retur in via? Nimirum ſane Chriſtus cor eorum verbo ſuo
accenderat, quod non parum feruoris habet, vel Dauide at- *Pſal. 118.*
teſtante, Ignitum eloquium tuum vehemēter. Satim quo-
que ſurrexerunt & regreſſi ſunt in Hieruſalē, vt euangeliū
illud fœliciſſimunq; nuncium apoſtolis denunciarent, &
non ſecus ac leproſi iſti dicerent, Hęc eſt dies boni nuncij, *4. Reg. 7*
ſi tacuerimus & noluerimus nunciare vſque manè, ſceleris
arguemur. Eamus & nunciemus illud. Inuenerúntq; vnde-
cim iſtos, vtiq; etiam inter illos Thomam atque cum ipſis
alios quoſdam homines pios congregatos. Cùmq; nuncia-
re vellent eis apparuiſſe ſibi dominum, præuenti ab ipſis,
audieruntque viſum iam illum eſſe Simoni Petro. Id quan *Beda.*
do aut quomodo factum ſit, nuſquam ſcriptum legitur. Tā
tum quia hoc illi iam imminente nocte dixerunt, conſtat
qđ ipſo reſurrectionis die apparuit ei, ex omnibus viris, vt
teſtatur, primò. Neq; tacuit idipſum fideliſſim⁹ aſſecla Pe-
tri Paulus, cōmemorans Chriſtum mortuum, ſepultumq;, *1. Cor. 15.*
reſurrexiſſe deinde & apparuiſſe Cephæ atque aliis vnde-
cim. His auditis, illi duo viciſſim eis retulerūt quæ accide-
rāt ſibi, & qūo dn̄m cognouerint demū in fractione panis.
Verùm in omnibus illis Thomas nec mulieribus nec Pe- *Mar. 12.*
tro credidit, neq; illis duobus. vnde Marcus addit, iis quoq;
creditum non eſſe. Nos iam læti glorioſam illam Chriſti re
ſurrectionem triumphali carmine veneremur, canentes.
Salue feſta dies, toto venerabilis æuo, *Lactant.*
Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.
Legibus inferni oppreſſis, ſuper aſtra meantem.
Laudant rite Deum, lux, paulus, arua fretum.

EVANGELIVM, LVCÆ 24.

IN ILLO tempore, Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis, Pax vobis, ego ſum, nolite timere. Conturbari vero & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. & cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi & fauum mellis. Et cùm manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis, & dixit ad eos: Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos, quum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe
Act. 17 *eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis, Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtū pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.*

HOMILIA PRIMA.

QVia euangelium hoc cum illo Ioannis vigeſimo quod dominica proxima legetur, vnā & eandem complectitur hiſtoriam breuiter explicabimus illud. Colloquentibus inter ſe mutuò diſcipulis Chriſti de reſurrectione ſua, aliiſque credentibus, Thomas ex omnibus vnus nolens credere, abiit: ſicque indignum ipſe ſe fecit, qui dominū videret, eo quòd in conſortio ſanctorum inuenitur dominus, ſi-
Pſal. 110 cut inquit Dauid in concilio iuſtorum & congregatione magna opera domini. Et meritò quidem ait euangeliſta ſtetiſſe ibi dominum. Vere enim ſtetit, qui per paſſionem mor
Sapiē. 18 talitatis ampiius ſe inclinare non poterat. Stetit, qui totus rectus erat & in cęlum verſus. Stans inquam in terra, vſque ad cęlum pertingebat. Stetit hic ille, qui rectitudinem omnem tum veritatis, tum iuſtitiæ adimpleuit. Stetit, qui nullam omnino in ſe curuitatem admiſit, qui de omnibus hoſtibus ſuis fortiſſime triumphauit. Loquentibus ergo de Chriſto diſcipulis, medius illorum ſtetit Ieſus. Vbi diligen
Beda. ter obſeruādū eſt, tum demum Chriſtū in medio diſcipulorum ſtetiſſe quando de ſe loquerentur, ſicut iam ante om-

nibus fidelibus promiſerat: Vbicunque duo vel tres cõgregati eſſent in nomine ſuo, ibi ſe medium fore. ſicq; ad confirmandam fidem noſtram, ille etiam corporaliter tunc apparere voluit. Neque vero ſtetit inter illos tantum, ſed eoſdem amiciſſime ſalutauit: Pax, inquiens, vobis. O ſalutatio nem piam, ô verbum ſanctiſſimum omnibus meritò chriſtianis obſeruandum, in ore ſemper habendum. Idem illud vale dixerat Chriſtus ante paſſionem ſuam & mortem, iam iam à cœna vltima abiturus ad ſupplicium: dicẽs, Pacẽ meã do vobis, pacem relinquo vobis. Vnde etiam Paulus didicit, quod deinceps in omnibus epiſtolis ſuis illis ad quos ſcribit, hoc primum precatur, Gratia & pax à domino noſtro Ieſu Chriſto. Hinc laudatiſſim' ille epiſcoporum mos luxit, quod celebrantes ſacrũ miſſæ officium, aſtantem populum ſic ſalutant, Pax vobis. Hinc etiam eſt quòd ſacerdotes omnes priuſquam euchariſtiam ſumant: dicunt, Pax domini ſit ſemper vobiſcum. & iterum, Habete vinculum pacis & charitatis. Sed vos hic mecum dilectiſſimi in Chriſto fratres, per ipſum immortalẽ Deum conſyderate, quantum pietas chriſtianorũ & feruor charitatis defecerit. In primitiua quondã eccleſia quotquot miſſæ ſolennibus aderãt, omnes etiã cõmunicabãt: & vſque adeo illud ſtricte obſeruabatur, vt omnes qui cõmunicare nolebant, cogebãtur templum exire ſub conſecrationẽ ſacramenti, & illã immenſam altiſſimi myſterij confeſſionẽ: ſolum enim ad offerẽda interfuerunt, & tunc exierunt cum catechumenis. Deinde eò ventum eſt, vt ſingulis tantũ diebus dominicis cõmunicarent. Neque hic tamẽ pietas & deuotio ſubſtitit chriſtianorum. inſuper tribus tantũmodo feſtiuitatibus ſoliti ſunt cõmunicare, Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis domini. Poſt hęc ſanctiſſima illa corporis & ſanguinis communio ad tẽpus paſchale ſolummodo relegata eſt. quãuis nunc ea hominũ peruerſitas eſt, vt ne ſemel quidem in anno multi chriſtianorũ, frigidi nimiũ & aridi, de cõmunione cogitẽt. Iam vero cùm illud venerabile ſacramentum euidens ſit ſignũ mutuæ inter chriſtianos charitatis & dilectionis, adeo. vt quot quot iſtud ſuſcipiunt, non tantum toti corpori Chriſti inſeruntur, verũ etiam inter ſe viciſſim pacis & charitatis vinculum ſeruare teneantur irruptum: laudatiſſima quondam fuit chriſtianorum conſuetudo, vt poſtquã in miſſa dixerat

Mat. 18.

Ioan. 14.

De conſe. diſt. 2. c. tribus. c. omnis ho. c. vtriuſque de pæn. & remiſ.

Oſculum pacis. ſacerdos, Pax domini ſit ſemper vobiſcum, mutuò illi ſeſe obſculábantur: qui mos adhuc veſtigium ſui reliquit in eccleſia circa miſſam pontificis ſummi, quo celebrante aſtantes à ſummo ad infimum ſeſe mutuò obſculãtur, ſemper altero dicẽte, Pax tecum: reſpondet alter, & cum ſpiritu tuo. ¶Et quia amice adeo diſcipulos ſuos ſalutauit hic domin⁹, dicens, Pax vobis, recte hic ponderant doctores pacem illã Chriſti ſpeciale quoddã eſſe pignus ſalutis ac vitæ. *Beda.* Quamobrem & angeli nato ſtatim domino gratiã ſublimis donationis huius annunciarunt paſtoribus, cũ gaudio canentes, *Luc. 2.* Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Neque id ſane cuiquam mirum videri debet. quãdo quicquid in carne operatus eſt ſaluator noſter, reconciliatio mundi fuit, cuius gratia & homo factus eſt, & tanta ſupplicia paſſus, & ad extremũ turpiſſima morte mortuus? vt ſic nos qui per peccatum in iram Dei veneramus, illi rurſus reconciliaret, iram ſuam auertendo, & pacem cum ipſo *Eſa. 9.* mutuam nobis reſtituendo. Quo nomine à propheta futuri ſeculi pater & princeps pacis appellatur. & idẽ pene ſcribit Paulus iis, qui ex gẽtibus vocati ſunt ad Chriſtianiſmũ. *Ephe. 2.* Memores, inquiens, eſtote quòd aliquando vos eratis gentes in carne: nũc autem in Chriſto Ieſu, vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. ipſe enim pax noſtra. ipſe enim veniens euangelizauit pacem vobis; quoniam per ipſum acceſſum habemus ad patrem.

2 Multa hic de pace dici poſſent, quoniam pacem habere debemus cũ Deo, cũ angelis & ſanctis Dei, pacẽ etiam cũ conſcientia noſtra & proximis noſtris. O cor inquietum & perpetuis procellarũ fluctibus iactatũ, eius qui in peccatis fluctuat demerſus! O quàm verũ eſt, quod per prophetam dicit domin⁹: Non eſt pax impiis! Ille demũ pacem verã habet cui peccata tecta ſunt & remiſſa, cui Deus eſt propitius & clemẽs. conſcientia pacata, & proximis bene conciliatus. Quomodo Paulus ad Philippenſes ſcribẽs precatur, vt pax Dei quæ ſuperat omnem intellectum, cuſtodiat corda eorũ: Pax autẽ mundi huius, vt nõ ſemper bona eſt, ita non raro nocet, ſicut zelauit iuſtus pacem peccatorũ vidẽs. Aut nõne putas multos qui temporali iam pace gaudent efferri & luxuriantibus animis rebus plerunque ſecundis, etiã bellum mouere & arma contra eccleſiam, aduerſus ſacramẽta

Dei

Dei,ipſiuſque adeo Deũ & ſanctos in cœleſtibus?Quid ita
iquies, quoniam nimiũ ſunt fortunati,diuites & potẽtes,
inc libido,neglect' diuinorũ,& laſciuia rãta. Quoniã ple
unq; ira fit,vt cùm valent optime homines, tũ laſciuiãt &
eccent maxime.Cum quibus deinde ſic eueniũt omnia,vt *Deut.32.*
Moyſes dicit,Incraſſatus eſt dilectus me',impinguatus, & *Nõnunquam bonum eſt pace carere.*
ecalcitrauit,incraſſatus,dilatatus:dereliquit Deũ factorẽ
uũ,& receſſit à Deo ſalutari ſuo. Quãto ſatius erat & me-
ius hominibus huiuſmodi, pacem temporalẽ nunquã ha-
uiſſe,vt in paceDei manerent,ſicut in libris Iudicũ legere
cet,ꝙ Deus in terra promiſſionis populos quoſdã reliquit *Iudic.3.*
entilium, quorũ aſſidua infeſtatione Iudęorũ exercerẽtur
nimi,neq; omnino elãgueſcerẽt otio. Ita enim habet tex
s,Dimiſit eos,vt in ipſis experiretur Iſraẽlẽ, vtrũ audirẽt
ãdata domini,quæ præceperat patribus eorũ per manum
oyſi,an non. Quãuis periculũ eſt,ne & ea ipſa pax tẽpo-
lis nõ ſatis futura ſit diuturna:iuxta illud Pauli, Cũ dixe- *1.Theſ.5*
nt pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interi
s:neq; vel minimũ à carnalib' ſuis prædicatorib' adiuua
ntur:de quibus dominus per prophetã dicit,Quoniã ipſi *Hiere.23*
ceperunt populũ meum,dicentes, Pax,pax:& nõ eſt pax.

Deinde dicit iterum diſcipulis, Ego ſum. Ecce proprio *Ioan. 8.*
ei nomine ſeipſum vocat,ſicut iam ſuprà ſępe fecerat,lo-
ens Iudæis:quamobrem lapidare eum cupiebant, ſimúl-
e illos hic certos facit,ſe veram ipſis pacem afferre, quo-
am ipſe ſit.Neque tamẽ incertũ eſt, illis tum ſermonem,
n aſpectũ Chriſti fuiſſe notiſſimũ:vnde cũ timore & hor
re afficiebãtur,meritò cõſolat' eſt ipſos,Nolite,inquiẽs,
nere,ſicut & antea poſt cœnã dixerat;confidite, ego vici *Ioan. 16.*
undum.Siquidem& ipſe quem nihil latet,ignarus non e-
quanto timore perculſi eſſent & commoti. ſæpe igitur *Ioan. 14.*
nſolatus eſt eos dicens,Non turbetúr cor veſtrum neque
midet. ¶Sequitur in textu, Conturbati & conterriti,
ſtimabant ſe ſpiritum videre.Quod hæretici,inquit Be- *Beda.*
Manicæi de Chriſto ſuſpicantur,quòd non erat vera ca-
ſed ſpiritus erat, hæc prima cogitatio ſurrexit in cordi-
apoſtolorũ.Crediderunt tamẽ apoſtoli Chriſtum dum
eret, verũ habuiſſe corpus,neq; carnem fictitiã: ſed hoc
tũ ipſis videbatur creditu difficile,quomodo ille cũ iam
t triduũ reſurrexiſſet à mortuis, veram adhuc carnẽ ha-

Oſculum pacis. ſacerdos, Pax domini ſit ſemper vobiſcum, mutuò illi ſeſe obſculábantur: qui mos adhuc veſtigium ſui reliquit in eccleſia circa miſſam pontificis ſummi, quo celebrante aſtantes á ſummo ad infimum ſeſe mutuò obſculátur, ſemper altero dicẽte, Pax tecum: reſpondet alter, & cum ſpiritu tuo. ¶Et quia amice adeo diſcipulos ſuos ſalutauit hic domin⁹, dicens, Pax vobis, rectè hic ponderant doctores pacem illã Chriſti ſpeciale quoddã eſſe pignus ſalutis ac vitæ. *Beda.* Quamobrem & angeli nato ſtatim domino gratiã ſublimis donationis huius annunciarunt paſtoribus, cũ gaudio canentes, *Luc. 2.* Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Neque id ſane cuiquam mirum videri debet. quãdo quicquid in carne operatus eſt ſaluator noſter, reconciliatio mundi fuit, cuius gratia & homo factus eſt, & tanta ſupplicia paſſus, & ad extremũ turpiſſima morte mortuus? vt ſic nos qui per peccatum in iram Dei veneramus, illi rurſus reconciliaret, iram ſuam auertendo, & pacem cum ipſo mutuam nobis reſtituendo. *Eſa. 9.* Quo nomine à propheta futuri ſeculi pater & princeps pacis appellatur. & idẽ pene ſcribit Paulus iis, qui ex gẽtibus vocati ſunt ad Chriſtianiſmũ. *Ephe. 2.* Memores, inquiens, eſtote quòd aliquando vos eratis gentes in carne: nũc autem in Chriſto Ieſu, vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. ipſe enim pax noſtra. ipſe enim veniens euangelizauit pacem vobis; quoniam per ipſum acceſſum habemus ad patrem.

2 Multa hic de pace dici poſſent, quoniam pacem habere debemus cũ Deo, cũ angelis & ſanctis Dei, pacẽ etiam cũ conſcientia noſtra & proximis noſtris. O cor inquietum & perpetuis procellarũ fluctibus iactatũ, eius qui in peccatis fluctuat demerſus! O quàm verũ eſt, quod per prophetam dicit domin⁹: Non eſt pax impiis! Ille demũ pacem verã habet cui peccata tecta ſunt & remiſſa, cui Deus eſt propitius & clemẽs. conſcientia pacata, & proximis bene conciliatus. Quomodo Paulus ad Philippenſes ſcribẽs precatur, vt pax Dei quæ ſuperat omnem intellectum, cuſtodiat corda eorũ: Pax autẽ mundi huius, vt nõ ſemper bona eſt, ita non raro nocet, ſicut zelauit iuſtus pacem peccatorũ vidẽs. Aut nõne putas multos qui temporali iam pace gaudent efferri & luxuriantibus animis rebus plerunque ſecundis, etiã bellum mouere & arma contra eccleſiam, aduerſus ſacramẽta

Dei

ei,ipſiuſque adeo Deũ & ſanctos in cœleſtibus? Quid ita
quies, quoniam nimiũ ſunt fortunati,diuites & potẽtes,
nc libido,neglect⁹ diuinorũ,& laſciuia tãta. Quoniã ple
unq; ita fit,vt cùm valent optime homines, tũ laſciuiãt &
eccent maxime. Cum quibus deinde ſic eueniũt omnia,vt *Deut.15.*
loyſes dicit,Incraſſatus eſt dilectus me⁹,impinguatus, & *Nõnun-*
calcitrauit,incraſſatus,dilatatus:dereliquit Deũ factorẽ *quam bo-*
ũ,& receſſit à Deo ſalutari ſuo. Quãto ſatius erat & me- *num eſt*
us hominibus huiuſmodi, pacem temporalẽ nunquã ha- *pace care-*
uiſſe,vt in pace Dei manerent,ſicut in libris Iudicũ legere *re.*
cet,ꝙ Deus in terra promiſſionis populos quoſdã reliquit *Iudic.3.*
entilium, quorũ aſſidua infeſtatione Iudæorũ exercerẽtur
imi,neq; omnino elãgueſcerẽt otio. Ita enim habet tex
s,Dimiſit eos,vt in ipſis experiretur Iſraẽlẽ, vtrũ audirẽt
ãdata domini,quæ præceperat patribus eorũ per manum
oyſi,an non. Quãuis periculũ eſt,ne & ea ipſa pax tẽpo-
lis nõ ſatis futura ſit diuturna:iuxta illud Pauli, Cũ dixe- *1.Theſ.5*
nt pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interi
s:neq; vel minimũ à carnalib⁹ ſuis prædicatorib⁹ adiuua
ntur:de quibus dominus per prophetã dicit,Quoniã ipſi *Hiere.13*
ceperunt populũ meum,dicentes, Pax,pax:& nõ eſt pax.

Deinde dicit iterum diſcipulis, Ego ſum. Ecce proprio *Ioan. 8.*
ei nomine ſeipſum vocat,ſicut iam ſuprà ſępe fecerat,lo-
ens Iudæis:quamobrem lapidare eum cupiebant, ſimúl-
e illos hic certos facit,ſe veram ipſis pacem afferre, quo-
am ipſe ſit. Neque tamẽ incertũ eſt, illis tum ſermonem,
m aſpectũ Chriſti fuiſſe notiſſimũ:vnde cũ timore & hor
re afficiebãtur,meritò cõſolat⁹ eſt ipſos,Nolite,inquiẽs,
nere,ſicut & antea poſt cœnã dixerat;confidite, ego vici *Ioan. 16.*
undum. Siquidem & ipſe quem nihil latet,ignarus non e-
: quanto timore perculſi eſſent & commoti. ſæpe igitur *Ioan. 14.*
nſolatus eſt eos dicens,Non turbetúr cor veſtrum neque
rmidet. ¶ Sequitur in textu, Conturbati & conterriti,
iſtimabant ſe ſpiritum videre. Quod hæretici,inquit Be- *Beda.*
,Manicæi de Chriſto ſuſpicantur,quòd non erat vera ca-
, ſed ſpiritus erat, hæc prima cogitatio ſurrexit in cordi-
s apoſtolorũ. Crediderunt tamẽ apoſtoli Chriſtum dum
ieret, verũ habuiſſe corpus,neq; carnem fictitiã: ſed hoc
ntũ ipſis videbatur creditu difficile,quomodo ille cũ iam
ſt triduũ reſurrexiſſet à mortuis, veram adhuc carnẽ ha-

beret. Sed Chriſtus ſimul & illorum falſas reprimit cogitationes,& perfidum Manichæorũ confutat errorem. Tu tamen caue animum inducas,vt credas omnes in hac ſentẽtia fuiſſe apoſtolos, vtiq; enim Petrus id nõ ſenſit,cui iam ante apparuerat dominus:neque illi duo, qui vna abierunt in Emaus,ſed tantum quidã alij exterriti,putauerunt ſpiritum ſe videre,non aliter atque tunc fecerunt, quando videbant dominum prętereuntẽ ſe iu mari,nanque & tunc dixerunt,
Mat. 14. quia phantaſma eſt. Sic etiam puella iſta dicente Petrum aſtare præ foribus,dixerunt alij angelum eius eſſe, inſanam
Act. 12 illam prædicantes quæ Petrum eſſe crederet. Ad eundẽ modum etiam hodie quibus boni ſpiritus apparent,horrent,& exterriti velut lupo priore viſo,conſternantur,& ſummo afficiuntur ſtupore:tandemque tamen ad ſe reuerſi, gaudere rurſus & lætari incipiunt. Sicut Moyſes etiã & Paulus atto-
Heb. 12. niti,obſtupuerunt,idipſo Paulo atteſtãte,cum ait, Ita terri-
Exod. 19. bile erat quod videbatur. dixit enim Moyſes, Exterrit⁹ ſum & tremebũdus neq; enim aliter iſti etiã cũ horrerẽt primulum,paulatim tamẽ ad ſe redierũt,& gauiſi ſunt Sicq; quod hic Lucas cõmemorat,principio factum eſſe cõſtat, quãdo perturbati ſunt, Viciſſim tamẽ poſt conſolationẽ & viſionẽ
Ioan. 20. domini cõtigit quod Ioãnes narrat, Quia gauiſi ſunt diſci-
Hieron. puli,viſo domino. ¶ Bene autẽ & circũſpecte vir doctiſſim⁹
Emſer. ille Hierony. Emſer, felicis memoriæ obſeruauit hic quiddam cõtra Neochriſtianos: dum admonet ex illo diſcipulorum metu & trepidatione colligendũ eſſe,quia & olim ſpiritus apparuerint hominib⁹. aliâs enim quomodo apoſtoli idipſum cogitare & vereri potuiſſent? Explodẽdus itaq; omnib⁹ modis & vitãdus error eſt hæreticorũ,qui iſtos neſcio quomodo tumultuarios ſpiritus vocant, quãdo magnũ eſt quod per hoc aſſumunt vel potius aſtruere conantur, quia purgatorium non credunt, omnes etiam hiſtorias abnegãt & recuſant credere,quæ in apparitionibus ſpirituũ tot modis,tamq; pene innumeris hominibus acciderũt. Stolidiſſimi ipſi vtique & plane veſani homines, qui dũ aperte veritati credere nolunt, ſua mendacia obtrudere omnib⁹ & perſuadere cogitant, Neq; mirum etiã quod purgatorium negant,qui omnibus vniuerſæ vitæ tum officiis tũ actionibus viam certã ſibi ad inferos ſternũt. 4 Vanã falſamq; iſtam diſcipulorum ſuſpicionẽ iam deinceps dominus verbis fa-

ſq; reprehēdit. verbis quidē cùm ait, Quid turbati eſtis,
cogitationes aſcendūt in corda veſtra? bene ſane, inquit,
cendunt, eo ꝙ ille non veniebant deſuper: ſed ex humana
rmidine natæ, mentes eorū perturbabant. Factis autē, dū
plici externorū ſenſuum ꝓbatione ipſos ad ſui cognitio
reuocat, dicit enim, Videte manus meas & pedes meos, *Beda.*
ia ego ipſe ſum. Neq; interim ſine cauſa manus ſuas & pe
s potius q̄ vultū quem æque nouerāt, eos videre ac reco-
oſcere iubet: vt viſis clauorū ſignis, quibus cruci erat affi
s, nō ſolū corpus eſſe quod videbāt, ſed vt ipſum domini
corpus, quod crucifixū nouerāt, intelligere poſſent. At-
e vt magis adducerentur illud ita credere, corpus inſuper
m iam immortale, mortalibus iſtorū manibus palpan-
exhibuit. Cuius rei multæ quidē aſſignari poſſunt ratio-
s, quibus iuuetur & cōfirmetur hominum deuotio. Cer-
enim manus ipſis ſuas oſtēdit, quibus tot & tanta opera-
fuerat miracula in ſanatione ægrotantium, ſicut Dauid
uit, Dextera domini fecit virtutem. Manus hæ nimirum *Pſal. 117*
fuerunt, in quibus ipſe ſigna charitatis & dilectionis er
uos ſuæ immenſa cōſcripſit, ſicut in perſona ſua ꝓpheta
gelicus dicit, In manibus meis deſcripſi te. Man⁹ inquā *Eſa. 49.*
e, quibus nos à morte eripuit, & è quibus nos neminem
ipere poſſē profeſſus eſt, dicens, Non rapiet eos quiſquā *Ioan. 10.*
manu mea. Quid multa? aut quid nos immoramur, refe-
lo ſingula? Man⁹ illas diſcipulis oſtēdit, quibus nos obtu
Deo patri. ¶ Cæterū quia teſtes ipſos reſurrectionis ſuæ
ere & inſtituere volebat, eos etiam adhuc certiores red-
lit, inquiens, Palpate & videte, quia ſpiritus carnē & oſſa
habet, ſicut me videtis habere. Ecce vt quā maxime pro
um dare poſſent ſuæ reſurrectionis teſtimonium, diligē-
ipſos prius in omnibus inſtituit. Teſtem nàque reſurre-
onis dominicæ futurum etiam illum teſtatus eſt Petrus,
ſquis ex duob⁹ in locū Iudæ præuaricatoris ſubrogare- *Act. 1.*
. Sic idem ille Petrus in cōcione ſua ad Iudæos, Ieſum, *Act. 2*
uit inter cætera, quem Deus ſuſcitauit, cuius nos teſtes *Act. 10*
nus. Similiter deinde cū veniſſet Cęſareā, dixit, Et nōs te
ſumus omnium eorum quę fecit. Et hæc omnia meri-
quidem: quoniam & ipſe dominus abiturus in die aſcen
nis ſuæ, ſic dixerat illis, Vóſque adeo mihi teſtes eritis in *Act. 1.*
eruſalem, in Iudæa, Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

¶Sane veraciſsimi illi teſtes extitêre, qui quod teſtati ſunt, viderant, audierant, palparant. ſicut ſanctus Ioannes maxi-
1. Ioan. 1 ma vtiq; fiducia, auditores deinceps ſuos docuit myſteria fi dei & veritatis que ſequãtur. ait enim, Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidim⁹ oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtrę cõtrectauerũt de verbo vitæ. Et infrà, Quod vidimus& teſtamur, annunciamus vobis. Quod ergo verbis docuit Chriſtus, idẽ plane factis exprimit, dum manus eis & pedes oſtẽdit: vtq; dubitationis vulnera ſanaret, vulnera ipſis ſua exhibet. Et nos igitur glorioſæ& ſuper omnia benedictę reſurrectionis ſuæ participes facere digne tur, qui ipſe eſt benedictus in æuum, Amen.

ALTERA HOMILIA SVPER

Euangelium feriæ tertiæ Paſchæ.

IPſa etiam nocte ſanctiſſima, quæ glorioſum diem reſurrectionis dominicæ inſecuta proxime eſt, domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus apparuit diſcipulis ſuis, illiſque manus & pe des ſuos oſtendit, vulnera etiam & cicatrices monſtrauit, vnde cognoſcerent illum in proprio corpore reſurrexiſſe, eodemque plane, in quo paſſus fuerat. neque tamen ſic crediderunt, ſed tantum prę gaudio admirati ſunt & obſtupue runt attoniti. Quodque ſic ex apoſtolis quidam non credi-
Gregor. derunt, factum, eſt (authore Gregorio) diſpenſatiue, in vtilitatem & eruditionem noſtram. certe enim iſtorum dubitatio nõ tam propria eorum infirmitas, quàm noſtra futura firmitas fuit. Sic minus nobis profuit Magdalena quæ citò credidit, quã Thomas dum diu dubitauit, qui eo ipſo quod in tanta ambiguitate etiam cicatrices vulnerum contrecta
Beda. uit vulnera dubitationis à noſtris cordibus amputauit. Et tamen aliquantulum ad meliorem frugem reuerſi videntur apoſtoli, qui quanuis tantę maieſtatis nouitatem non intel ligebant, tamen iam admirari incipiebãt, videntẽs ſe prę pe ctoris ſui imbecillitate credere nondũ poſſe. Verum hîc nihil ambiguitatis mitiſſimus relinquere volens, inſuper etiã poſt multam conſolationem cum eis manducare dedignat⁹ non eſt, vt ſic corporali cibo corporis ſui veritatem efficacius commonſtraret. Dixit ergo, Habetis hîc aliquid quod mãducetur? Non ſanè eò quærit, quòd ignoret quem nihil latet: ſed vt per hoc, quod iſti cibum domino quem ſane ve rum credebant obtulerunt, veritatẽ deinceps dominicæ re-

ſurrectionis crederent. Et in hac re, inquit Beda, cauẽda eſt hæreſis ſtulta Cherintianorum, ne quis videlicet pueriliter deſipiens, æſtimet mediatoris Dei & domini noſtri corpus excitatũ à mortuis, ſuſtentaculo eguiſſe ciborum. Sed neq; nos illo poſt reſurrectionem noſtrã indigebimus, ſicut clare teſtatur magnus illæ futuræ fœlicitatis inquiſitor & deſyderator, quũ ait, Ego in iuſtitia apparebo cõſpectui tuo, ſatiabor quum apparuerit gloria tua. Quò pertinet & illud Philippi, Oſtende nobis domine patrem, & ſufficit nobis. Credendum igitur aduerſus Cherintianos hæreticos nobis firmiter eſt, Chriſtum poſt reſurrectionẽ ſuam nullo quidẽ ciborum indiguiſſe alimento: & tamen manducandi poteſtatem habuiſſe. Quanuis cibus ille nullũ omnino ſanguini præſtitit alimentum, ſed ſicut guttula aquæ igni iniecta ſtatim abſorpta conſumitur: ita etiam cibus ille à Chriſto manducatus, virtute ipſius dicto citius aſſumptus fuit. *Beda.* *Pſal.16.* *Ioan.14.*

¶Vnde etiam colligitur erraſſe Euticẽ, qui inter cætera putauit corpora poſt reſurrectionem aëre & vẽto futura ſubtiliora, & quod tangi omnino non poſſent, cum tamen Chriſtus iam à reſurrectione corpus ſuum diſcipulis palpãdum præbuerit. Itaq; & noſtra corpora poſt reſurrectionẽ quanuis ſubtilia erũt & agilia, eiuſmodi tamẽ futura ſunt etiam quæ palpari poſſint & cõtrectari: quoniã in veritate veram & ipſiſſimam, vt ſic dicam, corporis naturam retinebunt.

2 ¶At illi, inquit euangeliſta, obtulerunt ei partem piſcis aſſi & fauũ mellis. Iuxta literam quidẽ eis tanquã piſcatoribus cib⁹ hic magis erat familiaris: & quia idipſum quoq; à domino didicerãt, cum quo piſces manducare ſoli erant: Quo od ſignificationem autem, poteſt ille piſcis aſſus Chriſtum ipſum deſignare, aut certe quemlibet hominem Chriſtianum, qui tribulationibus & ærumnis velut aſſatur ad ignem charitatis diuinæ & perfectæ fidei. Et quia imperfectam fidem habebant apoſtoli, recte etiam alteram tãtùm paſcis partem, neq; totum domino piſcem obtulerunt. Mel autem dulcedinẽ ſignificat ęternę felicitatis, quomodo & Sapiens, Spiritus, inquit, meus ſuper mel dulcis, & hæreditas meas ſuper mel & fauum. Quamobrẽ pij homines, qui à longe odorẽ mellis huius percipiunt, apes vocantur. (Facile enĩ eſt latiſſime hic expatiari in theologia ſymbolica, quod ſacræ literæ pro magna parte verſantur in ſymbolis, *Ioã.6.21* *Eccle.24*

Poteſt ergo vel mediocriter exercitat' duos aut tres ſermones facere de piſcibus, melle & fauo. Dominus autem cùm manducaſſet coram eis, ſumens reliquias, dedit eis. manducauit ille quidẽ, quia potuit, nõ quòd ĩdiguit: & deinde ipſi etiã manducauerũt diſcipuli. ſicut Petrus dicit, Dedit eum
*Act.*10. Deus manifeſtũ fieri, nõ omni populo, ſed teſtib' pręordinatis à Deo, nobis qui mãducauimus & bibimus cum illo,
Beda. poſtq̃ reſurrexit à mortuis. Ac bene quidẽ apoſtolis etiam nõnihil de piſce aſſo porrexit, quia enim piſcis ille Chriſtũ deſignat, qui in aquis ſeu flumine natauit humanæ naturæ, captuſq; eſt reti mortis noſtrę, & aſſatus igne paſſionis ſuæ ac mortis. Vis ſcire quomodo diſcipulis quoq; ſuis de hoc
Mat. 20 præbuit, quãdo nimirũ dixit ad illos, Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibitur' ſum? illos itaq; demũ ad quietã & vitã aſſumit æternã domin', qui hic ꝓpter Deũ, patiẽtiã, tribulationẽ & perſecutionẽ ſufferre non recuſant. 3 Poſt eſum corporis, ſalutari etiam eſca animos eorũ paſcens, ſic dicit, Hæc ſunt verba quæ locut' ſum vobis, quum adhuc eſſem vobiſcũ. Vbi per verba, nõ ipſa verba, ſed quod verbis deſi-
*Eſa.*39. gnatur intellige: ſicut & Eſa. verbũ nullũ dicit fuiſſe in domo ei', volẽs Ezechiã nihil nõ oſtẽdiſſe legatis regis Babyloniæ. Nõ erat, inquit, verbũ, id eſt nulla res verborũ (forte ex Hebræo vbi rẽ & verbũ ſignificat) ita hic domin' ait, Hæc ſunt verba mea, hoc eſt, hæc ſunt, quæ verba mea oĩa ſibi voluerũt & deſignatũt, quæ antea de paſſione mea & morte loquut' ſum vobis. Ex iis pleraq; deſcripſerũt Mat
*Mat.*16. thæ', Marcus, & Ioãnes. Apud Matthęũ enim aliquãdo obſcurius, quidẽ, ſed ita tamẽ, vt intelligerent facile, prædixit eis ſupplicia quæ ſibi imminerẽt, adeo etiam vt cõmot' iis verbis Petrus, diceret, Abſit hoc à te domine diſſuadere volens illũ ab inſtituto. Apertius deinde idẽ oſtendit eis Mat-
*Mat.*20. thęi 20. & Marci 8. neq; ſemel etiã in vltima cœna, quomo-
*Mar.*8. do vnus è duodecim ſe traditurus eſſet, quo pacto alij inſuper omnes offendiculũ paſſuri eſſent ex ſe vna nocte, & ꝙ percuſſo paſtore, omnes diffugiturę eſſent oues. Atq; ad ex
Mat. 26. tremũ in vltima ſua cõcione multis miriſq; modis, tũ præ-
Ioan. 14. monere ipſos voluit, tum quibuſdã velut armis inſtruere, quatenus in omnibus tribulationibus, miſeriis, ærũnis, periculis & perſecutionibus eſſent paratiſſimi. Eaque omnia
*Ioan.*14. hoc tãdẽ verbo cõcluſit, Hæc loquutus ſum vobis antequã

iant,vt cum facta fuerint,credatis,¶Simul atq; ergo domi
us reſurrectiõis ſimul & corporis ſui veritate declarata,ex
iſce aſſo non nihil mãducaſſet,quod reliquum erat,reddi-
it illis, dicens, Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum vobis
ùm adhuc erã vobiſcum,ſcilicet in corpore mortali,quo-
iã oportebat impleri ſcripturas,ſicut duob⁹ illis in Emaus
untibus etiam dixerat in via. Nanque & hic trium tantũ-
nodo veteris teſtamenti partium commeminit, legis,pro-
hetarum & pſalmorum in quibus quæcunque de ipſo ſcri
ta erãt,oportebat impleri iuxta illud, Ne iota quidem mi *Matt.5*
imum vel apex peribit ex lege,donec omnia fiant.

¶Iam verò dominus poſtquam ad cõfirmandam reſur- *Beda.*
ectionis ſuæ fidem ſeipſum viuum diſcipulis prębuit, ver-
a exhortationis attulit,veſtigia paſſionis non ſolũ intué-
a,ſed & palpanda monſtrauit:cũ ipſis mãducauit,ne quiſ-
uam calumniari poſſet,cum ſenſibus illorum impoſuiſſe,
tanquam phantaſma fuiſſe. Nũc etiam ſcripturas aggre-
itur,vt omnem omnibus tum Iudæis tum Gẽtib⁹ auferat
auillãdi occaſionẽ:quoniam vt maximè diſcipulos(quòd
bſit tamẽ vel dicere vel cogitare) videndo & palpando fe-
elliſſet,eos tamen in ſcripturarum infallibili veritate falle
non potuit:quoniã iſtæ de eo ſcriptæ fuerant,antequam
aſceretur,aut natus quicquam pateretur. Et quî tãdẽ ſcri-
tores illos ĩformare potuerit,qui tot retro ſeculis antè eũ
emortui fuerant?Recte itaque Lucas,Aperuit, inquit,illis
enſum,vt intelligerent ſcripturas,& dixit, Quoniã ſic ſcri
tum eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati & reſurgere à mor-
uis.Oportuit inquã pati moríq; Chriſtum, nõ quòd mor-
em quam ſpõte ſubibat,vitare non potuiſſet, abſolute lo-
uendo: ſed quoniã,vt inquit Augu. ex multis aliis modis *Aug li.*
berãdi hominis etiã poſſibilibus Deo , hic vnus cõueniẽ- *13.de tri.*
iſſimus erat:quo ille infirmitati noſtrę mederetur,eo ꝙ in
lo ſumma Dei miſericordia ſumma coniuncta iuſtitiæ,ſit
nanifeſtata. ¶Ex ſacris itaque literis docuit domin⁹ quod
ræterierat,mortẽ ſuam & reſurrectionem inde confirma-
it.Iam verò quod futurum erat, porrò eis annũtiat quan-
um ad ipſos pertinebat ſcilicet quod in nomine ſuo prędi-
ari deberet pœnitẽtia.& remiſſio peccatorũ in omnes gẽ-
es Idq; adeo deinceps impleuit Petrus , quũ prædicaret &
iceret,Quod illi omnes prophetę teſtimonium perhibẽt, *Act.10*

accipere remiſſioné peccatorum in nomine ſuo. Et iterum,
Act. 3 Pœnitétiam agite, vt deleantur vobis peccata veſtra. Commédat igitur hic ipſis officium prędicationis, ſimúlq; quid omnino prædicare debeant, docet, & qui futurus ſit prædicationis finis. vtique enim nō priuatum commodum, non faſtus, non liuor, ſed pœnitétia & remiſſio peccatorum. id incipiendo quidem à Hieroſolymis, ſed tamen non in ſola
Beda. Iudæa, verum in omnes gentes. ¶ Beda hoc etiam aduerſus hæreticos exponit, Non latret, inquiés, rabies hæreticorum de angulo. Toto terrarum orbe diffuſa eſt eccleſia. omnes gentes habent eccleſiam, nemo nos fallat. Nihil nos Lutherani moueant, nihil perturbent nos Zuingliani. Nec quicquam audeant aduerſus eccleſiam Catabaptiſtæ. Hieruſalem illa iam olim cœpit, & creuit in vaſtum illum & immẽſum orbem terrarū, vnóq; iſta iam gaudet Deo Chriſto illo Meſſia ſuo. fruſtrà ſunt omnia, quæ ſibi in ſuis ſomniāt hæretici cōciliabulis. Audi autem quid ſuper hoc iam olim
Eſa. 49 dominus per prophetam dixerit, Ego dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea ab extremis terræ. In hoc ſane & apo-
Mat. vl. ſtolis deinde commiſit euāgelium prædicare omni creatu-
Augu. ræ. Sic Aug. Donatiſtas quoq; eludit, qui putabāt ſpiritum ſanctum penes ſe tantùm eſſe, quanuis & ipſi plurimas per vniuerſam Aphricam habebāt eccleſias. Ridet ergo & meritò redarguit eos Aug. vnde iſte faſtus eis & inſolentia tāta, ꝙ ſe ſolos pro vniuerſali iactent eccleſia. Quid iam Auguſt. in hæc noſtra rediés ſecula, noſtrates videat Neochriſtianos? quid ſi eorum tumidam conſpiciat ſuperbiam? qui vbi duas aut tres ſeduxerint eccleſias, ſuíſque perditiſſimis adiuxerint erroribus, ſtatim tument, & turgidi elatíque totum ſibi mundum conciliaſſe videntur, ſe ſolos chriſtianos eſſe gloriantur, totámque ſe putant conſtituere eccleſiam. Impudentes & ſtolidi immenſum & omnipotentem illum vniuerſi mundi cōditorem ac redemptorem, iíſce anguſtiis includere volunt & arctiſſimis ſuæ ſentinæ cryptis. Nō ſic, vtique non ſic. Nondum enim adſunt illa tempora, quibus
Ioan. 19. hæreditas Chriſti quā accepit à patre ſuo, in iſtas anguſtias redigatur. Superſunt adhuc chriſtiani in Italia, Gallia, Hiſpania, Anglia, Scotia, Polonia, Hungaria, Græcia, Æthiopia, India, & Armenia. Hanc vniuerſam Chriſti hæreditatem non ſeducét illi, vtique fures iſti, latrones & raptores.

Quinimo ſicut hic Chriſtus diſcipulis ſuis prędixit fore, vt in nomine ſuo prædicaretur pœnitentia & remiſſio peccatorum, ita in hunc hodiernum vſque diem indulgentia peccatorum omnibus annunciatur per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amē.

DOMINICA A FESTO PASCHAE PROXIMA, EVANG. IOAN. 20.

IN illo tempore: Cum ſero eſſet die illo vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, *Lucæ 24.*
venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Et cùm hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo domino. Dixit ergo eis Ieſus iterum, Pax vobis. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit & dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus dominum. Ille autem dixit eis, Niſi videro in *Mat. 16. & 18.*
manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis, venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpōdit Thomas & dixit ei, Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt.

HOMILIA PRIMA.

CHariſſimi in Chriſto fratres, hoc illud euangelium eſt aquilæ in ſublime euolantis, ſanctiſſimi ſcilicet Ioannis, quis quomodo non nouum & præ cæteris admirandum quid nobis apportet? Nos modo paulò diligentius exploremus & inquiramus, quid dilectus ille domini diſcipulus, qui & ſupra pectus ipſius in cœna recubuit, in hac narratione ſibi velit. Cum ſero, inquit, eſſet, die illo vna ſabbatorum. Dies hîc ipſe fuit dominicę reſurrectionis, in cuius mane apparuerat Mariæ Magdalenæ, & eidem de-

inde rurſus cum aliis mulieribus, tandem Petro. Quo die
Ioan. 20 etiam cum illis duobus iuit in Emaus, iiſdem etiam ſub ve-
Mar. 16. ſperum reuerſis domum, atque aliis diſcipulis quæ viderãt,
enarrantibus, tum demum hæc hiſtoria, de qua hic noſter
Ioannes accidit. Vbi ſciendum eſt, eandem eſſe apparitio-
nem quam hic Ioannes deſcribit, & cuius meminit Lucas,
quum de piſce aſſo & fauo mellis manducaſſe dominum
Luc. 24 commemorat. Sicque Ioannes, qui poſtremus ex omnibus
ſcripſit euangelium legens aliorum euangelia, quæcunque
omiſerunt illi, ſuppleuit, & veluti ſupplemẽtum quoddam
ſcripſit euangeliorũ. Cum ergo ſero eſſet, quæ nimirũ hora
eſt veſpertinę orationis, quo tempore vt plurimùm piis ho
minibus quondam apparere ſoliti ſunt angeli, ſicut in Da-
Dan. 8 niele legimus, quia ſub ipſa ſerotini ſacrificij hora venite
cõſueuerit ad illũ Gabriel, & expoſuerit ei viſiones. Quo-
Lucæ. 1 modo ad Mariam quoque idem angelus eodem tempore
aduentaſſe creditur. ¶ Sed hic clauſæ erant fores, vbi erant
diſcipuli propter metum Iudęorum, eodem plane in cœna-
culo, in quo cum ipſis Chriſtus cœnauerat vltimo in mon-
te Siõ. Quam quidam putem domum fuiſſe Lazari. Ibi in-
greſſus eſt dominus. In quo omnipotẽtia illius deſignatur,
qui clauſis etiam ædium foribus ingredi potuerit, quòd ſa-
ne naturam rerum ſuperat, vt duo corpora in eodem ſint lo
co. id igitur quum poſſit Deus, quomodo non facere pote-
rit etiam, vt idem corpus in plurimis ſit locis, ſicut in ſacra-
Theophy. mento euchariſtiæ fieri credimus omnes? Theophy. vult cũ
ideo clauſis apparuiſſe foribus, vt oſtenderet illis, quod ita
etiam concluſo ſurrexiſſet ſepulchro, ſupra poſito lapide.
Et rectè quidem expectauit veſperum vt plures tunc con-
uenirent diſcipuli, qui interdiu ob metum Iudæorum diſ-
perſi, alij alibi latitabant. Quo ad literã, clauſæ fuerunt ia-
Beda. nuæ propter metum Iudæorum, & tamen eius quoque rei
rationem & ſignificationem aliquam doctores aſſerunt: ac
primùm quidem illam, vt hinc nos diſcamus tẽpore deuo-
tionis amouere omne impedimẽtum impetus, & tumult',
ne diſtrahatur ſpiritus ab officio & intẽtione. ſic nos orare
Matt. 6. volẽtes iuſſit Chriſtus ingredi cubiculum, atque illius quo-
que ianuam claudere, vt tũc demum exaudiamur à domi-
no. Deinde ne etiam à cõtemplatione auocetur animus per
ſtrepitum & externorum ſenſuum vanitatem, quando faci-

e affectus à pietate diſtrahitur, dum ſe turpia offerunt, & vana quędam ac laſciua, ipſum ſtatim auditum ſuo pruritu titillantia. Quomodo etiam Deus per Eſaiã dicit, Vade po- *Eſa. 26.* pulus meus & intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te. abſcondere modicùm ad monumentũ, donec pertrãſeat indignatio mea. Præterea ad literam quoq; intelligẽdo, cõ- ſtat diſcipulos clauſiſſe fores, ſi quando conuenirent oratũ ſeu meditatum, propter nonnullos tum ex Iudæis animad- uerſores, tum falſos chriſtianos, de quibus Apoſtolus dicit, *Gala. 2* Titum nõ eſſe coactum circuncidi, ſed propter ſubintrodu- ctos ſalſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu: ſicut nunc quoq; inter chriſtianos vſu venire ſolet. Venit ergo ad diſcipulos ſuos dilectiſſimos dominus, ſicut promiſerat eis, Vbicũque duo aut tres cõgregati fuerint in nomine ſuo, ibi ſe mediũ fore. Et deinde poſt cœnam. Vos quidem nunc triſtitiã ha- *Ioan. 16.* betis, ſed ego iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Et rurſus, Iterum veniã ad vos, & aſſumã vos ad meipſum. *Ioan. 14*

Stans autẽ in medio illorum, ſalutauit eos, & dixit, Pax vobis. Hunc ſalutandi modum in vſu habuerũt Iudęi, vt di- cerent inter ſe, Salilom lecha, Pax tibi. Docuit idẽ diſcipu- *Matt. 10* los ſuos Chriſtus, & iuſſit, vt in quãcunq; domum intrarẽt, primùm ſtatim dicerẽt, pax domui huic. Ita ſane hic quoq; dominus pacificum volẽs oſtendere ingreſſum ſuum, dixit, Pax vobis. Pacem hanc omnes habere debent chriſtiani, pa- cem inquam in Chriſto, in conſcientia quiſq; ſua, in gratia Dei & gloria. Hinc etiam lex (inquit Cyrillus) quædã eccle- *Cyrillus* ſiæ tradita eſt. in ſanctis enim congregationibus hoc ſæpiꝰ id inuicẽ dicimꝰ, Quia pacẽ ad nos & ad Deũ habere, fons & origo bonorũ omniũ eſt. Ita ſane vſurpauit etiã Paulus, ita Eſaias, Seruabis pacẽ, quia in te ſperauimus. Vſqueadeo *Eſa. 26* igitur decuit, vt ſic Chriſtus ſalutaret ſuos, quoniam ſolus ille pacis largitor eſt verꝰ, qui ex teſtimonio ſcripturę ipſiſ- ſima pax eſt. Magnum fratres & ſalutare quiddam pax eſt, quam Deus ipſe quotidiano iuſtinctu nobis inſpirat: iuxta *Pſal. 84.* illud Dauidis, Audiam quid loquatur in me dominus Deꝰ, quoniam loquetur pacẽ in plebem ſuam. Pacem ipſe etiam *Mar. 9* Chriſtus docuit in terra, iubens ſuos pacem habere inter ſe *Ioan. 14.* mutuò. Moriturus quoq; iamiã, pacẽ illis ſuã dedit, & pro memoriali reliquit. Quũmq; reſurrexiſſet, prima ſtatim ſa-

Ioan.20. lutatione pacem apoſtolis annunciauit. Pacem illam genti
bus quoque per apoſtolos ſuos prædicauit, teſte Propheta,
Zacha.9. Pacem loquetur gẽtibus. ¶ Et profectó res eximia, ſancta,
præclara, maximẽque ſalutaris pax illa eſt, quantũuis rariſ-
ſima hoc pręcipue ſeculo, in vniuerſo etiam chriſtianiſmo.
Quantum præſtaret, quantúmq; referret nos pacem foue-
re ſeduló, vt ſic plus gratiæ conſequeremur à Deo? Certe e-
August. nim verum eſt illud Auguſtini, quod qui ſeruat pacem cũ
proximo ſuo, ei trinitas tota cũ vniuerſo exercitu celeſtiũ
Psal.138 benedictionem confert. Hinc Dauid dicit, Ecce quam bo-
num & quàm iucũdum, habitare fratres in vnum. Quoniã
illic miſit dominus benedictionem & vitam vſque in ſecu-
lum. Vbicunque ergo pax, ibi Deus eſt: vbi contentio & di
ſcordia, ibi diabolus. Tantum autem eſt bonum pacis, vt ea
1.Cor.13. etiam hoſpitio excipiat Chriſtum, teſtãte Paulo, ſeduló vti
que illo ad ſectandam pacem exhortatore, quum ait, Habe
te pacem, & Deus pacis erit vobiſcũ. O Deum immortalẽ.
ſi uere chriſtiani eſſemus, non tot eſſent inter nos bella, diſ
ſidia, contentiones, homicidia, odia, inuidię, & quid deniq;
non? omne penitus malorũ genus. Verúm nõ eſt qui velit
alteri obſequi, & nõnunquã condeſcendere ex amore Dei
& pacis: ſed quiſque ſibi iudex eſſe cupit, nec cuiquam pro-
pter Deum remittere noxam. ¶ Hinc nimirũ tanta malorũ
congeries in mundo, hinc tot ſcelera, hinc tam infinita in-
cumbũt regnis, regionibus, oppidis, penéq; vicis & viciniis
omnibus incõmoda & damna. Sed hic tu mihi audi Sapiẽ-
tem, In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata
Eccle.25. coram Deo & hominibus, Cõcordia fratrum, & amor pro-
ximorum, vir & mulier bene ſibi conſentientes. Quiſquis
enim animo & affectu chriſtiano vere dimittit proximo
ſuo, nec cum ipſo quicquam cõtendit, omnia Deo offerẽs,
is demũ & hic pacis cõmoda ſentiet. & illic æternum remu
Deute.32 nerabitur à Deo, iuxta illud Moſaicum, Mihi vindictam &
Rom 12. ego retribuã. Sic qui Deo honorẽ dat. deſeruiens benepla-
cito illius, iſte uiciſſim honorem apud eum merebitur. Vos
itaque hic dilectiſſimi, per Deum immortalem ipſiúſque
nomine admonitos volo, viuite pacifice, pacem ſectemini
cum omnibus: neminem vobis temere male conciliatũ cre
dite, ne ſitis obſecro tam contentioſi, atque ad pacificandũ
improbi adeo & cõtumaces, vt Ethnici, nec vobis vindictã

vltionem in omnibus ſumite. Memétote chriſtianos eſ- *Matt. 6.*
vos ad animum reuocate, quòd oratis quotidie. Dimitte
bis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus
ſtris. Multum magnumq; hoc eſt, beneplacitum Deo &
ceptum: ideóque tibi eò magis erit propitius, & peccata *Matt. 7.*
ementius dimittet, ſecundũ quod dixit, Si dimiſeritis ho
inibus, dimittet vobis etiam peccata veſtra pater veſter,
ii in cælis eſt: quia quacunque menſura menſi fueritis, re
etietur vobis. Eſtote igitur pacifici, quoniam pax illa vo-
s corpore & animo boníſque etiam externis plene reddũ-
bit, Aut quid inde tibi commodi, ſi tibi etiam omnes ho
ines inuiſos & peſſime conciliatos reddideris: vnde non
rò tamen plus ipſe tibi, quàm inimicis tuis noceas? taceo
etrimentum corporis & valetudinis, quod immẽſum inde
ouenit authoribus medicis. Audite beniguiſſimam Ieſu
hriſti ſalutationem, quum dixit, Pax vobis. Vos quoque
gnoſcite Chriſtũ credite illum in medio veſtrũ ſtare & di
re, Pax vobis, 3 Quũq; iã ſalutaſſet illos dñs, oſtendit
s manus & pedes: quoniã exterriti erãt, nimiũque trepida
ant, rati phantaſma ſe videre, iſtamq; ſuſpicionem falſam
eclinare volẽs dominus, manus atque pedes oſtẽdit eis &
auorum vulnera, vt ſic cognoſcerent idẽ illud corpus re-
rrexiſſe, quod clauis & lãcea perfoſſum fuerat. Qua in re
uo mira & iuxta humanam rationem ſibi valde contrarie
ſtẽdit, dum poſt reſurrectionẽ corpus ſuum incorruptibi-
, & tamen palpabile demõſtrauit. Nã & corrumpi neceſſe
t quod palpatu., & palpari nõ poteſt quod non corrum-
itur. Verùm id omne miraculoſe & virtute tantùm diuina
actũ eſt· Quapropter ne innitatur ratio noſtra naturæ, ſed
otius magnificet & laudet immẽſam illã virtutẽ Dei crea
oris, Sane igitur intelligendus eſt Gregorius. Tu vide do- *Greger.*
tores. ¶ Monſtrauit illis dominus manus ſuas, hoc eſt, vul
era manuũ ſimul & pedum, ac cicatricem vulneris in late
e: & gauiſi ſunt deinde viſo domino, qui antea perturbati
ierant & triſtes, etiam ex aſpectu domini, dum putarent
hantaſma videre ſe· Verũ vulnerũ cicatricibus viſis, quan-
ìm prius ex morte domini contriſtati fuerant, tãtùm iam
rurſus gaudebant & exultabant. Aut quis non geſtiret eiuſ
ræ gandio, ſpectaculũ vidẽs pietatis & miſericordiæ? Ma-
us igitur oſtẽdit eis cruci affixas clauis præacutis, & exten

ſas:pedes quoque & latus ſanctiſſimũ tanto erga genus hu manũ pietatis vulnere tactũ, vt cor etiã ipſum lancea tranſ fodi ſineret, in euidens charitatiſ ſuę & dilectionis ſignum. quis ergo nõ lætetur tot & tãta cõſpiciẽs amoris pietatiſq; inſignia, Saue enim impletũ eſt hic illud ꝓphetę vaticiniũ,

Eſa.60. Tũc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuũ.

Cicatrices Chriſti. 4 Hinc vero & nobis ratio patet, cur dñs etiam in glorificato corpore vulnerũ ſuorũ retinuerit cicatrices. Primũ nanque ideo ſeruauit, vt vulnera illa ſuis mõſtrans diſcipulis ipſorũ ſanaret infidelitatis vulnera. Quãobrẽ etiã Tho-

Ioan.20. mæ dixit, Mitte digittos tuos in loca clauorũ, & man⁹ tuas in latus meũ. 2 Deinde etiam ideo retinuiſſe creditur, vt Deo patri oſtendere queat, quæ & quãta pro nobis ſit paſſus ſupplicia, ſi quãdo ſecũdũ humanitatẽ ſuam pro nobis

1.Ioan.2. Deũ precatur, ſicut ait Ioãnes, Aduocatũ habem⁹ apud Deũ patrẽ dñm noſtrum Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris. In hoc etiã nos clamamus ad

Pſal.83. Deũ, Reſpice dñe in faciẽ Chriſti tui, ô Deus adiutor & ꝓ-

Bernar. tector noſter. Idem pulchræ inducit Bernardus: dicens, Per Mariam ſecurum habemus acceſſum ad filium dominũ Ieſum, & per filium acceſſum ad patrem. Mater oſtendit filio pectus vbi requieuit Chriſtus, & vbera quæ ſuxit: filius oſtendit patri latus & vulnera, quæ propter hominem paſſus eſt. Nulla itaq; hic eſſe poteſt petitionis repulſa, vbi tam & multa & omnino digniſſima ſunt charitatis, & pietatis argumenta. 3 Ad hæc ideo factum eſt, vt ſic Chriſtus iuſtis & ſanctis ſuis oſtẽdere poſſit, quæ pro ipſis ſit paſſus: & quã

Thre.4. miſericorditer eos redemerit morte ſua propria, quomodo in Threnis legimus, Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus, captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, in vmbra tua viuemus ingentibus. 4 Præterea in hoc ſeruauit domin⁹ cicatrices vulnerũ, vt eas tãdem monſtrare queat damnatis

Zacha.12 & 13. ad aggrauãdum eorum ignominiam & damnationẽ, vt hic videant quàm iuſte dãnẽtur. videbũt enim iuxta Zachariã hic illum, in quem pupugerunt. Et iterum dicetur ei, Quæ ſunt plagę iſtæ in medio manuum tuarum? & dicet, His plagatus ſum in domo eorũ, qui diligebant me. Ita peculiari-

Apoc.1. ter dñs malis & dãnatis oſtẽdet vulnera ſua in die nouiſſimo. quòd & Ioãnes cognouit, dicẽs: Videbit eũ omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Eáq; pene ſententia Bedæ eſt.

Adhuc aliã affert rationẽ Ambro. dicens, Chriſtum in *Ambro.*
c ſibi perpetuũ reſeruaſſe trophęũ, non ſecus ac miles ali
is & bellator aliquis egregi⁹, qui ex vulnere ꝓ patria pu-
ãdo fortiter ſuſcepto, malit ciỿurgicũ ita ſe curare, vt re-
qua maneat cicatrix, quàm vt plane conſolidetur & adu-
tur cutis, vt ſic cicatrix euidẽs ſit fortitudinis & ꝓbitatis
gnũ. Hoc eñ Germanorũ quorũ multa præclara extãt &
rtia facta, etiã teſtãtur hiſtoriæ, de quodam viro nobili&
rti, Dapifero Hẽrico à Vultburg: qui pro Romano rege
nilippo duce Sueuorũ, Bãbergę vulneratus eſt, cicatricẽq;
am pro dño ſuo ſuſceperat, per omnẽ vitã cũ magna glo
gerebat. Sic plane Chriſtus vulnera ſua pro nobis ſuſce
a cælo inferre maluit, abolere noluit, vt Deo patri precia
ertatis noſtræ oſtenderet, Talem ſibi pater ad dexteram
cat, trophæum noſtræ ſalutis amplectens. Quæ ratio eſt,
r martyres quoque ſancti vulnerum & ſuppliciorũ ſuorũ
atrices habituri ſunt in ęterna patria. Nos Deũ ſupplici-
oremus, quatenus ille nobis gratiã ſuã donare dignetur
& nos poſt reſurrectionẽ noſtram læti aſpiciamus cica-
ces ſanctiſſimorũ vulnerũ Chriſti, ſicq; lætiſſimam illam
dire mereamur ſentẽtiã bñdictiõis & felicitatis æternæ.

HOMILIA SECVNDA SVPER
euangelio eiuſdem dominicæ primæ

Pſo adhuc dominicæ reſurrectionis veſpero, apparuit
dominus diſcipulis ſuis, & ſalutauit eos, dicens: Pax vo-
s, Deinde oſtendit eis manus & pedes, atque gauiſi ſunt.
erumq; ſalutauit eos, Pax vobis, inquiens, quæ ſane itera *Auguſt.*
quædã confirmatio eſt, authore Auguſtino, cuiuſmodi
illud propheticũ eſt, Faciet pacẽ mihi, Pacẽ faciet mihi. *Eſa. 27.*
Diuus Chryſoſtomus alium hic ordinem inſtituit, dicẽs: *Chryſoſt.*
uum bellum implacabile cum Iudæis haberent. pacem
, dicit, vt parem bello conſolationem afferat. Viciſſim
go viris propter bellum pacem, mulieribus propter mœ-
rem lætitiam annunciat. Alij volunt eò Chriſtum bis il-
pacem nunciaſſe, quod geminam paſſuri eſſent perſecu-
nem, à Iudæis videlicet & Gentibus. Sunt rurſus qui id
eo factum putant, ad deſignandũ geminam eſſe pacem,
am hic in terris temporalem, aliam in cæleſtibus æter-
m. Quò pertinet quoniam & epiſcopus inter celebran-
m bis ſalutat aſtẽtes hoc verbo, Pax vobis. Pacem illam *Eſa. 57.*

hîc in gratia & iſthic in ęterna gloria agnoſcere vere nemo poteſt niſi qui & expertus eſt. ſiquidem nec requies neque pax eſt impio & peccatori, cum cor impij ſit inſtar maris ebulientis & efferuentis aſſiduò.

2 Deinceps ait illis, Sicut me miſit pater, ita & ego mitto vos. Quæ verba Auguſtinus omnia ſecundum humanitatem Chriſti, qua ille mediator eſt Dei & hominum, ab eo vult eſſe dicta, ita tamen quod etiam filius Dei ſecundū diuinitatē ſuam miſſus ſit apatre, quoniam ipſe dixerat, Exiui à patre, & veni in mundum. Quomodo apoſtolus etiā dicit, quia miſit Deus filium ſuum factū ex muliere. Atque ideo beatus Auguſtinus quoque in alio loco fatetur filium etiā miſiſſe ſeipſum in hūc mundū, Quod vel maxime mouere debet viſcera cordis noſtri erga immenſam illā miſericordiam Dei: qui quomodo gratiā nobis cōferre potuiſſet maiorem, quam quòd filium ſuū vnigenitū miſit in hūc mundū, vt ſeruos iam tum peccatis deperditos redimeret? Sicque concors illa iam doctorū omniū ſentētia eſt, quòd filius Dei à patre ſimul & ſpirituſancto miſſus eſt, idque adeo in ſacris literis fundatum eſt firmiſſime, ſicut etiam Eſaias inquit, Spiritus domini ſuper me, eò quòd vnxit me, ad prædicandū pauperibus miſit me. Iſtud enim prophetæ verbum de Chriſto intelligendū eſſe, vel ipſe Chriſtus ſatis cōfirmauit, dū in ſynagoga aperto libro legens illud, diceret, Hodie impleta eſt ſcriptura in auribus veſtris, ſicut eundem textum ſuper hoc inducit Ambroſius, quod tamen fortius adhuc cōfirmat Auguſtinus ex iſto prophetico, Nūc dominus Deus miſit me & ſpiritus eius.

Aug. lib. 15. de trini & ſuper Ioā. Ioan. 16. Galat. 4. Eſaia. 61. Luc. 24. Ambro. lib. 2. de ſpirituſancto.

Et quia perſona filij Dei etiam iuxta diuinitatē mittatur, etiam Gregorius hic probat, eo ꝙ ſpiritus ſanctus qui cū ſit coæqualis patri & filio, licet incarnatus non ſit tamen miſſus eſt. ſicut ſe filius eū miſſurum eſt pollicitus. dicēs: Quū venerit paracletus, quem ego mittā vobis à patre. Et infra, Quū abiero, mittā vobis eū. Idcirco mitti nō ſēper eſt incarnari, quoniam ſpiritusſanctus mittitur. Plura tamen de miſſione filij Dei, & ſpirituſancti vide in homiliis Pentecoſtes. 3 Verba hæc ſicut miſit me pater, cōmuniter ſic intelligunrur, quaſi diceret, Ad illud ad qđ me pater miſit, & ego vos mitto, hoc eſt, ad patiendū, ad laborandum, ad plātandum. Quod etiā gloſſa vult, Grego. ſic explanat, Sicut

Auguſt. Eſa. 48. Gregor. Io. 15. 16. Gloſſa. Grego.

miſit

ſit me pater.id eſt ea charitate vos diligo.cū īter ſcādala
catorū mitto,qua me charitate diligit pater. Et quanuis
meus me diligit pater,tamē ad tanta ſufferenda ſuppli-
miſit,ſicut ſcitis ipſi:ideoq;& ego ex charitate vos mit-
nō.quidē ad hæc vana gaudia mūdi,ſed ad patiēdū inter
dala peccatorū:quēadmodū antea eis dixerat,Ecce ego *Matt.10*
tto vos ſicut oues in medio luporū.Exponi etiam ſic po *Ioan. 16.*
,quaſi cōſolaretur eos,ſic dicere volens,Habete fiduciā *Chryſoſto*
ia ſicut miſit me pater,& ego in quē veni,vici mundum:
& vos victores abibitis.Eſtote fortes& bñ cōfidite. Sic
eorū erigit animos,& ſuā ſimul ꝓponit authoritatē.ſi-
idē ſuū eis relicturus erat miniſteriū:& quum nondū ro
ſer patrem,ſua authoritate eis poteſtatē præbet,Cōcor- *Theophy.*
cum iis Theophylactus,& ſic omnes illi ſenſus ſpiritui *Cyrillus.*
cto cōueniunt & coſentiunt. ¶ Cyrillus verba hæc præ *Et Chri-*
re interpretatur,& ita plane vt quod ille dicit,cuiq; chri *ſt⁹ apoſt.*
ino multū ſit animaduertendum.Vult enim Chriſtū hic *eſt.*
ma verbi huius parte ſemet oſtendiſſe apoſtolū eſſe Dei
ris.Apoſtolus autem idem eſt quod nūcius ſiue legatus.
ergo,Sicut miſit me pater.Ecce & Chriſtus legatus eſt. *Ioan.6.*
ſſus à patre apoſtol⁹ apoſtolorū. Vis planius adhuc ſcire
omodo ille apoſtol⁹ſit Dei,& quare in mūdū hūc miſſus *Ioan.13.*
nerit! Audi ipſum ſic inquientē,Ego de cælo deſcēdi,nō
facerē volūtatē meam,ſed eius qui miſit me. Et iterum.
on ideo miſit Deus filium ſuum vt iudicet mundū,ſed vt *Matth.9*
ndus ſaluus fiat per ipſum. Apud Matthæū quoque,Nō
ni,inquit,vocare iuſtos,ſed peccatores. Quid multa? In
āne etiā cibū ſibi hūc eſſe ait, vt faciat volūtatē eius qui
ſerat ipſum.Et rurſus,Sicut miſit me viuēs pater,ita& e- *Ioan 4.*
viuo ꝓpter patrē.Et alibi,Qui me miſit,mecū eſt.Ex q *Ioan.6.*
s locis omnib⁹ ſatis manifeſte euincitur apoſtolat⁹Chri *Ioan.8.*
,& quare miſſus ſit in hunc mundū ſaluandū,& ad vocan
s peccatores,ſimulq; voluntatē Dei impleturus. Hic ille
mirū altiſſimus noſter apoſtolus eſt Chriſt⁹, vt iam recte
nnino dixerit,Sicut miſit me pater.Tu īter cætera obſer
quod iam dixi,cur in hunc mundū aduenerit Chriſtus.
4 Sequitur,ita & ego mitto vos.Quēadmodū Chriſtus
oſtolus eſt à deo patre in hunc mundū miſſus ad populū
dæorū,ita ille viciſſim apoſtolos miſit in orbē vniuerſū. *Cyrillus.*
āque iis verbis doctores ordinauit & diuinorū myſterio

rũ miniſtros, quos vt luminaria ad illuſtrationẽ nõ Iudæorum regionis ſolũmodo miſit, quæ iuxta legalis mãdati mẽ
Ioſue 15. ſuram à Dan. vſque Berſabee parebat, ſed vniuerſum terrarum orbem illuminare iuſſit. Et quamuis illos iam antea vocauerat ſæpius, vt poſt baptiſmũ ſuum quãdo ad ſe vocauit
*Ioan.*1. Andreã, Petrũ & Philippũ, & in piſcatura, & quando videbat
*Luc.*5. piſcatores reficientes retia ſua, & cumprimis eos con-
Ma 9.10 uocaret, & duodecim cõſtitueret apoſtolos, ĩ dignitatẽ apo
*Mar.*3. ſtolatus eos euehens, (vt in homiliis de apoſtolis) attamen
Cyrillus. hic demũ apoſtolicã illorum cõfirmauit dignitatẽ, poteſtatẽ & honorẽ, quoniã hic vocauit eos ad glorioſ ũillud apo-
*Pſal.*74. ſtolatus officiũ, vt ſic tandẽ cõmotum orbẽ firmarent ſuſtẽtacula eius facti, ſicut Dauid dicit. Ego cõfirmaui colũnas eius. Et hoc eſt quod hic Chriſtus ait, Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos. declarare per hoc volens immẽſam illam apoſtolatus dignitatem officijq; ſimul & poteſtatis magnitudinem. Præterea etiã iis verbis docentur apoſtoli, qua via dominum in omni vita ſequi debeant. Tu præ omnib⁹ diligẽtius ibi hoc obſerua, quod apoſtolos ſuos miſit Chriſt⁹: alias enim nihil omnino vel poteſtatis vel officij vel dignitatis & honoris habuiſſent, ſi vocati non fuiſſent, iuxta
Rom. 10. illud Pauli, Quomodo prædicabũt niſi mittãtur? ſicut ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem, præ
*Hebr.*5. dicantiũ bona? Et ad Hebræos, admonet neminẽ ſibi ſumere debere honorem, niſi à deo vocatus fuerit vt Aaron. Vbi
Neochreſtiani intruſi. videãt Neochriſtiani iſti & cõtemplentur ſuos pſeudo prophetas & animicidas. Obſeruẽt diligenter à quo miſſi ſunt. Vtique enim non eos miſit De⁹ pater, qui filium ſuũ miſit. nõ filius ipſe Chriſtus, qui apoſtolos miſit, neque apoſtoli, qui epiſcopos & preſbyteros miſerũt. Quid igitur reliquũ eſt, niſi à diabolo patre miſſos eos eſſe? Quoniã ꝓphana laicorum poteſtate freti, intrudũt ſeſe aduerſus omnẽ eccleſiaſticã ordinationẽ, ab ipſis iam inde apoſtolorũ tẽporib⁹ in hæc tẽpora vſq; profectam. Sicq; nunc demũ in iſtis implentur, quod dominus prædixit per Hieremiã dicentẽ, Nõ mit-
*Hiere.*23 tebam eos. & ipſi currebãt: nõ loquebar ad eos, & ipſi prophetabãt Quandoquidẽ igitur Lutheranorũ, Zuinglianorum & Catabaptiſtarũ prædicatores plurimũ miſſi nõ ſunt à Deo, neque à Magiſtratibus legitimis, ſed propria tum temeritate, tum præſumptione immiſcẽt ſe, ſibiq; ipſi ſanctũ

illud ſumunt prædicationis officium, ad quod vocati non ſunt: ideo non vera ianua ingrediuntur ouile Chriſti, ſed aliunde aſcendunt: quid ergo reſtat niſi vt fures ſint & latrones? fures quidē, eo ꝙ honorē tēporalē & omnia bona mundana inique ſibi arrogant, hominéſq; ſimplices ſub fuco & prætextu euãgelij decipiunt: latrones autem, quia moloſſi & venatici canes diaboli, animſq; hominem perdunt, & in æternam ſeducunt damnationem. Proprie itaque hic Chriſtus fures cõmemorat & latrones qui laniāt occiſos. id em̄ vtrunque faciunt hæretici, qui dum furantur ſimul & latrocinantur, eccleſiam Dei contemnunt, miniſtros eiuſdem & prælatos calumniātur: nihil nec publice neque priuatim dicere poſſunt, niſi in iniuriam & contumeliam cedat ſummi pontificis, epiſcoporum, ſacerdotum & monachorum, aliquãdo etiam principum. Quæ nimirū miſera hæreticorum eſt lanienà, ĩ qua latrocinia ſua exercēt aduerſus manifeſta ſcripturarum noui veteríſq; teſtamẽti argumenta, & ipſam adeo ordinationem diuinam. Non hoc fecerũt apoſtoli columnæ & fulcimenta eccleſiæ: quia nõ ſecus atq; Chriſtum miſit pater, ita viciſſim Chriſtus apoſtolos miſit in ſpiritualem, ędificationem eccleſiæ, atq; ideo eis hic regimen cõtulit eccleſiæ catholicæ, Nos quoq; profuſis precib⁹ dominũ deprecemur, vt in eadē ſic viuamus præſidiis gratiæ ſuæ adiuti, vt tandem vitam conſequamur ſempiternam, Amen. Ioan. 10. Hæretici.

HOMILIA TERTIA EIVSDEM *dominicæ primæ.*

Dominus noſter Ieſus Chriſtus, poſt lætiſſimam illam ſuam reſurrectionem, apparuit diſcipulis ſuis: ſalutauit eos & pacem precatus eſt illis. manus quoque & pedes oſtendit eis & dixit, Sicut me miſit pater, ita & ego mitto vos. Deinde inſufflauit in eos, & dixit, Accipite ſpiritũ ſanctum. Quum iam inquit Cyrillus, ingenti apoſtolatus dignitate inſignes atque illuſtres diſcipulos feciſſet domin⁹ & ſacros myſteriorum gubernatores ordinaſſet, proprio eoſdem ſpiritu quem ſufflans dedit confeſtim iam ſanctificat. Qua re ſignificare voluit, nóſque docere, ſpiritum ſanctum tertiam eſſe in diuinis perſonam. Plane enim inſufflando declarauit ſpiritũ ſanctum non patris ſolius eſſe ſpiritum, ſed & ſuum, idq; contra Græcos: ſicut idem etiam in alio loco dicit, Ille clarificabit me, quia de meo accipiet, & *Cyrillus.* *Auguſt.* *Ioan. 16.*

Eſa.57 per prophetã iam olim hoc ipſum inſinuarat, Spirit' à facie mea egredietur,& flatus ego faciam. ¶ Non eſt tamen quod inepte ſibi perſuadeat quiſquã, aut cogitet ipſum flatum Chriſti,ſpiritum ſanctum fuiſſe,qui ſignũ ſpiritusſancti tantum fuit, nõ ſecus ac colũba in cuius ſpecie apparuit illein baptiſmo Chriſti,aut nubes iſta lucida quę viſa eſt ĩ tráſfiguratione domini,atque linguæ ingneę quæ apparuerunt ſuper apoſtolos diſpartitæ. Ad eũdem nãque modum plane hic etiá afflatus ille Chriſti ſignum extitit,iu quo datus eſt ſpiritus ſanctus Idipſum igitur ſigno expreſſit exteriori,quod intus operabatur in cordibus eorum. cuius rei ſimile habemus exemplum,quãdo Deus inſpirauit ſpiraculum vitæ & factus eſt inde homo in animam viuentem:ita enim iam inſpirauit mentibus apoſtolorum,vt eſſent ſpiritus viuus per exhibitionem ſacramentorum. 2 ¶Oſtendit autem,inquit,Cyrillus,hinc neceſſatiò ſpiritũ illis dandũm eſſe,qui ad apoſtolatum mittũtur:cauſam etiam ſubaperit quoniam nec poterant ea facere quæ Deo placerẽt, nec peccatorum effugere laqueos niſi ſuperiorẽ induti virtutem,ad diuinũ animi robur firmentur. Eius quoq; argumentum habemus in hiſtoria Regum,quãdo Samuel dixit ad Saul,inſiliet inte ſpiritus domini,& prophetabis,&mutaberis in virum alium. Quod ſi igitur per ſpiritũſanctum Saulem deus transformauit in virum alium,cũ iam rex fieri deberet, quantò magis opus fuerat per ſpiritumſanctum cõfirmari apoſtolos, qui iamiã facti apoſtoli,per omnem terrarum orbem euangelium prędicaturi erant magiſtri regum & principũ effecti? ¶Ita idipſum teſtatur Paulus, qui dum apoſtolatus ſui mentionem facit,ſeque præ cæteris laboraſſe dicit,addit:Non ego, ſed gratia Dei mecum. Atque hoc etiã ide colligi poteſt,quoniã ſi nemo dicere valet (teſtePaulo) dominus Ieſus,niſi in ſpiritu ſancto,quãtò magis apoſtolis intellectui nõ erãt immẽſa illa& profundiſſima myſteria Chriſti,vel eadẽ alios recte edocturi, niſi gratiã ſpiritusſancti tum adiuti tum cõfirmati fuiſſent,in iiſq; intellectum humanum multis modis excedũt & ſuperant. Idq; adeò iã olim pręſignatũ fuit ĩ veteri teſtamẽto, quod vmbram tantum habuit futurorum,in ipſa ſacerdotum cõſecratione primum enim Aaron & filij ſui laudabãtur,deinde ſacrificabatur & immolabatur aries,cuius ſanguine ſa

Mat.3. *Mat.27.* *Act.2.* *Geneſ.2.* *Cyrillus.* *1.Re.10.* *1.Cor.15.*

erdotis extrema inũgebatur auricula,& pollex man' dex eræ,maiorq́ue digitus pedis.Quòd utique deſignauit my teria Chriſti cuius tum aqua tum ſanguine ſanctificamur: er aquam quidem baptiſmi,ſanguinem vero quem in paſ ione ſua,tandemq́ue ea ipſa qua & mortuus eſt cruce, pro obis effudit.Ipſe igiturChriſtus,aries ille eſt ſanctificatio is:quoniam ipſe etiam miniſtros ſuos perficit tunc, cum piritum eis ſuum infundit. 3 ¶Et quia multa ſunt,circa *Matt.10* uæ ambigere,hic aliquis poſſet, ea quoque omnia nobis *Luc.9.* ic veniunt diſſoluenda. Principio autem dicat quis, Quo nodo hodie ſpiritumſanctum dederit apoſtolis Chriſtus, quem iam dudum dedit eis,cum ad officiũ mitteret prædi- ationis. ſic enim ait Matthæus. Cõuocatis duodecim diſci ulis dedit illis poteſtatem ſpirituũ immũdorum,vt eiice- ent eos,& curarent omnem languorẽ & omnem infirmita ẽ.Id autem ſine ſpiritu ſancto fieri nõ potuiſſet. Quòd ſi gitur ſpiritumſanctum tunc acceperũt,quo modo eis etiã *Cyrillus.* am dederit? Deinde qui tandem fieri potuit, vt hic ſpiritũ ſanctũ dederit apoſtolis,cùm tamen dixerit apud Ioãnem, Expedit vobis vt ego vadam. niſi enim abiero, paracletus *Ioan. 16.* nõ veniet:ſin autem abiero.mittam vobis eum. At nõdum abierat ille ante aſcenſionẽ ſuam. Quomodo ergo ſpiritũ miſit cõtra ſuum ipſius promiſſum, quãdo euãgeliſta dicit *Ioan.7.* ſpiritum miſſum adhuc nõ fuiſſe,quoniã Chriſtus clarifica tus nõdum fuerat? Sed hoc quia tam de reſurrectione quã aſcenſione Chriſti intelligi poteſt,miſſum facimus. Ad il- *Luc.9.* lud prius autem reſpondemus, ſpiritumſanctum à Chriſto diſcipulis ſuis bis eſſe miſſum:primò,cõtra aduerſariam po teſtatem ad expellẽdos dæmones & curãdos ægrotos:quod ſane ſpiritusſancti donum extitit tantum,vt etiam in nomi ne Ieſu dæmonia eiicerent,qui Chriſti diſcipuli non erãt, quo nomine Ioãnes ad dominũ veniens dixit,Magiſter,vi *Mar.9.* dimus quẽdam in nomine tuo eiicientẽ dæmonia, qui ta- *Act.19* men nos nõ ſequitur. Secundo ſpiritusſanctus àChriſto da tus eſt apoſtolis in poteſtate remittẽdi pecata idq́; die ſan- cto Paſchæ factum eſt. Vtrũque autẽ illud adhuc in vſu re- tinet eccleſia,alterumq́ue repreſentat in exorciſtis:& quã- do ſacerdos in oratione ſua ſuper eos quos baptizaturus eſt, precatur diuina virtute cohiberi arcerique diabolum,quo minus impediat inbaptizando gratiam ſacramenti.

¶ Alteram vero poteſtatem etiã eccleſia obſeruat in ſacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum. Et quia vtraq; hæc poteſtas mẽbris Chriſti neceſſaria hic eſt ſuper terram, ideo bis ſpiritumſanctũ adhuc in terris viuẽs Chriſtus dedit apoſtolis. Atq; diligenter hic obſerua, quoniam ſicut priorem illam poteſtatẽ Chriſtus dedit diſcipulis ſuis adhuc mortalis exiſtens, ita eadẽ etiã non hodie in eccleſia vſurpatur penes cathecumenos, eos ſ. qui quum baptizati nondũ ſint, in fide tamẽ iã paulatim erudiũtur. Sacramẽtũ verò pænitentiæ remiſſio peccatorũ ex efficacia abſolutionis & vi clauium cum nemine exercetur efficaciter, qui nõ à peccatis reſurgit per contritionem veram & plenã cõfeſſionẽ. Atq; ideo Chriſtus diſcipulis ſuis ſpiritumſanctum in hac poteſtate demum poſt reſurrectionem ſuam dedit.

4 ¶ Quomodo autẽ à Chriſto datus ſit ſpirituſſanctus die Paſchæ & Pentecoſtes cum certo diſcrimine, difficilis omnino locus eſt, inquit Cyrillus, & facilis rurſus: cum nõ hominem nudum, ſed Deũ verum hæc & feciſſe & dixiſſe cogitamus. Et principiò quidem Chryſo. dicit quoſdam in ea eſſe ſententia, vt putent Chriſtum non dediſſe hic ſpiritum apoſtolis, ſed idoneos ad eum accipiẽdum per inſufflationem reddidiſſe. Idẽ recidit illud Theophy. verbum cum ait, Inſufflat & dat eis ſpiritumſanctum, non perfectum donũ patris nunc eis tribuens (hoc enim in Pentecoſte daturus erat) ſed ad ſuſceptionem ſpiritus eos idoneos reddẽs. Id ita declarant quidam. Qui à deo deiectus & debilitatus eſt homo poſt Adæ lapſum, vt ei etiã illa, quæ maioris perfectionis cauſa eſſe debebat, ſublimis eleuatio mentis agritudinem inferat corporis & debilitatam, ſicut nobis teſtantur hiſtoriæ de iis, qui raptum aut extaſim patiuntur. Hoc enim Danieli contigit circa Tigrim, dum viſionem videret viri cuiuſdam. Sequitur inde, Non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpeciẽs mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquã virium. Sic ex viſione Ezechiel etiã corruit in faciẽ, & Ioannes in viſione cõcidit velut mortuus. Hinc iam voluntiſti, quoniam in die Pentecoſtes accepturi erãt apoſtoli immenſam ſpiritusſancti gratiam, ne humana fragilitate ſubſiſtere non poſſent. iamiam illos confirmatos eſſe ad ſpiritusſancti gratiam ſuſcipiendam. Et ſi autẽ ego huic ſententiæ non plane inſiſtam pluris faciens quód alij

Cyrillus. *Chryſo.* *Theophy.* *Dan.10.* *Eze.2.* *Apoc.8.*

rmāt, apoſtolos ſpiritum ſanctum hîc recepiſſe,ſicut id
um aperte ſatis verba contextus arguūt. quādo dixit do
nus,Accipite ſpiritum ſanctū. Neque timendum erat ꝙ
le debilitarentur,ſicut Daniel, Ezechiel & Ioānes:quo-
ım die Pēteeoſtes ſpiritus ſanctus dat' eſt in ſingularem
ādam apoſtolorum confortationē,ita vt ne hic quidem
becillitatis aliquid foret metuēdum.ſiquidem ita Chri-
s illis promiſerat iamiam aſcenſurus in cælum,Accipie- *Act.1.*
virtutem ſuperuenientis in vos ſpiritus ſancti.Tamē eò
entius illud adduxi,vt hoc ipſo moueātur ſapientes hu-
mundi ad humilitatem, conſiderantes intellectum no-
um tātæ eſſe infirmitatis,vt etiam velut ægrotet ex ſubli
um rerum meditatione & intelligētia.Aut quantulū eſt
nobis ſcire videmur& intelligere?exiguum ſane quiddā
quicquid illud eſt,quoniā intellect' noſter ex ipſo iam
le peccato Adæ adhuc captiuus eſt. Qua de re aliâs plu-.
Alterum porro quòd hic obſeruandum venit, illud eſt,
quidem aduerſus quoſdam ignauos,torpentes, tepidos,
o pleroſque etiam plane frigidos chriſtianos validiſſi-
am,qui quam ſunt cordis duritie, pœnitentiam omnem
tamque confeſſionem differunt vſque in ſeptimanā ma-
iam,& quid mirum, ſi lignea & aridiſſima habētes pecto
,vix demum ad ligni pulſum adueniunt:tūc quoque tar-
nimiumq; duri ſtatim à confeſſione ad menſam domi-
cam,nihilo magis quàm canes parati,currunt:cùm tamē
hriſtus quadraginta totis diebus vſq; ad aſcēſionē ſuam,
deiceps adhuc aliis vndecim,preparauit apoſtolos ad di-
ie ſuſcipiendum ſpiritum ſanctū O igitur quiſquis es ho
o,qui tuæ vitæ & ſalutis rationē habere deſyderas:proba
ipſum,& prepara diligenter,ad dignam ſuſceptionē cor-
oris Chriſti , quoniam in hac re plurimùm tibi poſitū eſt
lucri & periculi. Sed de iis iam ſupra in die cœnæ domi-
icæ ſatis diximus.Nūc redeuntes ad inſtitutum,omiſſa &
m hac ſentētia,paulò ꝓpius ad Chriſti verba accedamus.
¶Veram Cyrilli ſententiam paulò altius iam hic libet *Cyrillus.*
petere.quoniā multa pulchra & ſalutaria continet.Vti ta
nē profiteor primum,nihil me hic dicturum quòd ipſe vel
xcogitarī:vel ex ſomnio (vt Neochriſtiani faciūt) obſer-
arim,quādo eò loco cōſiſtere me video, vbi poſt Dei glo
am & honorē,proxime veſtrarum animarum ſalutē mihi

cognoſco eſſe promouēdam. Non igitur proprio Marte & ingenio ſacras literas vobis enarrabo: ꝙ ſolēt facere prędicatores illi, qui dum carni ſeruiūt, pro ſuo lubito ſcripturis abutuntur, & eaſdem laniant miſere: ſed iuxta ſentētiam & expoſitionem ſanctorum patrum diuinitus edoctorum, atque illuſtratorum gratia ſpiritusſancti, quorum ſanctimoniā Deus ſæpenumero cōfirmauit miraculis, quibus & vos plus fidei dare debetis, quàm vel mihi, vel meis, vel etiā ec-

Cyrillus. cleſiæ totius aduerſariis. Principio Cyrillus declarat, quàm conueniēs fuerit, imò quàm plane oportuerit filiū quoque

Gen. 2. ſpiritus largitorem videri, vt ſic intelligerent fideles ipſum eſſe qui virtute ſpiritus omnia creauit, noſtrâq; adeo naturam ſancti ſpiritus ſignaculo conſignauit. Cumq; deinceps renouanda eſſet natura hominis, rurſus ſpiritum ſanctū per inſufflationem dedit, vt ſicut inſpiratione vitalis ſpiraculi conditi ſumus, ita ſimili modo ad nouitatem vitę præparemur. Namq; conformari Chriſto homini, qui per ſpiritum ſit renouandus, ſatis patet ex Apoſtolo cum ait, Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Chriſtus in vobis, quę ſane formatio, nō niſi per ſpiritum ſanctum fit. Deinde in-

Cyrillus. quit, Cyrillus, Aut duplicem quandam gratiam datam illis fuiſſe in diuerſitate temporum dicemus, aut tempus ipſum ignorabimus, in quo ſpiritus participes effecti ſunt apoſtoli: nanq; hodie ſpiritum ſanctū Chriſtus dedit apoſtolis, & eūdem die Pētecoſtes pleniſſime effudit ſuper omnes, qui per fidem & baptiſmum ſecuturi ſe erant, ſicq; tunc impletum eſt illud prophetæ vaticinium, Effundā de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, ſicuti locum eundem Petrus in hoc

Iohel. 2. citauit die Pentecoſtes. Quanuis neceſſariū quoq; erat hoc modo, tunc ſe manifeſtare filiū Dei, vt fideles cognoſcerēt eum illum eſſe, qui in virtute ſpiritus omnia creauerat. At nos iam oremus Deum pro omnib' viuis & defunctis, &c.

HOMILIA IIII. SVPER EVANGELIO
eius dominicæ.

REmanſerunt nobis quædam fragmenta ex verbis Cyrilli ea ne depereant, nunc curandum eſt. Primúnque ſtatim ad ingreſſum parandum, offert ſe regula egregia Cy-

Ioan. 9. rilli, noſtro inſtituto plurimum conueniens. Multa, inquit

Regula ille, tempore ſuo generaliter facturus pollicitus eſt domi-

Cyrilli. nus: quæ tamē ex parte antea fecit, vt credamus vere ipſum

vniuerſaliter promiſſa quoq; facturum. Sic enim ille polli-
citus eſt ſe mortuos omnes reſuſcitaturum, venturámq; ho *Ioan. 5.*
ram qua mortui audiant vocem filij Dei. Et quando immẽ-
ſa rei magnitudo omnem ſuperabat intelligentiam homi-
num, etiam, tunc idipſum præuenturus, ante tempus vni- *Ioan. 11.*
uerſalis reſurrectionis ſuſcitauit Lazarum aliumque adole
ſcentem & Iairi filiam. Præterea promiſerat glorioſam fo- *Mat. 11.*
re reſurrectionem ſanctorum quoniam iuſti fulgebũt ſicut
ſol in regno Dei. iſtamque generalem promiſſionem glo- *Mat. 17.*
riæ futuræ, quo certius crederetur à fidelibus ſua ipſius trãſ-
figuratione confirmauit, dum diſcipulis gloriam ſuã & cla-
ritatem manifeſtat, facie ſua inſtar ſolis refulgente, & veſti
mento candorem niuium repreſentante. ¶ Sicut ergo in iis
quæ generaliter futura erãt, aliquid horum antea exhibuit
veluti pignus futurorũ: ita hîc etiã cũ ſæpius ante hac ſpiri- *Ioan. 16.*
tus ſancti miſſionem promiſiſſet apoſtolis, guſtum illius
primũ & fructum eis hodie exhibuit, vt ſic crederent, quod
etiã in vniuerſum promiſerat, certò præſtandum. Profectò
enim niſi ſpiritum ſanctũ eis hîc dediſſet, dicturus nõ erat:
Accipite ſpiritum ſanctum, quando fieri nõ poteſt vt men-
tiatur Deus. Die autẽ Pẽtecoſtes magis expreſſa habuerunt *Heb. 6.*
verba gratię & manifeſtationis ĩhabitantis in illis ſpirituſ-
ſancti, quoniã & linguę ſuper eos apparuerunt igneæ, quæ
non gratiam tantùm, ſed & operationẽ & ſermonem deſi-
gnabãt, quod vtrunq; per ipſos operaturus erat ſpiritus ſan
ct9, ſicut manifeſte dicit Lucas, Loquebãtur variis linguis, *Act. 2.*
prout ſpiritus ſanct9 dabat eloqui illis. Ecce nõ, inquit ille,
quia cœperũt ſanctificari, eò ꝙ hodie ſancti facti ſunt, ſed
per linguarum varietatem veluti ſignum euidens, declara-
tum eſt habitare in eis ſpiritum ſanctum: quoniã iam olim
ſignum iſtud Iudæis exhibitum erat per prophetam, dicen- *Eſa. 28.*
tem, In loquela labij & lingua altera loquetur ad populum
iſtum, & noluerunt audire. ideóq; ad declarandam gloriam
apoſtolatus tunc ſuper illos linguæ apparuerunt igneæ.

2 Chryſoſtomus quoque non multum ab hac ſententia *Chryſoſt.*
diſcedit: verùm ut vas quoddam electum & nobile ſpiritus
ſancti, multùm dilucide illud exponit, dicẽs non erraturũ,
quiſquis hîc poteſtatem quãdam & gratiam ſpiritualẽ apo
ſtolos accepiſſe dixerit: veruntamen non vt mortuos ſuſci-
tarent & virtutem oſtendérent, ſed vt peccata dimitterent.

differentes enim ſunt gratiæ ſpiritus quo nomine adiecit, cuicunque remiſeritis peccata, &c. per hoc docere volens, quid ſiue virtutis, ſiue gratiæ ipſis conferret. Verũ poſt dies

Ioan.10. tandem quinquaginta receperunt virtutem miraculorum.

Act.1. quod hinc patet, cum dixit dominus, Suſcipietis virtutẽ ſuperuenientis in vos ſpiritus ſancti & eritis mihi teſtes, ſcilicet per ſigna & miracula, vt iam ineffabilis agnoſcatur eſſe

Gregor. gratia ſpiritus ſancti. Penſemus verba Gregorij, Quid eſt inquit, quod ſpiritum ſanctũ dominus noſter & ſemel de-

Conſentit Augu. tract.74 ſup.Io.1. Ioan.4. dit in terra conſiſtens & ſemel in cælo præſidens, niſi quòd duo præcepta charitatis ſunt? In terra datur ſpiritus, vt diligatur proximus, è cælo datur ſpiritus, vt diligatur Deus. ſicut charitas vna in gemino eſt præcepto, ita vnus idemque ſpiritus in vtroq; dono: & tamen præcedit ibi charitas proximi, quoniã quiſquis quem videt, nõ diligit fratrẽ, Deum quem non videt, quomodo poterit diligere? ¶ Inſuper hic

Gregor. locum Moyſi adducit Gregorius, Suxerũt mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo. Neq; tamen quicquam tale iuxta hiſtoriam legitur, etiamſi tota veteris teſtamẽti hiſtoria re-

Deut.31. cẽſeatur. Nuſquam de petra mel, nuſquam oleum populus ille ſuxit: ſed quia iuxta Pauli vocẽ, petra erat Chriſtus, mel

1.Cor.10 de petra ſuxerunt, qui eiuſdem redemptoris noſtri facta & miracula viderũt: oleum quoq; de firma petra ſuxerũt, qui effuſione ſancti ſpiritus poſt reſurrectionem eius vngi meruerunt. dulce etenim fuit apoſtolis & iucundum, miracula Chriſti videre, mel ſiquidem illud fuit, at gratia ſpiritus oleũ ipſis extitit, quo aduerſus omne peccati genus liniti

Eſa.10. ſunt: iuxta illud propheticũ, Computreſcet iugum à facie olei. Et nimirum peccati iugum quãtumuis graue & forte, cõputreſcit tamẽ a facie olei gratię diuinę: quoniã vbicũq; ſpiritus domini eſt, ibidẽ & libertas. Ecce quomodo iugum diabolicæ ſeruitutis computreſcit & perit ex ſpiritu Dei.

2.Cor.3. 3 Sed iam vnico velut faſciculo conſtrigamus, quicquid ad lõgum hactenus narrauimus ex doctorib' ſanctis. Duobus modis datur à Chriſto ſpiritus ſanctus. altero, vt rector & ſuperior, quando eos quibus datus eſt, in poteſtatẽ quãdam euexit: id factum eſt die Paſchæ, cum poteſtatẽ dedit apoſtolis Chriſtus ſuper corp' ſuum myſticum, hoc eſt, ſuper fideles omnes, vt eoſdẽ ligare & ſoluere poſſent in peccatis ſuis. Et quanuis ſimul cum hac poteſtate gratiam ſuã

illis ſua contulit, tamen id omnino neceſſarium non erat, ſicuti neque nunc ſemper fit in cõſecratione preſbyterorũ, vbi ſpiritus ſanctus datur cum poteſtate illa:etiamſi qui ſuſcipit illũ, ſit in peccato:atque ideo dum iſte in peccato cũ ſpiritu ſancto poteſtatẽ accipit gratiam illius, tamẽ ob peccatum ſuũ non accipit. ¶ Altero vero modo datur ſpiritus ſanctus à Chriſto tanquam doctor, illuminator, & miraculorum operator. quomodo in die Pẽtecoſtes dedit illũ diſcipulis, quãdo rudes & imperiti piſcatores illuminati ſunt ſuper omnes doctos & ſapientes mundi huius, ſicut promiſerat eis dñs: Quando venerit paracletus, ſpiritus ille veritatis, is docebit vos omnem veritatẽ. Ille eos omnes docuit linguas, hinc ſcripturas quas non didicerant, intellexerũt, miracula magna operati ſunt, non minora iis quæ fecit dominus: pleraq; etiam huiuſmodi, quæ magis admirati ſunt homines quàm illa Chriſti: iuxta illud, Amẽ dico vobis, q in me credit, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora iis faciet Præterea ſpiritus ſanctus illis in die Pẽtecoſtes ad confirmationẽ datus eſt robur vnde factũ eſt, vt qui antea horrebãt & trepidabãt non auſi etiã cõuenire interdiu, tũc tandẽ in die Pẽtecoſtes intrepidi prodibant ad concilia Iudæorũ, neq; magiſtratus eorũ & principes amplius formidabãt. Sicut ergo domin⁹ apoſtolis ſpiritũ ſanctũ hîc dedit ad opus miniſterij, in ſacramẽtũ pœnitentiæ adminiſtrandum, ad abſolutionem peccatorũ: ita iiſdem illum die Pentecoſtes contulit, in omni perfectione & plenitudine, teſtaturq; adeo ipſum Lucas, inquiẽs repletos eos omnes eſſe ſpiritu ſancto. Vtque maximè ſpiritũ ſanctum acceperit etiam in die Paſchæ, tamẽ expectare eos adhuc oportuit, dũ plenitudinem virtutis & gratiæ illius acceperũt in die Pentecoſtes. 4. Quòd ſi itaque ſcripturas iſtas omnes inter ſe cõferamus, cõperiemus vtique quoniã ſicut ſpiritus ſanctus bis apparuit viſibiliter ſupra Chriſtum, ita & Chriſtus eundem viſibili ſpecie contulit apoſtolis: & ante Chriſtum ille nec miſſus neque viſus eſt vnquam, etiã in veteri teſtamẽto: quæ omnia ſuo non carent myſterio, ſicut in feriis Pentecoſtes enarrabimus. Hic verò in noſtra miſſione ſpiritus ſancti, quæ die Paſchæ facta eſt, ipſe ſe dñs declarat & aperit, in quem finem ſpiritum ſanctũ dederit apoſtolis, nimirum in remiſſionem peccatorũ. Cur autẽ in forma afflatus

Ioan. 16. *Ioan. 14.* *Act. 2.*

contulerit ipſis eum,quando omnia indicia & ſigna cōformia eſſe debent ſignato in quibuſdam cōditionibus,patres ſancti ſic ſentiunt,Spiratio ſeu afflatus in homine,argumētum & ſignū eſt vitæ: quo nomine ſi quis vel exanimis iaceat,vel extremum agat ſpiritum, in eo periculū fieri ſolet an ſpiret adhuc.Quando igitur argumētum vitale ſpiratio eſt,facile colligi poteſt,cur ſpiritus Dei in ſpecie afflatus ſit datus,cum hic poteſtatē contulerit apoſtolis Chriſtus:qua illi freti,ſenſum & vitam gratiæ infunderent,& velut inflarent in omnes, quatenus illi à peccatis liberi, gratiam Dei conſequentur:ſicque viuerent Deo,& in ipſis viueret Chriſtus:deinde vt flatum haberent bonum & ſalutem: hoc eſt, externum conuictum bonæ vitæ,& probata morum exempla,quibus ſignis diſcerni poſſent à cæteris atque agnoſci, quia vitam gratiæ haberent : quod & nobis donare dignetur dominus noſter Ieſus Chriſtus,Amen.

HOMILIA QVINTA EIVSDEM *dominicæ.*

SImul atque chariſſimi in Chriſto fratres,die tertia cùm reſurrexiſſet dominus, veſperi apparuit diſcipulis ſuis, manus & latus oſtendit eis,ſpiritum quoque ſanctum dedit & dixit,Accipite ſpiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata,remittentur eis.& quorū retinueritis,retenta ſunt. Magnum,ſtupendum & admirandum hoc eſt verbum,nobiſque miſerrimis hominibus lætum & ſalutare.Ecce enim poteſtatem remittēdi peccata ſoli Deo propriam, Chriſtus hîc hominibus communicauit. At proprium eſſe illud Dei munus ipſe teſtatur dominus,per prophetam ſic dicens, E-

Eſa. 43 go ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me. addit Gloſſa, propter me tantùm . Eſtque id ipſum rationi conſentaneum quoniam quis tranſgreſſorem legis à pec-

Oſee 13. cato liberaret,niſi qui idem & dominus eſt legis ? Quamobrem & Oſeas dicit, Perditio tua ex te eſt Iſraël, tantum vero ex me auxilium . Plena eſt in omnibus ſcriptura vniuerſa.¶Nam & Ioannes cum Chriſtum digito demonſtraret,dixit,Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mūdi.Neque Dauidem latuit quisnā peccata remitteret. quidem ſic

Pſal. 50. ait,Cor mūdum crea in me Deus,& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. & in alio loco , Copioſa apud domi-

Pſal. 129 num redemptio. Quid multa?nemo eſt qui hoc cōtrouer-

tat,quin potius in eo omnes conſentiunt,Deum ſolum remittere peccata ¶Et quãuis ſolus Deus poteſtatem habeat remittendi peccata,peculiaris tamẽ hæc miſericordia Dei, quod eminentem & eximiam illam authoritatẽ etiã hominibus cõmunicauit: iámq; in hunc vſque diẽ homines etiã ſuo loco ſinit peccata dimittere, vt miniſtros & cooperarios.neq; enim mentiri poteſt ille qui dixit,Cuicunq; remiſeritis peccata,remiſſa erunt. Sic Auguſtinus ſuper hũc locũ dicit,Eccleſiæ charitas quæ per ſpiritũſanctũ diffũditur in cordib⁹ noſtris, participẽ ſuorũ peccata dimittit:eorum autẽ qui non ſunt participes,tenet.Et alibi,Sacerdotes poſſunt confitẽtibus parcere. nã quibus ipſi peccata remittũt, iis Deus remittit.Etſi ergo Chriſtus prę omnibus aliis clauẽ poſſidet remiſſionis peccatorũ. ſicut dñs per os prophetę prædixit,ſe daturũ clauẽ Dauid ſuper humerum illius,ſic vt ſolus ille claudat,nemóq; aperiat: ex immẽſa tamen charitate erga nos,eandem nobis quoq; cõmunicauit. Sícq; ſi ſcripturæ locos vndequáq; cõportes, videbis remittere peccata principio Deũ,deĩde Dei filiũ Chriſtũ Ieſum,mox ſacerdotẽ Chriſti miniſtrũ.Et quia ſinguli ij ſingulas oportet habeant claues, claues quoque triplices erũt.Siquidẽ Deus præcipuã illam clauem habet authoritatis, de qua ſi locuti eſſent Iudęi,cũ clamarent,quiſnã peccata remittere poſſet, niſi ſolus Deus,culpãdi nõ eſſent.Alia etiã adhuc clauis eſt excellentiæ,eámq; ſecundum humanitatẽ ſuam Chriſt⁹ vt nobiliſſima anima habuit: quoniã dixit,vt ſciatis quia fili⁹ hominis poteſtatẽ habet remittẽdi peccata,ecce dico huic, Surge,&c.Eodẽ pertinet illud Ioannis,Hoc dicit verus ille & ſanctus,qui habet clauem Dauid : aperit, & nemo claudit:claudit,& nemo aperit. Clauis porro tertia, miniſteriũ quoddã eſt tantũ.quod Deus ex gratia hominibus cõmunicauit:ídq; in nouo teſtamento ſolũ, apoſtolis primũ in die Paſchæ,& deinceps ſemper preſbyteros, qui vero & eccleſiaſtico ordine cõſecratur.¶Sequitur hinc,chriſtianos non eſſe,ſed Iudæos,quotquot iam aduerſus ſacramentum pœnitentiæ obgãniunt,Vah ſolus Deus peccata dimittit.quid opus hic preſbytero,q peccata dimittere nõ poteſt?En cornuos hic tibi,miluóſq; veteris teſtamenti, in quo nulla poteſtas talis de peccatorum remiſſione data fuerat:ibi tantùm clamabãt ignorare ſe vim,& efficaciã euãgelij, neq; intel-

Ioan. 10 *Augu.* *Eſa. 22.* *Mar. 2* *Matt. 9.* *Apo. 3*

ligere gratiã & miſericordiã Dei, qui immenſa ductus miſeratione & benignitate, ſubiudices nobis conſtituit ſacerdotes, qui confeſſiones audiunt. Verùm hic quoq; gratiã illam tantã reſpuũt temerarij iſti & audaculi chriſtiani. dum peccatorum ſuorum confeſſionem ſoli Deo patefacere volunt: neque vidẽt confeſſorũ ſibi contingere nõ raro carni-
Mat.2. ficem & lictorem, tandem vero & ipſum diabolum. Verùm non eſt quod in hac iſtorũ cum Iudæis collatione mihi tãtum credas. En ſcripturam hic tibi. Marcus refert Chriſtũ reſpexiſſe fidem baiulantium & portantiũ paralyticum, dixiſſéque, Fili remittuntur tibi peccata tua. ibi ſtatim nõ defuerunt ex phariſæis quidã, cogitãtes in cordibus ſuis quid ille ſic loqueretur, quídue Deum blaſphemaret, quando remittere peccata, niſi Deus, nemo poſſet. Eſtq; id ſanè verũ, quia remittit Deus peccata, ſed id tamen nõ facit ſine medio, miniſterio ſcilicet inferiorũ iudicium ſacerdotũ. Cyrillus hic breuiter dicit, Solius Dei eſt vt poſſit à peccatis homines ſoluere: at abſurdum interim nõ eſt peccata remitti poſſe ab illis, qui ſpiritumſanctum in ſeipſis habeant.

2 Geminã quoq; hic conſpicimus poteſtatẽ, quã vtramque Chriſtus dedit apoſtolis, alteram ſoluẽdi & ligãdi, alteram remittendi peccata & retinendi. illámque poteſtatem claues eccleſiæ appellare ſolemus, vel etiam claues cœli: vt iam rectè dicatur ſacerdotem qui cõfeſſioni præficitur, claues habere cœli. neque id ſane ſacerdotũ aut monachorum eſt commẽtum. Chriſtus ipſe ſic locut⁹ eſt, quãdo poteſta-
Mat.18. tem illã immenſam & ſublimẽ apoſtolis ſuis ante paſſionẽ
Mat.16. ſuã promitteret: dicẽs, Amẽ dico vobis, quicquid ligaueritis ſuper terram erit ligatum in cœlis. & deinde peculiariter Petro, Tibi inquiẽs, dabo claues regni cœlorũ: & quicquid ligaueris ſuper terrã, erit ligatum in cœlis: Ecce quomodo poteſtatẽ hãc Chriſtus ipſe clauium nomine expreſſit: quãobrem ſic tu quoq; appellare debebis. hæc enim eſt illa clauis, qua ſalutare ſanctæ pœnitentiæ ſacramẽtum fidelibus cõmunicatur. neq; enim cõtritio iſta ſacramentum eſt, neque confeſſio, opera tantũ hominũ, quanuis ad hanc rem & ipſa neceſſaria. Sed cum ſacerdos dicit & exprimit ipſa verba abſolutionis, poteſtate ſibi diuinitus cõceſſa, tũc ſacramẽtum cõficitur. Igitur verba illa cum humilitate caput inclinans ſuſcipe, quoniam hîc tibi gratia ſpiritus ſancti con

ertur,& remiſſio peccatorũ, non id vtique ex contritione
ua vel confeſſione,quãuis vtraq; neceſſaria eſt, ſed ex me-
ito paſſionis Chriſti & ſanctiſſimi ſanguinis illius:qui tũc
xpurgat animam tuã,quando ſacerdos verba abſolutionis
rofert poteſtate clauium ſibi diuinitus cõceſſa. Et ecce iã
inc apparet,quidnam ſit pœnitentiæ ſacramentũ:& quum
mnia ſacramenta ſigna ſint efficacia eius quod deſignat,
o ꝙ inſtitutio illorũ & virtus ex ſanguine & merito ſunt
omini noſtri Ieſu Chriſti,ex cuius latere etiã veluti pro-
nanarũt.Quòd ſi ergo & pœnitentia ſacramentum eſt,vti
ſt veriſſime, credẽdũ iam tibi incũbit,vbi omnia quę tua-
um ſunt partiũ feceris,hoc eſt, vere cõtritus & integre ſis
õfeſſus,tunc inquã credendũ eſt tibi, peccata tua vere eſſe
emiſſa:quando hoc tibi ſignum certum & efficax adhibue
s,hoc eſt,ſacerdotis obtinueris abſolutionẽ, quo certiſſi-
nũ te Deus ipſe reddit & efficit. Crede igitur fortiter pec-
ata tibi remitti per meritũ amariſſimę paſſionis & mortis
omini noſtri Ieſu Chriſti,cuius hic particeps efficeris per
erba ſacerdotis abſoluentis.¶ Eſtq; hic accurate põderan-
um ꝙ hîc dominus apoſtolis poteſtatẽ dedit peccata re-
nittẽdi & retinẽdi,vel vt Matthæus ait,ſoluendi & ligãdi,
õtra Neochriſtianos temere obgãniẽtes,claues nõ eſſe ſa-
erdotis,ſed cõgregationis totius, ita vt eaſdẽ tamẽ ſacer-
os omni petenti dare cogatur, &c. O inſaniã,ô ſtuporem
no ſtupiditatẽ hominũ! Et qũo ſic ſacerdos poteſtatẽ ha-
eret ligandi & retinendi,vt habent verba Chriſti? Eſt er-
o quod credas,habere ſacerdotem poteſtatẽ remittendi ti
peccata & abſoluẽdi. Quòd ſi tamẽ confiteri recuſes iux
cõſuetudinẽ eccleſiæ, vel etiã cõtritionẽ nullam habeas
peccatis cõmiſſis,vel denique conſtituas tibi denuò pec
ta iſta iterare,cũ verò te ligat,neque quicquam abſoluit,
oſdã etiã fortius aſtringit vinculo excommunicationis.
Sequitur iam ex hoc loco & cæteris etiam euangeliſtis,
nſecrationem ſacerdotalè in gemina conſiſtere poteſta- *Poteſtas*
Altera eſt,quã habet ille ſuper verũ corpus Chriſti:alte- *ſacerdotij*
vero habet ſuper corpus Chriſti myſticũ. Prior illa hæc
,quod ab eo per verba in hoc à CHRISTO inſtituta,cor
s Chriſti verũ in officio miſſæ,cõficitur,ita vt quàm pri-
ũ verba cõſecrationis protulerit ille.ſtatim hic ſit ipſiſſi-
ũ,vt ſic dicã,corpus Chriſti ſub ſpecie panis. Iſtáq; pote-

ſtas apoſtolis in cœna data eſt, quãdo inſtituto hoc vene-
Mat.26. rabili ſacraméto, dixit domin⁹, Hoc facite in meam cõme-
Luc.22 morationé. His verbis & tũc ille apoſtolos fecit ſacerdotes
& in hodiernũ quoq; diem, eccleſiæ preſbyteros conſecrat.
¶Neque tamen illi tunc ex integro fuerunt ſacerdotes. de-
nique enim in die Paſchæ, quando veniens ad eos domin⁹
inſufflando dixit, Quibuſcunque remiſeritis peccata, &c.
hinc inquam demum poteſtaté acceperunt etiam ſuam cor
pus Chriſti myſticum, hoc eſt fideles: effectíque ſunt ſacer-
dotes & preſbyteri perfecti, ſicut & hodie epiſcopus ordi-
nandis preſbyteris inſufflat in aures, manúſque capitibus
eorum imponit, & iis verbis preſbyteros integre cõſtituit.
¶Quæret auté curioſus aliquis, Cur tandem dominus apo
ſtolos in cœna ſemiſacerdotes tantùm crearit, & dilatatam
poteſtate, altera die Paſchę tandé claues illas tradiderit? Ad
hoc ſane reſpõderi poteſt: in cauſa fuiſſe, quod ipſe nõdum
clauem ſignificatiuam portauerat, crucé ſcilicet, iuxta illud
Eſa.22 Clauis domus Dauid ecce ſuper humerum eius. Hac nimi-
rum claue Chriſtus portas inferorum confregit, hac purga
torium reſerauit, infernum concluſit, cœlúmque aperuit.
Quo nomine priuſquã totam Adæ culpam reſolueret, cla-
ues iſtas quum paſſus nondum eſſet, diſcipulis nõ dedit. Ve
rum ſimul atque reſurrexit, diabolum infernum & mortem
ſubegit, data tunc ſibi omni poteſtate in cœlo & ſuper ter-
ram, tum denique illam contulit diſcipulis, dicens primò,
Sicut me miſit pater, ita & ego mitto vos. deinde inſufflan
Matt.18 do, Accipite ſpiritumſanctum. Quorumcunque remiſeritis
peccata ſeu retinueritis, remiſſa vel retenta erunt. O admi-
randam Dei gratiã & immenſam miſericordiam, ſiccine do
minum ſtare ſentétię ſerui? Ecce enim creator omniũ De⁹,
ſeruaturum ſe ſpondet, quicquid dictarit creatura, tanta eſt
miſeratio diuina. nos modo curemus gratiam illam tãtam
non reſpuere, ſed vltrò & cum gratiarũ actione ſuſpicere.
4 Adhuc ſequitur, omnes quotquot iã legitime cõſecran-
tur ſacerdotes, æqualem habere poteſtatem, & conficiendi
in miſſa corpus Chriſti, & remittendi peccata vi clauium.
¶Quæres hic, vnde fiat, quod nõ omnibus ſacerdotibus li-
ceat audire cõfeſſiones: deinde cur Papa & epiſcopi non-
nullos ſibi reſeruét caſus, in quibus ſimplici ſacerdoti non
liceat abſoluere, Reſpõdeo ad hæc, verum quidé eſſe, quod
omne

nes æque ſacerdotes poteſtaté habent tũ miſſam legen-
um vi clauiũ abſoluédi:ſed quod nõ omnibus licet cõ-
iones audire & abſoluere.id ſane nõ defectu fit poteſta-
ſed materiæ,quæ ſibi ſubdita nõ eſt.Id vt intelligas,ec-
preter illã geminã poteſtaté ſacerdotalem adhuc alia ſu
eſt,quam iuriſdictioné dicimus, quãdo vel multùm vel
ululum plebis alicui cõcreditum eſt in ſuam curã: vt pa-
cho populus parochialis cõmiſſus eſt, epiſcopo tota mul
udo diœceſis ſuæ,Papę vniuerſa eccleſia.Eáq; ſane pote-
as æqualis nõ eſt,quando parochiarum nõ omniũ æqua-
eſt multitudo & cõgregatio ſubditorũ:& ibi ſine ſpecia
venia nõ licet cuiquam in alterius iuriſdictioné mittere
anũ,ſed ſuis eſſe terminis cõtentũ, ſicut ſuis limitibus pa
ochias circũſcripſit Dionyſius. Eccleſias ſingulas ſingulis 12.q.1
reſbyteris dedimus,parochias & cœmeteria eis diuiſimus *Eccleſ.*
vnicuique ius propriũ habere ſtatuimus, ita videlicet vt
ull⁹ alterius parochię terminos inuadat.Si auté vnuſquiſ
que terminis ſuis cõtentus,& taliter eccleſiam & plebé ſibi
cõmiſſam cuſtodiet.vt ante tribunal æterni iudicis ex oui-
o⁹ ſibi cõmiſſis rationé reddet,& nõ iudiciũ,ſed gloriã pro
ſuis actibus percipiat. Quãuis ergo quilibet ſacerdos abſol
uẽdi habet poteſtaté,quàm diu tamé ſubditos nõ habet po
teſtate hac vti ne prçſumat. Verũ quũ alicui animarũ cura
demandatur,tũc ei, qui antea poteſtaté habebat,etiã mate-
ria ſubiicitur,vt ſic deinceps poteſtate ſua vti poſſit. fuítq;
ſane hoc ſummopere neceſſarium.quũ enim pręcipiat Pau
lus inter chriſtianos ordinate omnia fieri debere,& ipſe e- 1.Cor.14
tiã ſpõſus eccleſiã ſuã videret inſtar aciei caſtrorũ ordinatã, *Canto.9.*
in hac quoq; re ordiné decet obſeruari, vt quilibet ſciat &
agnoſcat ſuperiores ſuos & animarũ curatores,atque viciſ-
ſim ſacerdos nõ ignoret quinã qui ſibi ſint cõmiſſi:& vt Sa
piens dicit, diligéter agnoſcat vultum pecoris ſui, ſuóſque *Prou.27.*
greges cõſideret. Profecto ſiquidem,quãtũ iam mali hinc
proueniat,quod parochis ſubtrahũtur ſubditi,quod huc il-
luc ad cœnobia & neſcio quo nõ curſitatur ab omnibus ci
tra veniam,ita vt ſcire nequeãt plebani,quales ſe exhibeãt
ſubditi ſui,num cõfiteantur,num chriſtiano more aut Tur
cico viuant,quilibet pro ſe expendere facile poteſt. Vtique
hoc certũ eſt,inde ampliſſimã feneſtram, imò ianuã & por
tam patentiſſimã aperiri ſectis & hçreſibus. Equidé tempo

tribus noſtris vtiliſſimũ dixero, ſi ſancta illa & vetuſtiſſima
16. q. 1. c concilia, Nicenũ & Calchedonenſe, conſtitutiones etiã Pa
1. cap. qui ſchalis & Alexandri reuocarentur: & fratres iſti non adeo
vere. parochialia iura ſibi vſurparent, cœnobiáque quę inſtituta
ſunt in parochiarũ adiutoria, non fierẽt earundẽ corruptoria Nõ tamẽ dixerim hæc, animo fratribus bonis detrahẽdi, ſed regimini eccleſię pro noſtro tempore arbitrarer hoc magis cõuenire. ¶ Habẽt itaq; ſacerdotes æqualiter omnes poteſtatem abſoluendi, ſed ea nõ poſſunt omnes æqualiter
Mar. 9 vti, quod exigat etiã ſubditũ habere peccatorẽ, ſcilicet con
fitẽtem. Et tũc demũ poteſtate ſua vti licite poteſt. Et ſicut ſuperior inferiori poteſtatẽ largitur ſuper plebẽ ſiue parochiam aliquam: ita rurſus eidẽ manus poteſt occludere, ne in quibuſdã caſib' abſoluat, quãuis id ſine rationabili cauſa fieri non debeat. In caſu tamen quũ iam imminet vltim' articulus mortis, poteſt in eo cõſtitutũ abſoluere, quilibet ſacerdos ab omnibus peccatis, ſi parochi copia haberi non poſſit, corruũtq; hic omnes caſus reſeruati. Iſtámq; poteſtatem iuriſdictionis dedit dominus Petro, quando ipſum ſupremum conſtituit eccleſiæ præſidẽ, dicens ad eũ tertiò, Pa
Ioan. 21. ſce oues meas. tũc enim illi oues omnes, omnes ſcilicet fideles, in omni plenitudine ſubiecit. Oremus ad dominum.

HOMILIA VI. ET VLTIMA SVPER *euangelium dominicæ primæ poſt feſtum Paſchæ.*

SVperiori homilia, chariſſimi, diximus quomodo apoſtolos ſuos dominus, nunc demum perfectos cõſecrarit ſacerdotes à reſurrectione ſua, largitus in hoc eis poteſtatem clauium regni cœlorum, remittendíque ſimul & retinendi
Ioan. 20. peccata. vbi magna oritur quęſtio, ex eo quod ſanct' Tho-
Matt. 18 mas hic non interfuit, quapropter neque perfectus fuiſſet
Cyrillus. ille ſacerdos, neque habuiſſet poteſtatem remittendi peccata: ſed necChriſtus ei pręſtitiſſet. quod nõ minus ipſi quàm cæteris promiſerat apoſtolis Mouit hanc dubitationem etiam Cyillus, eſtque hæc propemodum ſua ſentẽtia, quod virtus ſpiritusſancti ex volũtate Chriſti dantis illũ, promanauit in omnes apoſtolos: atq; ideo ex liberali datoris munificẽtia: nõ præſentes tantũ apoſtoli acceperũt ſpiritũſanctũ, ſed & qui tũc aberat Thomas. Eſſe autẽ hoc veriſſimũ & nemini in dubiũ vertendum, biblicis etiã ſcripturis cõfir
Num. 11. mabimus. Pręcepit dominus Moyſi, vt eligeret ſeniores ſe-

ptuaginta, illóſq; aduceret ad ianuã tabernaculi: túncq; ſe deſcẽſurũ,& cum ipſis colloquuturũ, accepturũ quoque ſe de ſpiritu ſuo,& daturũ illis. Quo facto,deſcẽdit dominus in nube,& dedit eis de ſpiritu Moyſi, cúmque in ipſis conquieuiſſet ſpiritus,cœperũt ꝓphetare,& non deſierũt. Decrant tamen tunc ex illis duo, Beldad,& Medad,qui remanſerant in caſtris,ſuper quibus etiã requieuit ſpiritus domini,quoniã & ipſi cõſcripti fuerant,licet tabernaculũ ingreſſi nõ erant.nihilo tamẽ ſecius prophetabant etiã in caſtris. Et quãuis illud Ioſue Moyſi indicabat, quaſi inſinuare volens,vt iuberet,Moyſes tamen recuſauit,ſuſtinẽs & pati paratus,etiam ſi vniuerſo populo ſpiritũ ſuum daret dominus ad prophetandum. Quód ſi igitur Deus gratiã hãc tantam per electionem Moyſi ab ipſo legiſlatore electis cõtulit & donauit in veteri lege,qua frõte quis negabit electos à legiſlatore euãgelico,etiã abſentes gratiã ſpirituſſancti conſequi,vel eo maxime quòd ſicut ſeptuaginta illi Moyſi, ita apoſtoli ſucceſſerũt Christo? Et ſi igitur abfuerit Thomas, priuatus tamẽ nõ eſt participatione ſpirituſſancti, quando ex eorum numero fuit, qui dignitate apoſtolica exornati erant,& ad quos veluti proprie pertinebat ſpirituſſanctus. *Thomas abſens ordinatus.*

2 ¶ Videmus hic porro à Chriſto inſtitutam eſſe cõfeſſionem,ſicque Neochriſtianos loqui aduerſus euangelium,& miſere imponere ſimplicibus dum blaterant cõfeſsionẽ nõ eſſe diuinitus inſtitutam. Quũ plane cõtrarium hic videãt, nec tamen attendant validiſſime errorẽ ſuum refelli atque retrudi. Manifeſte ſiquidem ex verbis Chriſti patet illud ſacramentum pœnitentiæ aliqualiter eſſe iudiciale, ita vt ſacerdos confitẽti vel remittere peccata debeat, vel retinere. Iam vero ſententiam ferre iudex nõ poteſt,niſi prius audita & agnita cauſa. Quoniam iniquus eſt iudex,quiſquis nõ bene ponderat,& quaſi æquiſſima libra trutinat cauſam ſuper qua laturus ſit ſententiam. ¶ Facile iam hinc colligitur, quanta ſit Neochriſtianorũ ſiue ſtoliditas,ſiue inſania,qui qua ſunt temeritate,accurrũt ad ſacerdotẽ, & aiunt, Venerabilis domine,iam ego peccata mea cõfeſſus ſum Deo,doleo de illis,& peto abſolutionẽ. Audi obſecro & conſidera veſaniam hominum & ineptiam : cõfitentur Deo,& nolũt ex eo abſolutionem, inſulſi & ridiculi nõ attendunt quàm multi iſtorum qui cõfeſſi ſibi videntur Deo abſolutionem *Cõfeſsio.* *l. de quare. ff. de Iud.*

acceperunt à carnifice. vnde colligere licet eos diabolo potius eſſe cõfeſſos. volunt eis ſufficere confeſſionẽ, quam fecerunt Deo, & nolunt confidere quòd Deus eos abſoluat. ¶ Sed quid eſt obſecro quod ex me tibi dari cupis abſolutionem? Nõ aliunde id vtiq; procedit, niſi quod aliquanto plus poteſtatis penes me agnoſcis, quàm apud quanuis aliũ
Ioan. 20 laicũ. Verũtamẽ neq; mihi alia eſt poteſtas, quàm ea quam hic mihi Chriſtus dedit ſuper remiſſione peccatorũ: ſimul autem ille mihi etiam poteſtatẽ retinẽdi peccata contulit. Nunc ergo quomodo ſcire poſſum, quũ recte clauib⁹ vtar, remitterẽne tibi peccata an retinere debeã, ſiquidẽ ea mihi non recẽſes? Aut quod ego tibi feram iudicium in re incognita? Cõfitere igitur, & tunc cognoſcam, retinerẽne tibi debeã peccata tua, an remittere. Quod ſi dices in iis verbis
Bernar. Chriſti nullam fieri mentionẽ confeſſionis, ſed abſolutionis tãtũ, ſtatim tibi in foribus eſt reſpõſio ex Bernardo, dicente opus id minime fuiſſe, ſed ſuffeciſſe hic ægro oſtendere medicũ, quiſquis enĩ grauiter laborat & ſanari cupit, ſcitq; ſibi paratũ eſſe medicũ, vltrò curabit, vt quocũq; modo queat illum accedere vel accerſire. Sic itaq; & tu fac, ſi te ægrotũ agnoſcis in anima tua, ecce tibi Chriſt⁹ medicũ exhibuit ſacerdotẽ. tu ergo ſi ſanari vis, hũc quære, hũc accede: & hic quidẽ eò magis, ꝙ quilibet peccator tenetur gratiã Dei debitã requirere, ſi modo Deũ ſuper oĩa diligit. Nõ poteſt autẽ viam vel expeditiorem vel tutiorẽ habere acquirẽdæ gratiæ, quàm abſolutionẽ iſtam ſacerdotis. Quãobrem etiã Lutherus quanuis hoſtis eccleſiæ, tamẽ fatetur nos ſufficientes Deo gratias agere nõ poſſe pro immẽſa & ineffabili gratia & miſericordia ſua, quam ille nobis etiam hic contulit in remiſſionem peccatorum. Quo enim pacto irrequietæ & imbecilles quorũdam conſcientiæ pacari fœlicius faciliúſque poſſent, quàm hac expeditiſſima ratione abſolutionis ſacerdotalis? Inducerẽ hic plura niſi eadẽ haberes in parte de ſeptem ſacramẽtis, & lib. 2. de penitentia.
3 ¶ Etſi hîc clare dominus hęreſim refellat, quæ pœnitentiæ aduerſatur. fuerũt tamen adhuc alij (vt nulla eſt calamitas ſola) hęretici, qui ex hiſce verbis colligere voluerũt, neminẽ qui in peccato ſit mortali cõſtitutus, poſſe peccatorẽ alium ſibi cõfitẽtem abſoluere, eo ꝙ quũ ſit legatus ipſe, alterius nexũ & vincula nõ queat exoluere, præter hoc quod

hîc etiam ex ordine literæ liquere exiſtimant, quãdo dixit dominus, Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũcunq; remiſeritis peccata. Volũt ergo hîc elicere, quòd quiſquis peccata velit aliis remittere, eum quoq; prius oporteat habere ſpiritũſanctũ. Quòd ſi hoc verũ eſſet, quàm miſera foret eccleſia, tota in ambiguo & dubio cõſtituta, quoniã ſi fili⁹ cõfeſſionis ignoraret, an cõfeſſor ſuus in gratia Dei eſſet aut extra illã, incertus quoq; eſſet de abſolutione: & ſic omnia in eccleſia eſſent dubia, incerta & ambigua, quod tamen de Chriſto ne leuiter quidẽ ſuſpicãdũ eſt, quaſi nõ melius proſpexerit ille eccleſiæ ſuæ, niſi vt ſic ipſam ſuper ſtipulas & arenã ædificarit. Quin poti⁹ rectiſſime decreuit eccleſia errorem eſſe, ſi quis dicat eum qui in peccato mortali conſtitutus eſt, non poſſe abſoluere ſibi cõfitentem ſiquidem poteſtas abſoluendi fundata nõ eſt ſuper gratiam ſpiritusſancti, ſed ſuper donum illius, quod iuſtis & peccatorib⁹ commune eſt. *Mat.7*

¶Id vt rectius intelligas, noris geminã eſſe gratiam ſpirit⁹ ſancti: altera eſt, quę gratum hominẽ Deo facit & charum, vnde charitas quoq; cõmuniter gratia dicitur: ſiquidẽ hominem pium reddit & iuſtum. ſic Paulus, Iuſtificati, inquit, per gratiã ipſius. & iterum, charitas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris per ſpiritumſanctum, qui datus eſt vobis. Hæc gratia ſacerdoti neceſſaria nõ eſt, abſoluere volenti, quãuis deceat hoc quidem, vt habeat gratiã Dei, vt ſublime & pręcelſum miniſteriũ illud indigne nõ perficiat: iuxta illud, Iuſte quod iuſtũ eſt exequere. Tota autẽ vndiq; plena eſt ſcriptura, quàm ſanctos & impollutos eſſe conuenit miniſtros Dei, cuius rei rationẽ reddit dominus, Sancti, inquiẽs, eſtote, quoniã & ego ſanctus ſum. Neque dubium eſt, quin iſta quoq; gratia apoſtolis hîc ſit augmẽtata. Inde doctores ſancti cõcluſionem colligũt huiuſmodi, Si quãdo ſacerdos in peccatis cõſtitut⁹, officio ſuo ſacerdotali fungitur, ſiue miſſas legẽdo, ſiue abſoluendo, peccat ille quidem mortaliter, ſed tamen ſacramentum in ſe conficitur, licet non ſine notabili ſacerdotis detrimento. fit enim illi idem quod in candela ſuccenſa euenit, vt ait Nicolaus Papa, reſpondens ad conſulta Bulgarorum, quæ ſibi quidem detrimentum præſtat dum ardendo conſumitur, aliis vero lumen in tenebris adminiſtrat. ſic igitur & ille aliis cõmodũ exhibet, ſibique interim diſpẽdiũ prębet. Vſqueadeo & magni cõſtat & ve-

Deut.1 *Leuit.20* *15.q.vlt. cap.vlt.*

re immenſum eſt miniſteriũ eſſe ſacerdotem,ſed periculoſum,quãuis ſane ſi quis in eo qualem oportet ſe exhibeat, beatum vtiq; reddat. O enim fœlicem,ô beatũ, ô angelis, imo Deo proximũ ſacerdotem,quiſquis in Gratia Dei officium ſuum facit! Altera porro gratia neq; iuſtũ, neq; Deo reddit acceptum ſiquidẽ donum tantũ eſt,àDeo gratis datum: vnde & in vniuerſum donũ magis quã gratia nuncu-
1.Cor.12. patur.de ea Paulus ad Corinth.loquens,dicit, Cuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ. Vni quidẽ datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ in eodẽ ſpiritu, alij gratia ſanitatum in eodem ſpiritu, alij prophetia,&c. Ecce hæc dona ſunt ſpirituſſancti,neq; tamen ideo vel probum vel iuſtum faciũt quenquã,quod te vel ſolus Caiphas docere poterit,qui quũ cõſilia moliretur, & inſidias ſtrueret aduerſus Chriſtum, tamen quia (vt ait euãgeliſta) pon-
Ioan 11 tifex erat anni illius,ex ſpirituſancto ꝓphetauit dicẽs, Expedit vt vnus moriatur pro populo, magis quàm vt gẽs tota
Nu.21 pereat. Teſtatur idẽ & Balaã,qui quũ malignus eſſet,& pecuniam accipere maledicturus populũ Iſraël, donum tamẽ habuit prophetię,donum ſpirituſſancti. Eodem pertinet il-
Mat.7 lud,quod dixit dominus venturos ad ſe qui dicant,Domine,domine,in nomine tuo prophetauimus,& dæmonia eiecimus:ſe tamen eis reſponſurum,Neſcio vos. Ita hic quoque,omnes qui poteſtatẽ accipiunt vel vſurpãt abſoluẽdi, donum habent ſpirituſſancti,quoniam & poteſtas illa non niſi per ſpiritumſanctum datur. Veruntamen non omnes iſti gratiam ſimul accipiunt ſpirituſſancti, quo etiam boni & iuſti efficerẽtur. Alteram hanc,ſcilicet poſteriorẽ, quum habeant gratiam ſemper,priori tamen carent aliquando.

¶ Quanuis hoc quidẽ verum eſt,atque hic te ſcire cõuenit, quòd ſacerdos officio ſuo ſine gratia & ſanctimonia non perfungitur:nõ ſic tamẽ,quòd tũ gratia, tum ſanctitas illa ſit in perſona ipſius, ſed in vniuerſa illa catholica eccleſia. Quilibet enim ſacerdos, quanuis in perſona ſua ſacerdos conſecratur & efficitur,non tamẽ id fit pro ſua tãtùm perſona, ſed illa vniuerſali eccleſia. Itaq; ſiue miſſam celebret, ſiue abſoluat,id omne tãquã miniſter eccleſiæ facit, & no-
Augu. mine ipſius eccleſiæ.ſicq; intelligẽdus eſt Auguſti. cum dicit claues nõ vni datas eſſe,ſed vnitati, neq; enim eſt quod inde colligas,nullã hominis perſonam habere claues,ſed

quia pro eccleſia habeat,nõ pro ſe. Semper autem eccleſia ſancta eſt,gratia ſpiritusſancti nunquam deſtituitur: ſic fit vt quanuis ſacerdos ſacramentum aliquod conficiens,gratiam Dei non habeat, eccleſia tamen illa non careat. Non aliter quàm ſi tu ſeruo cuipiam tuo,in peccatis conſtituto. quid des pauperi porrigendum,licet ille peccator ſit,nihillo taméminus eleemoſyna tibi,modo ĩ gratia Dei exiſtẽti, meritoria eſt vitæ æternæ, etſi ſeruus tuus omni vitiorũ genere ſit obſtruct᷒.Ita hic quoq; quanuis miniſter.ſit prauus,nihil refert,dummodo principalis,ſcilicet eccleſia,gratiam Dei habeat. Et hoc eſt quod in officio miſſæ etiã profitetur ſacerdos,priuſquam ſacramẽtũ ſumat dicẽs, Domine Ieſus Chriſte,qui dixiſti apoſtolis tuis,pacem meam do vobis,pacem relinquo vobis:ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſiæ tuæ,eamq; ſecundum voluntatem tuam pacificare.cuſtodire,coadunare & regere digneris,&c.

4 ¶Et ſi multa adhuc ſuperſint. quæ de clauibus pœnitentiæ dici poſſent,tamen iis omnibus ſuperſedeo:maloq; finem facere hic & concludere cum verbis Chryſo.dicẽtis, Magna eſt ſacerdotalis dignitas:cui dimittit peccata, huic ſunt dimiſſa.¶Quamobrẽ & Paulus dicit,Obedite prępoſitis veſtris,& ſubiacete eis. Tu rem tuã cura, quàm ſi bene ordinaris,nulla tibi alia ſolicitudo impẽdit. Sacerdos ſi vitam ſuam diſpoſuerit,tuam autẽ non diligenter curauerit, cum impiis in gehennam detrudetur:& nonnunquam non propriis actionib᷒, ſed noſtris dãnatur, niſi omnia quæ ad ſe ſpectant,efficiat. Cum igitur periculi magnitudinem videatis,multa eos beneuolentia proſequamini:quód & Paulus ſignificauit, dicens:Ipſi peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.ideo maxime colẽdi ſunt,& infra Sacerdos ſi debitum à nobis cultũ ſibi præſtari viderit, recte nos gubernare poterit.Intellige quid de Iudæis ĩquit Chriſtus, Super cathedram Moyſi ſedebũt ſcribæ & phariſæi omnia quæcunq; dixerint vobis,facite.Nũc non eſt dicendum,ſuper cathedram Moyſi, ſed ſuper cathedrã Chriſti ſederũt ſacerdotes,eius enim acceperũt doctrinã, quare Paulus inquit,Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Chriſto exhortãte per nos Infra,Et cum fratres noſtros iudicare,prohibemur, contra ſacerdotes linguas acuimus? Et infra Hæc dico, nõ quod indignos ad ſacerdotium aſſumi

Chryſoſt. *Heb.13.* *Heb.13.* *Mat.23.* *1.Cor.5.*

probem,ſed miſereſcens,& lachrymãs. nõ enim propterea à ſubditis iudicandi ſunt,etiam ſi male & vitioſe viuant. tu
Num.21 autẽ ſi tibi conſules,nihil in iis quæ illis commiſſa ſunt, offendes. Nam ſi aſinum loqui fecit, & per vatẽ benedictio-
Num.22 nes ſpiritales largitus eſt,& in mutuo ore,& lingua immũda Balaam propter offendentes Iudæos operatus eſt:multò magis propter fideles, etiam ſi praui ſint ſacerdotes, Deus omnia per eos perficiet. Sacerdos & linguã & manus præbet,ſed pater & filius & ſpirituſſanctus omnia facit,quibus omnibus cõſyderatis,& Deum timeamus, & eius ſacerdotes maiorem in modum veneremur,vt & noſtris operibus,
Chryſoſt. & illis honore exhibito,à Deo multã accipiamus remunerationem. Hæc omnia Chryſoſtomus, cuius verba prolixius enarrauimus, quòd vir laudis & gloriæ minimæ auidus,tantopere commendat & iubet ſacerdotes honorãdos. ¶Theophy.quoque veſtigiis Chryſo innixus,vide inquit, ſacerdotum dignitatem, Dei enim eſt remittere peccata. Sic igitur illi honorandi ſunt vt Deus. Nã quanuis indigni ſunt,quid hoc?diuinorum donorum miniſtri ſunt & gratia operatur per eos,ſicut per aſinam balaam locutus eſt. non enim indignitas noſtra gratiã prohibet. atque ita quia per ſacerdotes gratia ſuppeditatur, honorandi ſunt. Multa hic induci poſſent ſacerdotalis dignitatis encomia:ſed qa nũc nõ eſt inſtituti noſtri iſta multis proſequi, contenti ſumus induxiſſe verba Chryſoſto.& Theophyl. Quanuis appropinquantibus tẽporibus Antichriſti tolletur honor à ſacerdotibus,& ſupprimetur miniſterium dei,& quieſcet omne ſacrificium ab eccleſiis. Et erũt ſacerdotes ſicut populus in
Eſa.24. eodem tempore,ſeu hebdomadico tẽpore quemadmodum fore prædicit Eſaias, vt fiat ſacerdos ſicut populus Omnipotens & miſericors Deus dignetur tandẽ finem imponere periculis tantis, & inualeſcentem fidei defectionem, cõtẽptum iugis ſacrifici & ſacerdotũ omniũ cõpeſcere:& quicquid nunc lapſum eſt dignitatis, erigere ac reſtaurare: eos quoq; qui iã in erroribus ſunt demerſi,cõuertere in viã veritatis vt & ipſi reuerſi ad vnitatẽ eccleſiæ catholicæ, firmiter credant in dominũ Ieſum Chriſtũ & ſacramẽta, quę eccleſiæ ſuæ reliquit ille,qui eſt benedictus in æuum, Amen.

¶Reliquum huius euangelij partem,quære in feſto ſancti Thomæ apoſtoli.

DOMINICA SECVNDA POST PASCHA HOMILIA PRIOR SVPER euangelium Ioan. 10

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, & turbis Iudæorum: Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: Marcenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit & lupus rapit & diſpergit oues. Marcenarius autem fugit, quia marcenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus, Ego ſum paſtor bonus, cognoſco oues meas. & cognoſcunt me meæ. Sicut cognouit me pater, & ego agnoſco patrem, & animam meam po⟨n⟩o pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, fiet vnum ouile & vnus paſtor. 1. Cor. 9. 1. Ioan. 3. Matt. 8. Marc. 5. Luce 8. Mat. 11. Luca. 10. Mat. 2.

HOMILIA PRIMA.

INſignis & ſolicita quædam domini cura hoc nobis euãgelio deſignatur, quam de ouibus ſuis habebit, tãquam optimus paſtor: vbi pro ſe quiſq; attẽdere debet cuiuſmodi habeat paſtorẽ, curare etiam vt ſub tanti paſtoris cura permaneat: vbi tutiſſimus ab omni locorum incurſu ſit futurus: vſque adeo enim paſtor ille nos dilexit, vt propriæ etiã ſuæ animæ pro nobis exponendæ non pepercerit: ſicut ipſe de ſe teſtatur, inquiens, Ego ſum paſtor, bonus. Ecce hic diuinam obſerua ſapientiam, quàm pulchre implẽt ſcripta prophetarum, vt ſi mundus cognoſceret illum ipſum eſſe Meſſiam in lege & prophetis promiſſum. Ita ſiquidem dominus per Eſaiam dicit, Ecce Deus veſter, ecce dominus Deus in fortitudine veniet, brachium eius dominabitur. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtus ipſe portabit. Similiter & per Ezechielem, Suſcitabo ſuper ea paſtorem vnum qui paſchat ea ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet ea, & ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum. Quanuis qua fuerunt in omnibus iis prædicendis diligentia, ne id quidem reticuerunt prophetę quid de paſtore illo deinceps futurum eſſet. Zacharias enim ait, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Chryſoſt. Ioan. 10. Eſa. 40. Eze. 34 zacha. 11

¶Huiuſmodi nimirũ paſtorẽ diuinitus promiſſum ſe eſſe, hic dominus demonſtrat, ſicut ad longum Ioãnes enarrat.

August. ¶Admiratur hic Auguſtinus, cur tandem Chriſtus ante huius euangelij exordium ianuam ſe & ouile nũcupat. hic verò ipſum paſtorem, eò ꝙ nemo noſtrum tantæ fuerit audaciæ, & præſumptionis, vt Chriſtũ ſimul & paſtorẽ & ouile & ianuam eiuſdem appellet, niſi hic ipſe de ſe talia prædicaſſet. Vnde ſequitur, ſi ianua eſt Chriſtus, ianitorẽ, ianuam maiorem excellentioremq́; eſſe nõ poſſe, quando hic idem eſt paſtor & ianua. Verùm hæc omnia non in rerum natura & ſubſtantia ſeu qualitate, vt aiunt, intelligenda ſunt. ſic enim impoſſibile id fuerit, ſed ſecũdum proprietatis ſimilitudinem, qua Chriſtus & paſtor eſt & ouile, & ianua eiuſdem. Et quid hoc mirum, quum qui paſtor eſt, ſit etiã ouis? paſtorẽ enim eſſe ſe ipſe hic teſtatur. An vero ſit etiam ouis

Esa. 53. interroga prophetam & dicet tibi: Sicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt. Require amicum ſponſi, & reſpondebit tibi, Ec-

Ioan. 1. ce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Præterea paſtor ille oues ſuas cuſtodit, & præmunit ab incurſu & impetu leonum. ipſeque interim qui paſtor & ouis, aut etiam agnꝰ

Apoc. 5. eſt, leo quoque eſt, iuxta illud, Vicit Leo de tribu Iuda. Ad extremum ſolet hic paſtor, vt plurimum petræ inſidere. Et ſic Chryſtus paſtor, agnus & petra eſt. verè enim petra erat

1. Cor. 19. Chriſtus, vt ait Paulus. Omnia hæc per ſymbola (quę theologiæ pars, vt facilima, ita omniũ frequentiſſima eſt) intelliguntur, eorúmque fundamentum in hoc ſitum eſt, quòd cùm omnis creatura veluti explicatio quædam ſit diuinæ tum omnipotentiæ, tum ſapiẽtiæ, quælibet etiam quaſi liber quidam eſt Dei, in quo reuoluenda & legenda nobis ſunt ſtupenda illa mirabilia Dei, Quambrem & dominus ipſe ſubinde in parabolis & ſimilitudinibꝰ locutus eſt, obſcuriſſima quæque arcana nobis proponens ex cæleſtibus per viſibiles creaturas & earundem proprietates.

2 Cùm ſe dominus paſtorem bonum prædicat, intelligẽdum eſt, de paſtore animarum, ſicut idem illud exponit Petrus, inquiens, Conuerſi eſtis ad paſtorẽ & epiſcopum ani-

1. Pet. 2. marum veſtrarum. Non enim loqui eum de bubule vel quouis paſtore ouiũ, ex ſequẽtibꝰ patet, cũ ſubdit bonꝰ paſtor animã ſuam ponit pro ouibꝰ ſuis: quod tamẽ nemo paſtor alius pro grege ſuo facere debet. ſiquidem ſtolidꝰ iſte

nimiumq́; vecors fuerit, qui ꝓ ouibus ſuis beſtiis ſe morti traderet, quãdo ſi quod præcioſum eſt pro viliori in diſcrimen poni non debet. Quilibet igitur paſtor corporalis, laborẽ quidẽ quantũ poterit maximũ impendere pro gregibus & armentis ſuis debet, nõ tamẽ exponere vitam: ſed ſpiritualis paſtor etiam vitæ ſuæ pro redimenta. ſubditorũ ſalute parcere nõ debet. Et quãuis omnes in vniuerſum animarũ curatores & prælati, imo rectores quoque omnes, paſtores appellentur, Chriſtus tamen paſtor bonus per excellentiam, & (vt Petrus eũ nominat) vere princeps paſtorum eſt cenſendus. Et cũ apparuerit, inquit, princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronã. Quoniã bon⁹ ille in natura eſt eſſentialiter, bonus deinde in gratiarũ donis virtuoſe, bonus etiam in cura paſtorali ſuper oues ſuas ſolicite. Quomodo & de Chriſto, & qui illum in hoc munere ſecuti ſunt, apoſtolis dominus dicit per prophetã, Suſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcẽt eos: nõ formidabũt vltrà & non pauebũt: & nullus quæretur ex numero, dicit dominus, loquens de nouis illis & euangelicis paſtorib⁹, cum iã depoſiturus & priſtino loco amoturus erat paſtores Moſaicos poſſemus hîc per omnes diſcurrere paſtoris cõditiones: ſimulq́; declarare Chriſtũ bonum, imo optimũ fuiſſe paſtorem, & forte ad finem nonnihil ſuper hoc dicemus. Bon⁹. inquit dominus, paſtor animã ſuam ponit pro ouib⁹ ſuis. Addit Gregorius, fecit puod monuit, oſtẽdit quòd iuſſit bonus paſtor pro ouibus ſuis animam poſuit, vt in ſacramento noſtro corpus ſuum & ſanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis ſuæ alimẽto ſatiaret. (arrigere hîc aures, & attende Capharnaita) primum igitur eſt, vt ouibus noſtris miſericorditer impartiamur externa illa neceſſaria vitę deinde ſi neceſſitas tulerit, vt pro iis etiam moriamur. At quia vita ſine omni æſtimatione pretioſior multò eſt bonis temporalibus, quiſquis pro ouibus ſuis hæc non expendet, animam ſuam quando pro eis ponet?

Ezec.34

1. Pet. vl.

Iere.23.

Gregor.

3 Iam vero & hoc intellectu facillimum eſt, quid ſibi Chriſtus velit hic per hoc quod ait, Bonũ paſtorẽ pro ouibus ſuis animam ſuã ponere. Vult enim paſtorẽ huiuſmodi vel mortem obire & perpeti, vt ſaltẽ ſubditos ſeruet: iuxta illlud quod alibi dixit, Maiorem charitatẽ nemo habet niſi vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis Talẽ ſcilicet di-

Ioan.15.

lectionẽ Chriſtus habuit erga te,erga nos omnes imò erga totum genus humanũ, vt pro noſtra vita & ſalute ipſe moreretur Sic paulus,Dilexit,inquit,nos, & obtulit ſemetip-
1.Ioan.3. ſum hoſtiãDeo in odorem ſuauitatis.Ioannes quoq; dicit, In hoc cognouimus charitatẽ Dei, quòd animã ſuam pro nobis poſuit. Et nos igitur debemus inuicem pro fratribus
Rom.5. ponere animas noſtras.Huc facit iſtud Pauli,cum ait,eo ipſo manifeſtare dilectionẽ Dei erga nos, quoniã cũ adhuc inimici eramus illi,Deus pro nobis mortuus eſt. Et quãuis hoc ipſum quidã alij quoq; fecerunt, vt Stephanus,Petrus, Paulus,nemo tamen hoc ſine Chriſto & auxilio eius fecit, cùm interim Chriſtus id ſine omni præſidio aliorũ fecerit.
Ambr. ¶Pulchre ſimul & pie hic contemplatur Ambroſius, quomodo animã pro ouibus ſuis expoſuerit Chriſt᷒. ait enim, Nemo tantum exhibet,quãtum qui ſemetipſum tradit. Paſtor autem noſter Chriſtus dominus corpus ſuum in cibũ, & ſanguinem nobis proponit in potum,ſecũdum quod di-
Ioan.6. xit Iudæis: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Carnem quoque ſuam dedit in redẽptionem, ſi-
1.Cor.7. cut Paulus profitetur,dicẽs emptos nos eſſe pretio magno, atque ideo fieri non debere ſeruos hominum. Et ne quicquam ſibi reliquum maneret, etiam quod maximũ habet, diuinitatem ſuam dat in præmium.ſic nanq; dixit ad Abra-
Gen.15. ham, Ego merces tua magna nimis. Spiritum quoque ſuũ ſanctum nobis elargitur in initium vitę eternæ. Vt iam nihil obſtet,quin vnus Chriſtus & verus & optim᷒ ſit paſtor. ¶Sunt qui hîc nonnihil moueant de vicariis epiſcoporum in epiſcopalib᷒ quos ſuffraganeos dicim᷒,qui quãuis equitatu & comitatu non tantùm valeãt vt epiſcopi, epiſcopali tamen dignitate illis nihilo ſunt inferiores, quo nomine quicquid ad authoritatem & officium epiſcoporum tãtum pertinet, etiam exequuntur: reliqua epiſcopi per vicarios, concionatores & conſiliarios ſuos tranſigunt. Conſecrãtur ergo ſuffragranei,atq; vt plurimùm diœceſes ſuas inter Turcas habent & Gentiles. num igitur & ipſi tenentur animas ſuas ponere pro ouibus ſuis,ſicq; in Turcarũ proficiſci imperium,& Chriſtianã fidem à qua illi defecerũt,rurſus prędicare, & ſeſe mortis exponere periculo? ſicut hîc Chriſtus inſinuare videtur,cùm ait,Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Durus quidem hic,& multùm vehemẽs

eſt ſanctus Bernardus. verùm quia hęc nõ multũ faciunt ad ædificationem populi, mitto omnia, vbi tamẽ vnũ hoc adiecero, Quæcũque cauſa legitime ſiue ſuffraganeũ, ſiue parochum excuſare poteſt, cur a ſubditis ſuis aufugiat, eadem quoque ſufficiens eſt ad hoc, vt etiã ad ſubditos ſuos nõ veniat. Et quod nunc quidam, non ea integritate & probitate præditi, vt nomen profiteantur ſuum in libellis famoſis ob ganniunt, ſuffraganeos iuramento cõfirmare ſe in prouinciam diœceſis ſuæ abituros, & ibidem Chriſti fidem prædicaturos, ſictitium quid eſt & merum nugamentum, quãuis eos quoque ſicut & parochos reſidere deceat. *Bernar.*

4 Simul atque iam dominus, & paſtorem bonum eſſe dixit, & illius aſſignauit officium, conditiones nunc ponit: tum mercenarij, cuius oues proprię non ſunt, tum lupi, qui dilaniãt ipſas. per mercenarium Gregorius intelligit amatores temporalis ſubſtantiæ præ ouibus ſuis. Mercenarius igitur eſt, quiſquis nõ intima charitate, ſed ſpe temporalis mercedis oues paſcit Mercenarius eſt, qui cùm locũ paſtoris occupet, & vicem teneat, commodum tamen & prouentum ouium non quærit Gaudet ille quidem honore & dignitate magiſtratus, lucro temporali paſcitur, ipſeque ſibi ex reuerentia placet à ſubditis exhibita Eaque ſane eſt mercenarij merces, tale præmium, vt temporeli tantũ gaudeat incremento, nihil minus quàm futuram illám & æternam inquirens hæreditatem. ¶Huiuſmodi ſunt mali prælati eccleſiæ, qui ſua tantum quærunt commoda, honores, dignitates, & gloriã, vix tãdẽ poſt hęc omnia leuiter quid de gloria Chriſti cogitãtes. Hi dum quæſtũ temporalẽ tantùm inquirunt, mercenarij meritò dicuntur. & breuis enim & modica erit merces eorum, ſecũdum quod dixit dominus, Amen dico vobis, receperũt mercedem ſuam. In ſigníſque hæc eorum eſt ſtoliditas, quod temporali præmio poſt habent æternum, quodque (vt Paulus ait) pietatem lucrum reputant. Auguſtinus hic mercenarium ait. non bonam perſonam gerere, quanuis in aliquo vtilis ſit. Cùm autem ex textu hic pateat, mercenarium nonnunquam etiam perſonam bonam gerere, id ipſum quomodo fiat explicemus. *Greg.* *Phil. 2.* *Matt. 6.* *1. Ti. 6.* *Auguſt.*

5 Triplices equidẽ mercenarios reperio in biblicis ſcripturis. Sunt enim ex iis, qui mercedẽ reſpiciãt vitæ æternę, de quibus filius pdigus dicebat, Quanti mercenari ſunt in *Mercenariorum genera tria.*

domo patris mei,& abundāt panibus,&c. Huiuſmodi ſane mercenarij laudandi nobis veniūt,& de eis dn̄s hic non loquitur,quia tales etiā ipſe conſtituit,vt Abraham,cui dixit,
Gen.15. Ego ſum protector tu⁹,& merces tua magna nimis. Sic ille
Mat.20. operarios vocat in vineā ſuam,cōueniēs cū eis & paciſcens de denario diurno. Huiuſmodi mercenarij omnes erāt apo
Mat.19. ſtoli,quod vel ſolus teſtatur Petrus,dicēs ad dominū, Ecce nos reliquim⁹ omnia & ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis? Nos quoque omnes ſolicite curare addecet, vt tales ſim⁹ mercenarij Chriſti . vere enim bonus & diues nobis eſt dominus,qui abundāter & affatim nos remunerare poteſt.

2 Secundi porro generis mercenarij ſunt , qui eccleſiam aliquam regunt, qui non gratis amant Chriſtum,neque ipſum ſola charitate Dei præ oculos habita diligunt , ſed & præcipue & ſolum tēporale lucrum quærunt & commodū
Luc.10. honorēq; externum,parum conſyderātes paruiq; facientes gloriam Dei. id genus mercenarij inter filios Dei. non cōputatur. Non adeo tamen , quòd animarum curatores non queant licite ſuſtentationē corporis & vitæ ſibi quęrere: id
1.Cor.9 nemo eſt qui abneget, quādo etiam dn̄s ęquum hoc eſſe agnouit,dicēs dignū eſſe mercenarium mercede ſua. Paulus quoq; idipſum multis cōfirmat: cùm ait , Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plātat vineā,& de fructu eius nō
Deut.29. edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non māducat? An non & lex hæc eadem dicit, Nō alligabis os boui trituranti? Nunquid de bobus cura eſt Deo? Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus,magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altari deſeruiunt,cum altari participant? Ita ordinatum eſt diuinitus , vt qui annunciant euangelium,de euangelio viuāt. Ecce quàm manifeſte hinc patet ex ordinatione diuina,animarum curatores, prædicatores,epiſcopos & parochos,victum ſuum & ſuſtentationē habere debere ex ſubditis: neque per hoc mercenarios eſſe eiuſmodi, quales hîc Chriſtus reiicit : ſed potius illi reprobātur,qui lucro inhiantes,tēporalia magis curāt quàm gloriam Dei: & ne pili quidē faciunt,ſi diabol⁹ animas rapiat, modo aqualiculi ſibi ſat tumeāt. Et ij quidē ſunt mercena-
August. rij quos hic Auguſtinus ſuſtinet, dicēs eos in aliquo vtiles eſſe,vt ſint culpabiles. Nam ſi etiam mercenarius bene do-

cet, ſacramēta recte adminiſtrat, ecce iā vtilis ille tibi, tuq; adeo vocē Chriſti per eum audis, & oues Chriſtum per illū loquentem ſequuntur, Sic Paulus ad Philippēſes alios aliis de cauſis prædicare tolerās: dicit, Dum omni modo ſiue per occaſionem ſiue per veritatē Chriſtus annunciatur. Sic ille cōquerens de mercenariis promittit ſe iiſdē Timotheū miſſurum, interimq; iſtos ſuſtinet, ſimilimus Auguſtino, cuius hoc nobile dictū eſt: Botrū carpe, ſpinam caue. Aut quid aliud eſt ſacerdos, tū per ſe male viuēs, tū ex aliis tantū tēporalia quærēs, niſi ſpina? Verū ſi euangeliū & verbum Dei in veritate docet, predicat ſyncere, miſſas pie celebrat, baptizat, abſoluit, & cętera munera ſacerdotalia pficit? en hic botros tibi quos carpas, iuxta doctrinam Chriſti, in cathedra Moyſi ſedēt ſcribæ & phariſæi: quicquid dixerint vobis facite, ſecundū opera eorū nolite facere. Ecce & botros quos decerpas, & ſpinas præacutas quas euites ne offendaris. Botrū itaq; inter ſpinas caute lege, ne dū quęris fructū, laceres manum: & cum audis bona dicētē, ne imiteris mala facientem. Et vos quoq;, chariſſimi, per immortalē Deū quęſo vitā ne conſyderetis meā, ſpinas peccatorū meorū ne intueamini, pro quibus mihi reddenda eſt ratio, in iis ne manus veſtras offendatis. Doctrina autē mea, ſermo ille quē prædico, veſter eſt: hunc obuiis (quod aiunt) vlnis ſuſcipite, ibi Chriſtum audite per me vobis loquentē. Pulchrū eſt quod Chryſoſtomus dicit & illud ſubinde in animo voluite. Vita ſacerdotis non tua, ſed ſua eſt. pro ea ſibi tantū incumbit reddēda ratio, doctrina quam prędicat, tua, non ſua eſt: hāc igitur tanquam tuam tollens, abi ſic tua exiſtens ſorte cōtentus. Laudabile & quidē ſummis votis expetendū fuerit, ſi prædicatores haberi poſſent boni & vitæ inculpatæ, Deo per omnia placentes. verum huiuſmodi neminem quem ad Philippenſes mitteret Paulus, præter vnum Timotheum inuenire potuit. tanta iam olim extitit electorum prędicatorum penuria, quanto nunc eſt illa maior in tam peruerſo mundo malorū omnium congerie, ſentina & colluuio? Et tamen Paulus tolerat ac ſuſtinet illud, dummodo Chriſtus prædicetur, quacunque tandem occaſione.

Philip. 1. *Augu.* *Mat. 23.* *Augu.* *Chryſoſt.*

3 Sunt ad extremū mercenarij, qui ſolā aſpiciant mercedem, quā tamē laboribus nullis mœrētur. nihilominus patrimoniū Chriſti recipiūt, abſumūt, decoquunt, neq; quic-

Delicati martyres. quã ſeruiunt eccleſiæ, martyres delicatuli Chriſti, qui pinguiſſimas quaſque parochias, optimas præpoſituras, prçbẽdas canonicorum ſuſcipiunt, & nihil laborant. manducant tantum & bibunt, nihil concionantur, non canunt in templis, confeſſionem nullius audiunt, neque miſſas celebrant: neque aliquando celebrare intendunt, mercenarij ignauiſſimi, ventres pigri, malæ beſtiæ, vt ait Paulus, paſtores non ad tõdendum tantum, ſed etiam plane deglubendum pecus inſtructi & velut nati, non ad paſcendum paſtores ſcilicet
Zac.11. huiuſmodi, de quibus dominus per Zachariam dicit, Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti. ¶ Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorẽ in terra qui de relicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit: & id quoque quód ſtat non enutriet, carnes tantum pinguium comedet, & vngulas eorum
Curtiſani diſſoluet. O paſtor & idolum, & derelinquens gregem. Aut
2.Mat.4 nonne tibi verba hæc velut proprie de iſtis bellulis & delicatulis hóminibus dicta videntur, qui quum cenſus & redditus ex multis beneficiis recipiant, nihil tamen pro iis laborant? ſcilicet animarum curatores huiuſmodi fere, qualis fuit iſte Menelaus. quem rex Antiochus ſacerdotem fecit, quãuis nihil ſacerdotio dignum in ſe haberet, vnde vaſa aurea deinceps ſuffuratus eſt ex templo. Væ mercenariis iſtis quã durum ſubibunt iudiciũ coram Deo, quum reddituri ſunt rationem officij ſui, & reſponſuri ad hæc tria: quomodo quoque iure beneficia ſint conſequuti: deinde pecunias inde receptas quo pacto expenderint, poſtremo ſubditis ſuis quomodo proſpexerint. At nos iam Deum oremus pro omni aduerſitate, quæ nunc imminet eccleſiæ, & pro omnibus nobis in orationem commiſſis, &c.

HOMILIA POSTERIOR.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus hoc euangelio paſtorẽ ſe bonum declarat, atq; à mercenario ſecernit, qui paſtor nõ eſt: neque interim mercenarios bonos excludit, de quibus Iob, Sicut mercenarij, inquit, dies eius. Et quando
Iob 7. boni paſtoris officiũ eſt, animã etiã exponere ꝑ ouib' ſuis, quod & domin' fecit, deĩceps iã mali & improbi mercenarij conditiones exprimit, dicens, Mercenarius qui paſtor,
Auguſt. non eſt, cuius non ſunt oues propriæ, quum videt lupum
Chryſoſt. venientem, deſerit eas, & fugit, &c. ¶ Lupus porro quem mercenarius cernit veniẽtem, diabolus eſt: neque lupus hic tantum

tantum eſt,ſed & leo & draco & ſerpens,lupus quoque hæreticus eſt,lupus ergo ſuper oues venit,quum quilibet iniuſtus & raptos fideles & humiles opprimit: ſicq; mercenari⁹ quum videt lupũ accurrentẽ,aufugit. Diceres,nõne & Paulus paſtor bon⁹ extitit,& tamẽ fugit,quia Damaſci per ſportam dimiſſus eſt extra muros? Quid quod princeps apoſtolorũ Petrus iamiã aufugiturus erat Roma, quãdo obuiauit ei dominus,qui & interrogatus ab eo quo iret,reſpõdit,Vado Romã iterũ crucifigi? Vnde tandẽ itellexit ſe redire debere. Ad hæc Chriſtus, quoq; diſcipulis ſuis dixit, Si perſequuti vos fuerint,fugite ex vna ciuitate in aliã. Quòd ſi ergo hoc domin⁹ ipſe, atq; adeo princeps paſtorũ veris paſtoribus demandauit,quod & deinceps fecerunt,cur hic idem mercenario tribuit? Reſpõdẽs ad hoc Auguſtinus, dicit hic fugere idem eſſe quod tacere, quando qui ſuum quærit lucrum, libere non audet peccata & ſcelera hominum corripere: vt ſi parochus publicũ peccatorem vel excõmunicare debeat,vel tãtũ reprehendere,& omittit metu, ne fiat ei inimic⁹,ne patiatur dãnum ab eo,vel de cætero nõ ſit habiturus lucellũ ab eo & honorẽ,ecce iamiam fugit, quãuis clamat ſe non fugere. vere enim ſi tacuiſti,iam fugiſti. ſiquidẽ mẽtis fuga timor eſt:tuq; ſic ſpiritu & animo fugis,vt præſens ſis corpore. Eius fere ſententiæ eſt Gregorius cum ait, Fugit nõ mutando locũ,ſed ſubtrahẽdo ſolatiũ:fugit,quia iniuſtitiã vidit & tacuit:fugit,quia tacendo ſeſe abſcondit.

1.Cor.11. *Act.17.* *Mat.10.* *Auguſt.* *Gregor.*

2 Nos igitur materiã iſtã de fuga paſtorũ paulo altius repetamus. ſicq; dicim⁹ primò, Quòd Chriſtus diſcipulos fugere iuſſit ex vna ciuitate in aliã. id factũ eſſe ante paſſionẽ ſuam & mortẽ. quia enim vera illa & euãgelica fides nõdũ ſolidũ habebat in cordibus apoſtolorũ fundamentũ,nõ poterant etiã ſupplicio ſuo & morte fidẽ multùm adiuuare & cõfirmare. Verùm poſt chriſti paſſionẽ, cõfirmata iam fide in cordibus eorũ & charitate ſpiritus ſancti diffuſa in mẽtibus illorũ,ſuper tam firmo & ſolido fundamẽto poterãt illi etiã vitã ſuã facile exponere, nec ampli⁹ ex vna ciuitate fugere in aliam. Sed quia etiã poſt Chriſti paſſionẽ fugerunt Petrus & Paulus,ideo cõcluſionẽ hãc ſecũdo loco ponim⁹, Quãdo in perſecutione ſola quæritur perſona paſtoris, nõ officium neque miniſteriũ ipſius,poteſt ille ſemper fugere, ſicut pulchre ſuper hac re diſſerit Auguſti. ad Honoratum.

Act.2. *Augu epi ſto.180.*

3 Deinde ſi paſtor cum toto grege inquiritur, ita vt perſequutor conetur vtrũque a vera fide abducere, ſibi ſane fugiendum ei non eſt, niſi ex rationabili cauſa, vt iã dicetur. quomodo enim patietur Deus oues ſuas deſtitui, quas ipſe pretioſo ſanguine redemit? 4 Quòd ſi prælat' aut paſtor hoc modo perſecutioné patitur, & tamen alij interim ſunt, qui cultum diuinũ exequantur, ſimilé fugiendi cauſam nõ

1. *Cor.* 12 habentes, tunc ille fugere poteſt Sic Paulus aufugit ex Da-

Athana. maſco, ſic Athanaſius fugit ab Alexãdria metu Conſtãtini

trip. hiſt. imperatoris hæretici, ſeque continuit Treueris apud ſanctum Maximiũ epiſcopum, & ibi in lacu ciſternæ ſymbolum illud eccleſiaſticũ fecit, Quicũque vult ſaluus eſſe, &c.

5 Poteſt etiã paſtor effugere, vt conſeruetur ad neceſſitatem aliorũ hominũ, vt ſi quis multa bona adhuc queat præſtare, ſic Pauli fuga honeſta & vtilis extitit. qui quãto plus bonorum deinde perfecit prædicando & ſcribendo profugus ex Damaſco, quã ſi ibidem intra muros nullo egregio facto prius edito fuiſſet occiſus? ſic Dauidi ꝓfecturo in bel

2. *Reg.* 11 lum aduerſus filium Abſalonem, dixit populus ſuus, Non exhibis ſiue enim fugerim', nõ magnopere ad eos pertinebit: ſiue media pars ceciderit è nobis, nõ ſatis curabũt, quia tu vnus ſolus pro decé millibus computaris. Hic etiã quum

2. *Reg.* 21 iam ſæpius cum Philiſtęis pugnaſſet, tande audiuit ſibi dici à populo ſuo cum iureiurando: Quia non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam Iſraël. Sic Chriſtus in incunabulis deportatus eſt in Ægyptum fugiens.

6 Quòd ſi vero perſecutio intentetur aduerſus fidem & iuſtitiã, atque ſi aliquis morte ſua cõfirmare cęteros queat in fide, maxime quũ videat eos puſillanimes & abhorrẽtes, tunc ſane fugere nõ debet cum ſcandalo fratrũ ſuorum. ſimiliter etiã, ſi nemo alius ſit, qui cultũ Dei exequatur, potius debet ſe exponere periculo q̃ fugere. Sic fecerũt ſanct' Sebaſtian', ſanctus Laurẽtius, ſancta Catharina & alij multi Quòd ſi autem inanis eius mors eſſet, & ille nõ ſperaret aliquid inde boni euenturum, tum fugere poteſt, quomodo Chriſtus etiam non ſemel è mediis Iudæis ſeceſſit.

7 Quod ad ſanctos attinet, dari nõ poteſt aliqua certa regula: quia in hoc caſu ſine dubio à ſpiritu ſancto edocti ſũt diuinit', quid facerẽt, vel per reuelationé ſaltẽ, ſicut accidit ſancto Petro, cui fratres fugam conſulebant reſpicientes

ad hoc quod iã hic quinto loco diximus, Chriſtus autẽ apparuit ei ex ſeptimo puncto, & perſuaſit ſuppliciũ ex ſexto. ¶Ex omnibus illis facile licebit colligere, quãdo parochus queat tẽpore peſtis fugere, & quãdo non. Si enim nõ adſint preſbyteri, qui etiã abſente eo ſacramenta adminiſtrent, fugere nõ debet. Sinverò ſit aliquis vir excellẽs parochus vel prædicator, qui adhuc multũ poſſet populo ꝓdeſſe, is fugere poteſt, ſi nõ deſint qui populo ſacramẽta porrigãt. Hinc etiã conicere poſſunt prædicatores, & certò videre, ſi inter Neochriſtianos viuãt & male tractẽtur ab eis fugere ne licite poſſint. Equidem crędidero, ſi eis permittatur vt prędicent, & cultũ Dei ꝓcurent, permanere ipſos debere. Quòd ſi autem truculẽti adeò in eos eſſent, vt neq; prędicare, nec miſſas legere ipſos ꝑmitterẽt, ab huiuſmodi lupis (qui omnẽ ſuperãt hæreticorũ ſæuitiam, qui paſſi ſunt chriſtianos quicquid vellẽt in templis ſuis exequi) vel tacito abſcedere potuerũt. Aut nõ hoc miſerabile quid eſt, me in media Turcia, poſſe tamẽ pro more chriſtiano & catholico miſſam celebrare, in vrbibus autẽ aliquot chriſtianorũ idem mihi nõ licere? Turcarũ Imperator permittit patriarchæ Conſtãtinopolitano crucẽ præferri, quod apud nos legatis exhiberĩ ſolet, & apud chriſtianos nonnullos nõ liceat cultumdiuinum pro officiis pietatis exequi? O tẽpora, ô mores, ô gradus & ſemitã certiſſimã & viam latam ac ſpatioſam ad inferna! Cæterum vt hoc quod cœpimus aliquãdo finiamus. nec impium, neque omnino malum eſt, paſtorem aliquem corpore ab ouibus ſuis abeſſe, dummodo ſpiritu & animo ſit apud eos præſenti, ſicut de ſe quoq; Paulus teſtatur, inquiẽs, Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu.

Fugere tempore peſtis.

1. Cor. 5.

8 Iam porro cõditiones lupi cõmemorat dominus, quia rapit & diſpergit oues. Vbi notabile eſt quod dicit Gregorius, eſſe lupũ qui ſine ceſſatione quotidie nõ corpora, ſed mẽtes dilaniat, malignꝰ ſcilicet ſpiritꝰ, qui caulas fideliũ inſidiãs circuit, & mortes animarũ quęrit, faucibus peccatorũ tenſis, rapiens oues & diſpergens in vitam inordinatã, contra Dei, eccleſiæ & hominũ leges, quũ ediuerſo Chriſtus fideles cõgregat, ſicut multis locis euangelij teſtatur, ipſe dicẽs apud Matthæũ, Quoties volui cõgregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis. & noluiſti? Atque rurſus in Luca, Qui nõ congregat, inquit, mecũ diſpergit

Mat. 23.

Luc. 11.

¶Intelligi poteſt idẽ illud etiã de hæreticis, & qui ipſi lupi ſũt rapaciſſimi, ſiquidẽ diripiũt & diſpergũt ouiculas Chriſti. diripiũt quidẽ funibus errorũ & hæreſiũ, diſpergũt autẽ per varias ſectas, quo minus illę maneãt in vnitate eccleſiæ catholicæ, ſed diſpergantur per innumeras pene ſciſſiones, Catabaptiſtarũ, Sacramentariorũ, Lutheranorũ, &c. nuſq̃ enim inter iſtos quoq; fidei aliquis eſt cõſẽſus, vbiq; ſectæ, vbique ſchiſmata, omnia plena ſunt diuiſionũ: quod vel ſolũ ſimplices perſuadere & docere queat lupos eſſe, ſeque ab
1. Cor. 14 eis ſeduci: iuxta illud Pauli, Deus noſter Deus pacis eſt, nõ diſſenſionis, ſicut ego doceo in omnibus eccleſiis ſãctorũ,
Philip. 2 ¶Et alibi, Implete gaudiũ meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatẽ habẽtes, vnanimes, idipſum ſentientes. Atque ad
2. Cor. 1. Corinth. Obſecro vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Diuerſum longe nunc experimur in aduerſariis eccleſiæ vbi infinita ſententiarum, opinionũ & dogmatum diuerſitas eſt. Cur id? quia lupi ſunt omnes iſti & huiuſmo-
Act. 20. di. de quibus Paulus ad ſacerdotes Epheſiorũ dixit, ſcire ſe, quia poſt diſceſſum ſuum futurum ſit, vt irruant in eos lupi rapaces, veſtimentis tamen & pellibus ouinis tecti, ſicut no-
Matt. 7. ſtrates Neochriſtiani, qui malignitati & hæreticæ ſuæ prauitati prætextum quærũt ex Chriſto, fucumq; addunt euangelij verbis Dei & Chriſtianæ libertatis. Ecce pelles ouiũ, dum omnibus libris ſuis Luther⁹ per ſingulas paginas in limine annotauit nomen Ieſu, dum manicis inſcribũt verbũ domini, diabolum interim fouentes in pectore. Ecce lupos rapaces, de quibus Chriſtus hic loquutus eſt & Paulus, qui nunquã cõcordes eſſe poſſunt cũ eccleſia catholica & ouibus quæ ſunt in ea, vt Sapiens ait, Sicut cõmunicabit lupus
Eccle. 13. agno aliquando, ſic peccator iuſto. ¶Hę ſunt igitur lupi cõditiones ad literam, rapere & diſpergere. Si autem vnquam iam inde à tẽpore nati Chriſti fuerunt hęretici, qui diripuerint gregem fidelium, nũc ſane ex Neochriſtianis ſunt, qui fortiter rapiãt & diſpergant. Aut nõne rapiunt, qui calices, thuribula, vaſa reliquiarum, & omnia alia aurea & argẽtea vaſa, quę ad eccleſias ipſi nõ dederunt, abripiunt & ſpoliãt? qui anniuerſarios dies defunctorũ cum cenſibus tollũt, fraternitates abiiciũt, beneficia, cœnobia diripiũt, cenſus oẽs

per vim & nefas ſibi arrogant:& interim ſe euangelicos iactant. Sane tum quidem, vbi ex decalogo tolli poterit illud quod ardue præcepit dominus, Nõ furaberis, nec aliena bona concupiſces: Lupi itaq; ſunt rapaces qui ſic aliorũ bona non appetunt tãtum. ſed violenter occupant, nullo iuſto titulo, vt interim clamitẽt aduerſus latrones & prędones publicos, ac publicorum itinerũ violatores, eoſq; trucidẽt, ſed prædones eccleſiaſtici apud eos manent impuniti, non attẽdentes viuere adhuc Deũ illũ, qui reges etiã iſtos ſacrilegos Balthaſarẽ & Antiochũ graui ſupplicio ex hoc ſcelere affecit. Et quia altera luporũ cõditio eſt diſpergere, id quoq; iã de hæreticis ex Paulo cõmonſtremus, qui ſic inquit, Doctrinis variis & peregrinis nolite ſeduci. Ecce q̃ variæ & multiformes ſunt hæreticorũ doctrinę, ideoq; diſpergũt & diſſenſiones mouent, non eo tantũ, ꝙ ab eccleſia catholica deficiunt, ſed ꝙ inter ſe quoq; alias ex aliis excitant diuerſitates. ſic Luthero Carolſtadius aduerſari primũ ſtatim cœpit, Deinde Lutherus Zuinglio & alij aliis. vnde quid diſſidiorum ſit natum, ipſi quoq; prohdolor, nimiũ experti ſumus. *Dan. 5.* *2. Mac. 5* *Heb. 13.*

4 Nunc tandem paſtorẽ ſe bonum eſſe confirmat dominus, eo ꝙ oues cognoſcat ſuas: iuxta illud Sapientis, Iuſtus nouit iumentorũ ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia. Et infra, Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq; greges conſydera. Sane oues ſuas agnoſcit domin⁹, imo iã inde ab æterno cognouit eas & prędeſtinauit ad vitam æternã, ſiquidem verum eſt, vt eſt ſane veriſſimũ, quod dicit Paulus, Nouit dominus qui ſui ſint. Sic ille cognouit Moyſen cum dixit ad illum, Inueniſti gratiã coram me, & teipſum noui ex nomine. Vt autẽ oues ſuas, hoc eſt, bonos & pios homines cognoſcit domin⁹, ita & malos penitus neſcit, ſicut reſpondit virginibus fatuis, Quid multa? oues ille ſuas agnoſcit, hircos ignorat. Viciſſim quoq; vt paſtor oues ita hę paſtorẽ cognoſcũt ſuũ, ſicut dicit propheta, Viuemus in cõſpectu eius, ſciemus ſequemurq́;, vt cognoſcam⁹ dominum. Cognitionẽ hãc ſimilitudine probat dominus, quum ait de notitia paſtoris & ouium, Sicut me cognoſcit pater meus ita ego cognoſco illũ. Qui ſermo vt pleriq; alij iuxta ſimilitudinẽ tãtũ accipiẽdus eſt, nõ etiã ęqualitatẽ: quia ineffabilis eſt cognitio patris: & longe ſuperior ea quæ ouiũ eſt & paſtoris: ſimilitudo igitur tãtũ eſt, quę nos decet certi *Prou. 12.* *Prou. 17.* *1. Tim. 2* *Exod. 33.* *Mat. 25.* *Oſeæ 6.*

tudiné cognitionis,ſicut quàm certa & euidés eſt cognitio patris & filij,tam ineffabilis etiã paſtoris & ouiũ. Eo facit quod alibi dixit dominus, neminé cognoſcere filiũ niſi pa-
Mat. .11 trem.& viciſſim memini notũ eſſe patré niſi filio, & cui voluerit filius reuelare. 5 Rurſus primã illam paſtoris conditioné reuocat domin⁹,dicens animã ſe ſuã ponere pro ouibus ſuis.Ideo ſæpi⁹ repetit,vt omnis ſuſpitio doli tollatur: & qui ſequuturi ſint,idipſum magis attendant,non dubitaturi animas quoque ſuas exponere pro ouibus,nõ ea plane ſimilitudine vt Chriſtus, ſed eo animo quo ille animã ſuã poſuit pro ouibus ſuis,debeat etiam quilibet paſtor vitam expendere pro ouibus ſuis,in exemplũ & conſtantiã fidei. ¶Magnum quid eſt quod hic Chriſtus dicit, ſiquidem cogitare ex illo quis poſſet fore, vt pro Iudæis tantum moreretur Chriſtus, ſicut in hodiernum vſque diem perfidi iſti credunt,Meſſiam ſuum ſe ſolos liberaturum,ſicut Chriſtus
Mat. 15. ipſe dixiſſe videtur, Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſraël. Hic dominus docet, etiã alias ſibi oues eſſe, quæ non ſint de hoc ouili, quas tamen oporteat quoq; adducere. Quo verbo ille nõ ſecus atque alij prophetæ, prædixit vocationem gẽtium, & iuſtificationem earũdẽ quas ille adduxit,deinde per apoſtolos. ſiquidẽ per illos loquu-
2.*Cor.*15 tum eſſe Chriſtum Paulus teſtatur,inquiens,An experimẽtum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Quamobrem ait dominus,& illas oportet me adducere Ecce Chriſtus iſtos adducit, quos per apoſtolos ſuos conuertit. ¶Et hoc eſt cur Gentiles vel maxime gaudere debent, quod & ipſi ſint oues Chriſti, cũ antea ſoli Iudæi iactarint ſe oues
*Pſal.*78. eſſe Chriſti. ſiquidem in eorum perſona dixit Dauid, Nos popul⁹ eius,& oues paſcuæ eius. Tota autem vndiq; plena eſt ſcriptura de vocatione Gentium (vt ſupra parte prima) Et ꝙ prædicationem apoſtolorũ ſuſcepturæ erant, id quoque prædixit dominus cùm ait, Et vocem meam audient. ¶Sed quid hoc ſibi vult obſecro, quòd hic Chriſt⁹ dicit paſtorem vnicum fore & unum ouile?Id ſane ex primo cõſequitur,vt quia & gentes vocatæ ſunt, & vocẽ vocantis paſtoris audierũt,gauiſæ ſunt & glorificauerũt verbũ Dei,cre
Act. 13 diderũtq; omnes quotquot à Deo prędeſtinati erãt ad vitã æternam,& ſic in vnicum illud Chriſti ouile peruenerunt.
6 Cæterum fore aliquando,vt vnum ouile ſit eccleſia

Chriſti, vnúſque illius paſtor Chriſtus, cui deinde ſucceſſit vicarius Petrus, cui oues ſuas omnes cõmendauit. Idipſum ſane iam olim propheta Ezechiel prçuiderat illuminatus à ſpirituſſancto, quum diceret, Seruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorũ. Non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Et hoc nimirum eſt quod Paulus ait, Pax noſtra qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem materiæ ſoluens inimicitias in carne ſua. Quamobrẽ Petrus quoq; lapidem ipſum vocat angularem, ex illo Dauidico, Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. addicit in hoc etiam verba Eſaiæ, Ecce ego mittam in fundamẽtis Sion lapidẽ, lapidem probatum, angularem, pretioſum in fundamento fundatum. Qui crediderit in illum, non cõfundetur. Vnum igitur tantum ouile eſt, quia eccleſia catholica vna eſt: neq; poſſunt etiam ſi rumpãtur Neochriſtiani, huiuſmodi eccleſias plures facere. Quinimo ſi in noſtra eccleſia eſſe cũ Chriſto recuſant, oportet ſint tantum in eccleſia malignãtium, Quãuis plurimi adhuc ſuperſunt hirci, lupi multi, multíq; dracones, qui ouile hoc impetunt, neq; intrare volunt: ſpes tamẽ bona eſt, fore vt adhuc omnes Iudæi, Turcæ & Pagani veniãt in hoc vnum ouile Chriſti: ſicq; impleatur quod prædixit Oſeas, Congregabũtur filij Iuda & filij Iſraël pariter. & ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra. Fiet hoc quidem nimis ſero, quia adhuc nulla eius rei ſimilitudo apparet: & fiet tamen, quando Iudæi cõuertuntur ad veſperam, & famem patiẽtur vt canes, & circuibunt ciuitatẽ. Dominus Deus noſter dignetur nobis gratiam & miſericordiam ſuã cõferre, quatenus hic in odore bono & ſuaui virtutum, vt oues placidæ permaneam⁹ in ouili Chriſti: tandémque tranſacto vitæ huius ſtadio, per ipſam ianuam Chriſtum dominum ingredi mereamur vitam æternam, vbi paſcua inueniamus fœlicitatis æternæ. Amen.

Ioan.21 *Eze.37* *Ephe.2* *1.Pet.1* *Pſal.117* *Eſa.18.* *Pſal.25.* *Oſee 1.* *Pſal.58*

¶DE OFFICIO PASTORIS SI VIS INgredi per ſymbola, quod eſt facilimum & pulcherrimũ, facies hic ex ſcribentibus, qui hoc tam copioſe ſcripſerunt & ampliter, vt nauſeam etiam excitare poſſent, ideo noluim⁹ hic repetere, ſed ad veteres ablegam⁹ ſtudioſum lectorem.

DOMINICA TERTIA POST PASCHA, EVANGELIVM Ioannis 16.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid eſt hoc quod dicit modicum? neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Ieſus quia volebant eum interrogare, & dixit eis, De hoc quaeritis inter vos, quia dixi, modicum & nõ videbitis, & iterum modicum, & videbitis me.
Hier. 31 *Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus au-*
Iac. 4. *tem gaudebit. vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam nõ meminit preſſuræ, propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

HOMILIA VNICA.

Beda. LAEta, inquit Beda, domini & ſaluatoris noſtri promiſſa, fratres chariſſimi, lęto cordis auditu pręcipere debemus: ſeduláque intentione perſiſtere, quatenus ad hæc pertinere mœreamur. Quid enim eſt quod merito lætius audiatur, quàm peruenire poſſe ad gaudium: quod nunquam poſſit auferri? ſicut hic dominus diſcipulis ſuis ꝓmiſit, quãdo eoſdem habito illo poſt vltimam cœnam ſermone con triſtauerat, mortem ſuam & paſſionem eis prænuncians, ſimúlque quomodo ſe vnus illorum traditurus eſſet, ſtatim poſtea mitiſſimus dominus inter dolorẽ & triſtitiam, quæ ſuperuentura illis eſſet, conſolatus eſt eos. & ſubinde auxilium, gaudium & victoriam promiſit, volens, per hoc confirmare animos eorum, paritérque ipſos aduerſus imminẽtem aduerſitatem pręparare. Ait ergo, Modicum non videbitis me. Quæ verba, vt ait Auguſtinus ita obſcura erant di-
Augu. ſcipulis, antequam id quod dicit, impletum eſſet, vt quęrentes inter ſe quid eſſet quod diceret, omnino ſe faterentur neſcire. Neque id mirum, quando ea propheticarũ omnium

propria conditio eſt, vt prius impleantur quàm intelligantur: nobíſque iam facile intellectu eſt, quod apoſtolis difficile & occultum erat. Difficile eis erat, vt ait Cyrillus, ſiquidem mors iam in ianuis erat. quapropter eum diſcipuli videre non poterāt, quouſque inferis ſpoliatis & vmbrarum portis perfractis, templum ſuum ſuſcitaſſet. Modicum igitur hoc tempus erat, quo dominum iam mortuum & ſepultum non viderunt, quem deinde poſt triduum reſurgētem rurſus denique viderunt. Mors Chriſti inſtar ſolis extitit, qui cum occiderit, aliquandiu nō cernitur, donec emerſus tandem denuo ſe noſtris offerat oculis: ſic plane ſol iuſtitię Chriſtus dominus, cum occidiſſet morte ſua in die paraſceues, iterum deinde ortus eſt die ſancto Paſchæ. Modicum itaque tempus extitit à die cœnæ dominicæ vſque in diem paraſceues quo ſepeliebatur, & hinc vſque reſurgeret. Ita nobis iam hoc intellectu facile eſt, quoniam ex ſcripturis docemur id omne ſic eueniſſe vt prædixit dominus. Sunt qui hoc etiam ſic intelligant, quòd diſcipuli Chriſtum modicum nō viderunt, triduum ſcilicet iſtud, quo iacuit in ſepulchro: & rurſus modicum viderunt eum, quando ſe eis poſt reſurrectionem diebus quadraginta exhibuit videndum vſque ad aſcēſionem ſuam, quando rediit ad patrem. Quæ cauſa eſt, cur amplius eum tunc viſuri non eſſent, niſi quod etiam hodie fit in ſacramento euchariſtiæ, vel aliàs miraculoſe, id tamen proprie non fit in vera ſpecie, ſed in velamine & ſub hoſtia planè inuiſibiliter. Adhuc aliam expoſitionem habet Auguſtinus, intelligitq; hoc non de paſſione Chriſti & reſurrectione, ſed aſcenſione ſua & morte noſtra. Eſtque hic plane ſenſus, Modicum & non videbitis me. Modicum illud tempus eſt, quo viuimus ſuper terram. ſane modicum, imo momētum & vix punctum temporis, quo exultat mundus & triumphat, boni vero triſtantur & lugent, dicentes cū Dauide, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Tempus breue admodum eſt, & tamen bonis longum nimis videtur. Modicum ergo iam tempus eſt quo non videmus dominum, quia ad patrem aſcendit. Et quod addit, iterum modicum & videbitis me, ad tempus quod mortem noſtram ſecuturum eſt, pertinet, quomodo toti eccleſiæ promiſit ille, tunc nos viſuros eum, neque amplius interrogaturos: hic quidem triſtari nos, ſed tunc gā-

Cyrillus. *Mala. 4.* *Ioan. 16.* *Augu.* *Pſal. 119*

uiſuros,ſiquidem triſtitia noſtra mundi huius conuertenda nobis eſt in gaudium & lætitiam ſempiternam.

2 Deinde iam euangeliſta cõmemorat diſcipulos non intellexiſſe ſermonem Chriſti. in cauſa autem fuiſſe immenſam iſtam, qua angebantur, triſtitiam & quod toties modicum illud eis dominus repetiſſet. dixerat enim, Filij, adhuc
Ioan. 13 modicum vobiſcum ſum. & iterum. Modicũ ſiue puſillum
Ioan. 14 & non videbit me mundus: atque deinceps rurſus, Iam non
Ioan. 16. multa loquar vobiſcum. & iam denuo, Modicum & nõ videbiris me. Hinc propemodum confuſi & errabundi facti ſunt, & occupati aliàs mœrore atque anguſtia mẽtis, nunc vel maximè premebantur ex eo, vnde plus ſolatij ac conſo
Chryſoſt. lationis accipere potuiſſent ſi intellexiſſent. Nam quanuis moleſtum erat, ꝙ eum viſuri nõ eſſent, ſolatium tamen inde cœpiſſent, ꝙ poſt modicũ temporis ipſum denuo ſe con ſpecturos ſpectarent. Graue & moleſtum eis erat, quod dicebat dominꝰ de paſſione & morte ſua, ſed gaudio & ſolatio plenum, quod adiungebat, Quia vado ad patrẽ: per hoc inſinuare volens, ſe morte ſua nõ periturum, ſed abiturum ad patrem, ſicq; à morte tranſiturum ad vitam.

¶ Verum iſti hoc non intellexerunt, eo maxime, ꝙ inter ſe omnes quærebant quid hoc eſſet quod dixerat. dubitabant enim partim ex triſtitia & mœrore, partim ex fidei imperfectione. perſuaderi enim & adduci facile non poterãt, vt reſurrectionem illius crederẽt, etiam cum iam reſurrexiſſet, ſicut incredulitatem exprobrauit eis. quãto minus credide-
Mar. 16. runt eam adhuc in cœna? Non potuerũt ergo hoc verbum & ſimiles quoſdam Chriſti ſermones intelligere, quãdo nihil in iis abditum inueſtigabant, ſed vulgato tãtùm ſenſui inſiſtebant. Credebant certum eſſe illud Sapientis, vt eſt in ſuo ſenſu veriſſimum, neminem vnquam cognitum eſſe,
Sapien. 2. qui ſit reuerſus ab inferis. Sunt etiam qui putãt apoſtolos, ſi non omnes, at aliquot eorum credidiſſe Chriſtũ non moriturum, ex eo ꝙ Chriſtus dixerat, eum qui ſermones ſuos
Ioan. 8 ſeruaret, mortem non guſtaturum in æternum. Quam opinionem falſo conceptam Iudæi quoq; habuerũt, quãdo ad dominum dixerunt, Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis: Ita diſcipuli quoq; cogitabãt quidẽ magnũ & extremum aliquid de Chriſto, non tamen credebãt eum

tam turpi morte moriturum, ruſúſq; dehinc tãta gloria & maieſtate reſurrecturum. Tantum apud ſe cogitabant eum ſine morte tranſiturum ad patrem, ſicut Enoch, de quo ſcriptum eſt, quia ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus vel vt Elias, qui curru igneo victus, cũ turbine raptus eſt in cœlum. Ad eundem plane modum putabant Chriſtum quoq; abiturũ ad patrẽ, neq; poterãt aliqua ratione apud ſe modũ mortis ſimul ignominioſæ & reſurrectionis glorioſę quẽpiam inuenire, quãobrem & dicebãt inter ſe. Quid eſt hoc quod dicit nobis, Modicũ & non videbitis me, & iterum modicũ, &c. neſcimus quid loquitur. Chryſoſtomus quærit hic quare non intellexerint. Et ipſe ſibi reſpõdet, factum id eſſe vel propter triſtitiã, vel verborum obſcuritatem, vt contraria locutum arbitrarentur. Si videbimus te, inquiũt, quo vadis? ſi vadis, quem videbimus? *Chryſoſt.*

3 Interrogans autẽ dominus diſcipulos ſe iamiam interrogaturos, quidnã ſibi voluiſſet ſermo quẽ dixerat, præuenit eorum interrogationẽ opportuniſſime, oſtendẽs ſe corda hominũ vt Deum cognoſcere, quoniam id Deo propriũ eſt: iuxta illud Iob, ſcio domine quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis eſt iſte qui celat conſiliũ abſq; ſciẽtia? Quomodo Deus ipſe loquẽs ad Samuelem, dixit, Deus intuetur cor, Ergo & hic Chriſtus, vt ver' Deus interrogationem diſcipulorum præueniẽs, dixit, De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis, &c Amẽ amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autẽ gaudebit. Id exponẽs Aug. dicit, Diſcipuli triſtabãtur, & dolebant ex paſſione Chriſti, audiẽtes eum à Iudæis captũ, percuſſum, condemnatum, & tandem crucifixum iri, ea tamen triſtitia ſtatim verſa eſt in gaudium poſt reſurrectionẽ illius. Per mundum autem, omnes intelliguntur aduerſarij Chriſti, qui plurimũ gauiſi ſunt ſe furore ſuo potitos, illum morti adiudicatũ in crucem ſuſflexiſſe, ibíq; contigiſſe ſibi, vt ſannis, ludibriis & opprobriis eum lacerarent. Quanuis quod hic de mundo dicitur, poteſt etiã nõ abſurde de malignitate in qua mundus poſitus eſt, intelligi: ſicut Iacob' dicit, Quiſquis amicus eſſe vult mundi huius, inimicus Dei cõſtituitur. Gaudet autem hic mundus etiã de peruerſitate ſua, quomodo ſapiens dicit eſſe quoſdam, qui gaudeant & glorientur cum male fecerint, & exultent in reb' peſſimis. *Cyrillus.* *Iob 42.* *1. Reg. 16* *Augu.* *Cyrillus.* *Mat. 27.* *Iaco. 4* *Prou. 2*

¶Suntq; ſine dubio verba hæc intelligenda, vt ea expoſuit Auguſtinus, quia omnis iſta apoſtolorum triſtitia verſa eſt iu immenſum gaudium tunc cum conſpicati ſunt gloriam dominicæ reſurrectionis, Poſtetiam admirandę aſcenſionis & conſolationē paracleti ſpiritusſancti à patre miſſi. Hoc tamen & ipſorum & totius eccleſiæ ſtatui congruit. Cuncti
Bed 1. fideles per lachrymas preſſuráſq; præſentes ad gaudia æterna peruenire contendunt. illi enim quamprimum conflictus vitæ huius ceſſarit, & militia abſoluta fuerit, mercedē
Pſal. 125. accipient beatitudinis ęternæ, ſic vt Dauid canit, Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione meteut. Mali autem lætātur, quia mūdus exultat, & præcipue perſecutores martyrū, qui gauiſi ſunt morte innoxa iuſtorum. Deinceps tamē miniſtris Deì coronatis in æterna fœlicitate, tyrāni & perſecutores eorundem pœnā ſuſceperunt ſuæ truculentiæ atque peruerſitatis. ſicque impletum eſt verbum illud Chriſti quod hic prædixerat, & illud quod iam olim inſtinctu ſpiritusſancti locutus eſt Eſaias, Ecce ſerui mei comedent, &
Eſa. 65. vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce ſerui mei laudabunt prę exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus eiulabitis.

4 Diſcrimeu hic patres oſtendere ſolent gaudij bonorū à malis, idque multiplex, nos ea tantū breuiter commemoremus, quæ ad hoc pertinent euāgelium, primo lætitia mūdi huius & vana eſt, & multum temeraria, iuxta illud Sapientis, Dixi in corde meo, Vadam & affluam delitiis. & fruar bonis, & vidi quod hoc quoque eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid fruſtra deciperis?
Eccle. 2.

2 Turpe quoque eſt gaudium mundi huius, quia vt plurimnm de rebus vanis & turpibus conceptum, teſte Sa-
Sap 14.
Apo. 17 piente. neque vitam neque nuptias mundas iam cuſtodiunt ſimile eſt quod Ioannes ait homines mundanos bibere vinum turpidinis.

3 Neq; vero pura lætitia mundi, ſed plerunque permixtam coniunctamq; habet triſtitiam, aut certe in mœrorem deſinit quo maxime ſeducuntur homines in mundo, vt ait
Prou. 14. Salomon Riſus dolore miſſebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Aut nō ita fieri ſolet, cum occupati ſunt homines in voluptate mundi & omnibus leuitatibus, vt plurimum

rixę interueniũt,iurgia,aut aliud cõſimile mali genus Plane mihi qui ſolas quærit voluptates mũdi & carnis ſimilimus eſſe videtur ei, qui p roſas & lilia abduceretur ad crucem:multamq; caperet ex floribus illis delectationem,non expendens quod iamiã ſibi immineat ſupplicium mortis.

4 Quid quod inſtabilis & inconſtans eſt omnis iſta mũdi lætitia,dũ & ipſa mũdo & viciſſim ſibi mũdus deficit,dicente Iob,Tenent tympanũ & citharam; & gaudent ad ſonitum organi,ducũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendũt.Ita fiet vt cor eorum cõuertatur in triſtitiã & mærorẽ,ſicut dominus dicit per prophetã.Cõuertã feſtiuitates veſtras in luctum,& omnia cantica veſtra in planctũ. 1 E diuerſo gaudium ſanctorũ verũ eſt,quia de veris bonis ſusceptum,de bonis ſcilicet regni cælorũ, ſicut Paulus ait, Regnum Dei nõ eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, pax& gaudium in ſpirituſancto. 2 Deinde idem illud pulchrũ eſt,quia de amœniſſimis bonis virtutum:quod attẽdẽs Sapiens quoque,letatus inquit ſum in omnibus,quoniam antecedebat me iſta ſapiẽtia,& ignorabam quia bonorũ omnium mater eſt. 3 Ad hæc purum quoque eſt,ſicut teſtatur Salomon,Cor quod nouit amaritudinẽ animę ſuæ, in gaudio eius non miſſebitur extraneus. 4 At omnia hæc ſuperat,quòd perpetuum futurum eſt gaudiũ illud, expers omnis doloris,& ĩmune ab omni triſtitia. quia abſterget De⁹ omnem lachrymam ab oculis ſanctorum,& amplius nõ erit neq; luctus,neque clamor,ſed nec vllus dolor, quoniam priora trãſierunt. Poſſunt hæc omnia ad longum declarari,& ad aliquod integras homilias extẽdi.nos breuitati ſtudentes,iis ſuperſedemus. Tu ſi plura voles,vide quædam diffuſe & ampliſſime in paraldo poſt veteres.

Iob.21. *Amos.8.* *Rom.14.* *Sapien.* *Pro.14.* *Apo.21* *Chryſoſt.*

5 Parabolã porro annectit dominus,qua plerunq; in calamitatibus vſi ſunt ꝓphetæ:ſic Dauid lugẽs inquit.Ibi dolores vt parturientis. Et Eſaias Torſiones & dolores tenebũt,quaſi parturientes dolebũt.Hieremias quoq;,Quomodo, inquit,cõtremuiſti,cũ veniſſent tibi dolores quaſi parturiẽtis?Mulier fugitura & exhorreſcens dolorẽ parturiginis,nunquam perueniret ad lætitiã pari⁹,neq; fructũ ex fœtu proleq; noua perciperet Sic quoq; vobis fratres eueniet quia poſt dolorem & triſtitiã gaudebitis tãdem, & gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis.Auguſtinus etiam hoc expen

Pſal.67. *Eſa 13.* *Hiere.12* *Cyrillus.* *Auguſt.*

dit.quod gaudium tunc magis eſſe conſueuit, quando non puella,ſed puer naſcitur Durum quidem hoc & moleſtum mulieribus,quod nulla mulier mater fieri poteſt ſine maximo dolore,quando igitur illi imminet parie̅di te̅pus,triſtatur & dolet,ꝙ ea hora ſit maledictionis , qua dn̅s dixit ad

Gene.3. Euã,In dolore paries filios tuos. Beda myſtice exponit hoc

Beda. de ſancta eccleſia,quæ mater eſt ob multitudinem bonorũ operum,ſubinde pariens Deo filios ſpirituales:& quandiu in mundo ſpiritualium virtutum profectibus inſiſtit,nunquam mundi tentationibus exerceri deſiſtit : & cum deuicto laborũ certamine ad palmam peruenerit, iã non meminit præſſuræ præcedentis , propter gaudium perceptæ retributionis:nato ĩſuper ſibi filio aliquo gratulatur, exultãs dicit cum Paulo,Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis:ſic gaudet

Beda. eccleſia,cum filium enixa eſt in vitam æternam. ¶Eo facit & illud,quòd dies ſanctorũ, quibus pro Chriſto paſſi ſunt & mortui,natales dicuntur,quoniam in illis nati ſunt in regnum cælorum.Et ſicut infans naſcitur, dum prodit ex vtero matris venie̅s in hanc lucem:ita naſci quoq; dicitur, qui è vinculis carnis liberatur ſimul & exaltatur in lucem ęternam. Quid quod nobilior longeq́; eminentior eſt natiuitas,qua quis naſcitur in cælum, quàm ea qua miſeri homines naſcuntur in terram,malorum omniũ cõgeriem? Quo autem modo eccleſia filios pariat,intellectu facilimum eſt parit enim eos in ſacramentis , & præcipue in baptiſmo & pœnitentia . parit in doctoribus & prædicatoribus , ſicut Paulus ad Galatas ait,Filioli mei, quos iterum parturio,do

Galat.4. nec formetur in vobis Chriſtus . Parit illa etiam in is qui opera bona faciũt, & qui bene ac pie moriuntur , In omnibus iis dolores magnos ſuſtinet eccleſia, dum parit, Mitto quæ in hoc adduci poſſunt pene innumera ſtudio breuitatis. 6 Parabolã quam induxit Chriſt⁹,ipſe etiã interpretatur,dice̅s ad diſcipulos ſuos , Ita & vos nunc quide̅ triſtitiã habetis,ſed iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum . Id facile intelligi poteſt de apoſtolis, qui cõtriſtati plurimum

Ioan.20. ſunt Chriſto paſſo,mortuo& ſepulto. viſo auté eodem poſt reſurrectionem gauiſi plurimum ſunt & non fuit qui gaudium iſtud tollere ab eis potuerit Sed audio quendã hic cõtradicentem,quoniam gaudium iſtud in die Paſchę,aſce̅ſio

nis & Pentecoſtes cõceptum,ablatum ſit apoſtolis per perſecutores,quãdo pro nomine Chriſti grauiſſima ſupplicia & acerbiſſimas ſuſtinuerunt perſecutiones.Huic non ego, ſed Beda reſpõdeat, dicens:Etſi poſtmodum perſecutiones pro Chriſti nomine ac tormenta paſſi ſunt,ſpe tamen reſurrectionis & viſionis illius accenſi, libenter quoq; aduerſa ferebant, ſicut ſanctus Iacobus dicit, Fratres, pro magno gaudio ducite,ſi tẽtationes incideritis varias. Petrus & Ioãnes cum cæſi eſſent à prncipibus ſacerdotum cum magno gaudio abierunt à conſpectu cocilij, gratias agentes quod digni habiti eſſent qui pro Chriſti nomine contumeliam paterentur. Vſqueadeo nemo gaudium illis ademit, quia cũ omnia illa pro Chriſto paterentur,meruerunt cum Chriſto regnare æternaliter.Interim iſtud quoque in augmẽtũ gratiæ & donationis Dei ceſſit ille de quo certi iam erant: quapropter non potuit eis quiſquam auferre gaudiũ quod habebant,neq; per quancunq; tribulationem,neq; in perſecutione,neque per gladium,ignem aut flagella & verbera. Sic Petrus ait,Modicum nunc ſi oportet cõtriſtari in variis tribulationibus, vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior ſi auro,quod per ignem probatur. Vt ergo tyranni & perſecutores ſanctos Dei deriſerint, rati Chriſtum eos dereliquiſſe, ipſi tamen certi ſemper fuere Chriſtum rurſum eos viſurum, & tunc corda eorum maxima lætitia affecturum. Legimus ſanctum Antonium aliquando grauiter tẽtatum & afflictum eſſe à dæmonibus:adeo vt eum pene exanimẽ relinquerent: & tunc viſo ſibi domino dixiſſe Antonium, Domine, vbi tu paulò antè fueras? & Chriſtum reſpondiſſe,Ego hic aderam certaminis & cõflictus tui ſedulus ſpectator.Et hoc nimirum gaudium extitit,quod ab apoſtolis & ſanctis Dei auferri non potuit. Quis autem hic deſperet, quando etiam carbones ardentes, roſas & rorem ipſum reputauit Laurentius dum vreretur? Et bene gaudium illud tollere ab eis nemo potuit.quando iſtud gaudium Chriſtus ipſe fuit,qui iam tum moriturus amplius non erat. Atq; inter ſanctos Dei,gaudium creſcet,& exultatio:dolor vero& gemitus procul diſcedent. hic partim per gratiam,illic vero perfecte per gloriã fœlicitatis æternæ, quam nobis omnipotens & miſericors Deus donare dignetur poſt hanc vitam, Amen.

Beda. *Iaco.1.* *Act. 5.* *1.Pet.1.* *S. Ant.* *Auguſt.* *Eſa.35.*

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Vado ad eum qui miſit me & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim ego non abiero paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iuſtitia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

HOMILIA PRIMA

QVod iam vobis, chariſſimi in Chriſto fratres, retulimus euangelium, prolixi illius ſermonis, quem dominus poſt cœnam habuit, exigua tãtummodo pars eſt. Paulo enim ante interrogauerat eum Petrus, Domine, quo
10.13.14. vadis? & Thomas, Domine, neſcimus quo vadis, Philippus quoque patrem ſibi oſtendit petierat. Et nunc ſuper hæc omnia domin⁹ manifeſte reditum ſuum ad patrem inſinuans, ait, Vado ad eum qui me miſit, neque hoc tantum eis declarat, ſed & miſſionem ſpiritusſancti ipſis promiſit, volens ſic diſcipulos ſuos conſolari rurſus, & in bono confirmare, vt minus contriſtarentur ex paſſione ſua, nec plane à fide deficerent. Et quãuis tranſitus hic intelligi queat de il-
Chriſoſto. lius morte, & q Chryſo. putat, mihi tamen videtur illum nõ
Auguſt. tantum de paſſione, ſed & aſcenſione ſua loqui, ſicut Augu.
Beda. exponit, vnde neq; Beda diſcedit, volẽs in ſuperioribus huius ſermonis partibus Petro & aliis locutũ de tranſitu mortis ſuæ cum diceret, Quo ego vado nõ poteſtis venire modò: & ad Petrũ, Quo ego vado, nõ poteris me ſequi modò,
Ioan.13. ſequeris autem poſtea. quod verbũ Petrus, etiam ipſe intellexit à domino dictum de paſſione, qua ſecuturus eum iam non fuerat, ſed poſtea tandem, quamobrem & dixit ad dominum, cur id fieret, quod ſequi illũ iam nõ poſſet, quando

paratus

paratus eſſet animã quoq; ſuam pro eo exponere Nũc vero nõ abſolute de abitu ſuo loquitur, ſed addidit ſuper quo vadat. ſ ad eũ qui miſerat ſe, quod quis dubitet tũc factũ quãdo tandẽ aſcendit in cælũ. Et quid in hoc diutius immoramur, quãdo idipſum ſequentia etiã verba ſatis aperte exprimnnt, cũ dicit, Et nemo interrogat me, quo vadis? Vtique enim hoc de trãſitu ad mortẽ dictum nõ eſt. de quo cũ ſuprà loqueretur, à Petro & Thoma interrogatus eſt. De alio igitur abitu locutũ eum eſſe oportet, de quo addit, quia nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Rationẽ inſuper adiũgit Auguſt. quia nubes ſuſcepit eum quãdo aſcendit ab ipſis, & euntem in cælũ non verbis quęſierũt, ſed oculis deduxerũt Propemodũ ergo ſic dicere viſus eſt. adeò manifeſta & omnibus cõſpicua erit aſcenſio mea & irrefragabilis, vt oculis illã veſtris voſmet viſuri ſitis: neq; opus habebitis, vt quicquã ĩterrogetis. Proculdubio illi totis animi votis, vt ſequi mœrentur, optarunt. Hæc facta forte in ſpiritu præuidens. Eccleſiaſtes dixit, Oriũr ſol & occidit, & ad locũ ſuum reuertitur. Vere enim ſol iuſtitiæ Chriſtus dominus ortus eſt in natiuitate ſua. iuxta illud quod prædictumerat orriturã ſtelllam ex Iacob: & occidit in paſſione, rurſusq; per gyrum rediit in locũ ſuũ altiſſimę & indiuiduę trinitatis, aſcendẽs in cælũ. Nõ ſum omnino neſcius, eſſe quoſdã in hęc verba, Et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? ſic intelligunt, quaſi tãtopere exterriti fuerint apoſtoli, vt interrogare etiã non auderent. priorem tamen illã, ſcilicet Auguſtini, expoſitionem probabiliorẽ exiſtimo, magiſq; vero cõſentaneã

Auguſt. *Act. 1.* *Eccleſ. 1.* *Num. 24*

2 Sed quia hæc, inquit dominus, locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Triſtitiã hanc quidẽ referre conãtur ad ea, quæ iam ante prædixerat illis dominus fore vt Iudæi ipſos è ſynagogis ſuis eiicerẽt: & inſuper quiſquis interfecturus eos eſſet, arbitraretur obſequium ſe præſtare Deo. inde nimirũ volũt nõnulli, iſtam eorum triſtitiã eſſe natam eamq; tantã, vt iam pene faſtidium cõcepiſſent, omnium eorũ quæ deinceps loqueretur dominus, nõ ſecus ac vas cum plenum eſt nihil amplius capit, etiãſi vi infundas ſeu intrudas. Equidem ſententiæ huic locũ ſuum facile reliquero, quanuis enim hinc plurimũ vtique mœrori cõceperant apoſtoli, tamen hæc ipſa Chriſti verba eo penitus non tendunt. vnde adducor, vt credam expoſitionem Auguſtini

Chryſoſt. *Ioan. 16.* *Auguſt.*

multo eſſe commodiorem, quæ vult quoniam apoſtoli, cũ nondum accepiſſent conſolationẽ ſpirituſſancti, metuebãt ne forte perderent illud extrinſecus in Chriſto, quod iam in eo habebant. puta corporalẽ ipſius præſentiam. Sicque omnino quidem hic Chriſt' loquitur de triſtitia apoſtolorum quam habituri erant, non tamen ſuper tyrãnide & perſecutione, ſed ex abitu Chriſti, qui eos fuerat dimiſurus. Qui
Ioan. 16. ſenſus ex pręcedentibus verbis domini ſatis patet, quia iam dixerat, Vado ad eum qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? ſtatimque ſubiecit, Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Ecce cauſam mœroris & triſtitiæ. ſ. abitũ domini. Præterea ſequitur, Veritatem dico vobis, quia expedit vobis vt ego abeam. Quando igitur primo abitũ ſuũ cõmemorat, deinde triſtitiã ſubdit diſcipulorũ moxq; ſolatur eos, quoniã diſceſſus iſte ſuus cõmodaturus ſit illis: quaſi diceret, Moleſtũ quidẽ & ingratũ eſt, vobis, ꝙ me abiturũ dico: ſed ideo vos cõtriſtari non decet, quinimo gaudere magis, eo ꝙ expedit vobis vt abeam, ideóq; triſtitiã iſtam veſtrã mittite. Hinc fit vt illã interpre
Beda. tationẽ Auguſtini aptiorẽ putem', maxime cũ & Beda dicat ſciuiſſe dominũ quid hæc verba in diſcipulorũ ſuorũ cordibus agerent, triſtitiam. ſ. magis de abſceſſu. quo eos dereſeret, q̃ de aſcenſu quo Patrem peteret, letitiam generarent.

3 Nunc tandem cõſolando diſcipulos ſuos perſuadere conatur dominus, vt mœrorem iſtum abiicerent, conſyderata vtilitate illis ex abitu ſuo emerſura, cùm ait, Veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Nõ ignarus erat vtique ille, quid ipſis conueniret magis, ſciebat eis viſionem internam plus profuturã externa, amplius quoque ꝓfuturos ipſos, ſi ſe oculis potius viderẽt pectoris quàm corporis. Præſciebat ille quo pacto ſpirituſſanctus ſeſe diffuſurus erat, in corda eorum ſemet inſinuans: vnde vberiorẽ fructum acciperent. quam ex conuictu communi cum Chriſto. Expedit itaq; vobis, ait ille, vt tãdẽ iſta ſeruilis forma veſtris ſubtrahatur aſpectibus. neq; vos me ſemper ſic habeatis præſentẽ
Ioan. 14. Veritatem inquã dico vobis. mentiri nequeo, ipſe ego via,
Roma. 3. veritas ſum & vita. verax ego ſum, & omnis homo mendax

¶ Tu verò hic diligentius paulò cõſydera, quãtopere Chriſtus diſcipulos ſuos deterrere curauit, ne plus æquo ſolatij in corporali cõuictu ſuo quærerent. quin potius vt animos

ſuos erigerent ad cōtēplationē diuinitatis. Quod ſi hoc in Chriſto factū eſt, vt ſempiternus æterni patris filius extrinſecus & viſibiliter impedierit in apoſtolis ſuſceptionē ſpiritusſancti, quātò magis carnalis voluptas in nobis præualēs obſtabit, quò minus capaces ſimus gratiæ & donorum ſpiritus ſancti, cùm dicat Paulus, carnē velut ex diametro pugnare aduerſus ſpiritum, & viciſſim hunc illi aduerſari? Sicut enim aqua extinguit ignē, ita fluid⁹ humor carnalis cōcupiſcētiæ, delet quicquid in nobis ardoris ignei fuerat ſpiritusſancti & feruoris charitatis diuinæ. Diſcāt igitur hinc omnes, qui animos ſuos præparaturi ſunt ad ſuſceptionem ſpiritusſancti, quaſcunq; carnales, immūdas & vanas cogitationes pariter & cōcupiſcētias excludere. ſiquidē in animā maleuolam nūquā intrabit ſpiritus ſapientię, neque habitabir, in corpore ſubdito peccatis. Tātum corda vult caſta & mūda, eáque eleuata ī meditatione diuinorū, ſpiritualiū & cæleſtium, quo nomine Paulus ait, Nos ex hoc neminē ſecundum carnē nouimus, Etſi cognouimus ſecundū carnē Chriſtum, ſed nunc iā nō nouimus. Vbi ille in perſona loquitur apoſtolorū qui& ipſi quondā non habuerant vitam cōtemplatiuā, Deo rebuſque diuinis penitus cōformem, ſe Chriſtum corporaliter ſecum habere vel maxime cupierūt, nunc autē illuminati ſpiritu Dei, omnia in Deū dirigūt, dictāte id ipſis ſpiritusſancto. ſicut iam ante dixerat, eum qui viuit, nō ſibi viuere debere, ſed illi qui pro ſe mortuus eſt& ſurrexit. Recte itaque hic beda, expedit, inquit, vt notā vobis formam inferam cælo, quatenus maiori per hoc deſyderio illuc ſuſpiretis, ſicque ſuſpenſis ad ſuperna cordibus veſtris, ad accipienda ſpiritusſancti dona capaces fiatis, Chryſoſto. quoq; in hunc modū exprimit illa Chriſti verba Nō ego ad gratiā loquor, ſed licet maiorē in modū cōtriſtemini, tamen id quod expedit audiendū eſt: vos vt adeſſent vel letis, vſus aliud poſtulat Exēplum hinc nobis oblatum eſt. ne ceſſemus quę apprime vtilia ſunt recenſere proximis noſtris etiamſi contriſtentur & moleſte ferant dum audiunt.

Galat.4.

Sapien.1.

1.Cor.1.

Beda.

Chryſoſt.

4 Particularius adhuc iam & apertius dominus cōmemorat diſcipulis, quid vtilitatis ſperandū ſit eis ex abceſſu ſuo. & ait, Si non abiero, paracletus non veniet: vbi autē abiero mittam vobis eum. Auguſti. hic infert quomodo admirari quis poſſet Chriſtū, & Deum verū & omnipotentem fuiſſe

cur itaque ſpiritumſanctum mittere non potuiſſe adhuc vi uentē in terra. Quid quod exiſtēte tūc in terris filio etiam ſpirituſſanctus iam tum affuit: cum credibile non ſit, filium ſine patre eſſe & ſpirituſſancto, ſicut ipſemet teſtatus eſt, di-
Ioan. 14. cens: Pater in me eſt, & ego in patre. Deinde iam ante quoque viſibiliter apparuerat ſpirituſſanctus ſupra Chriſtum in baptiſmo. Quòd ſi ergo ad ipſum venit, quid prohibue-
Cyrillus. rit, quo minus preſente illo venire potuerit in diſcipulos?

¶ Cyrillus quoq; turbari poſſe ait ſimplicē aliquem. Nam ſi melius erat Chriſtū abire, preſentia ſua nonnihil obfuiſſe videbitur, cur ergo tanto tēpore præſens fuit? Reſpōſuri ad iſtam interrogationē, rationem prius reddam' cur Chriſtus noluerit ſpiritumſanctū dare in ſua perfectione diſcipulis, dum adhuc cum ipſis viueret. hinc enim ſtatim patebit reſponſio ad quæſita. 1 Primum itaq; in cauſa fuit ruditas diſcipulorum, qui cōſyderato ſolo illo corporali conſortio Chriſti, parum aut nihil attendebat diuinitatē eius & cœleſtia, eo ꝙ nōdū erant eleuati charitate ſpirituali, ſicut Paul' ad Corinth. teſtatur, & nos paulò antea ex ipſo adduximus
1. Cor. 5. 2 Deinde ex propria conditione diuini præſidij, quod in magna neceſſitate maxime relucet. ſiquidem domin' adiutor eſt in tempore, vt ait Dauid, opportuno. Et iterum, Pa-
Pſal. 9. Pſal. 26. ter meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autē aſſumpſit me de inimicis meis. Quandiu ergo apud eos dominus agebat, ſatis auxilij ex ipſo habebant, neque aliena ope indigebant. Vbi primum autem diceſſurus erat ab illis, iamque plurimum eis perſecutionum & tribulationum im mineret tunc tandem diuina ope & alio opus habebant au xiliatore. Quapropter dixit domin', Ecce rogabo patrē, & alium paracletum mittet vobis. Ecce alium, quando Chri-
Ioan. 14. ſtus ipſe conſolator eorum fuerat. Profecto autē ita res nūc habebat apoſtolorū, vt fieri ſolet, cum mater infantē ablactare inſtruit tunc etenim illum adhuc tenellū lacte paſcit, mox ſubtracto lacte cibum adhibet ſubinde ſolidiorem, vt ſic membra illius robuſtiora paulatim efficiātur. Ad eundē plane modum Chriſtus diſcipulos ſuos primū lacte enutriuit corporalis ſuæ præſentiæ, deinde cùm iam illi ſolido cibo paſcendi eſſent, rerum ſublimium, etiam, lac eis ſubtra-
Eſa. 28. xit, dicente Eſaia, Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet audiūt? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.

3 Tertia cauſa reddi poteſt ex conſyderatione dignitatis Chriſti, quia vt Aug. dicit, Chriſtus in quantũ homo poteſtatem nõ habebat mittendi ſpiritumſanctum, ſed vt Deus *Libro. de trin.* Quam diu autem ille cum diſcipulis ſuis viuebat, pro ſolo homine habebatur, ideóq; ne ſuſpicio hîc naſceretur, purũ hominẽ poſſe etiãm conferre ſpiritumſanctũ. Chriſtus noluit dare ſpiritũſanctum, niſi poſt illam ſtupendã & potentiſſimã ſuam aſcẽſionẽ, ſicut Ioannes dicit, ſpiritũſanctum *Ioan. 9.* ideo nõdum datum, quod neq; Chriſtus nõdũ glorificatus erat. Alias ſuſpicari ſtatim quidã potuiſſent, quod & Macedoniani deinceps fecerunt, ſpiritũſanctum ſeruum Dei eſſe: quę inſignis tum blaſphemia, tũ cõtumelia eſt ſpirituſſancti, ſicut hîc pulchrè & ſuo more affabre inducit Chryſoſtomus. *Chryſoſt.* Id enim ſi ſic eſſet, quãtulò præſtaret dominum abire, &ſuo loco mittere ſeruum? Taceo ꝙ non ſufficientem conſolationẽ ex illo accepiſſent diſcipuli, ſi non verus etiã Deꝰ extitiſſet. 4 Poſtremò alia adhuc cauſa dari poteſt, eáque huiuſmodi, vt ſic vnitas eccleſiæ cõſeruaretur. in hoc enim *Ioan. 10.* teſte euãgeliſta prærordinatum eſt diuinitus, quod Ioannes nullum omnino fecit miraculum, ne.ſ populus diſtraheretur à Chriſto, & ſic excellens Chriſti eminẽtia clarius in Ioanne veluti tranſlata videretur, quam reluceret in Chriſto *Ioan. 14.* Ad hæc, Chriſtus iamiam diſcipulis ſuis ꝓmiſerat, illos opera facturos etiam maiora iis quæ ipſe feciſſet. ſi igitur præſente Chriſto miracula huiuſmodi feciſſent apoſtoli, cogitare potuiſſent ſimplices, eos Chriſto maiores eſſe, ſicq; diſſenſio exorta fuiſſet & ſchiſma inter fideles, cum ita vnitas permãſerit inter eos, vnũ omnibus Chriſtum prædicãtibus prædicationemq́ue ſuam virtute ſpirituſſancti per ſubſequentia ſigna confirmantibus. 5 At nos nunc tandem reſpondeamus ad quæſtiones iam ſupra inductas. Et primúm quidẽ poterat Chriſtus ſpiritumſanctum etiam ante aſcenſionem ſuã mittere, nihilominus quàm poſt eam noluit tamen ex rationibus iam adductis, quandoquidã neque diſcipulis cõmodum ſemper erat, quos antea deſueſcere oportebat à lacte, vt tandem ſpirituales fierent homines, nec quicquam carnale ſaperent. 2 Ad ſecundũ, & hoc verum eſſe aſſerimus, quòd vbique ſit ſpirituſſanctus ſua diuinitate: iuxta ꝓphetam, cælum ac terrã implens, in donis tamen ſuis *Hiere. 23* àChriſto ſub viſibili ſigno miſſus eſt: vnde apoſtoli illuſtra

tionem ſcientiæ acceperunt, cogitationem linguarũ robur & firmamẽtũ aduerſus mundum, & virtutẽ miraculorum.

3 Ad id porro quod tertio loco quæſitum eſt dicim' apparuiſſe quidẽ in baptiſmo Chriſti ſpiritũſanctum, dediſſeq; illi teſtimonium quia filius Dei ſit,& ſimul aquas ſanctificaſſe in ſacramentum baptiſmi. Cur autem in hũc modum datus non ſit apoſtolis ante Chriſti aſcẽſionẽ iam ſuprà aſſignauimus cauſam.
Cyrillus. 4 Cæterũ ad quartum ex Cy-
Eccleſ. 8. rillo reſpondemus, cuiq; rei tempus ſuum eſſe cõmodum, atq; adeo omnia eſſe bona in tẽpore ſuo. Aderat igitur dominus in hoc mundo corporaliter tempore opportuno, & rurſus quando vt ille nouit oportebat, ad patrem corpore rediit. Hominem fieri filium Dei oportebat, vt nos omnes redimeret, vbi nos omnes ſumus in Chriſto ratione humanitatis: id ille fecit non tãtum vt peccata noſtra deleret, ſed etiam vt naturã noſtram ſanctificaret, ſimulq; vt anteceſſor nobis & exẽplar foret bene rectéq; viuendi. ſiquidẽ omnis illius actio, inſtructio noſtra eſt. Neq; min' vero abſceſſus
Gregor. quoq; ipſius vtilis fuit, quoniam nõ à peccatis tantùm mũdare nos voluit, ſed & in cælum vſq; perducere, atq; ange-
Heb. 9. lici conſortij facere participes, ſicut Paulus aſſerit eũ aſcendiſſe in cælũ, vt pro nobis appareret in cõſpectu dei. Omnibus itaq; per illum tranſactis, quæ vt homo facturus erat in terris, reliquum fuit vt aſcenderet in cælum ad Deũ patrem, faceretq; vt nos ſedere poſſemus in cæleſtib' in Chri-
Ephe. 2. ſto Ieſu, 5 Verum eo pertingere nequimus, niſi cõfirmati prius fuerimus in ſolidam vitæ nouitatem, ꝙ demum per gratiam & donum ſpirituſſancti fieri poterit: non aliter ac
1. Re. 10. Saul conuerſus eſt in alium hominẽ, iamiam aſſecutus ſpi-
1. Cor. 3. ritumſanctũ: & ſicut Paulus refert, quia & nos reuelata facie gloriã domini ſpeculantes, in eandẽ imaginẽ transformabimur à claritate in claritatẽ. ſicut ergo quãdiu opportunum viſum eſt tẽpus Chriſto manſit ille cum diſcipulis: ita appropinquante tẽpore ſpirituſſancti, aſcendit iterũ ad patrem filius & liberã ſpirituiſancto reliquit operationẽ.

6 Hæc omnia claudamus cum illa ſancti Aug. ſentẽtia, qui vult tantiſper diſcipulos accipere nõ potuiſſe ſpiritum
2. Cor. 5. ſanctum, dum immorabatur. Chriſtum cognoſcere tãtum
Ioan. 1. ſecũdum carnẽ, quomodo Paul' quoq; carnẽ Chriſti agnoſcebat non ſecũdum carnẽ qui tamẽ ſpiritualiter nõ igno-

rabat etiam verbum carnem eſſe factum: ſiquidẽ adeo purus eſt ſpiritus, vt non conformetur niſi in rebus admodum ſpiritualibus. Porro etſi corporaliter illos deſeruerit dominus, tamẽ ſpiritualiter deinde cũ ſpiritu ſancto pater quoq; ad eos deſcẽdit & filius. quo enim modo ſibi cõſtaret aliâs, ꝙ promiſit dominus ſe cum ipſis mãſurum vſque ad ſeculi conſummationem? Aut vbi etiã nõ impleretur illud quod *Mat. 28.*
dixerat, quia ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus? Quo nomine vos quoq; dilectiſſimi in Chriſto fratres animum affectumq́; veſtrum in Deum erigite, neq; cogitate, O ſi & ego tunc tẽporis vixiſſem! O ſi tũc in Iudæa fuiſſem, Chriſtũq́; in carne vidiſſem! Nihil enim vobis per hoc ademptum eſt, nihil diminutum, licet præclarum quid & eximium ſpectaculum exiſtat, Chriſtum vidiſſe incarnatum, quia ſic dicit ille pleróſq; reges & prophetas optaſſe, vt viderent illum & audirent ſicut apoſtoli, neq; tamẽ vel viderunt vel audierunt. Tu tamẽ id admodum ne deſyderes aut appetas. ſiquidẽ eorum etiã nõnulli qui cũ Chriſto vixerũt, perierunt, vt Iudas, Pilatus, Annas, Caiphas & magna pars Iudæorũ. Quin potius magna cura vide, vt iuxta domini verbum ipſe quoq; gratiã accipias, ſpiritꝰ ſancti, & ſimul cum illo Chriſtum dominũ. Magnus Marthæ honor fuit, & plurimũ ei inde acceſſit dignitatis. ꝙ Chriſtum hoſpitio excepit: Tu quoq; hoſpes illius effici potes, ſi pauperes ſuos cibaris, poteris, veſtris: ſi credis modo ꝙ per ſe veriſſimum eſt, atque adeo ex ore veritatis profectum, Quicquid minimo illorũ feceritis, mihi feciſtis. Sed ſublimior & excellẽtior ipſius hoſpes fieri cupis? age in ſacramẽto eucharistiæ eũ digne ſuſcipito. licet enim corpus illius ſimul & ſanguis hic vere exiſtat, tu tamẽ ipſum corporeis oculis non vides, ſed ſacramẽtali ſpecie panis & vini mirabiliter obtectum. Ibi affectum pium exhibe, ibi te conformẽ fac volũtati diuinæ, gratiam & virtutem ſpiritus ſancti implora. Quanto id tibi proderit magis, quàm ſi ipſum in carne videres, ſine gratia ſpiritus ſancti? Ne itaq; moleſtũ & acerbum ſit hoc vobis, Chriſtũ in carne nõ vidiſſe. Quin Deũ potiꝰ omnipotẽtẽ orate, vt q à nobis receſſit corpore, magis gratiã nobis concedat ſpiritus ſancti, qua nos in omni pietate ſtabiliti, illi iuxta beneplacitum ſuũ ſeruiamus, tãdemq́; ex ipſo gaudia cõſequamur felicitatis æternę, Amẽ.

Ioan. 14. *Chryſoſt.* *Mat. 25.*

HOMILIA II. EIVSDEM dominica.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus iam ante aſcenſurus in cælum & corpus quo cõuerſatus cum hominibus fuerat, illaturus ſideribus, diſcipulos ſuos cõſolatur. iubetque non nimis triſtari: ſiquidem abſceſſus ſuus illis plurimum eſſet commodatus, ipſumq́ue ſpiritus ſancti aduentum impetraturus. Hic tamẽ quid facturus eſſet, deinceps paterna admonitione inſinuat, cùm ait, Vbi venerit ille, arguet mũdum de peccato, de iuſtitia & iudicio. Super iis verbis conſultum mihi viſum eſt quantũ Deus dederit, paucula quædam apud vos diſſerere, quatenus & vos gratiã ſpiritus ſancti ſuſcipere mereamini. Hanc autem prædicare quidẽ mihi apud vos licet, conferre vobis mihi non datur. Chriſtus
Ioan.10. qui ſpiritum illum miſit, idem etiam mittere & donare eũ vobis poterit, ſi modo oues eius fueritis, ſi vocem illius audieritis. audietis autem cùm prædicationem & ſermonem illius ex me audieritis. verbum enim quod ex me auditis, non meum eſt, ſed Chriſti qui miſit me, cuius loco theſau-
Ioan.14. rum euangelicum vobis aperio & manifeſto. Hic ipſe oui-
Ioan.10. lis ſui ianua eſt, per ipſum ego animos veſtros ingredior, vobis prædicans, Vos igitur ſi oues Chriſti ſitis & paſtorem
1. Pet.2. agnoſcitis veſtrum, me quoque audire non recuſabitis. ſed quid dico me? imo Chriſtum in me loquentem, cuius vos ſanguine redempti eſtis. agnoſcite itaque redemptionis pretium longe maximum, non corruptibilibus auro & argento, ſed precioſiſſimo ſanguine Chriſti Ieſu agni immaculati redempti eſtis. Neque dubito quin vltro ſermonem
Ioan.8. Chriſti accepturi ſitis, quando ex Deo eſtis verbum igitur dei ſine faſtidio & moleſtia audietis: aliâs ſi ex Deo non eſſetis, verbum quoque Dei reſpueretis. Vt autem idem ille qui immenſa quadã benignitate & miſericordia doctrinã euangelicam nobis reliquit in eccleſia, gratiam quoque ad audiendum, percipiendumq́ue concedat, profuſis precibus eundem ſuppliciter imploremus: dicentes,

¶Pater noſter qui es in cælis, &c.

¶Spiritus ſancti in hunc mundum venientis officiũ eſt, arguere mundum de peccato, eo ꝙ in Chriſtum non crediderint homines, deinde docere apoſtolos: mox clarificare Chriſtum, poſtremo idẽ illud annũciare diſcipulis. Quoad

primum, arguet ille mundum de peccato, ſed quid eſt hoc, inquies, Nunquid dominus Chriſtus non arguit mũdũ de peccato cum ait, Si non veniſſem & locutus eis nõ fuiſſem, peccatum nõ haberent, iam auté excuſationé. nullã habeat de peccato ſuo? Neq; aliter etiã de iuſtitia Chriſtus arguit mundum, orans patré ſuum & dicens, Pater iuſte, mundus te non cognouit. Ad hæc reſpondens Augu. ait, Forte quia Chriſtus in Iudæorum gente tantum locutus eſt, mundum nõ videtur arguiſſe: ſpiritus autem ſanctus in diſcipulis eis toto orbe diffuſis, nõ vnam gẽtem, ſed mundum intelligitur arguiſſe, iuxta commiſſum quod eis dederat dominus, cùm teſtes ipſos conſtitueret, non in Hieruſalem tãtum & Iudæa, ſed & in Samaria, & tandem vſq; ad vltimum terræ. *Augu.* *Ioan.15.* *Ioan.17.* *Augu.*

¶Quanuis cum dicitur ſpiritum ſanctum corripuiſſe mundum, nemo excludere hinc debet vel patré vel filium: quia vbiq; locum ſuum habet regula iſta, quod opera trinitatis ſunt inſeparabilia, & quicquid aliqua trium perſonarũ operatur in creaturis, idipſum reliquæ etiam operari dicuntur: ſicque ſicut vna voluntas & omnipotentia eſt vna, ita etiã opus idem recte perhibetur. Et licet hoc ipſum arguere, in vniuerſum & eſſentialiter tribus cõueniat perſonis, proprie tamen tribuitur ſpiritui ſancto. ſiquidé cùm tria impediant ne aliquis habeat authoritatem arguẽdi aliũ, ſcilicet ignorantia in intellectu, immũditia in concupiſcibili, impotentia & timor in iraſcibili, ſingula hæc remouet ſpiritus ſanctus, dum purgat, illuminat & corroborat animam: ideoq; illi peculiariter & meritò quidem officium illud tribuitur, quòd arguat mundum de peccato, Aliâs qui indoctus eſt & rerum omnium imperitus, quomodo corripiet alterum? nónne ſicut cæcus cęcũ ducés, ita ij quoq; ambo in foueam cadent? Et huiuſmodi homini dixiſſe videtur Paulus illud, Qui alium doces, teipſum nõ doces. Deinde immũdi quoque docere non debent. ſtatim enim eis dicet huiuſmodi quiddam, Quare aut quomodo tu dicere præſumis, Frater, ſine vt eiiciam feſtucam de oculo tuo, trabé autem in oculo proprio non cõſyderas? Eo facit quòd ait Greg. Superiectas ſordes tergere non valent manus quæ lutum tenent. & quid ex immũdo mũdum ſperes? Sed neq; ij qui timore nimio perculſi ſunt, cum fructu arguere quenquã poſſunt: cuius rei nobis exempla plurima vel infœliciſſima hęc no- *Act.1.* *Augu.* *Gloſſa.* *Rom.2.* *Mat.7.* *Gregor.* *Eccle.24*

ſtra ſuppeditant tempora, quibus qui tam ſegnes & ſupini in corripiẽdo fuerunt epiſcopi & prælati, eo ſuccreuit hæreſis, non tã altas radices iactura, ſi illi diligẽtiores fuiſſẽt. Eum autem qui alios corripiẽdi munus ſibi ſumit, debere
Eccle.7. timore carere, etiam Sapiens docet: cum ait, Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrũpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis Hæc itaque tria aufert ex homine ſpiritus ſanctus, ſimulq́; potẽtem illum reddit adarguenda peccata. Cuius rei gratia idem ille dat' eſt apoſtolis in ſpecie ignis. ignis enim lucem ſplendidã de ſe præbet aduerſus errores & inſcitiam deinde purgat contra immũditiam, ad hæc audaces reddit quoq; vnde qui circa ignem verſantur, Martiales eſſe creduntur. At proh Deum immortalem, vbi nunc eſt ſpiritus ſanctus, qui per miniſtros ſuos tam ſeculares quàm ſpirituales corriperet mũdum de peccato? Quam neceſſarium id quidẽ eſſet? Verum proh dolor nõ eſt penes illos ſpiritus ſanctus. oẽs enim iudices & ſpirituales & ſeculares partim ignari ſunt, imperiti & imprudentes: atq; vt maxime quidã eſſent (qui tamen & ipſi pauciſſimi ſunt) prudentes & intelligentes, immũdi tamẽ ſunt guloſi, ebrij, adulteri, ſuperbi, &c. Et vt hic quoq; gratiam ſuam nonnullis cõcedat Deus, vt horum vitiorum nullum habeant, attamẽ & ipſi metu timoreq́; non vacant. puſillanimes enim ſunt, & nõ audent malũ pro veritate & iuſtitia arguere. Hinc quid mirum, ſi mundus totus, qui iam olim in maligno poſitus fuit, peccatis, offendiculis & omniũ flagitiorũ genere plenius exiſtat, iuxta illud Hieremię, A mi-
Hiere.2. nimo vſque ad maximũ omnes auaritiam ſequũtur, à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mẽdacium. Illuminet vultum ſuum ſuper nos dominus Deus noſter, & miſereatur noſtri, atque propicietur iniquitatibus noſtris.

2 Porro vt aliquãto propius accedamus ad hæc Chriſti verba, ſic ille inquit, Spiritus ſanctus arguet mũdũ de peccato de iuſtititia & iudicio. Quod nõnulli doctores ſic intellligũt, Quoniã mundũ arguet de peccato ſuo, de mea iuſtitia, & iudicio diaboli. Sunt qui ſic exponunt, Arguet ille mundũ de peccato commiſſo, de iuſtitia amiſſa, & de iudicio Dei cõtempto. Neq; aliquem iſtorum ſenſuum cõtemnimus. tãtũmodo diſpiciam', quo pacto optimus maxim' magiſter Chriſtus illud nobis explicet. De peccato, inquit,

arguet ille mundum,quod in me nō crediderunt.Vbi Chryſoſtomus vult dominum hinc omnem abſtuliſſe excuſationem, & quia ſine venia peccarint, quoniã iam ante pater voce propria dederat teſtimoniũ Chriſto, Chriſt⁹ quoque de ſeipſo teſtatus erat miraculis ſuis: ideoq́ue & ſpiritum ſanctum,cum venturus erat, teſtimonium eſſe daturũ Chriſto, eò quod mundus amplius excuſare ſe non poſſet de peccatis ſuis Cyrillus propemodũ etiam in hanc ſententiã concedit:quando quidem Chriſtus dixerat Iudæis,Niſi credideritis mihi,in peccatis veſtris moriemini.Et ſine dubio arguit mundũ ſpiritus ſanctus per apoſtolos Chriſti & illorum ſucceſſores,prælatos & prædicatores, ab omnibus peccatis.Vnde ruditas & ſtupiditas patet eorũ,qui moleſte ferũt peccata ſibi ſua pro concione exprobrari. An nō hic audis ſpiritum ſanctum reprehenſurum eſſe mundum per prædicatores,& tu interim Chriſto reluctabere? ſpirituine ſancto officium ſuum recludes,quo minus ille redarguat mundum de peccato? Quanuis ſi impatienter pateris tibi vitia tua retegi,age hoc vnum,peccare noli, & nō opus habebit prædicator te de peccato tuo reprehendere. Auguſt. vere maximum illud eccleſiæ lumẽ, ne tranſuerſum quidẽ digitũ hic diſcedit à verbis Chriſti,dicitq́; quia ſpiritus ſanctus mũdum arguet de peccato infidelitatis, eo quod non crediderint in Chriſtum:ait enim, Hoc peccatũ,quaſi ſolũ ſit,præ cæteris poſuit quia hoc manẽte cętera detinẽtur: & hoc diſcedente,cętera remittuntur quo reſpexiſſe etiã Paulum veriſſimile eſt, cũ definiret fidem ſubſtantiam rerum eſſe ſperandarum.ſic Beda hic fidem originem appellat virtutum.Hinc quis non videat è contrario,infidelitatẽ originem & firmamentum eſſe vitiorum? ſicut & Criſtus horribiliter ſatis dixit, eum qui non credit,iamiam eſſe iudicatum,eo quod non credat in nomine vnigeniti filij Dei.

Chryſoſt. *Mat.3. 17.* *Cyrillus.* *Ioan.8.* *Auguſt.* *Heb.11.* *Beda.* *Ioan.3.*

3 Deinde non minus etiam arguet ſpiritus ſanctus mundũ de iuſtitia,quia ego vado ad patrem, & iam nō videbitis me.Vbi admirabitur quis,quo pacto cauſa iſta conueniret cũ eo de quo hic veluti capite quodã agitur, puta, quo modo abit⁹ Chriſti ad patrẽ reſpõdeat,huic, quòd ſpiritus ſanctus arguet mũdum de iuſtitia.Pulchre ſane,dummodo huc accedat declaratio diuina,quę demũ intellectũ prębet & illuminat mentes hominum, ſicut hic diuinitus edoctus

Pſal.118.

Chryſoſt. egregiè Chryſo.exponit.dicẽs, Quũ freqũẽter Iudæi Chri-
Ioan.7.9 ſtum accuſarẽt.quod á Deo nõ eſſet, & propterea peccatorem legiſq; tranſgreſſorem dicerẽt. Hinc autẽ omnis calũnia amouebitur. Nã ſi opinio quod à Deo non ſim, me trãſ greſſorem oſtẽdit, cũ ſpiritus me illuc abeuntẽ, neq; ad horã, ſed permanentẽ oſtenderit, ſignũ ergo eſt quod irreprehenſibiliter vixi, quia vado ad patrem. Iudæi igitur iniq; de me opinati ſunt & ſpiritusſanctus qui idẽ illud prædicatione confirmabit & miraculis apoſtolorũ, mundũ de iuſtitia
Theoph. quoq; mea reprehẽdet, cui fidẽ adhibere noluerũt. Theop. etiam, De iuſtitia, inquit, arguet mundum, hoc eſt, oſtẽdet eis, quod ego cùm iuſtus fuerim, & irreprehẽſibilẽ egerim vitam, iniuſte occiſus ſum, & in eius iudiciũ vado ad patrẽ. ſi enim eſſem talis, qualem me accuſarunt. non haberẽ hũc honorẽ apud patrem. At tu huic quiſquis vere pius haberi cupis, recogita diligenter & expende, quantæ ſit pietatis & miſericordiæ, æternũ illum Dei patris filium ex alto cælorũ ſe demiſiſſe in ſanctiſſimæ virginis vterum. Viciſſim quàm magnæ iuſtitiæ & æquitatis fuerit aſcenſio Chriſti, quàm cum contempſerint Iudæi, merito à ſpiritu ſancto arguendi erãt vt blaſphemi, qui iuſtitiam Chriſti nec agnoſcere, neq; recipere voluerũt. Oẽs illæ expoſitiones ad iuſtitiam Chriſti pertinẽt, quã mundus hic noluit agnoſcere, ſed tũc demum cùm aſcendit ille in cœlum, Deus pater declarauit
Augu. ipſum nec in verbo nec facto, fraude aut dolo vſũ eſſe. Cæterum beatus Auguſtinus paulo elegantius idem hoc exponit dicens, Non eſt quod iuſtum putes de iuſtitia argui, ſicut de peccato peccator arguitur. ideo enim dicit domin⁹, quòd ſpiritusſanctus arguet mundum de iuſtitia ſcilicet fidelium: quoniam qui nõ credũt, & ipſi arguẽtur ex fide bonorum, quod prædicationi & miraculis apoſtolorũ credere noluerint. Arguentur itaq;, ſiquidem ipſa fidelium cõparatio, infidelium eſt vituperatio. ſic mũdus de peccato quidẽ ſuo, de iuſtitia verò arguitur aliena, ſicut arguũtur de lumi
Ephe.5. ne tenebræ, iuxta illud Paulinũ, Omnia quæ arguũtur, à lumine manifeſtãtur. Sed adhuc dubitantes ex vobis quoſdã cõſpicio, & ſic apud ſeſe cogitãtes: Quòd ſi iuſtitia hoc modo de iuſtitia fideliũ exponitur, quomodo ad eam accõmodabitur ratio illa Chriſti? Sane neq; id male conuenit. quia Chriſtũ iam reuerſum ad patrẽ fideles amplius nõ vidẽt: &

tñ in illũ creduut,quãobrem iuſti ſunt: ſicut Thomæ dixit domin᷒,Beati qui crediderũt,& nõ viderũt. Obſtinati au- *Ioan 20.*
tẽ quia nolũt credere inChriſtũ,quẽ nunquã viderũt(ſic e-
nim cõmunis eſt iſte clamor impiorũ, quomodo crederẽt,
quod nunquã uiderunt) meritò à ſpiritu Dei arguuntur.At
dices,quo pacto etiã fideles ampliusviſuri nõ ſint dominũ,
quum iam olim magna fiducia dixerit Iob , ſe in carne ſua
viſurum dñm?Aut quomodo ſaluari poterit,quod & Paulo *Iob 40*
viſus eſt dominus , & Stephano , qui etiã cœlos vidit aper- *1.Cor.15.*
tos,& filiũ hominis ſtantem à dextris Dei? Reſpõdetur ad
hæc,illud quod dixit domin᷒,Iã nõ videbitis me,intelligẽ
dũ eſſe de iſta viſibili & mortali ſpecie atq; paſſibili,quàm *Act.7*
tunc habebat.Deinceps vero quotieſcũq; viſus eſt,immortalis & impaſſibilis apparuit,nõ quomodo iudicat᷒ eſt, ſed
in ea forma,qua ipſe iudicaturus eſt viuos & mortuos.Mitto hic expoſitionẽ,quam inducunt nõnulli de eo quòd ſpiritus arguet mundũ de iuſtitia neglecta,ſicut cũ quis rationem reddit officij ſibi cõmiſſi, ei nõ tãtum mala deſignata
exprobrantur,ſed & bona intermiſſa: quod ſic etiam iſti arguẽtur à ſpirituſancto de iuſtitia, quam facere neglexerũt.

4 Præterea de iudicio quoq; ſpirituſſanctus arguet mundum,ſiquidẽ princeps mundi iam iudicatus eſt. Vbi obſcu- *Chryſoſt.*
rum eſt,quomodo ratio illa ſermoni huic cõpetat , ſed tamen ſenſus propemodum talis eſt: Iudæi Chriſtũ iudicarũt *Ioan 8*
tanquam dęmonium habentem,& in poteſtate Beelzebub *Matt. 15*
principis dæmoniorum dæmonia eiiciẽtem.Viciſſim ſpirituſſanctus qui per miracula teſtaturus erat, victum à Chriſto dæmonẽ(iam enim is iudicatus eſt) facile etiã declarabit falſum extitiſſe Iudæorũ iſtud de Chriſto iudicium, ipſúmque adeò dominũ triumphaſſe,iuxta illud euangelicũ: *Ioan.12*
Iam iudicium eſt mundi, iam princeps huius mundi eiicitur.quod vtique per Chriſtum factũ eſt, dum ex illo triumphauit.¶ Pollet tamen idipſum ſic exponi,quia Iudæi pri- *Mat.27.* *Luc.23*
mum ac deinde Pilatus , Chriſtum inique condemnarunt
idipſum quoq; arguet ſpirituſſanctus per doctrinam & miracula apoſtolorũ,vniuerſo orbi manifeſtaturus falſum &
iniquum ipſorum iudiciũ:cuius iniquitas ſumma non tantum ex Pilati patet teſtimonio, quũ ſe innocẽtem à ſanguine iuſti illi᷒ prædicaret,ac deinde cauſam in eo mortis nullam inuenire ſe diceret: ſed hinc quoq; quod quũ inſtinctu

diaboli,qui primũ miſerat in corIudę,vt traderet dominũ.
Ioan. 13. Chriſtus occiſus eſt, ſicq́; innocentē illũ tradidit in mortē; ip ſe quoq; diabolus iudicatus deinde eſt à Deo,& poteſtate ſibi ſua adempta, mors ipſa quoque per illum eſt demorſa.
Oſeæ 13 Quòd igitur & diabolus iudicatus, ſuáq; poteſtate priuat⁹ eſt,ſignum nobis datur euidens,Pilatũ etiã & Iudęos iniq; Chriſtum morti adiudicaſſe. quod vt argueretur in mũdo,
Augu. vēturus erat ſpiritus ſanctus.Poſtremo aſſignari daríq; po-
Cyrillus. terit & intellectus huiuſmodi,Princeps huius mũdi miſſus eſt foras,quoniam iudicio ignis æterni irreuocabiliter deſtinatus eſt.& de hoc iudicio , quod princeps iudicatus eſt mũdi.arguitur à ſpiritu ſancto mundus, qm cũ ſuo principe iudicatur,quē ſuperbus atq; impius imitatur,ſecundum
*2.Petr.*2 illud quod Petrus ait,Si Deus angelis peccantibus non pepercit,ſed rudētibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudiciũ reſeruari,neq; mũdo diabolũ ſequē-
Iudæ 1. ti ĩ ſemitis ſuis parcet,quod& Iudas in epiſtola ſua pulchre cōmemorat:Admonitos ſuper hęc hominesomnes eſſe decet,vt credant in Chriſtum,ne forte & ipſi infidelitatis ſuæ pœnas luant.Curent vt ſint in numero fidelium, quorũ vitam ſimul & exempla imitentur, ne de illorum iuſtitia arguantur ipſi,ac puniãtur,quos ſequi noluerũt. Caueãt ſibi proſpiciãt à die nouiſſimo,ne cũ diabolo cōdemnentur,dũ in peccatis cōdēnatum imitantur:ne incidãt iram & vltionem dñi hic tēporaliter,iſthic vero in ſempiternũ. Ita nos Chriſtus hic & illic cuſtodiat in ſeculorum ſecula,Amen.

HOMILIA TERTIA EIVSDEM *dominicæ.*

TRanſiturus iã dominus ex hoc mundo ad patrem,charóſq; ſuos diſcipulos derelicturus,multa eis in vltima cœna,tum doctrinas ſalutares,tum euidentes dedit promiſſiones:è quibus non minimas hoc euangelio iam audiſtis, quo ille ſe abiturum prædicit, abitúmq; hunc ſuum plurimum commodaturum ipſis inſinuat: deinde ſpiritũ eis ſanctum paracletũ miſſurum ſe promittit, qui mundum arguat de peccato,iuſtitia & de iudicio.Poſt hæc omnia ſubiungit,Adhuc multa habeo vobis dicere.ſed non poteſtis portare modò.Quibus ille verbis quod antea de abit⁹ ſui vtilitate dixerat,cōfirmare intēdit.quoniã enim ipſi rudes adhuc erant & imbeciles,debilioréſq; quã qui ſublimia cape-

te poſſent myſteria,ideo ſpirituſſanctus fragilitatem eorũ cõfirmaturus,ipſos quoque omnẽ docebit ueritatẽ. Sẽſum porro & intellectũ iſtorũ verborum ex patribus alij aliter excuſſerunt:non tamen ſic,quod ideo ipſi ſibi doctores cõtrarij ſint,ſed quia ſpirituſſanctus adeo redundat & exuberat in ſcripturis ſacris, vt pro ſe quilibet patrũ omnibus viribus ſtuduerit aliquẽ ex iis ſenſum eruere cõmodũ, vnde præmium à Deo reciperet,iuxta illud,Qui me elucidãt vitam æternam habebunt. Hinc fit vt non raro vnus quiſpiã ex patribus varios inferat vnius loci ſenſus. Et quid hoc mirũ tibi?Hæc enim illa eſt aqua paradiſi, quæ cũ vna eſſet,in quatuor flumina tamẽ eſt diuiſa.ſic vna quãuis ſit ſcriptura in multos tñ ſenſus diſtrahi & referri poteſt. Nec eſt quod abſurdũ putes,aquas nos exponere ſcripturas ſacras. ſic enim & Iob,Profunda,inquit fluuiorũ ſcrutatˀ eſt,& abſcõdita produxit in lucẽ.& Sapiẽs,Cibauit eũ pane vitæ & intellectus,& aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illũ. Cũ igitur pleni fuerint ſpirituſancto ſancti Dei patres, nihil reliquerũt in ſacris literis inexcuſſum,nihil quod nõ eruerent. Ac recte quidẽ,quia ſpiritus ſcrutatur omnia. Et nos quoq; citra præiudicium veritatis,varias huius ſermonis expoſitiones adducemus, quas equidẽ oẽs & veras eſſe crediderim, & ſic à Chriſto intellectas, cũ eloqueretur ſecundum altiſſimã & ineffabilẽ ſapiẽtiã ſuam. Quæ apoſtoli,inquit Auguſtinus,portare nõ poterãt,vultis forſitan ſcire. Sed quis noſtrûm audeat eorum ſe dicere iam capacẽ,quæ illi capere nõ valebãt?Ac per hoc neque per me expectãda ſunt vt dicantur.quæ forte non caperẽ, ſi mihi ab alio dicerentur nec vos ea portare poſſetis,etiã ſi ego tantus eſſem,vt à me iſta,quæ vobis altiora ſunt,audiretis. Sed quęnam ſunt iſta quæ ipſe nõ dixit, temerarium eſt velle præſumere & dicere. Hoc tamen ex multis vnum eſt:quod diſcipuli nondum erant idonei atque parati portare ſeu ſuſtinere pro Chriſto ſupplicia mortis,ſicut idẽ paulò apertius eis dixit dominus Nõ poteſtis me ſequi modò. Petrus aũt qui ſibi videbatur ſatis obfirmato animo ad ſuſtinẽdũ ſuccubuit. dum credere noluit Chriſto dicẽti,Hac nocte ter me negabis. At poſt miſſionẽ ſpirituſſancti potuerũt portare verbũ hoc: neque ipſi tantũ,ſed & innumeri alij viri ac mulieres,iuuenes,virgines,ſenes ac iuniores,qui omnes coronã martyrij adepti

Eccl.24. *Gene.2* *Iob 28* *Eccl.15* *1.Cor.2* *Augu.* *Mat.25.*

ſunt, inuẽti cum ouibus poſt Chriſti paſſionẽ: túncq; miſſo ſpirituſancto, oues portare potuerũt, quod antea, loquẽte domino hæc verba, nõ potuerũt portare paſtores. Intellectus autẽ iſte, cùm plurimũ ſit anguſtus, & ipſe deinceps Auguſtin' degrediebatur ad latiorẽ, nos quoq; aliò veniamus. Cyrillus ſic inquit, Quia dominus imbecilles illos ad ſuſcipienda maiora ſine ſpiritu cognoſcebat, hæc dicit, Ad-
Cyrillus. huc multa habeo vobis dicere. multa vero dicẽda ſibi teſta re profunda, & vltra quã humanus anim' ferre poſſit, affirmat quæ ſilentio, inquit, trado: quia nõdum à ſpiritu meo reformati eſtis. eáque tunc intelligetis, cùm per ſpiritũ ſanctũ ſpirituales quoq; vos in intellectu veſtro facti fueritis.
Mat.9. Idem iam antea in parabola dixerat eis domin', quoniam nemo vinum nouum mitteret in veteres vtres, niſi qui vellet vtres cum vino perire, ſed vinum nouũ in vtres nouos mittũt, & ambo conſeruantur. Vtres veteres erant apoſtoli, dum Iudaicis adhuc ritibus & obſeruationibus adhærerent: neq; nouum euangelicę legis muſtum capere poterãt, donec vtres nouos eos faceret ſpirituſſanctus, quando tandem cũ muſto nouo totius noui teſtamẽti eis datus eſt intellectus. Et quandiu miſſus nõ erat ſpirituſſanctus, poterat dominus dicere omnibus quod vni Petro dixerat in lotio-
Ioan.13 ne pedum. Quod facio neſcis modo, ſcies autẽ poſtea. Sic
Luc.18 ſæpe in euangelio, quum Chriſtus quid dixit diſcipulis, ad-
Ioan.2 diderunt euangeliſtæ non intellexiſſe illud diſcipulos, vel verbum iſtud abſconditum fuiſſe ab eis.

2 Verba hæc Chriſti, de doctrina euangelica nobis veniunt intelligenda: quum enim ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſtatímq; ſubdit, Spiritus ſanct' docebit vos omnẽ veritatẽ: ex ipſa ſerie literæ facile colligitur quod quicquid nõ dixit hîc eis Chriſtus, id omne deinceps docuit ipſos per ſpiritumſanctũ. Qua de re mox plura. Egit autẽ optimus ille magiſter cũ diſcipulis ſuis, ſicut facere ſolet ſtudioſiſſimus quiſque præceptor, qui pro captu diſcipulorum eos docet, huic ſubtiliora, iſti rudiora quædam pręſcribens
Hebr.5 Sic Paulus quoque fecit, ſicut ipſe de ſe teſtatur, inquiens, De quo nobis grandis ſermo & interpretabilis ad dicẽdũ, quoniã imbeciles facti eſtis ad audiẽdũ. Etenim cũ deberetis magiſtri eſſe propter tẽpus, rurſũ indigetis vt vos doceamini, quæ ſunt elemẽta exordij ſermonũ Dei, & facti eſtis

quibus lacte opus ſit,non ſolido cibo.Id adeo & Petrus fa- 1.Pet.2
cere ſolit' eſt,quãdo ſuos ſicut modo genitos infantes, lac
cõcupiſcere iubet.Sic Paulus Corinthiis ſuis nõ ſecus atq; 1.C.3
infantulis in Chriſto,lac ſe præbuiſſe cõmemorat, nõ ſoli-
dum cibum.Viciſſim intelligentibus quid dixerit, alibi te-
ſtatur,dum ſapientiam ſe loqui ait inter perfectos. de im-
perfectis autem,Fratres,inquit,nõ potui vobis loqui,quaſi 1.Cor.2
ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus, tanquã paruulis in Chri
ſto lac vobis potum dedi,non eſcam.nõdum enim potera 1.Cor.3
tis,ſed neque nunc quidem poteſtis, adhuc enim carnales
eſtis:cum ergo carnales adhuc eſſent apoſtoli, non ſemel
omnia eis dixit Chriſtus,ſed multa reliquit magiſterio ſpi-
ritusſancti,quanuis hęc quoque cauſa eſt, quod nõdũ præ-
ceſſerat eos ille in magiſterio crucis.¶Beatus Auguſtin' in Augu.
libro de mendacio cap.10.ſic ait,Vera tacuit,neq; tamẽ fal
ſa interim locut' eſt,quia veris audiẽdis eos min' idoneos
iudicauit.Theophylactus,Nihil,inquit,de ſe magnũ locu- Theoph.
tus eſt dominus,partim dat nobis figuram humilitatis,par-
tim propter infirmitatem audientium & ingratitudinẽ Iu-
dæorum.ſiquidem per totam euangelici contextus ſeriem
non inueniemus vſquam docuiſſe Chriſtum,legis Moſaicę
cæremonias deſituras,imo ſe non veniſſe ad ſoluẽdam, ſed Matt 5
implendam legẽ dominus ipſe profeſſus eſt. Neque dubiũ
eſt,quin ex hoc offenſi fuiſſent diſcipuli,quãdoquidẽ acce-
pto iam ſpiritusſancto, Petrus ratus eſt ſolos Iudęos gratiæ Act.10
Chriſti eſſe capaces.Verũ magiſter ille ſpiritusſanctus tan-
dẽ docuit eos opus nõ eſſe implere amplius legẽ, ſicut de-
inde apoſtoli in primo cõcilio ſuo ſanxerũt.Viſum eſt ſpi- Act.15.
ritui ſancto & nobis,nihil vltra imponere vobis oneris.Hic
factũ eſt vt miſſo ſpiritu ſancto, veràq; ſciẽtia Dei manife-
ſtata,figuræ legales abolerẽtur,& pro iis verus veri Dei cul
tus erigeretur,per huiuſmodi tamẽ ſigna, quæ per ſpiritum
ſanctũ fiunt,fide cõfirmata,puta ſacramẽta ſancta eccleſiæ.
3 Cõſimilem prouidentiã qua hîc Chriſtus vſus eſt,habere
debent omnes prędicatores,vt quicquid loquũtur id omne
dicant ad ædificationẽ audiẽtiũ,& emendationẽ vitæ illo-
rũ.Si apoſtoli nõ ſtatim accepto ſpiritu ſancto, abrogarũt
legales cęremonias Moyſi,neq; ſubitò venerationẽ docue- Act.15
rũt ſanctorũ,ne forte ſuſpicarẽtur ſimplices nos plures ha-
bere deos,quã ipſi inter dęmonia & idola,Iouẽ,Mercuriũ,

Martem, Herculem. Neque ſabbatum ſtatim aboleuerunt.
Act. 16 Quid quod Paulus (quod maxime tolerabile fuerat) noluit neceſſariã vitæ ſuſtentationem accipere, ab iis, quos ipſe alebat verbo Dei? Taceo ꝙ circuncisionem tollerarunt ad tẽpus, ſicut Paulus diſcipulum ſuum circũcidit Timotheum. Ita nĩmirum prędicatorem circũſpectum eſſe decet, neque omnia radicitus euellere, quò plus ſæpe perdat, quàm emẽdet paulatim prædicanda eſt veritas, & tantiſper veluti per gradus proponenda, dum arcem cordis humani aliàs inuictam euincas. Trahi enim volunt ingenia bona, non cogi: plus ſuaſionibus ducuntur, quàm verberibus præcellantur.
Myſteria non reuelanda. ¶ Rationes hîc duas doctores ſancti afferũt, quamobrem nõ ſemper expediat myſteria omnia ſimplicibus reuelare. quarũ prior hæc eſt, ne inde offendãtur. cùm fieri per quam facile poſſit, vt dum ſcrutati volunt omnia, impinguant in multis. Sic non laudantur prædicatores, qui gloriæ captandæ ſtudio, de prędeſtinatione & huiuſmodi ſubtiliſſimis rebus dicere multa volũt corã ſimplicibus, vnde illis tantùm occaſionem offenſę prębent, cùm tamẽ modis omnibus ſit cauendũ ne ſimplices & rudiores offendamus, iuxta doctrinam Chriſti & Pauli. Ratio altera hęc eſt, ne forte myſteria
Matt. 18 propoſita reſpuant, contẽnant, & temere tractent: ſic Iudæi
Rom. 14. authore Origine, ante annũ ætatis quadrageſimũ, neminẽ
Origenes ſinebant legere Cãtica canticorũ, & alios tres libros Bibliç apud eos pueris nõ tradi in manus permittebãt. Sic mihi relatũ eſt, lege cautũ fuiſſe apud Anglos, ne quiſquẽ liber totius biblię præter nudas euãgelia in vernaculã eorũ linguã trãsferretur. Quod ſi & noſtrates Neochriſtiani, nõ ita omnia prelo Germanico tradidiſſent, Deũ immortalẽ, quantũ malorũ caueri potuiſſet? quot hominũ millia nõ periiſſent?
4 Poſt hæc omnia ne ſuſpicari poſſent diſcipuli, defectũ aliquem eſſe doctrinæ euangelicæ, quominus portare eam poſſent: immẽſam eis dominus vtilitatem pollicetur ex aduentu ſpiritus ſancti, qui ſicut mundũ arguet de peccato, ita
Beda. viciſſim illos docturus erat omnẽ veritatẽ. Certũ eſt enim quia veniente deſuper ſpiritu, apoſtoli maiorẽ multò ſcientiam veritatis, quàm omnes ſapientes mũdi omni ſtudio & labore cõſecuti ſunt. De hoc promiſſo eſt ꝙ vere meritóq; gaudeant omnes chriſtiani, neque cogitent promiſſionem hanc ad ſolum pertinuiſſe diem Pentecoſtes, ſed factam in

perſona totius eccleſiæ, quæ ſpiritu ſancto gaudet rectores & magiſtro in omnib⁹ cōciliis. quare neque errare poteſt, magiſtrum habēs huiuſmodi, qui nec falli poteſt nec fallere, qui ipſam ducit in omnē veritatem, quo dictāte, omnes hactenus refutatæ ſunt hęreſes. Idq; adeo verum eſſe, nōne hinc liquet, quod poſt diem Pētecoſtes adhuc tamē Petrus nihil cognouerat de vocatione Gentium, & in ipſo die Pentecoſtes apoſtoli omnes nihil ſciuerunt de electione ſeptē diaconorū. Paulus quoq; ait, Spiritus manifeſte dicit: & tamen idipſum nō in die Pentecoſtes factum eſt, quādo Paulus adhuc erat perſecutor eccleſię. Chriſtus etiam docuerat apoſtolos baptizare in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, illi tamen nō ſine inſtinctu ſpiritusſancti abeuntes, baptizarūt in nomine Ieſu. Pleriq; apoſtoli (ipſeq; etiā Ioannes) diem Paſchę celebrarūt ſemper die 14. mēſis primi, ſic vt illius diſcipulus Polycarpus retulit ad Anicetū Papam. Spiritus autē ſanctus docuit eccleſiā, diem Paſchæ ſemper in dominica die celebrari debere, ſicut ſub Victore papa cōcluſum eſt. Sic aduerſus Arrium ſpiritus ſanctus docuit eccleſiam verbum hoc homouſion, & perpetuò magiſterium illud ſpiritus ſancti durauit in eccleſia. quid vero mirū, cùm ſic exauditus eſt dominus in oratione ſua, cum dixit: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Plus quàm cētum ortæ ſunt aduerſus eccleſiam hęreſes, & tamen omnes ſopitæ, vt bona ſpes ſit, hanc quoq;, quę nunc graſſatur inter hæreticos peſtem, aliquando deſæuituram. Hæc ſiquidē eſt illa Petri nauicula, de qua pulchre cecinit ille,

Act.10 *Act.6* *1.Tim. 4* *Mat. vlt.* *Act.10* *Lib.5. eccl. hiſt.* *Luc. 22* *Pi⁹ papa*

Niteris in caſſum Petri ſubmergere nauim,
Fluctuat, & nunquam mergitur illa ratis.

¶ Quid quod oportet hæreſes eſſe? quæ tamen, quia terræ arenoſæ ſuperſtructæ ſint, ſtatim adueniens ſpiritus Dei euertit eas. Hinc patet quàm arenoſum & plane nihil ſit omne iſtud fundamentum noſtratium hæreticorum, qui nihil nobis credēdum & aſſumendum eſſe, niſi quód expreſſe cōtineatur in ſcripturis, docent, inſani & ſtupidi planéq; cęci, vt qui nō videant quomodo magiſterij ſui officio interim priuent ſpiritū ſanctum, quem è ſchola eccleſiaſtica diſturbare conantur: ſed fruſtrà, quia quem eccleſiæ ſuæ veritatis magiſtrum reliquit dominus, eum exautorare nō poterūt. Aut nònne multa fecerūt apoſtoli, quę nuſquam à domino

1.Cor 11. *Mat.7*

Act.15. edocti fuerant, vt de non ſeruanda lege Moyſi, de ſeptem
Act.6. diaconis, de baptiſmo in nomine Ieſu, de velamine capitis
1.Cor.11. muliebris, de coniuge infideli, de abſtinendo ab eſu ſangui
& 7. nis, atque id genus pleraq; alia? Quòd ſi non omnia expreſ
Act.15. ſit Chriſtus in euangelio, multa vtique reliquit magiſterio ſpiritus ſancti per apoſtolos, & tamẽ inęſtimabiliter magis ſuperauit Chriſtus apoſtolos, quàm hi excelluerint præ ſuc ceſſoribus ſuis põtificibus & epiſcopis, non eſt igitur quòd diſſimules, vel pertinaciter neges Chriſtũ plurima reliquiſſe diſcipulis ſuis pro cõditione temporis. Quãtò magis nõ parùm relinquerunt, imo veluti per manus lampada curſu
Leo. tradiderunt apoſtoli ſucceſſoribus ſuis, vt & in iis magiſterium ſuum declaret ſpiritus ſanctus, vt teſtatur Leo papa? Aut vnde nobis chriſtiani ſabbatũ ſuum probabũt, niſi ex eccleſiæ authoritate? Vnde cõfirmabunt iſtum fidei ſuæ articulũ, Deſcendit ad inferos? tãtũm ex eccleſia. Vnde conſtabit Annam fuiſſe virginis Mariæ matrẽ? ex eccleſia. Vnde baptiſmum paruulorum probabũt: ex ipſiſſima, vt ſic dicam, eccleſia. Poſſunt id genus multa induci, de quibus ex ſcripturarum teſtimonio nihil cõſtat, tantùm ex diſciplina & magiſterio ſpiritusſancti in eccleſia, quem veneremur, colamus & adoremus, ei credamus, illum orem⁹, quatenus procul inde abigat, quicquid eſt vbiq; errorum & infidelitatis. doceat & nos quibuſcũq; opus habem⁹, vt ſic ſuo pręſidio poſt hanc vitam, vitam cõſequamur æternam, Amen.

HOMILIA IIII. QVARTÆ *dominicæ poſt feſtum Paſchæ.*

INter cætera promiſit apoſtolis ſuis dominus, ſpiritum ſanctum ſimul atque venerit, docturum ipſos omnem veritatem. Vbi nos iam porro vobis in Chriſto dilectiſſimi, quæſtiones nonnullas obiter incidẽtes diſſoluemus. Et primùm quidem quomodo non contrarium ſit hoc quod ibi
Ioan.2 dicit dominus, multa ſe habere quæ diceret apoſtolis, at illos portare ea non poſſe. huic quod alibi dixit, Omnia nota feci vobis, quęcunque audiui à patre meo. Reſpondetur, locum hunc iam adductum, non ſic intelligi debere, quaſi tunc omnia nota eis fecerit, ſed quia partim ipſis nota quędam feciſſet, partim alia pauló pòſt per ſpiritum ſanctũ nota facturus erat, & ſic locutus eſt, quaſi iam factũ eſſet. Qui ſane ſcripturæ mos eſt, vt ſæpe de futuris, vt de iis quę facta

ſunt,loquatur.ait enim Aug. Qui certis & immutabilibus *Aug.ſuper Ioan. tract.105*
cauſis omnia futura prædeſtinauit,quòd facturus eſt fecit:
ſic ante plurimos annos Dei filius per os Dauidis locutus
eſt,Foderũt man⁹ meas & pedes meos.dixitq; illud Dauid, *Pſal.21.*
quaſi iam factum eſſet,quod tandem poſt multos annos in
Chriſto eſt adimpletum.Sic in hoc ipſo ſermone, quẽ poſt
cœnã habuit dominus,dixit,Quia opus cõſummaui,quod *Ioan.17*
dediſti mihi vt facerem.neque tamẽ adhuc cõſummauerat
illud,ſed nocte proxima quæ tunc primum imminebat.Ita
hic quoq; intelligẽdũ eſt,ꝙ quæcũque audiuit à patre ſuo,
nota fecerit illis,hoc eſt,infallibiliter nota eis factur⁹ erat.
adhuc enim futurum illud fuiſſe ſuperiora Chriſti verba te- *Ioan.8.*
ſtantur,cum dixit,Vos cognoſcetis veritatem, & veritas li- *Auguſt.*
berabit vos.Adhuc tamen S.Auguſtinus futurum illud ex-
ponit,nõ de ſpirituſancto,ſed de vita æterna,ſicut de hac re *1.Cor.13*
Paulus loquitur,Cùm venerit quod perfectum eſt,euacua-
bitur quod ex patre eſt.Et iterum, Nunc cognoſco ex par-
te,tunc autẽ cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nã & ipſe
Apoſtolus ſaluos nos dicit eſſe factos per lauacrum regene *Roma.8.*
rationis.& alio loco ait,Spe ſalui facti ſumus.Si ergo nunc
eſt tẽpus fidei,ſalus autẽ animarũ eſt merces fidei: & infrà
Fœlicitas in iſta mortalitate,in ſpe poti⁹ habetur,quã in re
tenetur.Siquidẽ nemo beatus eſt quiſquis ſperat,& ſpes il-
la quę videtur, ſpes nulla eſt.ſic nos quoq; ſperamus & ex-
pectamus rerũ omnium notitiã cognitionẽq; in vita æter-
na,quam etſi nõ habeamus,tamẽ certo certius illam nobis
cõferet Deus, dummodo in gratia illius mortui fuerimus.

2 Quæret deinceps aliquis, & dubitabit nonnihil ſuper
hoc quod dicit hic dominus,Cùm venerit ſpiritus ille veri
tatis,docebit vos omnẽ veritatem. Vbi beatus Auguſtinus
Non arbitror inquit, in hac vita in cuiuſquam mẽte poſſe *Auguſt.*
compleri.quis enim viuens in hoc corpore quod corrumpi
tur & aggrauat animã,poſſet omnẽ cognoſcere veritatem,
cùm dicat Apoſtolus,Ex parte ſcimus, hoc eſt,imperfecte? *1.Cor.13.*
Reſpõdet ad hoc Auguſtinus ipſe,& ait nos in hoc tempo
re non cognoſcere omnem veritatem,ſed tũc demum cùm
ſuſcipimus pignus ſpiritusſancti, vt perueniamus ad perfe-
ctionem,& videamus de facie ad faciem, tunc inquã intel-
ligemus omnẽ veritatem.Hiſce igitur verbis dominus no-
bis pollicetur ipſam ſpiritusſancti dilectionẽ nos deductu. *1.Cor.1.*

ram eo vſq;, dũ omnia cognoſcamus in fœlicitate æterna.
Beda. ¶In eadem ſentẽtia eſt & Beda, cum ait, Diffundet in cordib⁹ veſtris charitatem, cuius magiſterio intus edocti, proficiatis de virtute in virtutẽ: digniq; efficiamini peruenire ad vitam, in qua vobis æterna claritas ſummæ veritatis appareat. Vnde patet, quantæ tum temeritatis, tũ ſtultitiæ, ſit ſuo capiti atque intellectui nimiũ tribuere. ſi enim qui ſpiritum Dei acceperunt veritatis cognitionẽ vniuerſam non habent, magnúmq; in ea re defectũ patiũtur, vbi ſapientes huius mundi manebunt, qui etiam pileo Salomonis ſapiẽtiores ſibi videntur? O enim ſapientiã mundi, quanta corã Deo ſtultitia efficitur? O abominabilẽ apud Deũ & odioſam illius gloriationem de priuata ſapientia cõtractam? Cy-
Cyrillus. rillus quoq; adhæc reſpõdens, inquit, Etſi imperfecta ſit in hac vita omnis iſta quæ de veritate ſuſcipi poteſt cognitio, tamen in ea quoque quantũuis minima notitia veritas illa imperfecta nõ eſt, ſicut enim in ſpeculo etiam minimo, faciem tuam cõtemplaris totam quanuis imperfectius & aliquãto minus quã in magno: ita quàm hic in modico ſpeculo fidei vides, triũ perſonarum eſſentiam vnã, illam videbis tandem in vita æterna, in illo immẽſo & ineffabili ſpeculo eſſentiæ diuinę. 3 Pręterea ſolutio dari poteſt etiam huiuſmodi, & mea quidẽ ſententia literæ ſimul & ſpiritui ſcriptutæ nõ paulo cõuenientior, Quando collegiũ iſtud ſanctiſſimum totã repræſentauit eccleſiã catholicam, ſicut in hunc quoq; diem prælati in conciliis eccleſiã referunt vniuerſam: aliàs nũquã futurum eſſet vt tota cõgregari poſſet eccleſia. Quicquid igitur hic promiſſum eſt apoſtolis, quia perſonale nõ fuit, toti ſimul Chriſt⁹ ꝓmiſit eccleſię. Quòd nos vel maxime ſolari poteſt debet, quantũcunque in eccleſia errorũ & hęreſum ſubnaſcantur: nos tamẽ per omnia hic Chriſto fidẽ ſimul & gratias habere debemus, quia ſpiritusſanctus omnẽ nos doctur⁹ ſit veritatẽ. Neq; ſunt interim iſta Chriſti verba abſolute de omni intelligẽda veritate, quę habebitur in vita æterna. ſed ea tãtũ, quã nos ſpirit⁹ ſanctus edocet hactenus, & perpetuo docebit in eccleſia, iuxta exigentiã tẽporis & neceſſitatis. Id autẽ expẽde iuxta
Act. 2 ea quæ homilia ſuperiore induximus. quãuis enim Petrus ſatis didicerat in die Pentecoſtes vnde prędicaret, & coapoſtolos ſuos ſcripturarũ teſtimoniis defenderet, loqueretur

variis linguis baptizaret homines:veritatẽ tamẽ illã adhuc ignorabat, ꝙ & gentes gratiæ Christi participes eſſent, ꝙ cum ſpiritúſſanctus tandẽ aliquanto poſt tempore docuit per viſum lintei, & omnis generis animaliũ immũdorum. Quòd ſi itaq; illum apoſtolorũ omnium principẽ ſpiritus ſanctus cum tẽpore ſic demũ edocuit, quod ante neſcierat quanto magis idẽ hoc de cæteris credendũ eſt apoſtolis, omnibúſq; eorum ſucceſſorib' in hæc vſque tẽpora, & quod nunc quoque eccleſiã ſuam ſpirituſſanctus doctrinã euangelicam perfecte doceat? vnde & nos non minus quã apoſtoli clamare debemus, Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium, &c. Ades & auxiliare nobis ſpirituſſancte Deus proculq; amoue à fide noſtra catholica ſectas omnes & hæreſes. nos etiam ab omni errore libera, quia tu es ſpiritus ille veritatis, qui nos doces omnem veritatem. *Act.10*

4 Chryſoſtom', Et quid? inquit, Maior ne te eſt ſpiritus, cum quæ nunc non poſſumus, illo demum adueniente portabimus? Nõ maior illius & perfectior eſt efficacia? Minime, Mea enim dicet, & non loquetur à ſemetipſo, ſed quicquid audierit, id loquetur; & ꝗ nõ eſt à ſemetipſo, à ſemetipſo etiam non loquetur. Quinimo ſicut à patre eſt & filio, ita etiam quod loquitur, habet ab illis. vnde vera eſſe oportebit quæcunque dixerit. Aliter autem facit ſpiritus iſte malignus, qui plus ꝗ̃ cõmiſſum ſibi eſt loquitur, ſicut Chriſtus eum, ſi loquatur ex proprio mendacia loqui perhibet. Non ſic tamen ſpiritus ille ſanctus facit, qui quicquid audit, tantum loquitur, & nihil à ſemetipſo. ſic Chriſtus ad diſcipulos Verba, inquit, quæ loquor vobis, mea non ſunt, ſecuros ſic illos reddere volens. quòd ſpirituſſanctus nihil doctur' eſſet ſuæ doctrinæ cõtrarium: nec aliam veritatem, niſi quã audiſſet ſcilicet ab æterno proceſſionis ſuæ à patre & filio. Notabiliter autẽ hoc obſerua. quod hic dicitur audire ſpiritum ſanctum, quando quidem enim filius Dei verbũ eſt æternum à patre exiens, idipſum deinde verbũ audit ſpirituſſanctus, dum ab vtroque illo ſpiritu ſpiratur. ſed hæc ad ſcholas remittenda ſunt. Tu hic vide Auguſtinum. *Chryſoſt.* *Ioan.8.* *Ioan.14.* *Ioan.1.* *Auguſt.*

¶ Inſuper vnum etiam addit. Auguſtinus, Ei futura annunciabit vobis. ſpiritus enim (iuxta Paulum) myſteria & arcana loquitur. quamobrem Ioãnes in Apoca. ſua, quæ multa de futuris cõtinet, inquit, Qui habet aures audiendi, audiat *1.Cor.14* *Apoc.2*

quid ſpiritus dicat eccleſiis. Cuiuſmodi multa reperiuntur
1.Cor.15. in Paulo,&aliis apoſtolis de vita æterna,de iudicio nouiſſi
2.Theſ. mo,de Antichriſto,de periculis tēporum illorum de incre-
2.Tim.2 mēto vitiorum,de hæreſi,&c.quæ omnia vtique ex ſpiritu
ſancto habuerunt ſancti illi homines. ſicut eis hic promiſit
Eſa.64. Chriſtus.cui pene reſpondet quod dixit Eſaias, Annunciat
ab exordio nouiſſimum , & ab initio quæ necdū facta ſunt
Beda. 5 Nunc demum quartum ſpirituſſancti officiū addit dominus,quia clarificaturus eſt Chriſtum.idq; ſane factū eſt, quia per eum tanta charitas in cordibus diſcipulorū accēſa eſt,vt abiecto timore carnali, reſurrectionem eius cōſtāter prædicarēt,à quo tēpore paſſionis pauidi fugerūt,deinceps enim impleti ſunt ſpirituſſancto,& cum fiducia locuti ſunt verbū Dei:quia quicquid facturi erā apoſtoli in gratia ſpi-
Act. 4. rituſſancti , id hic Chriſtus ſpiritumſanctum ait eſſe facturum. Chriſtus quoque in mundo vixerat cōtēptus ,& ſpre-
Auguſt. tus ab omnibus,quo ad mūdum:morte demum mortu' eſt turpiſſima,magna cum cōtumelia. Tunc vero rurſus eſt clarificatus,quando ſpirituſſanctus, per prædicationē apoſtolorum,per teſtimonia miraculorum declarauit Chriſti gloriam maieſtatem & diuinitatem,cùm iam ille fieret dominus dominantiū , data ſibi vniuerſa poteſtate quæ in cælis
Apo.19 eſt & quæ in terra.Hoc igitur illud eſt quod Chriſtum glo-
Mat. 28. rificauit ſpirituſſanctus , primū ad illuminādos apoſtolos: deinde ad addēdam illis audaciam prædicādi,poſtremo ad dandam eis virtutem miraculorum,vnde creuit nomē domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſumma laude per vniuerſum terrarum orbē . Sicque vides quomodo Chriſtus in ſua eſſentia nihil glorificetur,ſed tantum à mūdo gloria ſumma
Act.3. dignus agnoſcatur.Quomodo Petr' dixit ad Iudæos , De' gloriæ glorificauit filium ſuum,quem vos negaſtis , & tradidiſtis Pilato.Chriſtus autem rationem huiuſmodi affert quia de meo accipiet:quod ſane verbū ut minimum videatur,ſummum tamen & quaſi caput quoddā eſt fidei noſtræ de ſancta trinitate,quod ibi tres ſint perſonæ in vna eſſentia.Tertia enim in diuinis perſona ſpirituſſanctus eſt. vnde hoc?quia ſcilicet de filio accepit,ſed quid accepit?diuinitatem,diuinā hanc quam habet eſſentiam ex illa æterna pro-
Ioan. 10. ceſſione , qua dum proceſſit à patre & filio diuinitatē accepit,vnde & ipſe tertia eſt perſona trinitatis . Ecce autem &

Chriſtus illud quod ſibi dedit pater,dicit maius eſſe omnibus.idque adeo ipſa eſt diuina ſubſtātia, quam Deus pater cum filio ſimul dederūt ſpirituiſancto inſpiratione actiua, & hoc eſt quod dicit hîc,De meo accipiet..Audi hic & attēde,quiſquis ſuperes ex Græculis hæreticus, quoniā nō à ſolo patre procedit ſpiritusſanctus:procedit & à filio,procedit ab vtroq;.quia de meo accipiet,inquit Chriſtus, ſic ſingulis dieb' dominicis in ſymbolo canit eccleſia, Qui à patre filióq; procedit.Audi & tu infœlix Macedoniane, quia ſpiritusſanctus verus eſt Deus: ſiquidē diuinā eſſentiā proprie habet & identice vt iam non male faciant qui in ſymbolo apoſtolorum ſic cōfitentur:Credo in Deum ſpiritum ſanctum.Clarificabit autem ille Chriſtum,quia de eſſentia Chriſti accipit, ſicq; & glorificabit ipſum, dū apoſtolis annunciabit omnia,& eoſdē illuminaturus eſt in omni neceſſaria eis veritate:ſicut ille dixit,Paracletus ſpiritusſanctus, quē mittet pater ī nomine meo,docebit vos omnia,& ſuggeret vobis omnia,quæcūque dixero vobis. O igitur omnipotēs & miſericors Deus ſolita pietate nobis donare digneris quoq; gratiam ſpiritusſancti,quatenus & nos & laudare poſſimus atque glorificare dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,vt tandem poſt hāc vitam, reuelata facie gloriā Dei intueri mœreamur in ſecula ſeculorum,Amen. Ioan.14. 1.Cor.3.

DOMINICA QVINTA POST PASCHA, EVAGELIVM Ioannis 16.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Amen amen dico vobis,ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite,& accipietis,vt gaudium veſtrum ſit plenum. Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis.Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palam de patre meo annunciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. & non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis. ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ex deo exiui Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum,& vado ad patrem.Dicunt ei diſcipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. nunc ſcimus quia ſis omnia, & non opus eſt tibi vt quis te interroget,in hoc credimus quia à Deo exiſti. Matt.21. Matt.11. Sapi.14. 1.Ioan.1

HOMILIA PRIMA.

PRiuſquam expoſitionem huius euãgelij ingrediamur, breuiter cauſam, cur hoc euangelium in iſta dominica legatur, explicemus. Conſtat dies iam imminentes, dies rogationum appellari, quos Germani quia ſeptimam crucis dixerunt, argumentum magnum eſt, hoc ita vſurpatum eſſe iam inde à tempore illo, quo Germani primum facti ſunt chriſtiani. & illud tamen Neochriſtiani nunc quidem
Pſal. 52. ex diariis ſiue calendariis ſuis credere nõ verentur, qui niſi pœnitentiam ſuper hoc & aliis peccatis egerint, ipſi quoque delebuntur de libro viuentium. & cũ iuſtis non ſcribẽtur, ſed cũ iis quorum nõ eſt memoria amplius. Quia ergo ij dies rogationum ſunt, & ꝓpe iam imminet glorioſus ille dñicæ aſcenſionis dies, quis nõ facile colligat, cur euãgeliũ
Io. 13. 14. hoc hodie legatur? ſiquidẽ & Chriſt⁹ prolixũ iſtũ ſermonẽ,
15. 16. quẽ diſcipulis ſuis fecerat poſt cœnã cõcluſit cũ aſcenſione ſua, qua certi reddebantur illi de ipſius omnipotentia. vnde
Act. 2. & orare cœperunt, vt gaudium eorum impleretur. cumque perſeuerãtes eſſent in oratione vnanimiter, cũ mulieribus & Maria matre eius, decimo tandem die ſuſceperunt ſpiritunſanctũ. Et nos igitur audaces confidentioréſq; reddere uoluit domin⁹ ad orãdum, ipſo ſermonis ſui epilogo, iamiam abiturus in cælum per ſemitã paſſionis ſuæ & mortis. ¶ Eadem quoque de cauſa qua euangeliũ iſtud huic dominicæ, diebus etiam comperit rogationum. Quidã enim vir pius Mamertus, epiſcopus Viennẽſis in Gallia, memor adhuc erat promiſſionis huius Chriſti, ac proinde ſpẽ & fiduciam ſuam omnẽ in Deum ſanctumque Dei verbũ poſuit: quum homines grauiter angerentur, torquerẽturque terræ motibus, peſte & innumeris morborũ generibus, quũ inſignes ſtupẽdi in aëre ſonitus audirentur, quum inſolita ſæuitia lupi irruerẽt in villas, pagos & ciuitates, inq; ipſos immẽſos hominum aceruos lætalibus irrumperent morſibus, triduum iſtud continuum ante feſtum aſcenſionis idẽ Mamertus inſtituit & dicauit ſupplicationib⁹, quibus Deũ iu-
1. Ioan. 2. giter pro omni aduerſitate rogarem⁹, veluti iamiã ad Chriſtum aſcenſuri in cælum: qui antequã aſcẽderet, petere nos iuſſit, & ſic accepturos promiſit. Cõſultum videbatur, hoc modo humanę miſerię & fragilitatis ærũnas Deo patefacere, ſi quò fieri poſſet, vt ille ad miſerationes erga nos moue

retur nõ deſperãtes de promiſſione data, quin ille pro nobis aduocatus aſſiſtit Deo, & ꝓpiciatio eſt pro peccatis noſtris, cleméter nos ſit exauditurꝰ. ¶ Letania hęc licet minor dicatur, maiori tamẽ non paulo antiquior eſt. quia illã Mamertus, inſtituit ſub imperatore Zenone, cum interim maior demum cœperit erectaque ſit per Gregorium Magnũ, anno nono Imperatoris Mauricij, qui plus quàm centũ annis tãdẽ poſt Zenonem imperauit, authore Aurelio ſexto. Ioan.16. Aurelius.

2 Vtraque hæc Letania quamuis in priuatis regionibus cœperit altera Viennæ Galliarum, altera Romæ per Gregorium nondũ pontificem, tamen ſuſceptæ ambæ ſunt per vniuerſalem eccleſiam, quę multis & magnis rationibus ad hoc eſt adducta. Siquidem hoc tempore plerunque excitãtur bella, quo nomine orare debemus pro cõtinua pace. Segetes & fruges quoque iam adoleſcunt: ita vt teneritatem eorũ facile quid poſſit offendere. Ad hæc quilibet in ſemetipſo experitur ſanguinem iam ebullire & efferueſcere carnẽ, vnde cùm multæ oriantur in hoĩe concupiſcentiæ & cõmotiones malæ, meritò iam orãdus eſt Deus, & clamandũ ad eum cum Paulo, vt auferatur à nobis iſta carnis tẽtatio: & vt ad ſpiritusſancti ſuſceptionem paratiores promptioréſq; efficiamur, conuenit nos antea in ieiuniis, orationibꝰ, ſupplicationibus, & aliis operibus bonis diligenter exercere atque vt ſub aſcẽſionem Chriſti maiore cum fiducia quã quouis alio tempore, orẽmus Deum, ipſo maxime iam nũc nos petere, pulſare, & quærere iubente. Et ad extremum, quando exemplar noſtrum Chriſtus eſt, qui iamiam aſcendit in cælum: & nos quoque vt tandem aſcendere in cælũ mœreamur, mirito nũnc clamamus ad dominum, ſupplicamus, obſecramus, &c. ¶ De materia proceſſionum nõ eſt animus iam nos in illam intromittere. tu ſi quid vis, require parte tertia de ſupplicationibus & ſtationibus. Tãtùm hic rationem ediſſeram, cur in Letaniis non ſolum Deum, ſed quoſdam etiam nominatim ſanctos imploremus, vt Petrũ Andream, Gregorium, &c. vt orent pro nobis. ſit hoc ſane vel eo maxime nomine, vt ſic apud Deum ſanctorum ſuorũ interceſſione opem & auxilium nobis impetremꝰ, noſtrarũ precum per illos certum inueniamus euentum, & tandẽ ad illorum conſortium perueniamus in cælo, Quodque in iis & aliis orationibus noſtris commemoratione vtimur, 2.Cor.12

& interceſſione perfrui cupimus ſanctorum, facimus tanquam obedientes ſanctę eccleſię filij, quæ idipſum fieri ordinauit, inſtinctu ſpiritus ſancti commonita, qui illam docet omnem veritatem, quanuis multa habeat eius rei argu-
Ioan. 16 menta ex veteri lege. in qua etſi nondum aperto cælo, nōdum facta redemptione peccatorum, ſancti nulli erant, eorum tamen ſedula fiebat in orationibus memoria. Quāto rectius nos hoc facere debebim⁹ noſtris ſanctis, qui iam in æterna fœlicitate eſſentiam Dei contemplantur? Sic Moyſes orauit ad dominum pro populo, Recordare Abraham
Exod. 32 Iſac & Iacob. & placatus eſt dominus ſuper oratione hac, Tres pueri orabant etiam in fornace ardēte, Domine Deus
Danie. 3 noſter, ne auferas miſericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectū tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſraël ſanctum tuum. Sed & Iezechię regi ægrotanti, atq; cū lachrymis dominum deprecāti reſponſanti dominus, Liberabo te
4. *Re.* 20 & ciuitatem hanc, & protegam vrbem iſtam propter me & propter Dauid ſeruum meum. Eo pertinet & illud quod
Exo. 19. quandocunque ſacerdos iſte legalis ingreſſurus erat in ſancta ſanctorum, rationale geſtabat in pectore, in quo erāt lapides duodecim, & iis inciſa nomina duodecim filiorum Iſraël. Poſſent hîc induci multa de interceſſione ſanctorū aduerſus Neochriſtianos, quæ paſſim inuenies in homiliis de ſanctis, nunc aliorſum diuertamur. Profectò cùm nomina ſanctorum cōſcripta ſint in libro vitæ, & Dauid ipſe di-
Luc. 10. cat, Nimis mihi honorificati ſunt amici tui Deus, nimis cō-
Pſal. 138. fortatus eſt principatus eorū: & nos meritò illos venerari debemus, atq; orare, vt & ipſi interceſſores noſtri ſint apud Deum. 3 Nunc tādē ad cōtextum euangelij veniamus, vbi primùm ſtatim dicit domin⁹, Amē amē dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Amē, inquit
Aug. in Auguſtinus, non eſt interpretatum neq; enim Græcus hoc
tra. 41 ſu interpres auſus eſt facere, nec Latinus: ſic manſit, vt hono-
per Io. & rem haberet velamento ſecreti, non vt eſſet negatum, ſed
li. 2. de do ne vileſceret nudatum. ¶ Cuiuſmodi voculæ pleræque re-
ctr. chriſt. manſerunt integræ, quas nemo interpretum auſus eſt in alienam linguā transfundere, vt ſunt, Oſanna, Alleluia, Paſcha, Mirantha, quibus nunc vltrò ſuperſedemus.
Origen. ¶ At quæres, cùm Amen dictio ſit Hebraica, & tam frequēter in eccleſia vſurpetur, quid ſibi velit Amen. Reſpon-

deo. vocē illā apud Hebræos vſum geminū habere. (quia venit à verbo amā, ꝙ ſignificat credere, fidelē vel veracem eſſe: inde Amen, quod poteſt eſſe aduerbiū iurandi, aliâs etiam poteſt eſſe aduerbiū affirmādi vel precādi) prior hic eſt, quod hac particula præcedētē ſermonē confirmam⁹. ſic Hieronymus, Amen ſignaculū vocat orationis dominicæ. *Super Mat. 6.*

¶ Alibi etiam, Amen inquit, conſenſum ſignificat audiētis, & velut ſignaculum eſt veritatis. Quo vſu accipitur, quando in eccleſia ad collectas & benedictiones reſpōdetur amen, hoc eſt, vtinam, credo, vel fiat. ſic plurimus illius etiam in concionibus vſus eſt, quoniam hoc modo eſt aduerbium mixtum, affirmans ſimul & obſecrans, quæ, duo certe pari gratia nequaquam prę ſtare poſſumus aliquo latinæ linguæ vocabulo: vt mirum nō ſit, nomē hoc in Germana ſua lingua iā inde ab apoſtolis remāſiſſe in eccleſiaſtica obſeruatione feciſſe autem hoc apoſtolos, ex ipſos cōſtat Apoſtolo, qui docet ſupra benedictiones reſponderi debere, Amen. ¶ Alter dictionis illius vſus eſt confirmando & iurando, ſiquidem Amen apud Hebræos, idē quod veritas eſt ſiue credere, ſic ſæpenumero in ſcripturis iurat domin⁹ Viuo ego, dicit dominus. ſic in euangelio ait Amē, cōprobare volens verum eſſe quod loquitur. Et notanter vide, ſolum Ioannē geminare amē, cū cæteri ſemel tantū enūciēt. *Super epiſtolam Galat. 6.* *1. Cor. 14.* *Num. 14*

4 Ait igitur dominus, Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem meum in nomine meo. In nomine meo addidit, inquit Cyrillus, vt mediatorem ſe & collargitorē oſtenderet. Nullus enim accedit ad patrē niſi per filium, per quem adductionem habemus ad patrē in ſpiritu, vt ait Paulus. In hoc ille ſe ianuam quoq; appellauit, & talē quidem, vt nemo ad patrem niſi per hanc ingrediēs perueniat, ſiquidem hic ipſe, via, veritas eſt & vita. Ac per hoc nouam illā & euangelicam orandi formulam declarauit hîc dominus, quæ in veteri teſtamēto viſita non erat. ignota enim patribus iſta fuit orandi conſuetudo in nomine Chriſti. & ſicut cæterorū nihil fuit in lege perfectum, adeo vt iuſtitia legis quoque perfecta non fuerit, ita & modus orādi erat imperfectus. ¶ Simul atque autem venit Chriſtus, & cum eo gratia & veritas facta eſt, omnia quoq; emēdata ſunt in meli⁹, illéque rectiorem nobis preſcripſit orandi formulam: quā deinde per vaſtum & ſpatioſum terrarū orbem arripuit ec- *Cyrillus.* *Ephe. 2.* *Ioan. 10.* *Ioan. 14.* *Heb. 7.* *Ioan. 1.*

cleſia,& nunc quoq; obtinet,vt collectas omnes ſic cõcludat,Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, qui tecum viuit & regnat in ſecula ſeculorum,Amen. ¶Et merito quidem per Chriſtũ precamur, tanquã per mediatorẽ noſtrum inter Deum & homines, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus nobis. Idem quoq; de virgine matre in vſu habetur. licet ea mediatrix nõ ſit redemptionis,tamen interceſſionis.In cuius rei argumẽtũ,eccleſia in horis canonicis poſt orationẽ dominicã adiũgit ſalutationem angelicam:& tunc demũ repetitur illud,Et ne nos inducas in tentationem,&c.Vnde conſtat,nos per Mariã tãquam mediatricẽ, cupere à tentatione & omni malo eripi.

1.Ti.2. *Maria mediatrix interceſſionis & non redemptionis.* *Cyrillus.*

¶Porro cùm Chriſtus & mediator nobis ſit ſimul & collargitor, nõ eodem vtrunque fit modo.Inquantũ enim filius & De⁹ eſt,vna cũ patre nobis bona largitur:quod oſtẽdens Paulus dicebat,Gratia vobis & pax à Deo patre & domino Ieſu Chriſto Inquãtum verò mediator eſt,põtifex, cõſolator & aduocatus, noſtráſq; preces ad patrẽ adducit, hoc eſt ſecundũ naturam humanam. Et nos itaq; dilectiſſimi in nomine dñi noſtri IeſusChriſti orem⁹,idq; expreſſi⁹ & non in communi. ſicut in veteri teſtamento etiam Dauid orabat,In nomine tuo leuabo man⁹,& Hieremias quoque dicebat.Nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. Nunc nõ ſic tantũ,ſed expreſſe oramus Deũ per Chriſtum dominũ noſtrũ,ſi modò exaudiri cupim⁹, & vt petita accipiam⁹ ſimulq́; repleamur gratia Dei ad reſiſtendum voluptatibus carnalib⁹,& vt de die in diem feruentiores reddamur in operibus bonis, gaudentes in hac vita ex ſpe pręmij æterni, quod nobis concedere dignetur,qui eſt benedictus in ſecula viuens & regnans cum deo patre in perpetuum, Amen.

1.Tim.2 *1.Ioan.2.* *Pſal.62.* *Hier.14*

HOMILIA II. DOMINICÆ, *quinta poſt Paſcha.*

Augu.

AMen amẽ dito vobis,dicit dominus, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.O verbum deſyderabile,omniq́ue gaudio & lætitia proſequendum: quod tamen non ſono literarum ac ſyllabarum accipiẽdum eſt, ſed eò quòd ſonus ipſe ſignificat. quodq́; ex ſono rectè intelligitur.idipſum ſane accipiendus eſt dicere Chriſtus, cũ ait,In nomine meo quia nõ petitur in nomine ſaluatoris, quicquid contra rationem ſalutis petitur. & in hoc diuino

conſilio angelus præcepit Ioſeph, vt vocaret nomen eius Iesus, quoniã ipſe saluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ. Eſtq; hæc immenſa nominis Ieſu dignitas, quam attendẽs Paulus, dixit, Quia exaltauit eũ Deus, & dedit ei nomẽ ſuper omne nomẽ, vt in nomine eius omne genuflectatur, cęleſtium, terreſtrium & infernorũ. O admirandam atque ſtupẽdam nominis Ieſu poteſtatẽ? ſiquidẽ ille neque viſus, neque rogatus, ſed appellatus tantùm apud Deum patrem, mirabiles reddit viros apoſtolos, ſicut pulchre teſtatur Lucas cũ ait, Dñe, da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manũ tuã extẽdas ad ſanitates & ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui Ieſu. & cùm oraſſent, motus eſt locus in quo erant cõgregati, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & loquebantur verbũ Dei cũ fiducia. Et hîc tibi efficaciã ſancti nominis Ieſu, de quo plura require in die circũciſionis dñi. Poteſt autẽ, inquit Beda, mouere infirmos auditores, quomodo diſcipulis ſaluator promittat, Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis, cũ non ſolũ noſtri ſimiles multa quæ patrẽ in Chriſti nomine videntur petere, nõ accipiunt: verũ etiam ipſe Paulus tertio dominũ rogauerit, nec impetrare potuerit. Atqui iuxta Auguſtini ſententiam, Pauli iſta petitio non faciebat ad ſuam ſalutem, eo quod tentatio illa uermiſſa in eum fuerat diuinitus in cuſtodiam humilitatis, iuxta quod ait. Ne magnitudo reuelationum extollat mẽ, datus eſt mihi ſtimulus carnis. Noluit ergo exaudire illum Deus, quia hæc petitio nõ fiebat in nomine Ieſu, ſiquidem contra ſalutem. *Mat. 1.* *Phil. 2.* *Chryſoſt.* *Act. 4.* *Beda.* *2. Cor. 12*

1 Deinde tentari malum non eſt, ſed in tentatione ſuccũbere, id denique malũ eſt, vt ait Iacob⁹, Pro magno gaudio ducite fratres, cũ ĩ tẽtationes incideritis varias. Quũ igitur Paulo gratia tãta diuinit⁹ data ſit, vt tẽtationẽ vincere poſſet, longe vtilius ei fuit non exaudiri, iuxta quod dominus reſpondit ei, cũ ter oraſſet, Sufficit tibi gratia mea, quia virtus in infirmitate perficitur. Vnde & Auguſtinus dicit, exauditum eſſe Paulum ad ſalutem, qui tamen exauditus non eſt ad voluntatem. Et dat ille tunc regulam egregiam, cum ait, Nouerit magnum ſacramentum charitas veſtra, quod ideo cõmendamus vobis, ne vnquam incidat vobis ſu tentationibus veſtris. Sancti ad ſalutem per omnia exaudiuntur, ſemper inquam exaudiuntur ad ſalutem æternam. *Iacob. 1.* *1. Cor. 12* *Augu. ſuper can. Ioã. tra. 6*

2. Hinc iam cõſtare poteſt,q̃uo quilibet chriſtianus com parare ſe,animumq́; inſtituere ſuũ debeat in oratione ſua. iam enim auditum eſt, Deum ſemper exaudire ſanctos ad ſalutẽ:interdum malos quoque,ſed ad voluntatẽ tantũ,nõ etiam ad ſalutẽ. Sic è Deo petiit Sathã ſibi permitti, vt aduerſitatibus affligeret Iob,& impetrauit, interfecitq́; ei filios & filias,ędes deiecit:boues,oues,aſinos,camelos,& quid erat poſſeſſionum ademit: ſolã illi reliquit vxorẽ, nõ in ſolatium tantorũ malorum, ſed eò animo,vt tandẽ reb' & dolis deſtitutus omnibus. per ſolã illũ deciperet vxorẽ

Aug.ſuper can. Ioan. ſicut primum parentẽ noſtrũ,& per eum nos omnes in ruinam adduxit:neque omnino fefellit illum ſpes ſua licet vana,ſiquidẽ cùm maxime ęgrotaret Iob,& affligeretur vehe

Mat.8. mentiſſime,tũc eum vxor tentauit acerbiſſime. Sic exauditi ſunt ſpiritus immũdi, cùm oraſſent dominũ ſibi permitti vt in Porcorũ gregẽ irruerent. Perfida gens Iudæorũ &

Num.11. impia,cum abũdaret manna,petiit carnes ſibi dari, & datæ ſunt,verũ quo euentu?tali nimirũ,vt Dauid canit,Mandu-

Pſal.77. cauerũt & ſaturati ſunt nimis,& deſyderium eorum attulit eis.non ſunt fraudati à deſyderio ſuo:adhuc eſcę eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorũ,& electos Iſraël impediuit (ſiue ſecundũ Hebræũ,incuruare fecit.) Ecce quã verũ ſit illud,quod vulgo dicitur,Sæpe dat Deus iratus,quod non daret placatus. Multi ſunt qui petunt.& exaudiũtur à Deo, tantũ in malũ propriũ:ſunt qui poſtulãt ſanitatẽ,diuitias,honores,& cõtingũt illis: quoniã nouit Deus eos aliquid bonorũ operũ facere aut feciſſẽ,quæ eis hîc tẽporaliter remunerat,cęterũ

Matt.6. ipſos tandem detrudi ſinit in gehẽnam ignis. De iis verum eſt illud euangelicum,quia receperunt mercedem ſuã. Poſſem nominatim vobis hic exẽpla referre eorum qui ſic orarũt,& exauditi ſunt,verũ interim huiuſmodi hominib' re-

Mat.20. ſpondet dominus idem,quod duob' apoſtolis dixit, Neſcitis quid petatis. Conſtanter orauit Dauid dominũ de ægritudine filij ſui,cũ lachrymis& ieiuniis,mortuuſq́; eſt infãs

2.Re.12. die ſeptimo,& pro illo dedit ei dominus filium maiorẽ,Salomonem. Atque vt aliquãdo finiã,quum neſcit homo, an quod petit, ſibi conducat magis aut obſit, quò ad ſalutem animę,relinquere debet illud diuinę volũtati & miſericordiæ,atque in hunc modum dicere, Fiat quæſo domine voluntas

luntas tua. Sit igitur hæc tibi lex certa, & velut amuſsis, ad quam omnem orationem tuã accõmodes, neq; errabis, facile: tantum medico liberam relinque tui curam, ipſe enim optimè cognoſcet quid animæ tuæ magis cõducat. Amuſſim autẽ hãc ſi ipſe nõ habes, ex apoſtolo pete, & dabit tibi, dicens, Nos quidem quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quis autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis. Ad hanc regulam ſit hoc tibi exemplum: Si ſit tibi filius, & hic ægrotet ad mortem, tuque ores Deum pro incolumitate eius & longæuitate, nec tamen audiatis, illeque moriatur. Quid ita? quoniam idipſum animæ ſuæ conducibilius eſt, cum ille iam mortuus, ſaluetur, qui ſi diutius vixiſſet, malitia perditus, forte periſſet. Quare & ſapiens dicit, Placens Deo factus dilectus, viuẽs inter peccatores trãſlatus eſt, raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ ei⁹, aut ne fictio deciperet animam illius. Repetias huiuſmodi liberos plures, quib⁹ quantò melius eſſet citò mori, quã diu viuendo ſibi ædificare gehennam? Saul primo bonus erat, neque multò poſt animus eius mutat⁹ eſt in malitiã. Salomone quoq; primũ quis melior? & ipſe tamẽ demum idola cõiugum ſuarum adorauit.

Roma 8.

Sap. 4.

1 Reg. 15

3. Reg. 11

3 Deinceps dicit dominus, Hucúſque nihil petiſtis in nomine meo, petite & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. quæ ſanè verba beatus Auguſtinus vult quodammodo interpretari ſuperiora, ita quòd omnis oratio noſtra eo tendere debeat & dirigi, vt gaudium noſtrum plenum ſit. id autem niſi in fœlicitate æterna fieri non poteſt, vbi tantũ illud fiet, vt ei reliquum addit nihil poſſit. Quiſquis igitur pro iſto gaudio conſequendo petit, is petit in nomine Ieſu: & quicquid extra vitam æternam petitur, nihil eſt, ſi conferas ad fœlicitatem. Quomodo & Paulus hominem procacem & temerarium ait nihil eſſe, nõ quod omnino, nihil ſit, ſed cõparatione bonorũ: ita hic nihil orãt, quotquot pro aliis rebus à fœlicitate orant. orare autem debemus, vt gaudium noſtrũ plenum ſit: plenum verò gaudium nõ eſt, quod triſtitia miſcetur, ſicut ait Sapiens, Riſus dolore commiſcetur, Dum igitur dicit dominus, Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. inſinuat nos ſemper orare debere, & nõ deficere, tantiſper dum plenũ illud gaudiũ vitæ

Augu.

Galat. 6.

Bernard.

Chryſoſt. æternæ conſequamur. Iterum hîc declarat apoſtolis profuturum, ſi corporaliter ab eis recederet, ſiquidẽ illi hactenus nihil petierãt, & poſt abitũ domini denique petituri erant. Illud itaq; dũ dixit, velut hoc dicere viſus eſt. Quid de abitu meo cõtriſtamini? ecce nomen meũ relinquo vobis potens adeò & prævalidũ, vt quicquid patrẽ meum in illo petieritis, id certò habituri ſitis. Nec eſt quod derelictos vos eſſe putetis, dum magnificũ adeò & forte nomẽ vobiſcum

Theoph. habetis. Et hoc eſt quod Theophylactus ait, Tunc pleniſſimum erit gaudiũ veſtrum, cũ accipietis omnes petitiones.

4 Multùm hic laborant doctores, quomodo dicat Chriſtus diſcipulos ſuos hactenus nihil petiiſſe, cũ multa videãtur huic ſententiæ eſſe cõtraria: ſiquidem filij Zebedæi per matrem petierunt, vt ſederent alter ad dexterã, ad ſiniſtram alter. Ad hæc diſcipuli omnes eiecerunt dæmonia, quod ſine oratione non fit. Quid quod dominũ petiit Petrus, dicens, Domine, quo vadis? & Philippus, Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Vniuerſi quoq; diſcipuli orãrunt, Domine, adauge nobis fidẽ. Verum quidẽ eſt, antehac quoq; petiiſſe diſcipulos multa à domino: at hic Chriſt' iubet eos petere ex patre ſuo, & ſic accepturos illos. Sed & omnis iſta diſcipulorum petitio, vt plurimum aliud continebat à vita æterna; quamobrẽ & oratio eorum nulla erat. ſiquidem quod mater filiorũ Zebedæi petebat, carnale erat & corporale, nihilq; faciebat ad vitam: ſed iſtud bibere calicem paſſionis, & quod gratiam ſanitatum ex Deo petierũt, id quoq; corporale extitit, multiſq; modis inferius iis quæ verè ſunt ſpiritualia. Quid multa? cum nondũ verè agnouerint diſcipuli magnificentiã Chriſti ante ipſius reſurrectionem, aſcẽſionẽ & ſpiritus ſancti miſſionẽ, nõ potuerũt quicquam efficaciter petere in nomine ſuo, cuius virtutem & omnipotentiã cognitam nõ habebant. tantùm igitur petebant Chriſtum, quandiu illum præſentem ſecum habebãt.

Mat. 20. *Luc. 9.* *Ioan. 14.* *Luc. 17.* *Augu.* *Luc. 9.*

Beda. ¶ Pulchrè hæc Chriſti verba venerabilis ille pater Beda accommodat, dicens, Petite, vt gaudium veſtrum ſit plenum, & accipietis. plenum ergo gaudium, beatitudinẽ perpetuæ

Rom. 13. pacis appellat. Nam vt taceamus de gaudio reproborum, quo ſibi luctum merentur æternum, habent ſancti etiã in præſenti gaudium de ſpe cæleſtiũ bonorum, cum pro domino terrenis exercentur aduerſis, diſcunt gaudere cum gauden-

tibus,flere cum flentibus.ſed non eſt plenum gaudiū,quod fletu variante miſcetur. Non huiuſmodi gaudium petere illos voluit,ſed tale,quod nulla inquietatione minuitur, tē pore nullo finitur:tale inquam de quo Petrus loquitur, dicens,Credentes exultatis lętitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtrę,ſalutem animarum veſtrarū. Dominus Deus noſter per ſuam immenſam miſericordiam dignetur nobis gratiam conferre ſuam, cuius ope & præſidio digni efficiamur,quo poſſimus plenitudinem hãc accipere gaudiorum fœlicitatis æternæ, Amen. 1.Petr.1.

HOMILIA TERTIA EIVSdem dominicæ.

POſtquam diſcipulis ſuis domin' dixiſſet, vt quiduis peterēt in nomine ſuo,ſtatim ſubdidit,Et hæc in parabolis loquutus ſum vobis. Quod de quibus ſane verbis dixerit dominus,nō abſurde admirabitur quiſpiam, & primùm quidem intelligũt nonnulli iſta dicta parabolica referenda ad ea,quę apoſtolis ſuis dominus loquut' eſt adhuc degens in terra : quoniam futurum erat , vt nec in parabolis, neq; in prouerbiis loqueretur illis,ſcilicet in vita ęterna.ſic Paulus,Hîc,inquit,videmus per ſpeculum in ęnigmate,tūc autem facie ad faciem.& Ioannes ait, Videbimus eum ſicuti eſt.Et quanuis eò propemodum declinat Cyrillus , illius tamen ſententia Auguſti. ſatis non facit, qui dicit, Poſſem hanc de qua loquitur horam dicere, futurum oportere ſeculū intelligi,vbi videbimus palàm quod B.Paulus dicit, Facie ad faciem.& in prouerbiis iam loquutus ſit,quod idem dixit,Videmus nunc per ſpeculum & in ęnigmate. ſed & iſtū ſenſum videtur impedire quod ſequitur, Illo die in nomine meo petetis , in futuro enim ſeculo quid petituri ſumus,quando ſatiabitur in bonis deſyderium noſtrum? 1.Cor.13. Cyrillus. Auguſt. 1.Cor.13.

¶Quicquid autē id eſt,hoc ſanè cōſtat,in die nouiſſimo omnem prophetiā deſituram:finemq; tunc futurū omnis illius, quæ nūc eſt in ęnigmate,cognitionis Dei,cùm figura mundi iſtius tranſierit, Quemadmodū in nocte ſerena ſtellarum ſplendor & pulchritudo apparet, ſole autem oriēte, particularis ſtellarū ſplendor euacuatur: eodē arbitror modo,cognitio iſta præſens tēpore illo deſinet,cū perfecta cognoſcēdi lux nobis infuſa fuerit.Omnis quoque illa noſtræ rerū cœleſtium cognitio,nocturna tantū eſt& calliginoſa, 1.Cor.15. Cyrillus.

lucente nobis tantùm vnica iſta ſtellla fidei, vnde modicũ habem' fulgorem & radium gloriæ Dei. Vbi autem in vita æterna exortus nobis fuerit ſol iuſtitiæ, tũ deniq; diſcedent aſtra & nocturnus ſplẽdor fidei. Vt iam expoſitio illa & in ſe veriſſima ſit, & nobis modis omnib' amplectẽda Chriſt' tamen an hic de hac re loquutus ſit, paulò poſt diſſeremus.

2 Sunt inſuper qui volũt hîc Chriſtum loquutum ſimul
1.Cor.10 & inſinuare voluiſſe diſcrimen noui & veteris teſtamenti.
2.Cor. 3. hoc enim totũ in abditis, occultis & arcanis, myſticiſq; verbis poſitum fuit, quãdo iſtis in figura omnia certum eſt cõtigiſſe: quo nomine velum quondam fuit ſanctis ſanctorũ prætextum, quod in hodiernum vſque diem prę oculis ſuis ſeruant Iudæi. ¶ At cùm primùm venit plenitudo temporis, Chriſtuſq; in nouo teſtamento vera illa & omnibus manifeſta ſacramenta ſimul & ſacrificia aperuit, facilè cognoſcimus, quomodo lex per Moyſen data eſt, veritas autem &
Ioan. 1. gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt. Parabola erat, illa iam
Exod. 12 olim apud Iudæos in vſu habita agni paſchalis mãducatio:
Heb. 9. atqui nunc clara voce Paulus teſtatur & clamat, quia paſcha noſtrum Chriſtus eſt, ſicque diſcurrere poteſt per omnes veteris teſtamẽti partes. Quid obſtat igitur, quo minus omnis illa cognitio eccleſiæ ſit in veritate eorũ, quæ iam olim figuris tantùm fuerunt inuoluta? illic oues immolabãtur &
Pſal. 50. hirci, hîc Chriſtus ſanguinem diffudit proprium in ſalutẽ fideliũ: illic ſacerdotes offerebãt vitulos, hoſtias pacificas, hîc ſacerdotes noſtri nec victimas, neque hoſtias pacificas,
Ephe. 2. ſed nec aurũ aut thus, ſed qui iiſdẽ muneribus & ſacrificiis deſignatur offerũt, Chriſtum Ieſum, qui fecit vtraq; vnum. ¶ Neque tamen interim deſunt qui verba hæc ſic velint intelligi, quòd iſtud quod in parabolis loquutus eſt domin', referat ipſe ad verba priora, quæ multum fuerant obſcura. At ego nõ video, quomodo ſequẽtia verba nõ ſint perinde occulta & obſcura, vt illa de quibus iſti loquuntur priora. ¶ Cõmunis itaq; intellectus hic eſt, quod Chriſt' loquutus ſit de omnibus quæ euãgelicæ doctrinæ ſunt & prædicationis, quæ tunc obſcura fuerũt ſepulta caligine, cùm Chriſtus prædicaret totum pene quadrienniũ, eò ꝙ intellect' adhuc
Ioan. 3. apoſtolorũ rudis erat, carnalis & plane Moſaicus: & qui vix
1. Cor. 2. terrena capere poterat, ad ſublimia & cœleſtia pertingere quomodo potuiſſet, cũ animalis homo nõ percipiat ea quę

ſunt ſpiritus? Ex carnaliũ autẽ hominũ numero tũc adhuc erãt apoſtoli, vſq; dũ gratiã acciperẽt ſpiritus ſancti, quãdo tandem venit hora de qua loquutus eſt dominus, ſimulque pollicitus ſe iam amplius nõ in parabolis, ſed apertè loquuturum illis, & annunciaturum de patre ſuo. At quanuis iam habebant quorundam ſacramentorũ inſtitutionem, adhuc tamen ignorabant virtutem & efficaciam illorum, tãtiſper dum adueniret ſpiritus ſanctus, qui corda eorum impleret, qui ipſos omnem doceret veritatem: quòd Chriſtus quoq; poſt reſurrectionem ſuam fecit in die Paſchę, dum diſcipulis duobus prophetas interpretataretur & Moyſen. *Mat.* 13. *Luc.* 24.

¶Obiicies autem illud hîc mihi, quòd alibi dixit dominus, Vobis datũ eſt noſſe myſteria regni Dei, aliis autẽ in parabolis. Quid igitur hîc ait, hactenus ſe cum illis locutũ eſſe in parabolis? Ad hoc reſpondeo, ſine dubio apoſtolos ante dominicã paſſionẽ ĩperfectos adhuc fuiſſe, atq; ideo op⁹ habuiſſe, vt cum eis dominus in parabolis tantùm & prouerbiis loqueretur. imbeciles enim erãt, & dicta hæc ſublimia etiamſi audiſſent, capere nõ potuiſſent. Quod autem alibi dixit eis, Vobis datũ eſt noſſe myſteria, &c. id quoq; ſic ſibi conſtat, quòd illis dominus plus myſticę cognitionis cõtulit, quàm vulgo hominum. Verùm idipſum quoque lac tantum fuit, & nihil ſolidi cibi. ſicq; cùm illorũ cognitio eminẽtior fuerit, quam iſta vulgaris hominum, guſtum ſolummodo habuerunt exiguum rerum ſublimium fidei noſtræ, quas tamen penitus non cognouerunt eouſq;, dum ſpiritus ſanctus illis mitteretur. 3 Porró iam, in illo die, dicit dominus, petetis in nomine meo. Vbi ſecundum communem ſanctorum patrum expoſitionem, de die loquitur quo illuminati ſunt. quòd cœpit quidem ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem, perfectè tamen adimpletum eſt ipſo die Pẽtecoſtes, quando in nomine Ieſu miracula fecerunt, ſicut liber Actorum apoſtolorum teſtatur. Subdit autem Chriſtus, nõ dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Quid hoc ſibi vult? inquies: aut non vult Chriſtus pro diſcipulis ſuis rogare patrem, cùm tamẽ cõſtet, ſtatim poſtea illum pro eis oraſſe, nec pro ipſis tantùm, ſed pro omnibus qui credituri per eos erant? Auguſtin. ad hoc reſpondens, ſic dicit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, inquantum homo eſt, pro nobis interpellat patrem: inquantum autẽ Deus, nos exaudit cum *Heb.* 5. *Augu.* *Chryſoſt.* *Act.* 2. *Ioan.* 17. *Augu.*

patre. Ex iuxta hoc dicit hîc ſe non oraturum pro eis, idq́ue ſane promaneat ex verbis præcedẽtibus. quum enim ait, in illum diem ſcilicet Pẽtecoſtes, quum petituri eſſent in nomine ſuo, ſe annunciaturũ eis de patre ſuo: cõſtet eos etiã, quàm clare cognoſcerent Deũ patrem, intellexiſſe hũc verũ eſſe illius filium (quia relatiua ſunt ſimul natura, hoc eſt, naturali intelligentia) ſicq; agnoſcentes eum Deũ verũ, cognouiſſe vtique, quod illũ adorare debeãt, nec amplius ipſe pro eis rogaturus eſſet, & interpellaturus, Chryſoſto. tamẽ hîc adhuc reſpiciens humanam in Chriſto naturã, ſecũdum quam mediator noſter eſt, vult dixiſſe eũ, quoniã amplius nõ ſit rogaturus pro eis, quaſi ſic dicere voluiſſet. Non ego pro vobis rogo patrem, quia cùm vos me diligatis, viciſſim vos diligit De⁹ pater. ſicq́; dum veſtra in me dilectio ſufficit vobis, ſine vllo medio acceſſum iam habetis ad Deũ patrẽ meũ, neq; aliquo opus habetis mediatoris, ſcilicet accepto iam ſpiritu ſancto in die Pẽtecoſtes. Antea tamen adhuc ante paſſionẽ ſuam pro eis orauit, cùm nondũ perfecta eſſet in eis dilectio. Neque tamen ignoro, quoſdã ſic exponere, quod Chriſtus etiam ſi hoc nõ prædixiſſet, pro eis tamen rogare adhuc potuerit, idq́ue ego facile perſuadeor, vt credam: vobis tamen libentius propono certã ſanctorũ patrum ſententiam. Et quod crediderũt pariter, & dilexerunt apoſtoli Chriſtum, argumentum efficax eſt aduerſus Neochriſtianos, fidẽ ſolam nõ ſufficere. Nos quoq; credere debemus, quod crediderunt illi: quia ſaluator noſter Chriſtus domin⁹ exiuit à patre per generationẽ ab æterno, & per incarnationẽ in tempore: rurſuſq́; reliquit mũdum per mortem, ac vadit ad patrẽ in aſcẽſione: quos progreſſus omnes paucis verbis expreſſit Dauid, cum ait, A ſummo cælo (cælum hoc eſt trinitatis) egreſſio eius, id eſt, incarnatio: & occurſus eius, hoc eſt aſcenſio vſque ad ſummũ eius Aſcendit enim in cælum, & ſedet ad dexteram patris omnipotentis.

Hilarius libr. 6. de trini. — *Pſal. 18.*

4 Et dicunt ei diſcipuli eius, Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis. Obiicies autẽ, quo illud verbum diſcipulorum cõueniat cũ eo, quod iamiam Chriſtus dixerat ſe cum illis loqui in parabolis: aut iámne affuerit hora, qua Chriſt⁹ ipſis in parabolis locutur⁹ amplius nõ erat. Beda ad hoc reſpõdẽs, Verba, inquit, iſta domini myſtica fuerunt, ſed diſcipuli quibus dicebãtur, adeò carnales erant, vt

Beda.

eorum profunditatem minime caperét:& non ſolùm arcana dictorum:ſed etiam nec ipſam ignorantiam ſuã intelligerét,ſicq́; dum verba hæc melius ſibi intelligere videbantur quàm intelligebãt,factũ eſt,vt manifeſta putarent quæ nõ accipiebant:& cùm ex ſermone Chriſti tria hæc obſeruarant,ſe à patre diligi, Chriſtum à Deo patre eſſe,& nunc rurſus ad illum abire:ſtatim eo ꝙ ſe à patre diligi animaduerterant,omnia ſe intelligere putabant,ac dicebant,Nunc ſcimus quia ſcis omnia,& nõ opus eſt tibi, vt quis te interroget. obiiciet autem hîc mihi curioſus quiſpiam,& dicet, Qui omniſcius eſt,opus nõ habet vt interroget, cũ ipſe ab aliis ſubinde interrogetur: cur ergo diſcipuli dixerũt, & nõ opus eſt tibi vt quis te interroget,ac non potius, vt tu quẽquam interroges?Reſpondet ad hoc Augu. & non abnegat verum eſſe quidẽ,quod eos qui multa norunt vt plurimùm interrogemus. Verùm hic apoſtoli Chriſto eminentẽ adeò tribuere volebant ſciẽtiã, vt præueniret illum qui ſe interrogaturus eſſet. ꝙ quantò maius eſt, quàm interrogatũ reſpondere?Vnde etiam concludũt apoſtoli & dicunt, Nunc credim⁹ quia à Deo exiſti: ex eo ꝙ omniſcium eum credebant,colligentes verã illius diuinitatẽ,& quod à Deo exiſſet,non ſecus atque Nicodemus confeſſus eſt. Nunc ſcimus quia à Deo veniſti magiſter. nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis,niſi ſit De⁹ cũ eo:cuiuſmodi & illud eſt cæci apud Ioannem,Niſi eſſet hic à Deo,nõ poterat facere quicquam. Cæterum pulchrum eſt quod hic Beda dicit, Non hæc tranſeunter neque negligenter commemoranda ſunt,ſed ſolerter inuigilandum eſt fratres mei, vt nõ verba tantùm & opera noſtra, ſed ipſa quoque cordium ſecreta, diuinis aſpectibus digna reddamus. Non in templo pectoris noſtri odiorum flamma,nõ inuidiæ rubigo reſideat,nõ inde turpis vel contumelioſi ſermonis radix oriatur,nõ ibi meditatio facti nocentis innaſcatur. Quo facit iſtud Senecæ nobile dictum,Noli peccare,Deus videt. Et item hoc ex oratione Salomonis, Tu domine ſolus noſti corda filiorũ hominum. & illud Hiere. vaticinium,Tu domine Sabaoth qui rectè iudicas, ac probas renes & corda. Vnde merito moueri debemus, ne quicquam vel cogitemus turpiter, quoniam nihil eſt quod lateat Deum. Et ô vere ſapientem illum, qui omnibus foribus ſuis & parietibus inſcripſit,

Augu. *Ioan. 3.* *Ioan. 9* *Beda* *Seneca* *2. Par. 6.* *Hiero. 9.*

Deus videt. Deus videt(quicquid facis)rurſúſque iſtum qui ſic ſcripſit,
Deus odit. Deus odit(peccantem)tertium quoque ſic concludentem,
Deus punit. Deus punit(non contritum.) Meminerimus itaque ſubinde eius, quod minatur dominus per prophetam dicentem,
Eſa.66 Ego opera eorum & cogitationes venio vt congregem. Sic iam nos quoque eiecta vitiorum ſentina, Deo præparemus domicilium beneplacitũ in cordibus noſtris: qui nũc quoque corda & animos noſtros conſiderat, quatenus ille viciſſim in nobis habitet hic per fidem & gratiam ſuam, tandem verò in gloria felicitatis æternæ, quã nobis largiri dignetur in ſecula benedictus, Amen.

SVPER EVANGELIVM FERIÆ II. ET III. ROGATIONVM, Lucæ II.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda
Iob 19 *mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non ha-*
Eſa.8 *beo quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpondens, dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ille, ſi perſeuerauerit pulſans,*
Mat.7 *dico vobis, etſi non dabit illi, ſurgens eò quòd amicus eius ſit: propter*
Iaco.1 *improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſa-*
Ioan. 16. *rios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piſcem, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionẽ? Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis pater veſter cæleſtis de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?*

HOMILIA PRIMA.

CVm iam diſcipulos ſuos quid orarent docuiſſet dominus, deinceps orandi ſedulitatem quoque & conſtantiam declarauit. & ſiquidem iam dies rogationum imminent, quibus orandum nobis eſt pro vniuerſis tum periculis tum aduerſitatibus eccleſiæ, in quem finẽ inſtitutas habemus ſupplicationes, letanias, proceſſiones, eleemoſynas & cætera opera bona, ad conſequendam & impetrandam

miſericordiam Dei,recte etiam hoc euangelium iam fidelibus proponit eccleſia, cuius nos contextum breuiter explicabimus. Quis veſtrûm habet amicum? Oh quam rara nunc eſt inter homines amicitia vera! vere theſaurum inuenit quiſquis amicum reperit fidelem. Atqui vera illa demum neceſſitudo eſt,& Chriſti glutino copulata,quam nõ vtilitas rei familiaris,non præſentia tantùm corporum,nõ ſubdola & palpans adulatio,ſed Dei timor & diuinarũ ſcripturarum ſtudia conciliant,iuxta illud Sapiẽtis,Qui timet Deum,æque habebit amicitiam bonam, quoniam ſecundum illum erit amicus illius. *Eccl.6* *Hieron.*

¶Sequitur,Et vadit ad eum media nocte.Conſtans doctorum ſententia eſt,amicum hunc Deum & Dei filiũ eſſe Ieſum Chriſtum,qui apoſtolos quoque ſuos vocauit amicos, dicẽs,Vos dixi amicos, qa omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis:ſed neq; uobis fidelior eſt amicus quiſquã nec benignior Chriſto, qui nos omni tẽpore diligit,iuxta veræ amicitiæ pręſcriptũ,quique animam ſuam poſuit pro amicis ſuis. Ad hunc amicum veniamus nos media nocte, hoc eſt,in medio tribulationis noſtræ & aduerſitatis. ſicut enim votorum locus maximus tunc eſt,cùm ſpei nullus:ita cum affligimur,ad dominũ clamare mouemur, teſtãte Dauide,Ad dominum cum tribularer clamaui.& Oſea ſuffragãte,cum in perſona domini dicit,In tribulatione ſua mane conſurgẽt ad me Neque male cõuenit iſtud mediæ noctis tempus ad orandum,ſicut in cœnobiis quibuſdam obſeruatur.& non ignorauit hoc Dauid, In matutinis ſurgebam ad confitendum nomini tuo ſuper iudicia iuſtitię tuę. Ambroſius ait,nos hic doceri omnibꝰ momentis,nec diebus ſolum,ſed etiam noctibus orare debere:quoniam vere liberalis & dare paratus eſt dominus, qui nocte etiã media dare non recuſat: nec quiſquam nobis eſt amicus Chriſto maior,qui animam quoque pro nobis expoſuit. *Eccle.6.* *Ioan.15* *Prou.17.* *Ioan.15.* *Pſal 119* *Oſee 6* *Ambro.*

1 Et dicet illi:Amice,commoda mihi tres panes. Panes ij tres,intellectum deſignant ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, vel etiam ſublimes iſtas virtutes,fidem,ſpẽ, & charitatem: quæ etiam ſignificatæ ſunt in hiſtoria Regum,quandò Samuel dixit ad Saulẽ, Vbi veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deũ in Bethel,vnus portãs tres hœdos,& alius tres tortas panis, & alius portãs *1.Re.10*

lagenam vini. Quæres autē, quare cognitio trinitatis in panibus tribus deſignetur, eò nimirum, quòd illa paſcimur & nutrimur. ſic enim fides in patrem, ſanat infirmitatem noſtram ſua omnipotentia: fides in filium, illius omniſcientia inſcitiæ noſtræ medetur: ea autem quæ in ſpiritumſanctum habetur fides bonitate ſua noſtram curat malitiam. Hę illę virtutes tres ſunt, quæ nobis quoque virtutem & vigorem tribuunt, nos illuminant & ſanitatem præbēt (hæc tu ſi voles, intēde quàm latiſſime, quia ampliſſima eſt in ſymbolis via, cum poſſes hic plus quàm decē facere ſermones de ſolis panibus.) Amicus porro qui venit de via, ipſe noſter eſt animus, qui toties à nobis recedit, quoties ad appetēda terrena & temporalia foris vagatur tandémque errabūdus totus, cùm reuertitur ex erroribus viarum, & cupit paſci cibo cœleſti, fatetur ipſe ſe homo egenum eſſe & pauperem. ſiquidem per peccatum miſere ſpoliatus eſt & priuatus omni gratia Dei, vulneratus quoque in ipſis naturalibus virtutibus. Sic enim verum eſt iſtud Chriſti verbum, vt eſt veriſſimum, Quia nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eū nullus etiam peccator ex ſe ſolo poteſt reſurgere, eò maxime, quòd nos etiam ſufficientes non ſumus vel cogitare aliquid ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Si quando igitur animus hominis ſic errabundus vagatur extra viam, ſicut Dauid errores ſuos confitetur dicens, Erraui, ſicut ouis quæ periit, require ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus. tunc & Deus amicum quęrit errantem, & per ſpiritumſanctum illum reducit domū, aliàs per tribulationes, aliàs fame, ſicut iſtum filiū prodigū. Ipſe tamē totus homo ex ſe nihil habet, quod ſibi proponit: quoniam & liberum iſtud arbitrium ex viribus naturalibus nihil poteſt boni facere ſine gratia Dei, (cōtra Pelagianos) tātum igitur clamet ad Deū, illius opē & auxilium imploret. ¶Et ille deintus reſpondens, dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium meum clauſum eſt. Amic⁹ noſter Deus omnipotens, qui omnia habet per abundantiā, quāuis abſcōditus eſt & occultus, audit tamen & vocantibus ſe reſponder, iuxta illud Eſaiæ, Tunc inuocabis, & domin⁹ exaudiet te: clamabis, & dicet, ecce adſum: quia miſericors ſum dominus Deus tuus. ¶Rationē addit, cur non debeat ſibi eſſe moleſtus, quia oſtium meum clauſum eſt. Oſtium, inquit

Beda. *Luc.10* *Ioan.6* *2. Cor.3.* *Pſal.118.* *Luc.15* *Eſa.58.*

Beda, eſt ſacrarum intelligentia ſcripturarũ, quam ſibi etiã aperiri deſiderat Paulus ad eloquenda myſteria Chriſti. Et ô fœlicem aquilam altiſſima nubium tranſcendentem, cui clauſa non fuit ianua iſta, cum diceret vidiſſe ſe: & ecce, inquit, ianua aperta erat in cœlo. Hæc nimirum ianua peccatoribus clauſa eſt, ianua gloriæ, ianua iſta Chriſtus ipſe, teſtante Ioanne, ianua verbi Dei: quæ quàm miſere nũc clauſa eſt, & vix pauciſſimis patet hoc tempore inter tot hæreſes, quibus vrgemur & circundamur. Atqui pueri, hoc eſt, homines puri, mundi & ſancti, cum Deo ſunt in cubili: neque immeritò pueri, quia ſic dicit dominuc, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorũ. Et vt maxime iſti non omnes ſint in cœlis, dum bona adhuc illorum pars viuit in terris: nihil tamẽ vetat, quo minus cóuerſatione viuant, & ſint in cœlo, dicántque cum Paulo, En çonuerſatio noſtra in cœlis eſt. Atque huiuſmodi de cauſis ſurgere ille non poteſt, & dare quod petitur. *Beda* *Colo 4* *Apoc. 4* *Ioan. 10* *Ioan. 10* *Mat. 18.*

3 Theophylactus mediam noctem dicit eſſe extremum vitæ, ad quod cum homines peruenerint, ſenſum boni accipiunt & ad Deum feſtinant: panéſque tres petunt, ſalutem corporis, animę & ſpiritus. iſtorum enim interitus metuẽdus erat: & quãuis benigniſſimus ſit domin⁹, ſimulat tamẽ ſe quaſi non exauditurum, iubétq; illum ſibi moleſtum nõ eſſe. Cuius ratio altera hæc eſt, vt quod petitur, maiori deſiderio concupiſcatur, quod aliàs citò datum vileſcere poterat & contemni. nam qui ſic petit, accipit vtique, ſed tunc demum, cúm debet accipere. ſicque quædam non negãtur, ſed vt congruo dentur tempore, differuntur. Cauſa altera aſſignari poteſt, qđ hoc modo Deus ſedulos nos eſſe vult, & diligentes atque in orando cõſtantes, & vt agnoſcamus quæ ſit donatio Dei, vtiq; ſic iu timore illam cõſerues. Fere enim ita fit, vt quòd quiſque labore magno vix demum aſſecutus fuerit, id etiam conetur ſeruare diutius & retinere firmius, ne oleum & opera ſimul ei depereant. *Theoph.* *Augu.*

¶ Gloſſa dicit hic, quia non tollit ille nobis impetrãdi poſſibilitatẽ, ſed magis incẽdere vult orandi feruorem dũ difficultatẽ arguit impetrationis. Quo nomine cauſas duas aſſignat: alteram, quia oſtium meum clauſum eſt: alterã, quia pueri mei mecum ſunt in cubili. Tu ergo ne mihi ſis moleſtus. Non deſunt quidã adeò moleſti Deo, vt ſua importu- *Gloſſa.*

nitate nihil neque ſtatim,nec aliquanto poſt impetrent, ſi-
2.*Mac.*9 cut de Antiocho ſcriptũ eſt, Orabat ſceleſtus dñm quo nõ
eſſet miſericordiã cõſecuturus. Verùm de iis alias:nũc de is
tantùm loquimur,quos exaudit quidẽ Deus,ſed tamen pe-
*Pſal.*104 tita eis differt, vt ardentius petãt:iuxta illud Dauidis,Quæ
rite Deum & confirmamini,quærite faciẽ eius ſemper. Vn-
de conſtat oſtium hoc clauſum, nihil aliud ſibi velle quàm
*Mat.*25. quæ apud Matthæũ clauſa eſt ianua, quã pulſantibus reſpõ
dit dominus. Neſcio vos illa enim in æternũ clauſa erat. at
hoc oſtiũ ſic tantũ modò occluſum eſt, vt perſeuerantibus
in oratione denuò aperiatur. Rectius itaque conferri po-
*Gene.*7. teſt oſtio illi arcæ Noë, quod etiam foris clauſit dominus:
rurſúſque aperuit, quando placatus iram abiecit ſuper ex-
tinguendo vniuerſo orbe. Clauſo itaque oſtio,& pueris ſe-
cum in cubili exiſtentibus, reſpõdet ille,quaſi diceret,Si &
tu mundus eſſes,mecum quoque in cubili exiſteres. Nunc
autem ſurgere non poſſum, ſcilicet commode, & è re tua,
præcipuæ vero ſi quis in extremo vitæ iam conſtitut⁹,pieta
tis ſuæ diuturnitate ſarcire & rependere non poſſit, quod
longuo tempore neglexit. 4 At ſi ille ſic perſeuerauerit
pulſans,dico vobis,Etſi non dabit illi ſurgens, eo qđ amic⁹
Beda. ſit,propter improbitatem tamen eius ſurget. Si, inquit Be-
da amicus homo ſurgit de lecto & dat,non amicitia,ſed tæ
dio compulſus,quantò magis dat Deus, qui ſine tædio lar-
giſſime donat? quamobrẽ ſic habet textus, ſi ille ſic perſe-
uerauerit pulſans. vbi tu perſeuerantiã obſerua in orando,
*Mat.*12. ſic enim quiſquis perſeuerauerit vſque in finem, hic etiam
Heb. 12. ſaluus erit. Sic Paulus ait,In diſciplina perſeuerare,tanquã
Auguſt. filiis offert ſe Deus. Auguſtinus quoque ſic inquit,Quan-
do venis ad tres panes, hoc eſt, ad cibum & itelligentiam
trinitatis,habes tunc vnde viuas & paſcaris, nec timeas ti-
bi vt finias.panis enim ille nũ finietur,ſed finiet egeſtatem
tuam: diſce & doce,viue & paſce Propter improbitatem
eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Sic
Chriſtus quoque expectat & differt,cumque patens id o-
ratione perſeuerat, dat ille quam largiſſime. Nos igitur
quoque expectare decet, & ſuſtinere patienter, iuxta illud
Pſal. 26. quod Dauid docet,Expecta dominum,viriliter age, & cõ-
fortetur cor tuum, & ſuſtine dominum Perſeuerare inquã
debemus,& non deficere in oratione ad Deum, ſed ſubin-

de clamare. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi. Surge domine, quare obdormis? Surge inquam & ne repellas in finem. Cur auertis faciem tuam? obliuiſceris inopię noſtræ & tribulationis noſtræ? Sic quiſquis in orando perſeuerat, impetrabit quod petit abundanter. tunc enim aperit ille manum ſuam, & implet omnē animal benedictione. *Pſa.21.* *Abac.1.* *Pſal.47.* *Pſal.144*

¶ Pulchre hic nos admonet & hortatur Ambroſius ad perſeuerantiam orationis, eiuſque rei exemplar nobis proponit Dauidem, qui etiam cum petiiſſet panes media nocte impetrauit illos. petiit: dicens, Media nocte ſurgebā, petiit rurſus, inquiens, Lauabo per ſingulas noctes lectum meū. Neque metuit ille aut veritus eſt, ne fortè excitaret eū: ſciebat enim ipſum nec dormire, neq; dormitare. Et nos itaq; chariſſimi memores ſacrarum ſcripturarum & promiſſionū Dei, nocte dieq; oremus, vt peccatorū remiſſionem impetremus. Nanq; ſi rex tātus multis & grauibus imperij ſui negotiis occupatus, potuit tamen ſepties in die vacare precibus, ſedulus obſeruator matutinarū & veſpertinarū orationum: quid nos facere oportebit, qui eò ſæpi⁹ orare Deū debemus, quo crebrius peccauimus. vt ſic dū defeſſi ſumus, panibus illis reficiamur? Quid quod nō nocte tantùm, ſed in ſingula etiam momēta vegetos ac vigiles nos eſſe iubet dominus & vigilare, vt ſiue in ſecunda, ſiue in tertia vigilia venerit dominus, inueniat nos vigilantes: quia ô beatos & vere fœlices ſeruos, quos veniēs dn̄s inueniet vigilantes. Et ecce hic præceptum datum vobis ſæpe multúmq; orandi, vnde ſpes bona ſit impetrandi petitū. Omnino enim ſic eſt rogari vult Deus, rogatus in nulla vos neceſſitate & tribulatione cōſtitutos deſeret, atque vt maxime dare differat, nō tamē deſtituet in finem ſic Dauid clamauit ad dominū, In te domine ſperaui, non cōfundar in æternū, in iuſtitia tua libera me. Sane non derelinquet nos Deus, quia eſt in ſuos oēs miſericordia & clemētia, clamātes, & ex toto corde pulſantes exaudiet nos, & gratiā ſimul dabit & gloriā, Amen. *Ambro.* *Pſal.118.* *& 6.* *Pſal.118.* *Luc.12.* *Pſal.30.* *Pſal.83.*

HOMILIA II. SVPER EVANGE-
lio in diebus rogationum legi ſolito.

CHriſtus diſcipulos ſuos poſtquam orare docuiſſet, ſtatim ſedulo & perſeueranter monuit orare; propoſita in hoc parabola cuiuſdam, qui ex amico panes tres petens nocte media, tandem impetrauit. Vnde exem-

plum datur nobis ſedulo,conſtanter & perſeueranter oran
Eſa 6. di,vt ſic tandẽ exaudiamur,iuxta illud propheticum. Qui reminiſcimini domini,ne taceatis,& ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat & donec ponat in Hieruſalem laudem in
2.Par. 15 terra:cui conſpirat quod legitur alibi, Si quæſieritis eum, inuenietis:ſi autem dereliqueritis eum,derelinquet vos.Et hoc eſt quod nobili iſto epiphonemate concludit dominus.Et ego dico vobis,Petite,& dabitur vobis:quærite, & inuenietis pulſate, & aperietur vobis. Quæ ſane verba, vt habent intellectum, ita plurimis aliis ſcripturarum locis illuſtrari poſſent: quibus tamen ſuperſedentes breuiter tantum explicabimus hunc quem in manibus habemus locũ. Principio hic dominus nos hortatur& iubet petere,deinde impetrãdi fiduciam ingerit. Quid autem diſcriminis inter ſit inter petere, quærere & pulſare, alij aliter diſtingunt. nos breuiter hoc vobis dabimus.Sũt qui ſic explicẽt,Petite remiſſionem peccatorum.quærite gratiam Dei, pulſate ad gloriam æternã.Vel petite ſapientiã ad intelligendũ, quærite gratiam ad operandum bonum,& pulſate ianuam cæli vt ingrediamini illam. Gloſſa ſic habet, Petite orando, quærite operando,& pulſate perſeuerando. Vel ſic, petite in oratione,quærite in ieiuniis, pulſate eleemoſynis. Poſſent omnia hæc in immenſum tractari, ſed mitto perſequi ſingula,quia nõ eſt operoſum longiſſime iſto modo expatiari. Breuiter petimus, dum oramus: quærimus, cùm diligenter inſiſtimus orationi,per quam quiſquis ianuam inuenerit vitæ & ſalutis,quid cunctabitur pulſare? Initiũ virtutis magnus ad illam gradus eſt, cupere ſibi viam veritatis innoteſcere:qua cognita,ſtatim quçrẽda eſt ſemita,qua ad illam perueniat:ratio inquirenda, qua viã iſtam ingrediatur: ſicq; acquiſita virtute, pulſandum tandem eſt oſtium, quo cælum aſcendat. 2 Deinde fiduciam iam in nobis cõfirmare volens, ſubdit, Omnis qui petit accepit. Quæ eſſe debeant bonæ orationis leges & conditiones,ſuo loco audietis:hic tantum mangnificentiã neſcio dicã magis an mu
1.Ma. 2. nificentiam Dei admiremur, qui neminem fruſtra petere ſinit iuxta illud Matathiæ Cogitate per generationem &
Iohel. 2, generationẽ,qm̃ omnes qui ſperãt in eũ,non infirmãtur.& ſecundum iſtud Iohelis vaticinium,quicũque inuocouerit
Sapien. 1 nomen domini,ſaluus erit. Sed & quiſquis querit,inuenit.

ſic enim Sapiens inueniri etiam dicit dominum ab iis qui quærunt illum. Nec aliquam excuſationem habebũt Neochriſtiani, dum videntur ſibi bene placere noua ſubinde cõſtituendo. ſiquidem ſi & ipſi fidem veram & veritatẽ quærerent, inuenirent vtique. Verùm omnis eorum cogitatio praua eſt, animus iniquus, & omnino mali corui ouo deterius. quia nihil habent antiquius quàm bona eccleſiaſtica quacunque vi & iniuria ſibi vindicare. vnde & quod quærunt, inueniunt, pios homines & religioſos eludunt, monachos contemptui habent, cæremonias ſpernunt, & quantum in ipſis eſt, diſciplinam omnem ac honeſtatem euertere nitũtur. de hinc cum hãc ſuam viã ſtrenue & fortiter ingreſſi ſunt, fores pulſant inferorum, ibiq; intromittuntur: quia purgatorium nullum habent, quod ſibi iãdudum expugnaſſe videntur. Non ſic autem catholici, qui Deum ſedulò precantur, illumq; diligenter inquirunt, & perſeuerãter pulſant. Omnia autem hæc eo faciunt, ne vnquam in orationibus noſtris deficiamus, néue ceſſemus, ſi modo exaudiri cupimus, illumq; inuenire, qui tandẽ portas nobis aperiat honoris & gloriæ, dicente per Hieremiam domino, Inuocabitis me, & viuetis & adorabitis me, & exaudiã vos quæretis me, & inuenietis, cũ quæſieritis me in toto corde veſtro. *Hier. 29* *Gene 8.*

3 Aliam porro parabolam inducit dñs de oratione, & dicit. Quãdo inter homines, quorum ſenſus vniuerſus ex natura in malum pronus eſt, parentes tamen norunt bona data dare filiis ſuis, neque pro bonis mala dant petentibus: quanto magis pater veſter cæleſtis, qui eſſentialiter & ſolus bonus eſt, nouit bona dare filiis ſuis petentibus ſe? Et cum pater corporalis mala pro bonis non det, quanto minus faciet Deus, qui quanto nos chariores habet, quam quiſquam parentum filios ſuos? Mitto quod Deus magis nobis pater eſt, vt qui & animam dederit (quanto autem hæc corpore eſt præſtantior?) quam aliquis pater liberis ſuis, Taceo quòd omnis ſuſtentatio noſtra ex Deo eſt, baptiſmus quoque ex illo: penes ipſum redemptio eſt, ab eo ſacramenta omnia promanant. Vnde cum ille redemptor, conditor, conſeruatórque nobis ſit & ſaluator, immenſum eſt quo ille propinquior nobis eſt patre carnali, quo nomine etiam magis bona dabit nobis petentibus ſe, quam hic faciat. *Matt. 19* *Luc. 12.*

¶ Facile deinceps collectu eſt, quomodo tria bona quæ petuntur, hic dominus proponit: & tria mala quæ

Aug.li. auerſantur omnes & abhorrent. Bona ſunt panis, piſcis, &
2.ca.22. ouum: mala rurſus, lapis, ſerpens, & ſcorpio. Vtique omni-
de q.euā. ſcia illa Dei patris ſapiētia Chriſtus temere hoc non dixit: ait enim: Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Myſticè panis hic charitatem Dei repræſentat: quia ſicut panis, teſte Dauide cor hominis confirmat,
Pſal.130 ita charitas Dei animā. Fortis enim vt mors dilectio. Dein
Cant.8. de ſicut panis quanuis communis, præcipuus tamen eſt cibus, cum miſera ſit menſa alias etiam lautiſſima quæ pane caret, ita charitas etiam præcipua quædam & velut ante ſignata eſt virtutum omnium, ſine qua cæteræ nihil ſunt, quia ſpirituales non ſunt. ſic Paulus, Maior, inquit, horum
1.Cor.13. charitas eſt. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tiniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnē fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. En hic panem tibi præclarum & calentem charitatis diuinæ, quem coram Deo proponere debemus, ſicut in hiſtoria Regum legitur, propoſitos eſſe panes calidos ante faciē domini Panis hic ſanctus, eſt panis ſanctuarij. cuiuſmodi ſe tantùm habere profeſſus eſt Abimelech
1.Re.21. ad Dauid. Panem hunc petamus à Deo patre noſtro cæleſti, & nō dabit nobis lapidē: lapidē inquā duri cordis, quod
Matt.4. charitati aduerſatur, quæ cor emollit. Nos autē ſi lapidem
Hier.34. iſtiuſmodi habuerimus in cordibus noſtris, age age oremus Deum, vt ille dicat lapidibus iſtis, quatenus panes fiāt, ſicut per prophetam iam olim promiſit, ablaturum ſe cor lapideum & pro eo daturū aliud carneum. ſic Ioannes dixit, ea eſſe potētia Deum, vt etiā ex lapidibus filios Abrahæ face-
Matt.3, re poſſet, Panes itaq; petamus nō lapides: & ſi qui nos quoque in via offendāt lapides, iſtos abijciamus, iuxta id quod
Hiere.50 Hieremias clamat, Tollite de via lapides, lapides peccatorū. Secūdo loco piſcem proponit dominus, qui fidem verā & non fictam deſignat, vbi pulchrā habet Beda expoſitio-
Beda. nē, ſuperiorē etiam illa, quam Auguſtinus dedit, ait enim, Quomodo piſcis ſub regumento aquarum naſcitur, viuit, alitur, ſic & fides, que in Deū eſt, quæ alterius vitæ gaudia per lamenta præſentium fletúſque requirit, inuiſibiliter in corde gignitur inuiſibili gratia, ſpecies per aquam baptiſ-

matis

matis cõſecratur inuiſibili auxilio diuinæ protectionis: ne deficiat, nutritur inuiſibilium præmiorũ intuitur, quæque bona valet operatur memor illius. Ad hæc piſces iſti in aquis ſcripturarũ inueniuntur:& ſicut piſcem procellæ maris feriũt, ita fideles tribulationibus mũdi huius exagitatur iuxta illud veriſſimũ vtique veritatis ipſius verbum, In mũdo preſſurã habebitis:cõfidite tamen, quia ego vici mundũ. *Ioan.16.*
Piſcis quoque dum coctioni paratur, prius deſquamatur:& fideles ſi beatitudinẽ appetunt, omnem oportet iſtam ſquamoſam fidei imperfectionẽ abiiciant:ſicut Paulus ait, Cùm venerit id quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. tũc enim apertus erit diuinæ eſſentiæ intuitus & nõ amplius velatus. Et q̃ ſalutaris bonúſque eſt piſcis veræ fidei. tam rurſus malignus eſt corruptæ infidelitatis ſerpens, quã primo etiã homini inſpirauit aſtutiſſimus & perditiſſimus ſerpens: teſte Paulò cum dicit. Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & cecidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. *1.Cor.13.* *2.Cor.21*

4 Tertio loco oui exemplũ proponit dominus, quomodo ſpes nobis ſignificatur, ſiquidẽ in ouo velut ſepultas ſpes latet volitãtis pulli, quamobrem & ſpem ſignat fœlicitatis æternæ Quũ enim eſt colũbę, in cui⁹ ſpecie apparet ſpiritus ſanctus columba autẽ nidificat in cauernis petrarũ, hoc eſt in vulneribus Chriſti. & in foramine muri hoc eſt in latere Chriſti, oua ponit:& ſicut teſta oui tegit quod ſperatur ex illo: ita ibi nobis quod ſperam⁹, latet vita æterna. Cõtra autẽ ſcorpio venenat⁹ opponitur illi, qui cauda pungit, & deſperationẽ repræſentat, qua finẽ inficit, dũ illius deſperationẽ inducit. Si ergo vos cũ ſitis mali, dicit dominus. Non ſic tamẽ, quod dominus hoc dixerit de apoſtolis, ait Hieronymus, ſed totum hic gen⁹ humanũ intelligitur, nec mirũ eſt quod homines huius mũdi malos appellat, cùm etiã ſanct⁹ Paulus dicit? redimẽtes tempus, quoniam dies mali ſunt. *Hierony.*

¶ Amatores ergo mundi malos hic vocat, qui tamẽ cùm norint bona data dare filiis ſuis, quãto magis pater cæleſtis dabit ſpiritũ bonũ petentibus ſe? Vbi & ſpiritũ ſanctũ bonum eſſe arguit, & bonorũ omniũ datorem: teſte Dauide, Spirit⁹ tuus bonus deducet me in terrã rectã. & Sapiente, cum ait, O quam bonus & ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in nobis. *Pſal,142* *Sap.2.*

¶ Admonitos itaq; ego hic vos volo chariſſimi in domino,

vt oretis ſedulo, non hoc tantū triduum, ſed vt ait Paulus, ſi
1.Theſ.5. ne itermiſſione. Oremus his maxime tam periculoſis tēporibus, & procidamus coram domino, ploremus coram illo
Pſal. 97. qui fecit nos, vt aliquādo exaudiamur. quæramus dominū & faciem eius ſemper, vt tādem inueniamus. expurgate in
Matt.5. vobis omnes ſordes corporis & animæ. ſoli quippe mundi Deū videbunt, mundóq; corde illū intuebūtur. Orantes autem petamus à Deo iuſtitiā regni ſui, fidei, ſpei & charitatis conſtantiā incōcuſſam. Nāque & iuſtus ex fide viuit, & mi-
Pſal.31. ſericordia circūdat omnes ſperātes ī domino, & plenitudo quædā legis eſt dilectio. Quotieſcūque igitur à Deo charitatem petimus & dilectionē, toto corde clamantes ad illū,
Math 6 Panē noſtrum quotidianū domine da nobis hodie, non eſt quod metuamus ipſum pro panibus daturū nobis duritiam cordis Dum ab eo petimus cōſtantiam fidei aduerſus impe-
Luc.17. tum & inſultum diaboli, dicētes, Domine, adauge nobis fidem, nihil eſt quod putemus eum permiſſurum nos mergi & veneno perire infidelitatis. & ſic quoque cum ſpei firmitate precamur, Quid multa? quādocūque illum pro noſtris & totius eccleſię aduerſitatibus precamur, conſolemur nos
1.Ioan. 5. ipſos illo veriſſimo dicto Ioannis, Hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum: quodcūque petierimus ſecundum volun-
Galat 5. tatem ſuam, audit nos. Oremꝰ itaque dominū, vt gratia ſpiritus ſui inducat nos in uiam veræ fidei, quæ per dilectionē operatur. Et vt illud facilius impetremus, ſic viuamus, ne ſimus degeneres & tanto patre indigni filij, ſed innocētiam quam in baptiſmo Chriſti accepimus, filij Dei facti immaculato corde & corpore cōſeruemus. Certum enim eſt, quia ſi altiſſimi patris mādata cuſtodierimꝰ, æternæ benedictionis hæreditate remunerabit ille nos, quam iam olim præparauit nobis per dilectum filium ſuum dominum noſtrū Ieſum Chriſtum: qui tecum, ô pater viuit & regnat in vnitate ſpiritusſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorū, Amen.

HOMILIA IIII. DE CONDITIONIBUS. virtute & efficacia piæ orationis

Oportet ſemper orare, & nunquam deficere. *Luc.* 18.

REm ſanè præclaram & magnam eſſe oportet orationē, quæ & Deo tantopere placet, & dæmones omnes fugat propellit ac coercet. Nanque Chriſtus etiam ſolicite adeò illum docuit & præcepit, atque adeo opere ipſo expreſ

ſit,vt quotquot tum in nouo,tum veteri teſtamento amici Dei habiti ſunt illam excoluerint,ut qui maxime, totaque deinceps eccleſia vſum orãdi ſacroſanctum aſſumpſit,& in hunc vſque diem retinet. Deinde tam multa & magna virtute orationis facta ſunt miracula,vt mirum dictu ſit,quam eximia res ſit oratio:in qua, quiſquis pius eſt, frequentiſſime,imo ſemper ſe exerceat,vt vere chriſtianus inueniatur. tu vbique viuam conſule ſcripturam, & uidebis quam continuus fuerit in orando dominus.dimiſſa enim turba populi,ſolus ſeceſſit in montem orare, alias etiam in deſertum. *Matt.14* Refert etiam Lucas Chriſtum in montem aſcendiſſe oratum,ibique pernoctaſſe in oratione.Tranſfigurans quoque *Luc.5.6.* *Matt.17.* ſe coram diſcipulis, aſcenſo monte orauit. & dum oraret, transformatus eſt in conſpectu illorum. Appropinquãte deinceps tempore paſſionis, ſeceſſit in montem Olıueti:& procidens in terram,pronꝰ orauit,Trãſeat,ſi vis pater à me *Luc.22.* calix iſte.ſicq́ue dum eſſet in agonia, prolixius orauit. Cũ ergo Chriſtus nullius orationis indignus,tantùm in exemplum noſtrum toties orauerit, omníſque Chriſti actio noſtra ſit inſtructio,merito quilibet chriſtianus Chriſti domini ſui inſiſtens veſtigiis, vitæ illius ſe quoque conformem exhibeat, ſedulóque obſeruet,quod tam multis locis præcepit dominus,& hoc præcipue quod ſupra adduximus, oportet ſemper orare & nõ deficere. Super his verbis aliiſque dicendis,ne quicquam temere & infrugiferum nobis excidat ſpiritusſancti gratiam imploraturi, orationem dominicam coniunctis animis votis ſimul oremus dicẽtes,Pater noſter qui es cælis.&c. *Gregor.*

EVANGELIVM IOANNIS XVI. VEL ILLVD SVPERIVS, LVCÆ XI.

¶VIDE DOMINICAM PROXIME PRÆCEDENTEM, ET HOMILIAS *feriæ.III. atque inde adhuc quædam de neceſſario orationum vſu.*

HOMILIA PRIMA.

MAgnũ eſt reuera chariſſimi, quòd non ipſe tãtũ Chriſtus ſedulo orauit, verũ etiã ſuos orare tũ docuit tũ pcepit:neq; id abſurde,qñ diſcipulos quoq; ſuos præcurſor Chriſti Ioãnes orare docuerat,ꝙ hic patet,quia ad Chriſtũ

Lucæ 11. quędam diſcipulorum veniſſe legimus & dixiſſe: Doce nos orare domine, ſicut & diſcipulos ſuos Ioãnes docuit. Quid
Matt. 6. aũt ille eos orare iuſſerit, expreſſum in ſcripturis nõ habe-
Luc. 11. mus. Chriſtũ tamen euãgeliſtæ, teſtantur docuiſſe ſuos orare orationẽ illam, quæ proinde dominica dicitur, Pater noſter qui es, &c. Tãta etiã diligẽtia orare ille ſuos docuit, vt vix aliud ſit opus, in quo ſedulò adeo nos inſtituerit. Nã & illud docuit, quid, vbi, quãdo, quomodo & cur orare debeamus. Itaq; ꝙ tam diligẽter ille iſtituit, nos negligenter ne diſcamus, quãdo turpe futurũ eſt, ſi & minus ſtudioſe & rarius nos faciam⁹ iſtud, ĩ quo ſeipſum domin⁹ noſter & magiſter tã iugiter exercuit. ¶ Et hoc eſt quod vbiq; orationis laudes tãtopere extollũt ſacræ literæ, ita eñ de Iob legitur
Iob. 42. Iob ſeruus me⁹ orabit, pro vobis faciẽ ei⁹ ſuſcipiã, vt nõ vo
Eccle. 18. bis imputetur ſtultitia. Quo etiã facit illud Sapientis, Non
Tob. 12. impediaris orare ſemper. Et nõ diſsẽtit ab eo Tobias, Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſau
Iudith. 4 ros auri recondere. Sed & Eliachim ſacerdos circumiẽs omnem Iſrael, ſic alloquutus eſt eos, Scitote quoniam exaudiet dominus preces veſtras, ſi manẽtes permãſeritis in ieiuniis & orationibus in cõſpectu domini. Memores eſtote
Exo. 17. Moyſi ſerui domini, qui Amalech confidentem in virtute, potentia, exercitu, & clypeis & curribus & equitibus ſuis, nõ ferro pugnãdo, ſed precibus ſanctis orãdo deiecit. Præ-
Pſal. 144 terea regius quoq; propheta Dauid tantopere orationis laudes extulit, vt diceret, Voluntatẽ timentium ſe faciet dominus, deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Et
Pſal 5. in alio loco, Orabo ad te, mane exaudies vocem meam.
¶ Quoties autẽ nos orare iuſſerit dominus, multis locis te-
Matt 13. ſtantur euangeliſtæ. Sic enim apud Matthæum legimus, Videte, vigilate & orate, quoniam neſcitis quando tempus ſit futurũ. Apud Lucam dixit illud, vnde exorſi ſumus primũ,
Luc. 18. Oportet ſemper orare & nunquã deficere. Et inde, Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis, Et infrà.
Luc. 22. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Spiritus quidẽ
1. *Pet.* 4. promptus eſt, caro autẽ infirma. Petrus quoque vnanimes nos eſſe iubet in oratione, & vigilare in eadem, idq; adeò ĩ
1. *Theſ.* 5. ſpiritu & veritate. Et Paulus ſic ait, Sẽper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnib⁹ gratias agite. hæc eſt enim vo

luntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. atq; iterum, *Philip 4.*
Nihil ſoliciti ſitis,ſed in omni oratione & obſecratione cũ
gratiarũ actione petitiones veſtræ innoteſcãt apud Deum.
Et ad Timotheũ,Volo viros orare in omni loco,leuãtes pu *1.Tim. 2*
ras manus ſine ira & diſceptatione.Sic Iacobus etiã de ora *Iacob. 5.*
tione multa ſcribit,& ſedulam cuiuſq; iuſti plurimum com
mendat,atq; ea omnia exẽplo Heliæ cõfirmat. Quod ſi igi
tur tãtopere in nouo ſimul & veteri teſtamento nõ tantum
commẽdatur,ſed & præcipitur oratio, vſúſq; illius declara
tur,quiſq; pro ſe videat,quanta tum diligentia,tum pietate
Deum ſeduló precari debeat. 2 Neq; verò verbis tãtum
ſed opere ipſo ab omnib⁹ amicis Dei orationis euidẽtia eſt
comprobata.Et mitto hic quidẽ breuitatis ſtudio illos,qui
in veteri teſtamento Deum deprecati ſunt, Abrahamum a-
lióſq; patriarchas.Taceo Moyſen,Dauidem, Salomonem,
Manaſſem,Danielem,&c.Neq; in nouo teſtamẽto Annam
commemoro viduam. & Mariam matrem Chriſti alióſq; *Luc.2.*
qui vnanimiter omnes perſeuerãtes erãt in orationibus.Pe *Act.14.*
trum tacere non poſſum,cuius exemplum ſummopere pla-
cet,quoniam certis temporibus in penetralia ędium ſecede
bat oraturus.huiuſmodi rebus abũdant omnes,pene de om
nium ſanctorum vitis hiſtoriæ.¶ Cum primis verò ad pre-
candi ſedulitatem moueant nos immenſi fructus orationis
quos omnes hic commemorare nimis longum eſſet : tantũ
hoc pro cõfeſſo ponimus, lõge & plurimas & maximas eſ-
ſe orationis vtilitates, quoniã omnes ſancti in quibuſcũq;
aduerſitatibus ſuis ad Deum ſeſe conuerterũt precib⁹ piis.
Quid quod ingruere nihil poteſt tam durũ aut arduum ,ad
quod ſancta nũ faciat oratio?ſiue enim bella irruãt,ſiue an-
nonæ caritas,ſiue fames,ſiue peſtis,ſiue incendia,ſiue tẽpe-
ſtas,ſiue quodcũq; aliud mali genus, aduerſus omnia ea o-
ratio præſentaneum eſt remedium:quia in omnib⁹ iſtis di-
cimus, Quum ignorem⁹ quid agere debeamus,hoc ſolum *2.Pa.20.*
habemus reſidui,vt oculos noſtros dirigam⁹ ad te. Ecce o-
rauit Helias dominum,& nõ pluit toto triẽnio: rurſus ora- *3.Reg.7.*
uit,&pluit.Orauit etiã Ioſue,& ſtetit ſol,vt poſſet perſequi *Ioſue. 10.*
inimicos ſuos.Anna ſterilis orauit Deum,& ſtatim impre- *1.Reg. 1.*
gnata peperit Samuelem . Amalech pugnauit cum Iudæis, *Exo.17.*
& vicit,orante autẽ Moyſe,manuſq; ſuas eleuãte ad Deum *4.Re.29*
præualuerunt Iſraëlitæ. Ezechiæ denunc iarat iam mortem *4.Re.19.*

propheta Eſaias: verum ille nil motus iſto vaticinio, deprecatus eſt dominũ, & adiecti ſunt vitæ ſuæ anni quindecim. Præterea irruente rege Sennacherib in terram Iudæorum cum manu forti, rex Ezechias aſcendens in templum, orare cœpit dominum, & exauditus eſt: ſtatimque per angelum de exercitu Sennacherib cæſa ſunt centum octoginta quinque milia hominũ. Sic quoque ſi per ſingulas ſcripturæ ſacræ, & omniũ ſanctorum vitæ curramus hiſtorias, inueniemus tantam orationis efficaciam, vt dicere poſſumus facile omnipotentem eſſe illam per quam mire adeò Deus operatur, Ne itaque vos illam auxiliatricem tantam in neceſſitatibus veſtris comtemnatis, ſed quiquid vobis aduerſum, durum, graue, periculoſum, acciderit, ſtatim ad Deum currite, clamate, & orando perſeuerate: neque deſeret ille vos, iuxta illud Iudæ Machabæi, Clamemus nũc in cælum,
1. *Mac.* 4 & miſerebitur noſtri Deus noſter. ſæpius enim ille exper-
1. *Mac.* 5 tus eſt magnã orationis virtutem, qui aduerſus Timotheũ quoque pugnans, clamantibus ad dominum Iudæi, triumphauit. Notatu dignum eſt, quod legitur Sanctum Marti-
S. Marti. num in morrem vſque inuictum ab oratione ſpiritum non
1. Paulus relaxare. Perinde pulchrũ eſt, quod Sanctus Paulus eremita iam defunctus, à ſancto Antonio inuentus eſt in arborẽ
Pſal. 31. declinans, aperto adhuc ex oratione ore, expẽſiſque in cæ-
Luc. 23. lum mauibus: vt dubium non ſit, illum adhuc orantem ſimul cum oratione ſpiritum Deo tradidiſſe, O fœlicem, ô ſanctam, ô pulcherrimã mortem, orationi immori, ſicut & Chriſtus in cruce mortuus eſt, patri commendãs ſpiritum, totũmq; Pſalmum perorans. Ecce autem tu quoque oratione baptizaris, oratione ſepeliris, oratione dum viuis, ſuſtẽtaris: ideo enim corã morituris oramus, vt ſic omnes moriantur ad exemplũ Chriſti quam proxime accedẽtes, omniumq; fidelium animæ piarum precum aliis adiutæ, quãprimum euolent in cælum: vnde plus ille & ſanct' promanauit vſus, vt etiam coram defunctis Pſalterium decãtetur.

3 Neque paruo hoc nobis eſſe ſolatio debet, quod preces noſtras non ipſe tantũ, ſed & nomine noſtro ſancti angeli efferũt Deo. Creditote igitur vobis iam per iſtos rogationum dies orantibus angelos Dei aſſiſtere, veſtráſq; preces
Tob. 10. offerre in ſublime altare maieſtatis diuinę. Sic ãgelus dixit ad Tobiam, Quando tu cũ lachrymis orabas, & mortuos

ſepeliebas, ego orationes tuas obtuli domino. Sic Ioannes inter cætera vidit vigintiquatuor ſeniores habẽtes phialas aureas, plenas odoramẽtis, quę ſunt orationes ſanctorũ. Sic Danieli preces ſuas angel' obtulit domino. Quæ nũc quoque peculiaris eſt lætitia & exultatio angelo tuo, cui cuſtodia tui demãdata eſt, vt quicquid vel oras vel cæterorũ bonorũ facis, ille offerat in cõſpectu domini, non ſecus quàm Chriſto eccleſiæ ſuæ preces ſeduló offert Deo patri. Quòd ſi autem hoc in ſingulorum hominũ priuata oratione euenit, quantò magis in illa cõmuni & publica precatione totius eccleſiæ, quàm miniſtri ipſius exoluũt ſacerdotes? neq; enim illi horas ſuas ſibi tantùm perorant, ſed pro catholica eccleſia. Adeò magni refert, ſi quis ſacerdos, maximè verò animarum curator horas ſuas negligit: ſicq; non ſe tãtũ ſed ſubditos omnes, totamq; adeò eccleſiã priuat cõmodis orationis ſuæ. Neq; me interim latet cõmunẽ orationem dici, quæ ab vniuerſali congregatione alicuius eccleſiæ (ſicut nunc per dies rogationum) fit, ſiue dum ſanctis diebus cõuenimus ad preces mutuas & publicas. Quæ tamen nunc, prohdolor, negligenter in eccleſia exercentur, dum pleriq; aut non conueniunt, aut ad primum aſpectum, velut lupo viſo, reſiliunt: aut ſi qui ſunt, qui ad tempus manẽt, ſunt tamen ij pauciſſimi; iſti vel blaterant, vel in vtranq; dormiẽtes aurem, ſtertunt profundum. Vt itaq; illius etiam rei rationem habeatis & modum, quando hęc nõ parua chriſtianæ diſciplinæ pars eſt, atq; vt nõ per hoc triduum tantùm, ſed omnib' etiã aliis dieb' feſtis tales vos exhibeatis quales oportet, en id omne quàm pauciſſimis vobis expediam. *Apoc. 5.* *Dan. 10.*

¶Et primùm quidem omnium, orationem illam qua Chriſtus ſanctè vſus eſt, non decet quenquam negligẽter abſoluere, eò quòd iſtã Paulus quoq; ſerio docuit, eccleſia martyrum ſeduló obſeruauit: & tota deinceps iam inde à tẽporib' apoſtolorum eccleſia catholica in miſſa, & aliis ſanctis ritibus conſtanter retinuit ad hæc noſtra ſecula vſq; Chriſtum autẽ ea vſum eſſe teſtatur Ioãnes, qui poſt illum prolixum & magnificum ſermonem, quem diſcipulis ſuis habuit iamiam abiturus in ſuppliciũ mortis, ita ſerio & grauiter orare cœpit, vt oratio illa exemplum eſſe meritò debeat & forma orandi totius eccleſię. Hinc fluit etiam quod ad finem ſermonis ſemper orare debemus, ſequẽtes in hoc *Ioan. 17.* *Ioan. 14. 15. & 16.*

veſtigia Chriſti. Singula porrò illius orationis mēbra proſequi nimis longum foret, quia illam toto capite decimoſeptimo, deſcripſit Ioannes: ſicq; exorditur, Subleuatis oculis in cælum dixit, Vnde colligitur quo quamq; decēti geſtu fieri debeat oratio, ne rudis ea ſit nimium, ſed honeſta, ſed pia, ſed huiuſmodi quæ aliorum etiā moueat effectus:
Act.7. quia ſicut hic Chriſtus, ita Stephanus quoque oraturus intendens in cęlum, vidit maieſtatem dei. Sic etiam Suſanna
Dan.13. dum ad lapides duceretur, quibus iamiam obruenda erat, flens ſuſpexit in cælum, quoniam fiduciam habebat in domino Sanctus Martinus iam extremo confectus oculis tamen & manibus in cælum erat ſemper intentus, dum orabat. Et pium itaque eſt & honeſtum, virum orare volētem,
Chryſoſt. aperto capite eſſe, iuxta illam Pauli doctrinam, Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum. nō ergo debet vir velare caput ſuum, quia imago & gloria
1.Cor.11. Dei eſt. Sancta quoque & pia obſeruatio eſt, genua flectere dum oras. id enim & Chriſtus fecit, flexis genubus orans, aliâs etiam in faciem prolapſus, in terram vſq;, vt ait Mar-
Luc. 22. cus. Sed & ad Chriſtū pene quotquot venêre, in terrā pro-
Mat.26. ciderunt, vt Petrus à piſcatu, & ille qui lunaticum adduce-
Mar.14. bat, leproſus apud Marcum. Paulus quoq;, vt ipſe teſtatur,
Luc. 5. inquiens, Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem do-
Mat 17 mini noſtri Ieſu Chriſti. per prophetam quoque dicit do-
Eph.3. minus, Mihi curuabitur omne genu. ſed & Daniel in ſingu
Eſa. 45. los dies ter genua flectabat in oratione ſua ad Deū & ciui-
Dan.10. tatem ſanctam Hieruſalem. ſimiliter & Petrus dum oraret. Neq; male decet orationē piam pulſus pectoris, quo nomine publicanum cōmēdat dominus, quod ille etiā reueritus oculos in cælū tollere, tantū tundens pectus: dixerit, Deus,
Act.9. propitius eſto mihi peccatori. Sic qui Chriſtū in cruce morientem videbant, tūdebant pectora ſua. Eò pertinet extē-
Luc.18. ſio manuum vel in altum, vel in modum crucis ſuper terrā:
Luc. 23. quoniā huiuſmodi geſtus omnes animū incendunt, & affectum ſimul cū corpore erigunt in Deū: humilitatē pariunt, qua vel maxime mouetur De⁹, & ad exaudiēdū redditur fa-
1.Tim.2. cilior. Sic Paul⁹ vult viros orare in omni loco, & leuare pu-
3.Eſdr. 9 ras manus ad Deū. Neq; aliter facêre Iudæi corā Eſdra: ele-
1.Eſdr.9 uantes enim manus ſuas, prociderunt in terram, & adoraue runt dominum. Eſdras quoq; ipſe, extenſis ad Deū manib⁹,

orauit. Eodē pertinet iſtud Dauidicum: In nomine tuo leuabo man⁹ meas.& iterū illud,Domine,ad te clamaui, tota die extendi ad te manus meas.In hunc modum ſacerdotes,totuſq́ue populus,mulieres & virgiues eleuabāt faciem ſuam in cælum & adorabant Deū in cælis. Chriſtus quoq; orās procedit in faciem ſuam:ſimiliter & Iudith, & mulier quæ tetigit fimbriam veſtimenti dominici,& cæcus cui viſum Chriſtus reſtituit, leproſus quoque & complures alij. Atque hæc omnia prolixius paulò vobis libuit narrare, de externo geſtu in oratione ſeruando, quem Neochriſtiani, vt alia pleraq; immerito cōtemnunt, contra tam aperta ſacræ ſcripturæ teſtimonia,contra apoſtolos,ipſumq́ue adeò Chriſtum dominū.Vos autem vt vere catholici & chriſtiani homines, nolite tam ſacras ceremonias propter impuras hæreticorum calūnias intermittere.Quin potius Chriſtum ſequimini & ſanctos illius amicos, quam hæreticos iſtos. Quiſquis veſtrū,velut vni ſibi propriè dictum credat illud, Exēplum dedi vobis,vt ſicut ego feci,ita & vos faciatis Ita nos Chriſtus adiuuet ad conſequandā vitā ęternam, Amen.

Pſal.62. Pſal.87. Matt.26 Iudith 9. Luc.8. Ioan 9. Luc.3.

HOMILIA II. DE IMMENSA VIRTVTE ORATIONIS.

Oportet ſemper orare, & nunquam deficere.

LVCÆ 18.

VT magis ad publica hæc & annua rogationum ſuffragia moueamini, chariſſimi, dixi ſuperius idipſum à Chriſto,apoſtolis & vniuerſa denique vſurpatum eſſe eccleſia:vbi abduxit quidē nos à cœpta via paululum Ioannes, dum eleuatis primum oculis oraſſe Chriſtum refert:ſed tamen ſalutaris hic nobis fuit excurſus, quoniā ſic in ampliſſimū ſcripturarū campū deducti ſumus,ſimulq́; cōtemplati quantum externi iſti in orando geſtus, orantem deceant & ornent.Nunc verò obſeruatis quidem iis,non penitus tamen intermittamus quod primum ſtatim dicere cœpimus: quin potius ad inſtitutum, vnde pauliſper digreſſi ſumus, reuertamur:dicamuſq́ue Chriſtum poſt vltimum illū ſuum ſermonem,generalem feciſſe orationem ea maturitate, tāto ſerio, vt vix vnquam antea. primum enim grauiter pro ſe ipſo,deinde pro apoſtolis,mox & pro fidelibus, tandem pro electis omnibus patrem ſuum deprecatus eſt.& princi-

pio pro ſe ſic orditur, Pater, venit hora, clarifica filium tuũ.
Ioan. 17. pro apoſtolis autem orans, ait, Pro iis quoque rogo, quos dediſti mihi. pater itaque ſanctè ſerua eos, quia tui ſunt: ſerua inquam eos in nomine tuo. Et pro fidelibus omnibus, Non pro eis rogo tantùm, ſed & pro iis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me. Et pro electis omnibus orat illud, Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum. Plurimis hæc omnia verbis loquut' eſt dominus, ſed iis paucis inductis ſumus contẽti. Quumq; ſic oraſſet, exauditus vtiq; eſt, vt ait Paulus, pro ſua reuerẽtia, Orauit ergo tam multis dominus, partim ad eruditionẽ noſtrã partim neceſſitatis noſtræ gratia. Et poterat vtique dominus, ſi hoc opus eſſet, orare ſilẽtio: ſed ita ſe patri exhibere voluit peccatorẽ, vt meminiſſet noſtrum ſe eſſe doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notã fecit & nobis. quoniam tãti magiſtri non ſolùm apud ipſos ſermocinatio, ſed etiam ipſius pro nobis ad patrem oratio, diſcipulorum eſt ædificatio. ſiquidem eadem deinceps orãdi forma vſi ſunt apoſtoli: vt ex Paulo patet ad Timo. ſic ſcribẽte: Obſecro primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate cõſtituti ſunt, vt quietam & trãquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Ecce quàm præclarè hîc Paulus docet ſimul ac præcepit orationem illam publicam pro magiſtratib' & omnibus in vniuerſum hominibus. Id etiam deinceps ſemper obſeruauit eccleſia, iam olim quoque tempore martyrũ, ſicut ex Tertulliano patet in Apologetico aduerſus gentes: Nos pro ſalute Imperatorum Deum inuocamus æternum, illud ſuſpiciẽtes chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubeſcimus: deniq; ſine monitore, quia de pectore oramus: precãtes ſumus omnes pro omnibus Imperatoribus: vitã illis prolixam, imperiũ ſecurum, domũ tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcũq; hominis & Cæſaris vota ſunt. Ad Scapulã quoque dicit, Chriſtianus ſciẽs Imperatorẽ à Deo conſtitui, neceſſe eſt vt & ipſum diligat & reuereatur, & honoret, & ſaluum velit, cùm toto Romano Imperio, quouſq; ſeculum ſtabit, tam diu etiam ſtabit. Hoc eſt quod in canone miſſę orat ſacerdos, & dicit: In pri-

Aug. ſuper Ioan.

Tertulia. cap, 30.

1. Tim. 2

cap. 30.

mis quę tibi offerim⁹ pro eccleſia tua ſancta catholica. Hoc etiã eſt, quod Paulus ait orate nos pro omnibus hominib⁹, hoc eſt, pro eccleſia catholica. deĩde ſacerdos ꝓ Papa orat, mox pro Imperatore ſeu rege: & prius quidem pro Pontifice ſummo, eo quod ſacerdotium antiquius eſt regno & imperio. illud enim inſtitutum eſt Exod. 18 & 29. regia vero maieſtas longe poſt, ſicut in Deuter. & regnorum hiſtoria ſcribitur, præterquam quod illud etiã dignius & honeſtius eſt, quia quod minus eſt, à meliori benedicitur. quando igitur à põtifice ſummo Imperator coronatur & benedicitur, conſtat illum hoc eſſe maiorem. Ad eũdem modum omnes reges benedici ſolẽt ab eccleſiaſticis, velut rex Galliæ ab archiepiſcopo Remenſi, rex Angliæ ab archiepiſcopo Cãtuarienſi, rex Hiſpaniæ ab archiepiſcopo Toletano, rex Polonus ab archiepiſcopo Gretzenſi, rex Hungarię ab archiepiſcopo Strigonienſi, rex Portugalliæ ab archiepiſcopo Vlyſbonæ, &c. Quo nomine etiam rex Boemiæ Ioannes, diœceſim Pragẽſem erigi curauit in archiepiſcopatum, qui pri⁹ ad Moguntinenſem pertinebat: vt ſic & ipſe archiepiſcopũ haberet, qui ſe coronaret, neque alio indigeret commodatitio. Quoniam nuſquam inuenio alium ab archiepiſcopo poſſe regẽ vel vngere vel coronare. Atque ideo non temerè Papa ante regẽ ſeu Imperatorem in canone nominatur.

Exod. 18 & 29. Deut. 17. 1. Re. 8. Heb. 9.

¶ Vſus quoque communis obtinet, publice poſt conciouẽ, & nonnunquam ſub miſſa, orare pro magiſtratu tam ſpirituali, quàm temporali, pro tota prouincia, pro omnibus tribulatis, pro fidelibus defunctis, pro iugi pace, pro fructibus terræ, &c. Quod quum etiam à Chriſto deſcendat & Paulo, vniuerſaque totius eccleſiæ conſuetudine, nos quoque illum laudatiſſimum ſane orandi morem negligere nõ decet, ſed ſummo animi affectu abſoluere, vt ſic Deo placẽtes noſtram quoq; ſalutem promoueamus. ſiquidẽ ſi humiliantis ſe oratio etiã nubes penetrat, quomodo nõ tot hominũ conſtans precatio ſublimia cælorum trãſibit, maxime cum ad eam perficiendã homines dieb⁹ feſtis conueniant? quòd ſi non fieret, vbi implebitur illud præceptum Pauli, iubentis pro omnibus hominibus, rege & cunctis magiſtratibus nos orare? Nolite igitur chariſſimi arbitrari, audita miſſa die ſancto, vos ex præſcripto oĩbus ſatisfeciſſe: quin magis communibus eccleſiæ precibus adeſſe, veſtriſq; orationib⁹

Eccle. 35.

coniunctis & ſuffragiis aliorũ vota iuuate & promouete.

2 Quid quod præcipuus quidã Dei cultus hic eſt & iuxta

Chryſoſt. Chryſoſtomum veluti cenſus peculiaris quem damus Deo de anima noſtra, pro quo exoluendo excuſare ſe nemo po teſt? ſicut in eleemoſyna dãda de paupertate, in ieiuniis de corporis imbecillitate quis excuſare ſe poteſt: nõ ſic in orã

Pſal. 41 do, quoniam in cuiuſque poteſtate libera conſiſtit oratio, ſecundum Dauidem qui dicit, Apud me oratio Deo vitæ meę. Quilibet igitur in omnibus aduerſitatibus ſuis omnẽ confidentiam & ſpẽ ponat in Deo: inde auxilium & opem requirat, quoniam Deus cum ſingulis animalibus ſingula dediſſet arma (ſic enim dente timetur aper, defendunt cornua ceruum: ſic equus calcibus, taurus cornibus, canis mor ſu, vnguibus accipiter ſe defendit) imbelles homines, nudos & miſeros videmus naſci: idque eo factum eſſe cõſtat, quatenus illi in Deum confiderent tantum ipſiúſque opem

Malac. 5. in omnibus implorarẽt. ¶ Dices, Quãdo omnia nouit De᷒, neq; propoſitum mutet (ipſe enim dixit, Ego Deus, & non mutor) quæ virtus, quis locus erit orationi? Reſpondeo, neque nego immutabilem eſſe & Deum & diuinam voluntatem, ſed tamen dico Deum oratione noſtra nihil immutari. tantum enim cũ oremus, impetrare cupimus apud Deũ, vt quod præuidit ab æterno, per preces noſtras dare nobis

1. *Reg.* 3. velit: ſic quoque proprie loquẽdo, Deus etiã pœnitẽtia nõ flectitur: & tamen vnuſquiſque interim Deũ orat, qđ ſe ille per preces daturum ordinauit. Et quid ſi nõnulli ita ſint diuinitus ad vitam prædeſtinati, vt illã non niſi noſtris precibus acquirãt? Quid multa? quiſquis medium iſtud impetrã

Auguſt. dæ ſalutis cõtemnit à Deo tibi pręſcriptum, ad finem quoque non pertinget: ſicut è diuerſo Niniuitæ, quia mediũ il lud per pœnitentiam ſuſceperunt, ſe ſimul & ciuitatẽ ſuam ſeruauerunt. Sic quanuis mortẽ Ezechiæ certo prædixerat

Eſa. 34 Eſaias, ille tamẽ quia mediũ hoc orationis arripuit, meruit vitæ ſuæ prorogationem. In prõptu omniũ eſt cauſa, Quoniam Deus nõ opus tantum definit, ſed & cauſas & media & ordinẽ illius præuidet, & quomodo ad operis executio

Gregor. nẽ perueniri tandẽ queat. Sic Gregorius, Ipſa, inquit, peren nis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotẽte Deo diſpoſi ta, vt ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus poſtulãdo mereãtur accipere, quod eis omnipotẽs Deus ante ſe-

cula diſpoſuit donare. Nõ igitur dũ oramus, proprie loquẽdo, mutare voluntatẽ Dei cupimus: ſed tãtũ quod ab æterno daturũ ſe nobis præuidit, precibus noſtris impetrare conamur. ſicque intelligendum eſt quod canit eccleſia, Ploremus ante dominum, flectamus irã vindicem. Et quia ſic omnia pulchro digeſſit ordine Deus, vt ſupplicationibus & orationibus quæ petimus bona impetremus, inſtemus fortiter neque defatigemur. Quis enim ſcit an plura quã petimus, Deus prçuiderit ſe propter orationem noſtram nobis daturum? Vere enim ille eſt, qui dat omnibus affluenter. *Iacobi 1*

3 Quæres autem, an quæ voce & ore fit precatio, neceſſaria ſit, cum dicat dominus, Orãtes nolite multum loqui ſicut gentes. Ad hoc reſponſurus dico, Non ſolo corde, ſed etiam ore precari, quodam in loco neceſſarium eſt, in quodam vtile, in alio plane nociuum. *Mat. 6*

4 Operæpretiũ eſt perſonas publicas, vt parochos & omnes ſacerdotes non obiter tantum tranſire, ſed articulatim ſingulas horas ſuas perorare, ex canone, quo præcipitur ſacerdotes perſoluere debere horas canonicas: ita tamen, vt horis competentibus iuxta poſſibilitatem aut á ſe aut ſcholaribus publice compleantur. Idẽ quoq; neceſſariũ eſt illi, qui vel orationem aliquam vouerit, vel ex pœnitentia ſibi iniũctam habuerit. ibi enim vt quiſque certus ſit ſe debito ſatisfeciſſe, operæpretiũ eſt orationẽ voce cõplere. Sic Dauid, Clamaui, inquit, & dñs exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Neque dubium eſt, Chriſtum, cum orandi formã præſcriberet apoſtolis, voluiſſe eos orationẽ illã ore exprimere, nec animo tantũ leuiter cogitare. Sic Dauid cecinit, Effundo ante faciẽ ſuam orationẽ meã, & tribulationẽ meã ante ipſum pronuncio. Sin autem quis pro ſe tantum oret, neque vt miniſter eccleſiæ, neq; ex voto, neque pœnitentię præſcripto, poteſt quis vel ore vel corde orare: quãuis multis de cauſis prçſtat interdũ voce precari. quarũ prima hæc eſt, quod verbis elãgueſcẽt animi, feruor excitatur magis ad timendũ & diligendũ Deũ: vnde fit vt qui aridi ſunt nimiũ, imbeciles & carnales, domitãtem animã excitare cogantur à torpore & grauedine: idq; tãtũ lingua & voce ſonãtiore, dum Deum appellãt iam optimũ maximũ, iam viuentẽ, iã miſericordem, iam tremẽdũ, aliàs iudicem viuorũ & mortuorũ, huiuſmodi enim verbis languẽs animi ſpiritus, exur *C. dolentes. ca. presby. de ce. miſſa.* *Pſal. 3.* *Mat. 6* *Pſal. 141*

git velut experrectus ex longa moleſtia & faſtidio rerũ cœleſtium.¶Deinde ratio quoque ſuadet & reuerẽtia dictat, Deũ non minus ore & lingua, quàm corde & animo colere,laudare,prędicare.ſiquidẽ cum homo ex corpore & anima conſtet,ſe merito totũ debet impẽdere Deo & offerre, eo quòd naturalis iſta corporis & animæ copula facit,vt vtraque illa hominis pars mutuo adiũta officio poſſit ore altera,& altera corde colere Deũ , non aliter ac ille fecit qui

Pſal.15 dixit,Lætatũ eſt cor meum, & exultauit lingua mea.¶His accedit,quòd per verba quæ quis eloquitur ore,ſe aſtringit & ab omni vagatione externa facilius coercet intẽt' enim animus iis quæ lingua effatur,non euagatur alio, qui aliàs omni vento inconſtantior huc illuc ferretur,quocunq; ipſum cogitationum auræ impellerẽt , maxime cum nihil ſit

Prou.36. in mundo,quod velocitatem mentis exuperet , iuxta illud Sapientis,Multæ ſunt cogitationes in corde viri, voluntas autem Dei manet in æternũ. quæ etiam cauſa eſt,cur multi

Oſe.vlt. pij ſacerdotes pſalmos etiam quos memoriter tenent,ex li

Matt. 6. bris orant,ne euagẽtur animo. Neq; latuit huiuſmodi oratio Oſeam prophetam,cum ad ipſam reſpexerit:dicẽs,Tollite vobiſcum verba & cõuertimini ad dominum.Omnem aufert iniquitatem,& accipe bonum , & reddemus vitulos labiorum noſtrorũ.vituli illi ſunt orationes . Obiicies autem illud verbum Chriſti, Orantes nolite multum loqui. Ad id reſpondeo nõ abſolute Chriſtum hic in orando.prohibuiſſe multiloquium,ſed iſtud Ethnicum tantùm . Gentes ſiquidem putabant Deum non omnia noſſe,ac proinde oratione poſſe mutari , ideóque non niſi elegantiſſima & quã elaboratiſſima oratione illum adoriebantur.Quẽ errorẽ vt excluderet dñs:ait deinceps, Putant enim ſe in multiloquio ſuo exaudiri . & ne arbitraremur nos oratione no-

Mat.6 ſtra quicquam ſignificareDeo,quod neſcierat antea,ſequitur, Ne efficiamini ſimiles illis , quia pater veſter cœleſtis ſcit quibus opus habeatis antequã petatis.Neque tamẽ inficias imus,quòd ſi quis ſentiat maiorem in ſe affectũ pieta-

1.Re.1 tis,ſi ſolo animo oret,quoniã ſic orare debeat vtAnna,quę

Aug.li.2. de ſerm. domini in monte. motis tantũ labiis orabat in corde,cum vox interim exaudiretur.Et quod multiloquiũ gentium damnarit dominus, teſtatur Aug.dicens,Et reuera omne multiloquium à gentibus venit,qui exercendæ linguæ potius quam mundẽdo

animo dãt operam,vt hoc nugatorij ſtudij genus etiam ad Deum preces fundendum transferre conentur,arbitrantes, ſicut hominem iudicem, verbis adduci in ſentẽtiam.Et ad Probã quoque epiſtola viceſima prima , Ideo per certa interualla horarum & temporum etiã verbis rogamus Deũ, vt illis rerũ ſignis nos ipſos admoneamus,quantum in hoc deſiderio profecerimus,nobiſmetipſis innoteſcamus,& ad hoc agẽdum noſipſos acrius excitemus. Ecce tria operatur vocalis oratio,admonet nos,certos quoque facit de incremẽto pietatis,& excitat acrius ad omnem boni operis profectum.Oremus dominum,&c.

HOMILIA TERTIA, DE EFFIcacia orationis.

VEre magnus Dei cult⁹ eſt oratio pia,quã pro ſe quiſq; exhibere Deo,vt poteſt,ita debet maxime . illa tamen vt ſit grata Deo,attentione indiget, quæ velut quædam eſt orationis,adeo vt ſine illa omnis precatio virtute & efficacia ſua careat . Quamobrem mortuam huiuſmodi orationem reſpuit dominus:dicens per prophetam , Populus iſte ore ſuo & labiis glorificat me,cor autẽ eius longe eſt à me. Neque Deus audit orationẽ,cui ipſe qui orat, nõ attendit. Quo pertinet illud Bernardi,Qui aliud cogitat,perdit veritatem & vtilitatem orationis.& item illud Sapientis.Nõ impediaris ſemper orare , & ante orationem præpara animam tuã.quæ ſane præparatio aliud nõ eſt,quam vt homo animã ſuã omnẽ cogitationem intẽdat ad id quod orat,ne oratio illa ſit patẽs vanis cogitationibus. Cuiuſmodi,præparatoria vox eſt ſacerdotis in miſſa ante eleuationẽ exclamãtis,Surſum corda:reſpõdẽte choro ſiue miniſtro,Habemus ad dñm.Flectam⁹ itaq; chariſſimi corda animóſq; noſtros ad dñm,dúmq; ſtamus ad orationẽ ait Chryſoſtomus, vigilemus & incũbam⁹ ad preces noſtras toto corde, ꝓcul hinc recedat cogitatio laſciuiẽs,procul inde pruritus cõcupiſcẽtiæ.Vnde & Auguſtinus,Scitote,inquit,nõ eſſe voces ad aures Dei,niſi animi affectu.Dices aũt,nõ fieri poſſe, vt ſic animo tuo vltra omnia mundana trãſcẽdas ad cæleſtia: vtique venire tibi quod ruſtico cõtigit, cui cũ ſanctus Bernardus mulã promiſiſſet,dũmodo ſemel orationem dominicam citra vllũ incidẽs obſtaculũ peroraret:audaculus iſte conatus eſt oratione tãtula emereri mulã,ſed vix trib⁹ ver-

Eſa. 26
Gregor.
Bernar.
Eccl.18
Hieron.
Chryſoſt.
Augu
Ruſticus
S. Bern.r

bis abſolutis interrupit orationē, & dixit.Etiam ephippia mihi pater cū mula donabis? ſicque ſtolidus iſte oratione ſimul ſua & mula excidit. Itaque vt inde quiſque ſe expeditus euoluere queat,pauca ſubnotabimus. 1 Pro confeſſo habemus intentionem eſſe triplicem: actualem vnam,qua quis iam attendit actu:virtualem alteram,qua prioris illius virtute quis opus aggreditur:& habitualem tertiam,quę in animo reſidet,ex multa conſuetudine nata . Vt ſi iam incipiens orare dominicā orationem,verba ipſa intentus conſiderem,intentionem habeo actualem . Deinde ſi progrediens orando,interim aliud quoq; neſcio quid incidens cogito:& tamen ab oratione nō deſiſto,virtualem habeo intentionem:quoniā prioris illius, qua orare cœpi intentionis virtute,pergo ad finem vſque orare.Habitualis autē intentio,ex prioribus actionibus, & lōgo vſu nata,in animo quieſcit,qua apta mens efficitur,vt quum velit,poſſet ſimile opus exercere.Atqui iamdudū audire mihi videor quendam reclamantem, difficiliora hęc eſſe quā vt intelligat. Age age,paulo clari⁹ adhuc idē hoc tibi expediamus nec obſcuritatē calūnieris. Quēadmodū in fundendis formandiſque candelis,quum primum filū intingis in ſeuum , parum ſeui ei adhæret,& quo dehinc ſæpius intingis, hoc plus accedit de ſeuo vſquequo fiat cādela: ita in propoſito ſi quid primum diſcis & leuiter exprimis forte ſemel,aliquid ſane illius tunc ſtatim remanet in anima: ſi repetas idētidem & ſubinde ingemines,fiet tandē vt quod tā diu didiceris,etiā ſcias.ipſum autē ſcire perficitur ex iis,quæ ſubinde alia ex aliis in anima adhæſerūt & remanſerūt:quæ quādiu animę inſident,tandiu etiā ſcis illud quod didiciſti,ſiue dormias, ſiue vigiles.Et hoc eſt quod de habituali intētione dixim⁹ in anima reſidente,quę ex conſuetudine nata eſt:cuius beneficio & virtute virtualem intētionem, quū volumus,habere poſſumus.De virtuali intentione hoc tibi exemplū ſume,Si quis animum inducat Aquiſgranū aut Coloniā verſus proficiſci,domi ſtatim inſtituit ſe Coloniā profecturū: cui⁹ inſtituti vigore abit ille Coloniā,neq; tamē in via interim ſemp Coloniā tantū cogitat & meditatur , ſed & nūc de viarū diuerticulis & erroribus, nunc de diuerſorio,aliàs de cibo & potu cogitat: & tamē virtute primi propoſiti ſic abit Coloniā vſq;,in via interim nihil min⁹ quàm Colonā

Intentio virtualis.

ſemper

ſemper cogitans. Et ſicut in ratione propoſiti, ita in materia noſtra intentionū ſe res habet. Neq; diſſimile multū eſt in eo ad ſcopum propoſitū iacere quicqnā, vel lapidē vult promouere. is enim nō admodū memor eorū quę in medio ſunt, ſolùm attendit ſcopum quem cupit attingere: & quāuis id ita faciat, nihilominus tamē virtute iactus quē facit etiam medium interpoſitū penetrat, quāuis illud nō admodum intenderat. ¶ At iam diu quęres, quænā tibi in oratione neceſſaria ſit intentio? Audi, & quidem pauciſſimis. Ad hanc rē tantā nō eſt quòd putes ſolā tibi ſufficere habitualem, quę etiā dormiēti tibi adeſt, & per omnē vitā non deficit, quādiu orare ſcieris. Porrò actualis intētio in exordio quidē orationis neceſſaria eſt, in progreſſu illius nō itē ſed virtualis intētio neceſſariò ſemper requiritur, eáq; ſufficit, vt cū incipis orare precationē dominicā, & ab initio ſtatim propoſitū tuum obſeruas, velle te illam orare, ſicq; vigore iſtius inſtituti tui dum pergis orādo, dum etiā ſi ſingula verba (quę tamē obſeruare intēto animo vtile fuerit) nō animaduerteris, attamē & oratio illa tibi prodeſt: neq; interim ipſi in ſe quicquā decedit, ſi fragilitatis humanæ violētia cogitationes obiter incidentes admiſiſti: neq; teneris orationem illam denuò repetere, quam ſi vel ex debito, vel voto, vel iniuncta pœnitentia & ſatisfactione perorauſti.

2 Et ecce hîc tibi euidens immenſæ miſericordiæ Dei argumētum, vt qui agnoſcit imbecilitatē noſtram, & animi ægritudinem, ex iſto inueterato peccato Adæ contractam, eámque tantam, vt nequeamus prohdolor cohibere animū & cogitationes ad tantillū ſpatium temporis, quod ſemel orationem dominicā perorare liceret. Vt rectè dixerit Dauid, Vniuerſa vanitas omnis homo viuēs. Vſqueadeo mitiſſimus dominus cōpatitur nobis, vt nolit in oratione noſtra vrgere nos ad actualem intentionem: non ignarus nunquā nos in eodem permanere ſtatu. ſicque virtualē tantùm intentionē à nobis exigit, vnum tamen eſt quod adiecerim, puta intētionem virtualem ſic demum ſufficere, vt interim nemo ſe vltro in vagabūdas dedat cogitationes: quòd ſi fieret, túq; orare incipiens, tua ſponte alienas tibi moueres cogitationes: nō tantū intentioni iſti tuæ virtuali virtus omnis decederet & fructus, ſed idipſum quoque tibi computaretur in peccatum, dicēte Baſilio: Diuinū auxilium implo- *Pſal. 38.* *Baſilius.*

randum eſt,nõ tantũ remiſsè nec mente hàc atque illàc vagante,eò ꝙ talis nõ tantùm nõ impetrat quod appetit,ſed magis irritat Deũ.Eoúſque autẽ cauere debem⁹,ne temerè

Hugo de S. Victore. cogitationes vanas admittamus in oratione , vt etiam ſi cũ orationẽ fundimus, aliud quam quod licet in corde verſemus,etiam ſi illud bonum ſit,à culpa tamẽ liberi nõ ſimus. Quamprimũ igitur homo animũ ſuum viderit peregrinari velle,reuocet ad intentionem orationis,neque ſic alia ex

Baſilius. aliis cogitare pergat.Sic & Baſilius inquit,Si tantùm debilitat⁹ à peccato fixè nequis orare , quantũcunq; potes teipſum cohibeas,& Deus ignoſcit,eò quòd nõ ex negligẽtia, ſed ex neceſſitate nõ potes aſſiſtere corã deo.Sin vero quis vltro vagari animo vellet,quantũcunq; ſic oraret , ingratũ eſſet Deo,qui per prophetam hoc modo multiplicãtes ora-

Eſa.1. tiones ſuas ſe nõ exauditurũ minatus eſt. Aut nõ te pudeat cum principe tuo loqui ſumma cum attentione omnium etiam verborum,& cum Deo rem tuam agere tã vagabundis cogitationibus,vt ipſe te non intelligas loquentem?En

Gene.18 tibi Abrahamum,quàm obſeruabat ille ſingula cũ Deo loquens.ſic enim de ſeipſo dicebat , Egóne loquar ad Deum

Eccle.28 meum,cum cinis ſim & puluis? Et Sapiens nõ abſurda vſus eſt ſimilitudine,dicens,Secundum ligna ſiluæ, ſic ignis exardeſcet:quoniam omnino ſecundum præparationẽ intentionémque tuam accẽdetur in te ignis diuini amoris. Quiſquis igitur oraturus eſt,curet prius, vt animo ſit bene cõfirmato,& cogitationibus refrenatis, tãtùm meminerit quid & quare ſit Deũ oraturus,& quid ſe ſperet oratione ſua impetraturum.Dehinc etſi animus illius inuito eo , aliorſum rapiatur ad alienas cogitationes , nõ ita nocebunt ei,dummodo pro viribus excludat,vbi primum obſeruarit,& manebit orationi meritũ ſuum. 3 O autem immẽſam adhuc & infinitam miſericordiã Dei, qui nõ eò nos vrget ad ſtrictam intẽtionem, quò minus amplam etiã nõ nobis ſemitam relinquat.Poteſt enim homo inter orãdum triplicem habere intentionem,verborũ,ſenſus & finis. Prima illa bona eſt,altera melior,poſtrema hæc optima . Verborum tamẽ nõ nimia habẽda eſt intẽtio,ne dum ſingulas obſeruas literas,ordinis & ſenſus obliuiſcaris,quibus ad maiorẽ melioreḿ; affectũ moueri poteras,iniquè aliàs actur⁹,ſi nimiũ obſeruatis verbis,pietatis & deuotionis non meminiſſes.

¶Neque tamen iſta etiam verborum intentio mala eſt,qua quis ſimul & meretur & ſatisfacit.Satisfacit enim ſacerdos dum preces quoq; nõ intellectas abſoluit. Et meretur,modo tertiã habeat intentionẽ,velitq; ſic Deo ſeruire,in cuius laudẽ & honorem,preces etiã nõ intellectas perorat.Sic in monaſteriis profeſſæ & ex monachis non pauci orant,quæ intellectu nõ modò nõ aſſequuntur, ſed ne à lõge quidem ſequuntur:tantúmq; ex obediẽtia regulæ, ex deuotione,& in laudẽ Dei,quicquid illud eſt,orãt.Sic pueris i choro aut quidam è ciuibus cõſtituti,pſalterium,quod nõ intelligũt, canunt:ſoláq; habita verborum intẽtione,ſimul coniuncta illa tertia,finis,quia in laudem Dei fit, opus hoc meritoriũ & Deo beneplacitum eſt,etiam ſi ab infantibus, qui modo legere poſſent,exhiberetur: iuxta illud Pſalmographi, Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem tuã domine. *Pſal.8.*

2 Secunda porrò intentio ſenſus eſt & intellectus verborum,eáq; itidẽ vt bona eſt,ita bifariã fieri poteſt: vel iuxta literam,vel latentẽ ſub illa myſticũ ſpiritum verborũ, vt ſi quis legat aut canat, quomodo filij Iſraël exierĩt Aegyptũ, trãſeũtes mare rubrũ,liberati de captiuitate Pharaonis,&c. *Exod.13.* Vbi ſi verborum corticem quis tantũ aſpiciat,parum proficit.plus promouebit,ſi ad nucleũ ſpiritus tranſpiciẽs, conſideret exitũ peccatoris ex caligine vitiorum per mare rubrum,meritũ.ſ.amariſſimæ paſſionis & mortis Chriſti,quo aſſertore & vindice eripitur de poteſtate diaboli. Sũt tamẽ multa in orationibus,quæ cõiunctum cũ literali ſenſu myſticum quid habent:vt ſi ores, Miſerere mei deus ſecũdum magnã miſericordiã tuã. hic ipſe in ſe intellectus ſpiritualis eſt,ſiquidem cor hominis quibuſdam velut aculeis ferit & excitat,ſimúlq; ſalutaris ipſa etiam eſt extrema verborũ intentio. 3 Ad extremũ eſt quędam adhuc intentio finis, cùm quis cõſiderat,cur & quẽ oret,rationẽ habens bonitatis,miſericordiæ,ſapientiæ & omnipotentiæ Dei. Quæ vt optima omniũ,ita maximè neceſſaria intentio eſt:quã qui linguas ignorat,habere tamẽ poteſt ad laudem Dei,animę ſuæ ſimul & corporis ſalutẽ. Vt ſi quis amore vitæ æternæ quinquies orationem dominicã orat,quãuis nõ ſemper inter orandum intentionem verborum ſeruat, ſed aliud quidã cogitat de gaudiis beatorũ. illíſque aſſociari deſiderat: vera illi ſanè & meritoria eſt intentio finis, faciens ipſam

Hugo. quoq; orationẽ placere Deo. ſic Hugo ait, Pura oratio eſt, cùm ex abundãtia deuotionis mens ita accẽditur, vt cum ſe ad Deum poſtulatura cõuerterit, præ amoris eius magnitudine etiam petitionis ſuæ obliuiſcatur. Vnde plꝰ quã ridicula & infantilis patet Neochriſtianorũ ſtoliditas, qui miſſas latinas abolẽt, quia quibuſdã nõ ſatis intellectas. Quandoquidem etiã in miſſa pro magna parte ſcriptura ſacra vſurpatur, in qua ſemper ſpiritꝰ ſanctꝰ loquitur, eámq; inſpirat etiã in quibuſcũq; linguis. Et quia ſacerdos, vt publicus totius eccleſiæ miniſter, miſſã celebrat, decet oẽs hoĩes fiduciã ſuã reponere in vniuerſali catholicę eccleſię fide: ꝙ multò magis placet Deo, quã quęcunq; priuati hominis fides. Præterea quòd in miſſa præcipuũ fit, nulli profano ſubtrahitur, ſiue intelligenti, ſiue minus, ſiue prope aſtanti, ſiue à longe & vocem ſacerdotis planè non audiẽti: ſiquidem ſacrificium illud exhibetur in cõmemorationem paſſionis & mortis Chriſti, ad laudem Dei, neceſſitatis noſtræ gratia, & ad ædificationẽ totius eccleſiæ. Quæ omnia tu pro tua pietate, pro affectũ & ardore charitatis cõtẽplari poteſ, & maiori ſæpe deuotione Chriſtũ adorare, neq; intellectis, imo neq; auditis iis, quę in miſſa proferũtur verbis, quam ſi ſingula obſeruaſſes. Conſtans enim & cõcors doctorũ omniũ ſententia eſt, intentionẽ verborũ etiã nocere poſſe, ſi quando orantis deuotionem impediat. Quam puerile eſt quod præ ſe ferũt Neochriſtiani de miſſis Germanicis, ſolam attendentes literam & intelligentiam verborum, neglecto & Deo & qui ex illo promanat ſpirituali intellectu.

¶Nec quicquã adiuuat eos, quod pro ſe, ſibi quidem fortè & inuictũ viſum, afferunt dictum Pauli, Si orẽ lingua, ſpiritus meus orat, mẽs autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallã ſpiritu, pſallam & mente. Hoc telo iſti rem totã velut acu ſibi tetigiſſe videntur, & citra cõtrouerſiam colligere hinc poſſe, omnem quæ lingua ſola ſine ſenſu & intellectu fit, oratiõnẽ eſſe vanam & infrugiferam. Atqui ad hunc locum nos reſpõdemus, & dicimus in eodẽ triplicẽ cõtineri orationẽ, oris ſeu linguę, ſpiritus, & ſenſus ſiue intellectꝰ. Si quis ergo in ignota ſibi lingua orat, ore vtiq; orat, ſimul & ſpiritu hoc eſt, volũtate, dum propter Deum illud facit: mens autem illius, hoc eſt, intellectus ſine fructu eſt, quia quod orat non intelligit.

(Margin at "ritus meus orat": *1.Cor.14*)

Non quòd tota interim illius oratio fructu careat, ſiquidē adhuc & meritoria eſt oranti & Deo beneplacita: ſed fructu illo deſtituta eſt, quem homo ex intellectu capere poterat. Ideóque ibi Paulus eò ſemper nititur, vt oſtēdat prophetiam, donū, ſcilicet ſcripturas & verba orationis interpretandi, præſtare gratia linguarum. Id ita tu perſuaſum firmiter habe, & deprehendes hîc quoque inſignem iſtorum errorem. Ecce enim tempore, quò indies plurimi tum Ethnici tum Iudæi conuertebantur ad Chriſtum, non admodum conducebat fidelibus multis linguis loqui coram eis, ſed ſcripturarum interpretatio è re ipſorum tūc erat, quod ſine illa ſcripturas non intelligebant. Cùm verò iam homines in fide Chriſti enutriti, & ab ipſis iam inde cunis inſtituti, adoleuiſſent in illa, aſſiduáque prędicatione verbi Dei iam tunc cōſtaret eis de omnibus quæ tractabantur in miſſa vel aliàs fiebant in eccleſia. Ad quid neceſſarium erit miſſas celebrare in lingua vernacula, cùm neminem etiam ex vulgo lateat, quicquid præcipuum in miſſa trāſigitur, dum omnes ſe geſtibus ſuis ad verba ſacerdotis accommodant, iam aſſurgendo, iam genua flectendo, iam tundēdo pectus. &c. Vſqueadeo non deſunt iam noſtratibus etiam idiotis myſteriorum omnium cognitiones, dum prophetæ nō deſunt, qui quicquid vel in ſcripturis eſt abſtruſum, vel in eccleſia ſit arcanum, eis aperiūt, vt iam illi verè ore, ſpiritu & mente poſſint orare, prophetiarū iſtarum adiuti beneficio, quę in lingua populo bene intellecta fieri debēt, teſte Paulo, reliquos Dei cultus nō pro ſuo quilibet arbitrio in quacunque peregrina lingua perficere debet, ſed in ea quæ per vniuerſam eccleſiam Chriſti & latiſſima & ampliſſima eſt, apud nos maximè, qui de eccleſia latinorum ſumus. Aliàs, quæ futura eſſet cōfuſio, ſi nobis Germanicè miſſas legētibus aduenirēt vel Itali, vel Galli, vel Vngari, vel Boemi, nihil intellecturi eorum quæ diceremus? Aut quid ibi futurū, niſi quod ſingularū nationum homines alios proficiſcētes, iiſdē ad quos venirēt, barbari viderētur? Sanè eò reſpexiſſe Paulum ſatis magnus teſtis eſt Ambroſ. qui dicit illum hîc redarguiſſe Iudęos, qui in ſacrificādo lingua Syriaca vti volebant. Quomodo etiā fertur, apoſtolos ipſorúmq; ſucceſſores vſque ad tempora Cæſaris Adriani, lingua Hebraica vſos eſſe in miſſa. Faxit Deus, vt qui nūc miſerè errāt Neo-

chriſtiani,aliquando redeant ad vnitatē,vnde exciderunt, eccleſiæ catholicæ. Oremus dominum,&c. Amen.

HOMILIA IIII. ET POSTREMA DE ORATIONE.

Oportet ſemper orare,& nunquam deficere. Lucæ 18.

1.Theſſ.5 ECce hîc, chariſſimi,idem planè domini & ſerui, magiſtri & diſcipuli pręceptū. Iubet Chriſt⁹ nos ſemper ora-
Ioan 16 re,Paul⁹ etiā indefinēter. Et ne quid ſit nobis hîc moleſtū, promiſſionē ſanè pręclarā apud Ioānem addidit dominus,
Ioan. 14 dicēs,Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis.
Mat. 21. Et Paulò antè,Quicquid petieritis in nomine meo,hoc fa-
Mar.11 ciā. Apud Matthęū quoq;. Quicquid petieritis in oratione, credētes,accipietis. Et in Marco,Dico vobis,omnia quæcū
Matt.7. que orātes petitis, credite quia accipietis,& eueniēt vobis.
Luc.11 Atque nō paulò fortius promittit dominus apud Matthęū, Petite,& dabitur vobis:quærite,& inuenietis: pulſate,& aperietur vobis:quia omnis qui petit,accipit:qui quærit,in-
Iacob.1 uenit:& pulſanti aperietur. Iacobus quoq;, Si quis,inquit, indiget ſapientia.poſtulet à Deo,qui dat omnibus affluenter & non reprobrat,& dabitur illi. Quòd ſi præclarè ideo promiſit nobis domin⁹,ſe daturū quicquid in nomine ſuo
Ioan. 14. petierimus, ipſéq; etiam via veritas quoq; eſt & vita,verba vtiq; ei⁹ veriſſima ſunt. Et vnde tamē illud eſt,quod indies multa orātes,nō ſemper exaudimur? Ex multis huius rei rationibus,quas ex Aug. excerpſit Beda,prima hæc eſt, Quoniā non rarò cōtra noſtrā ſalutē oramus,túncq; magni be-
1.Cor. 12 neficij loco ducendum eſt, ꝙ à domino non exaudimur. ſic Paul⁹ nō impetrauit,cū peteret auferri à ſe ſtimulū carnis.

2 Deinde etiāſi quod petimus, ſalutare ſit & conducat ad vitam æternā conſequēdā,non tamen exaudiuit orātes dominus,dū vita noſtra peccatrice auertimus aures illius à no
Prou.21. bis,ſicq; incidimus in illā Salomonis ſententiam. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.

3 Si quando pro peccantibus oramus, vt cōuerſi in gratiā redeant cū Deo,quāuis oratio illa ſcopū verum vitæ æternæ reſpiciat,nóſq; adeò digni eſſem⁹ in ea exaudiri, obſtat tamē peruerſa iſtius volūtas,quo minus exaudiamur. ſic ad
Hiere.7. Hieremiam dixit dominus de populo Iudęorū, Noli orare pro populo iſto,neq; pro eis cāticū accipias, quia nō exau-
Hiere. 15 diam. Et infrà,Si Moyſes & Samuel ſtarēt ante me, anima

mea non eſt ad populum iſtum. 4 Fit etiam, vt cū ſolicitè & anxiè petimus non ſtatim exaudiamur: quoniam ꝙ oramus in futurum differtur nobis, vt cū petimus aduenire regnum Dei, illud tamen cū viſum fuerit domino, tūc demum dabit, idq; facit, vt ardentius & vehemētius petamus. Atq; hæc ferè ſententia Bedæ eſt in homilia ſuper euangelium hoc in diebus rogationum. 5 Porrò cū cōmune hoc omnibus, ſit, vt petentes nō exaudiamur, neq; tamē aliquis ſit hic in Deo defectus, q vt eſt munificētiſſim⁹. maximéq; miſericors, benigniſſimus & potentiſſimus, ita etiam ꝓpe eſt omnibus eum in veritate inuocantibus, volūtate timētiū ſe faciet, & deprecationem eorū exaudiet, & ſaluos faciet eos. Quid igitur reliquum eſt, niſi omnē defectū eſſe in nobis? ſic oportet plura hic videre quam aſpexerit Beda. *Pſal.144*

1 Non mediocriter vetant & prohibēt peccata noſtra, quò minus exaudiamur. id etiā Beda dixit, & iā olim vidit propheta cùm diceret, Male fecimus, Deum ad iracūdiam prouocauimus. ideo es inexorabilis. Eſaias quoq, dicit, Peccata veſtra abſcōderūt faciē ejus à vobis, quò minus exaudiat. Et apud Ioānē cæcus, Scimus, inquit quoniā De⁹ peccatores nō exaudit. Dauid etiā idipſum teucritus eſt, & dixit, Si iniquitatē aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Et Hieremias ait, Peccata veſtra prohibuerunt bonū à vobis ac rurſus in altero libro, Nubem poſuiſti tibi ne penetret oratio. Dices ſi peccatis noſtris impeditur oratio, fruſtra ſunt proceſſiones & circuitus noſtri, quādo nos in vniuerſum omnes peccatis nō caremus. Ad hæc, durū eſt quod Deus peccatores non exaudiat. Cur ergo vndique ſacræ literæ hominē peccatorem ad orationem vrgent, per quam conſequatur veniam? Reſponſionē ad hæc vide in materia proceſſionum. 2 Tum quoq; nō exauditur oratio, quādo non petenda petimus. ſic filiis Zebedęi reſpondit dominus, Neſcitis quid petatis. Sic dū ſæpe Deo ſupplicamus ꝓ auertēdis bellis, peſte, famē, ille tamē nō exaudit, quod iſta mala nobis proſunt. cū enim ex peccato veniā, ſublatis iis peccatum remaneret. Vnde & Iacobus dicit. Petentes non accipitis, eo ꝙ malè petatis. Et Eſaias, Miſereatur impio, & nō diſcet iuſtitiam facere. Cùm verò feceris iudicia tua in terra iuſtitiam diſcēt habitatores orbis. 3 Cōtēptu quoque legis diuinæ impeditur oratio noſtra, quod Salomon *Eſa.59.* *Ioan.9.* *Pſal.65.* *Hiere. 5.* *Thren. 3.* *Matt.20* *Iacob.4.* *Eſa.28.*

Prouer.1. attendens,dixit,Inuocabunt me, & nõ exaudiam:diluculo
conſurgent,& nõ inuenient me,eò ꝙ oderunt diſciplinam.
Hinc eſt quod Neochriſtianorum preces nõ exaudit domi
nus quoniam omnem diſciplinam abiecerũt,leges & quic-
quid bonum eſt ac pium, cõtempſerunt:ſibiq; ipſis conſti-
tuerũt leges iuxta arbitrium ſuum,& nõ ad beneplacitum
Dei.Salomõ dicit Eius orationem,qui aurẽ ſuam ab audi-
Prou.28. tu legis declinat,eſſe execrabilẽ.Sic cum Saul Samuelẽ.ro
1.Reg.15 garet,quatenus peccatũ ſibi ſuum portaret,& cũ illo reuer-
teretur,vt ſic poſſet adorare dominum , reſpondit Samuel,
Non reuertar tecum,quia & tu proieciſti verbum domini,
& dominus proiecit te,ne ſis rex. 4 Nõ parũ quoque im
pedimẽti accedit exaudiẽdæ orationi noſtræ,ex duritia cor
dis noſtri erga pauperes,quos dum non audiuimus & iuua
m⁹ clamãtes ad nos,viciſſim nos quoq; fruſtra clamabimus
Prou.21 ad Deum . Sic Salomone dicente, velut ex araculo quodã.
Quiſquis obturat aures ſuas ne clamorẽ audiat pauperum,
ipſe quoq; cum clamauerit ad dominum, non exaudietur.
Mat.7. Neq; etiam lex æquior vlla eſt,quam vt qua quiſque men-
ſura menſus fuerit , eadem & remitiatur ei . ſic horrendum
Iacob.2. eſt quod Iacobus habet,Iudicium ſine miſericordia erit ei,
qui miſericordiã nõ exhibuit.Illum autem exaudiet domi-
nus,qui pauperibus mitis & placatus fuerit : qui prophetæ
ſecutus conſilium,panẽ eſuriẽti fregerit,& egenos vagóſq;
in domũ ſuã introduxerit, qui operuerit nudos,&c. Quiſ-
quis ſic fecerit,huic clamãti ad dominũ vltro ille ſe offerret
Eſa.58. & dicet,Ecce adſum,ego enim miſericors Deus tuus.

5 Quatuor hactenus orationis impedimẽta & veluti re
pagula declarauimus,diſpiciamus nunc cætera.nanque ad-
huc plura ſuperſunt.Et quintum quidem illud eſt,quod nõ
exaudiuntur , quoquot ea ſunt cordis duritie , vt etiam ro-
gati nolint proximis ſuis dimittere noxam , nõ attendẽtes
Eccle.28. præceptum Sapientis,Relinque proximo tuo nocenti te,&
tunc deprecanti tibi peccata ſoluẽtur.Homo homini reſer
uat iram ,& à Deo quærit mædelã?In hominem ſimilẽ ſibi
non habet miſericordiam,& de peccatis ſuis deprecatur?

6 Diſidentia quoque & incredulitas vetant quò minus
exaudiamur.quiſquis enim diu orat dominum,neq; ſe cre-
Iacob.1. dit impetraturum , tandem fruſtrà petit,dum hæſitat in fi-
de,ſimilis fluctui maris,qui vẽto & vndis impellitur . Quo

pertinet iſtud Senecæ prouerbiale dictū, Qui timidè orat, docet quomodo petita neganda ſint.& Dauid orantem iubet confidere:cum ait, Spera in Deum & ipſe faciet. *Seneca.* *Pſal. 96.*

7 Præterea quicunque adhuc denuò peccant,non exaudiuntur à Deo,dicente Pſalmographo, Ecce qui elōgant ſe à te,peribūt. huiuſmodi homines etiamſi diu multumque orent,tamen pereunt.nam qui etiam inter orādum peccat, nónne ea execratio orationi aduerſaria eſt? Hinc Iacobus ait, Appropinquate Deo ſcilicet à peccatis recedētes, & appropinquabit vobis,orationes veſtras exauditurus Poſſent adhuc multa obſtacula induci,ſed nos aliò feſtinamus. *Pſal. 72.* *Iacob. 4.*

4 Pulchrum eſt orationis diſcrimina noſſe.eſt enim oratio quæ cum efficax non ſit aliquit tamen apud Deum impetrat,Eſt alia quæ licet meritoria ſit,attamē non impetrat quod petit. Alia pariter & meritoria eſt,& efficaciter quod petit impetrat. 1 Primi generis oratio impetrat quidem ſed nil meretur, vt peccator orans nihil ſanè meretur,cum charitate careat, quæ radix eſt omnis meriti apud Deum & ſine qua opus nullum meritorium eſt. Peccator itaq; orando nil meretur:& tamē ſi petitionem ſuam diuino propoſito facit conformem,multum impetrare poteſt,inſtar Niniuitarum,qui cùm infideles eſſent, eorum tamē ieiunia & opera bona reſpexit Deus. Sic nonnunquam exaudit Deus malos ex ira in vindictum & vltionem eorum:vt de Iudæis conſtat carnes in deſerto petētibus. Hoc eſt quod Auguſtinus dicit, Deum multa dare iratum,quæ nō daret placatus. *Oratio tertia.* *1. Cor. 12.* *Iona 3.* *Num. 11.*

2 Eſt etiam oratio quædam,quæ cùm mereatur, nihil tamē impetrat:cuiuſmodi fuit illa præcatio Pauli de ſtimulo carnis. Sic ſi bon⁹ aliquis oret pro malo & indigno tali interceſſione,quanuis iſtius iuſtificationem petitio illius nō impetrat,ipſe tamē orationis ſuæ fructu nō priuatur: quoniam ſic quoque remunerābit Deus in illo opus gratiæ ſuę & charitatis,quam proximo exhibuit: implebunturq; illa Chriſti verba, Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. Et iterū iſtud Dauidis, Humiliaui in ieiunio animam meā,& oratio mea in ſinu meo cōuertetur. Vt igitur efficax ſit oratio, mereatúrque ſimul aliquid & impetret: quatuor præcipuè neceſſaria ſunt ¶ Vt qui ſe cupit exaudiri,oret piè. Piè autem orare,in iis quinque rebus poſitū eſt. *2. Cor. 12* *Ioan 18.* *Pſal 34.* *Oratio pia*

1 Principio in confidentia & fide bona. nā qui dū petit,

non ſimul confidens omnipotentis Dei miſericordiā, ſperat ſe quod orat accepturū, nihil agit. Sic Chriſtus dixit, Si
Mat. 11. credideritis & non hæſitaueritis, atq; monti huic dixeritis, Trāsfer te hinc, & proiice in mare, fiet, Et omnino quicqd petieritis in orationib⁹ veſtris credētes, accipietis. Ecce petēti illi vt filius ſuus à dæmonio liberaretur, reſpondit do-
Mar. 9. min⁹, Poteſt credere? omnia poſſibilia ſunt credēti. Pete igitur cōfidēter, fide firma, & ſpe bona, iāq; ex parte piè oraſti
2 Deinde humiliter orare oportet, ſeq; indignum conſiteri & inſufficientem, atque quod omnis ſufficientia ſit ex Deo, hominibus impartita deſuper à patre luminum. Eò
Pſal. 101. reſpexit Dauid, dicens: Quoniam reſpexit dominus in orationem humilium. & non ſpreuit precem eorum. Et quid
1. *Pet.* 5. hoc mirum, quando ſuperbis reſiſtit Deus humilibus tantùm dat gratiā? Inde etiam gloria magna Deo accedit, dū indignos ſe reputant homines coram maieſtate ſua.
3 Huc facit quod oratio pia finem bonum & intētionem rectam habere debet vt tendat in Deum pro impetrāda vita æterna. pro cōſequēdis virtutibus, aut incolumitate corporis, boniſque externis: ita tamen, vt hæc omnia vergāt in
1. *Cor.* 10. laudem & honorem Dei: vt Paulus ait, Non ſine gratia & charitate illius, citra quā nemo efficaciter orauerit. Quod
1. *Ioan.* 3. rectè vidit. noſque prudenter Ioannes docuit, dicens: Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habem⁹ ad Deum & quicquid petierimus, accipiemus ab eo.
4 Decet etiam vt quis ordinatè per debita media petat: fruſtra enim orabit Deū pro ſcientiæ dono, qui ipſe nil vollet diſcere: nihil aget diu multúmq; orando pro victu tem-
Mat. 20. porali, quiſquis laborare recuſat. Hoc modo cuptebāt filij Zebedæi ſedere alter ad dexteram, alter ad ſiniſtram Chriſti, neque permiſit dominus, ſed mediū iſtud paſſionis eis obiecit, & calicem quem pro nomine ſuo bibituri eſſent.
5 His omnibus ſi acceſſerit intētio, de qua ſuperiori homilia multis diſſeruimus, oratio pia efficitur, quæ prima propoſita eſt bonæ orationis conditio.
2 Altera ex iis eſt, vt quis oret perſeueranter. nā qui ſemel atq; iterum non exauditus ſtatim deſiſtit, nihil impe-
Mat. 26. trat. Ideo enim & Chriſtus ter orauit in monte Oliueti, &
2. *Cor.* 12 toties Paulus pro auertendo ſtimulo carnis. Quoniā mul-
Aug. ta ſunt quæ cùm negari videantur, tantùm differuntur ad

tempus,quo dentur commodius. atque ideo expreſſè,dixit dominus,Petite,Quærite,Pulſate.Et ſæpe ſeruat tibi Deus quod nō vult cito dare,vt tu diſcas deſyderare.Sic pugnantes filij Iſraël aduerſus tribum Beniamin de vxore Leuitæ, bis exauditi non ſunt, perieruntque ex illis plus quam triginta milia hominum,perſeuerātes autem orare etiam tertiò,tandem audire meruerunt illud à domino, Aſcendite, cras enim tradā eos in manus veſtras. Sic perſeuerans mulier Chananæa,demum impetrauit quod petebat. Hoc ſibi voluit parabola amici,qui improba tandem pulſantis importunitate victus,ſurrexit,& panes dedit ei quos petierat. *Luc.11.* *Augu.* *Iud.20.* *Mat.15.* *Luc.11.*

3 Cæterùm oportet etiam orare ſalubriter,ſi modo exaudiri cupis. Quoties enim non exaudimur petentes noſtræ ſaluti aduerſantia?ſic nō exauditus eſt Paulus, ſic quoq;nō Moyſes,cum peteret à Deo tranſitū Iordanis ad ingrediēdū terrā,quam daturus eſſet populo ſuo.ſiquidem illud nec addebat,nec quicquā adimebat ſaluti ipſius Moyſi:magnū que quid erat,quod eò ipſo ſignificabatur,quoniāMoyſes, hoc eſt,lex quam ille tulerat, homines non poterat ducere in illam veram terrā promiſſionis regni cælorū. Sed Chriſtus per euāgeliū ſuū id tantum potuit,& præſtitit quoque, Quamobrem & Ioānes ait,legem per Moyſen datā, gratiā autem per Ieſum Chriſtum factā eſſe. Sic Chriſtus quoque pro calice paſſionis rogauit patrē, ſed præſtabat Chriſtum pati totumq; mūdum liberare à peccato. Sic multis modis nō exaudiūtur homines dū orant & proceſſiones obſeruāt aduerſus tribulationes & id genus innumera mala quæ ipſis ſæpe plurimū proſunt,ſuntq; certa animæ medicamēta. *1.Cor.12.* *Deut.3.* *Ioan.1.*

4 Vt efficax poſtremo ſit oratio & potens ad impetrandum,oret quis pro ſeipſo,nam pro aliis orantes plerunque non exaudiuntur:ſicut antea docuimus impediri virtutem orationis per indignitatem eorum pro quib' intercéditur: quod & Hieremiæ accidit. Vos itaque,chariſſimi,pœnitētiam agite de peccatis veſtris,& conuertimini ad Deum ex toto corde veſtro.Orate Deum pro omnibus, tum veſtris, tum eccleſiæ totius aduerſitatibus, pro continua pace, pro fructibus terræ.Orate inquam confidenter, humiliter, ſedulò,intentè & ordinatè, vt ſic dominus Deus concedat gratiam & quicquid conducibile eſt vobis in hac vita; & poſt hanc,gloriam in æterna fœlicitate, Amen. *Hiere.7.* *11.& 15.*

DOMINICA VI. ET VLTIMA POST FESTVM PASCHÆ, SVPER Euangelium Ioan. 15.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cùm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Mat. 10. *Abſque ſynagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui* Mar. 13. *interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo, Et hæc facient vo-* Luc. 12. *bis, quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini quia dixi vobis.*

HOMILIA PRIMA.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus in poſtremo illo ſuo vereque Auguſtali ſermone, quem habuit apud diſcipulos ſuos, ſolicitè ipſos & ſedulò confirmare voluit in fide. Atque inter cætera, quum non parum conſcientias eo- Ioan. 15. rum mouere iſtud potuiſſet, quod in Chriſtum Iudæi credituri non eſſent: iam hîc docet eos nullam habituros infidelitatis ſuę excuſationem: ſiquidem ne minimam quidem prætexere queant ignorantiam, quúm tam euidens ſit doctrina Chriſti, vt in nullo refragari potuerint: tamq; aperta & ſtupenda miracula illius, vt contradictionem non ferrēt. Nunc porrò tertiam aſſignat rationem, quoniam & ſpiritus ſanctus & apoſtoli illo confirmati, daturi eſſent teſtimoniū Chriſto, Iudæi autem perſecuturi illos: & ait, Quum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre ſpiritum ve- Sapien. 2 ritatis, ille teſtimonium perhibebit de me, &c. Conſolatur in hoc diſcipulos dominus, vt cùm viſuri eſſent illum morte turpiſſima condemnatum mori, ne crederent eum penitus extinctum: hîc ipſis prædicit miſſurum ſe ſpiritum ſanctum paracletum: quaſi diceret, Triſtes equidem vos video ex abitu meo, ſed conſolamini rurſus, neque enim deſeram vos, ſed paracletum vobis mittam ſpiritum ſanctum. Augu- Augu. ſtinus verba iſta tractat in hunc modum: Chriſtus hîc diſcipulis ſuis prædicit, quòd ſicut ipſe mundo & Iudæis exoſus fuerit, ita poſt mortem quoque ſuam ſit futurum, ita vt cōcepta de Chriſto inuidia, nullum ſit cum ipſius vita finem habitura. Nūc porrò ſpiritum ſanctum miſſurum ſeſe pro-

mittit,per quem alij conuertantur, alij odio magis inflammentur: qui diſcipulis quoque ſuis non ſint quicquam con donaturi,in quo magiſtro eorum non pepercerunt.Poterāt aliâs dicere diſcipuli ad Chriſtum:Si ſermones tuos,vt ait, non audierunt,neque noſtrum audient,fruſtra laborabim' inter eos,apud quos tua etiam tanta miracula nihil profecerunt.Quorſum ergo nos ablegas fructificatum,vnde lucri nihil ſit ſperandum?Hæc id genus alia præcauere voluit dominus,promittens paracletum ſe eis miſſurum,qui de ſe præbeat teſtimonium:teſtem magnū & preclarum, de cælo petitū ac veracē,quia ſpiritū veritatis : qui quō teſtimoniū dederit Chriſto,teſtātur Acta Apoſtolorū, qn̄ iā apoſtolos omnes impleuit,iam ſingulatim Petrū ad loquendum cum fiducia verbum Dei , cū fructu copioſo baptizatorū & pœnitentium,de effuſo innoxio ſanguine Chriſti,qui & eodē redempti ſunt ſanguine quem effunderant. Chriſti enim ſanguis ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt, vt ipſum etiam peccatum poſſet delere,quo fuſus eſt. *Act. 2.* *Augu.*

2 Grauiter vtuntur iis verbis ſancti patres aduerſus Arrium & Macedonium,nóſq; in eccleſia Latina contra Græcam eccleſiam fortiter inde concludimus , ſpiritum ſanctū procedere à patre & filio. id tu crede,& ſatis eſt tibi eſſe pſonas in diuinis tres:primā Dei patris, qui ab ipſo eſt:ſecūdam filij,qui à patre exiuit.tertiā ſpiritus ſancti, qui proceſſit ab vtroque,& idipſum totum ab æterno. Hæc noſſe ſufficit ſimplicibus , cætera ad ſcholas relegato. ¶Et quū dicit hîc Chriſtus, Quum venerit paracletus quem ego mittam: ac pauló antè dixit,Paracletus quem mittet pater in nomine meo,nemo hæc duo à ſe inuicē diuidat.ſicut enim pater & filius mittunt illum,ita ipſe ab vtroque procedit. Quod pulchrè deſignauit Ioannes,quando in ſpiritu oſtenſum ſibi fluuiū refert exeuntem à throno Dei & agno.fluuius hic nimirum ſpiritus ſanctus eſt. Verùm hoc penitus nobis intelligere non datur, quod credere ſolùm licet , eaque fide pertingemus ad vitam,in qua hæc omnia clarius conſpicie mus. Sed cur illum ſpiritum vocat veritatis? aut quis tandē ex tribus illis veritas eſt ? Sanè cùm in commune quælibet pro ſe perſona veritas ſit, hæc tamen propriè & verè filio tribuitur, ſicut de ſe teſtatur ipſe, quum ait, Ego ſum via, veritas & vita. Atque ideo ſpiritus ille , ſpiritus eſt verita- *Chryſoſt.* *Cyrillus.* *Ioan. 14.* *Apo.22* *Ioan.14.*

Rom. 8. tis,quia ſpiritus Chriſti filij Dei. Et hoc eſt quod Paulus di-
Galat. 4 cit, Si quis non habet ſpiritum Chriſti,hic non eſt eius. atque iterum, Deus miſit ſpiritũ ſanctum filij ſui in corda veſtra clamantem,abba pater Deinde igitur quoque ſpiritus
Ioan. 16. dicitur veritatis,quod apoſtolos omnem docuit veritatem: neque ipſos tantùm,ſed in hunc quoque diẽ vniuerſam eccleſiam verũ docet euangelium Chriſti, & docebit vſq; ad
Mat.vlt. cõſummationem ſeculi. Quũ itaque ille ſpiritus eſſet veritatis,voluit ei Chriſtus meritò credi,fidémq, certã adhibe-
1. *Cor.* 10 ri,ſi qñ de ſe teſtaretur. Verè eñ ille ſpũs eſt veritatis,quum ante eũ figuræ tantùm fuerant, & vmbrę veteris teſtamẽti.
Augu. 3 Quid ergo facturus eſt ille vbi venerit? Teſtimonium, inquit dominus,perhibebit de me,& vos teſtimoniũ perhibebitis. Teſtimoniũ perhibebit,ait Auguſtinus,in cordib⁹ veſtris, qui vobis aperiet omnem veritatem, timoremq́ue omnem,& puſillanimitatem auferet à vobis. igne diuini amoris accendet vos. inde & vos teſtimonium perhibebitis, partim doctrina veſtra,partim miraculis & exemplis.

¶Ecce autẽ nondũ perhibebant illi teſtimonium,quia perfecti nondũ erant in intellectu ſuo, ſed planè miticuloſi & puſillanimes, atque ideo nec capaces myſteriorum maieſta-
Beda. tis diuinæ,vt ait Beda, neque confirmati ſatis ad ſuſtinẽdas
Rom. 5. iniurias & violentias hominum. Verùm vbi iam ſuperuenit ſpiritus ſanctus in corda eorum delapſus, tunc primùm datus eſt eis intellectus rerum ſublimiũ,ſimul & robur cõceſſum quælibet aduerſa tolerandi, quo vtroque quãdiu carebant,poterant adhuc negare dominũ: deinceps rurſus teſtimonium daturi Chriſto, quod adhuc iam ſimul cum mundo dare nequibant, niſi prius perhiberet illud ſpiritus ſan-
Matt. 26 ctus ipſis diffuſus iam in cordibus eorũ : quod in Petro ſatis apparet, qui ad ancillulæ vocẽ cum paulò ante negaſſet
Act. 2. dominum,non multò pòſt coram Iudæis & Gentibus,imo & imperatore ipſo teſtimoniũ Chriſto perhibuit:atque die Pẽtecoſtes pro apoſtolis omnibus loquutus, prædicauit illũ Iudæis,quẽ pauculis ante diebus morti tradiderant,& in crucem ſuffixerant. Ac itaque ſi quem delectat tam ſuaui-
Auguſt. ter cum Auguſtino adeò ſanctũ ſpectaculum intueri, actus apoſtolorum legat. atque ibi beatum Petrũ,quẽ negantem doluerat,ſtupeat prædicantem (rem admirandam) ecce Petrus, qui non poterat vnicam ancillæ linguam nihil mali

nolientem ſuſtinere,neq; dare teſtimonium Chriſto, vni⁹
inguæ impatiens, non multò pòſt aliquot linguis loquut⁹
ɔſe, variarum linguarũ homines vno die cõuertit ad Chri-
tum tantus in eo erat fulgor gratiæ,tanta plenitudo dono
um ſpiritus ſancti,vt qui paulò antè metuebat proChriſto
occidi,ſtatim poſtea aliquot milia eorum qui Chriſtũ cru-
ifixerãt,conuertit ad fortiter occumbendum pro Chriſto.
Vtriuſque etiam illius teſtimonij teſtis eſt Lucas , cum ait, *Act. 5.*
t nos teſtes ſum⁹ omnium horum ſermonũ,ipſeque adeò
piritus ſanctus, quam dedit Deus omnibus qui obediũt il-
,Atque iterũ, Virtute magna reddebant apoſtoli teſtimo-
ium reſurrectionis Ieſu Chriſti . Neque temerè eſt quod *Act. 4.*
it dominus,Vos qui ab initio prædicationis meę mecũ fui
is,qui certò audiſtis & vidiſtis omnia, veraces eritis mihi
ſtes Quamobrem & Petrus noluit Neophytum aliquem *Act. 1.*
ligere apoſtolum . ſed aliquem vt dicebat, ex iis viris qui
ongregati nobiſcum ſunt omni tempore , quo intrauit &
xiuit inter nos dominus Ieſus , teſtem eſſe reſurrectionis *Act. 1. 10*
lius nobiſcum.Idem etiam,hunc,inquit,ſuſcitauit domi-
us,cuius nos teſtes ſumus.& ad Corneliũ, Hunc Deus ſu-
citauit tertia die,& dedit eũ manifeſtũ fieri non omni po-
ulo,ſed teſtibus præordinatis à Deo, nobis qui manduca-
mus & bibimus cũ illo,poſtquã reſurrexit à mortuis,&c.
4 Rationem deinceps horum omnium ſubdit dominus
eclarans cur hæc eis prædîcat, quamuis verba illa magis ad
quentia:q̃ præcedentia,ptineãt,& ait,Hæc loquutus ſum *Auguſ.*
obis,vt nõ ſcandalizemini.Hæc inquã quæ de perſecutio- *Gregor.*
e dixi & odio mũdi aduerſum vos,prædicere vobis volui:
uoniam quæ præuidétur iacula,minus feriunt . ne itaque
erturbemini: ſiquidẽ ſpiritus ſanctus ille paracletus paca-
t corda veſtra,dicente Pſal.Pax multa diligẽtibus legem
am,& non eſt illis ſcandalũ.Ideoq; & charitas per ſpiritũ *Pſal. 118*
nctum diffuſa eſt in cordibus diſcipulorũ, vt ſic multã pa
m haberẽt in pectore bene cõfirmato, & immunes fierẽt
omni offendiculo.Multumq; proderat eis hæc admoni- *Rom. 5.*
o,qua cõfirmare poterãt animum in omni bono aduerſus
minentes tentationes.Quo Sapiẽs filium abeũtẽ ad cul- *Eccle. 2.*
Dei ſtare iubet in iuſtitia & timore, atq; omnino animã
am parare ad tẽtationem.Et Chriſtus itaque quaſi in hæc
rba diſcipulis loqui voluit, Si enim vobis teſtibus,tot,tã-

taque mirabilia feci,ſic paracletus quoque in vobis ſimilia faciet,nec tunc Iudæi ad meliora reducentur,nolite cõturbari,memores verbis quæ locutus ſum vobis, quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. ſequitur, Abſq; ſynagogis faciet
Luc. 6. vos. Graue & magnum hoc erat apud Iudæos,non inferius excommunicatione noſtra:vnde contẽptus quis erat omnibus,illudq; in repulſa ſynagoga iã cœperũt Iudæi exercere
Ioan. 9. aduerſus chriſtianos.conuenerãt enim vt quiſquis Chriſtũ confiteretur,è ſynagoga eiiceretur: & multi ex principibus crediderunt in eum , ſed propter phariſæos non cõfiteban-
Ioan. 12. tur,vt de ſynagoga non eiicerentur . dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei. Dices quãtulum hoc fuit eis,vt de ſynagogis Iudæorũ eiicerentur,cùm aliâs nõ magnopere curabãt ingredi illas? Verũ ſanè hoc eſt,nõ multũ laborabãt ſynagogas intrare ratiõe cęremoniarũ: at tamẽ ipſis hoc ignominię dabatur & magno cõtẽptui tales
Augu. haberi ſe,qui indigni eſſent aliorũ cõuerſione. Auguſtinus quoq; altiùs quid hîc înquirit,& dicit Chriſtum hîc prædixiſſe duritiam Iudæorum , qui accepturi non eſſent euangelium ſuum:& conſtantiam diſcipulorũ , quoniam fidem & Chriſtũ deſerturi non eſſent, vt ſic neceſſariò velut auul-
Roma. 11 ſa ſynagoga ſit ab eccleſia : quoniã ſi & Iudęi credidiſſent, permanſiſſent vtique tanquam viui rami in oliua fructifera,factumq; eſſet corpus vnum ex ſynagoga& eccleſia,cùm iam diuiſio facta ſit,duratura tantiſper,dum reliquię Iſraël
Rom. 9. ſaluæ fiant & conuertantur ad Chriſtum. Iudæi itaque non agnoſcentes iuſtitiam Dei,dum volebant ſuam ſtatuere, iuſtitiã,apoſtolos Chriſti eiecerunt ex ſynagogis,quod quã-
Rom. 10. tò Deum immortalem , melius eis fuit , quàm ſi permanſiſſent in iuſtitia Iudæorum ! Hoc eſt quod de ipſis regius
Pſal. 88. propheta præuidit, quando dixit, In lumine vultus tui , lumine ſcilicet fidei , ambulabunt : & in nomine tuo exultabunt tota die,in iuſtitia tua(ſuper iuſtitiã ſynagogæ) exaltabuntur,quoniam gloria virtutis eorũ tu es ſic enim Chriſtus gloria& virtus eſt omniũ credentiũ. Et Iudæi hoc quidem modo abſque ſynagoga fecerunt apoſtolos: qui ſi omnes credidiſſent, ſynagoga quoque penes eccleſiã & in ipſa manſiſſet. Porrò quid inter templum & ſynagogam interſit,aliâs explicabimus. Nunc hæc dicta ſufficiant. Interim deprecemur dominũ pro oĩbus neceſſitatibus eccleſiæ, &c.

POSTE-

POSTERIOR HOMILIA
eiuſdem dominicæ.

CVm iam dominus multa diſcipulis ſuis enarraſſet de proditione Iudæ: de offenſione & fuga illorum omnium, de trina Petri negatione, iamque videret animos eorum metu & anxietate perturbari, rurſus conſolatus eſt ipſos: ſed ita, vt tamen ſubinde amara dulcibus commiſceret. Inter cætera ſpiritum ſanctum ſimul & ipſos teſtimonium ſibi daturos prædixit, ſed pro eo illos nihil accepturos, niſi eiectionem ex ſynagoga: quod cùm ex minimis aliquid eſſet, addidit etiã hoc maius, Quia venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Quò nimirum hoc denunciare voluit, quia Iudæi Chriſtum non fuerant recepturi, à quo apoſtoli non erant receſſuri, quaſi diceret, Tam multi in me credituri ſunt per vos, vt etiam iſtorum repulſa ex ſynagogis, nil eos adiuuet, promoueat, magis euangelij profectum, dum etiam in me credentes occident, totum id facturi quaſi ex zelo, ſed non ſecundum ſcientiam. Sed & occidendo lapidandoque Stephanum, qualem habuerunt zelum Iudæi? Talem nimirum, quoniã legem habebant ex Deo per Moyſen, ſacrificia habebant & templũ, hæc omnia mordicus tueri atq; tenere volentes, cũ audiebant prædicationẽ chriſtianorũ ad deſtructionẽ & interitum illorũ tendere: factum eſt inde, vt zelo perſequerentur prædicatores eorum in mortẽ vſque, non excuſante tamen ipſos quocũque illo zelo quem habebãt. Huiuſmodi perſecutor fuit & Paulus qui de ſeipſo ſcribit in hũc modum, Audiſtis enim cõuerſationem meã in Iudaiſmo, quoniam ſupra modũ perſequebar eccleſiã Dei, & expugnabã illã, & proficiebã in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos in genere meo, abũdantiùs æmulator exiſtẽs paternarũ mearum traditionum. Sic fecerunt qui in concilio ſedebant aduerſus Chriſtũ, dicentes, Si ſic permittim' & ſinimus illum viuere, venient Romani, & tollent à nobis ciuitatem & gẽtem: rati ſemper legem ſuã templum & ſacrificium manere debere. Et hoc eſt quod hîc dominus dixit, quoniã putabunt obſequium ſe Deo præſtare. quaſi dicat, Eò vſq; atrocitatis prorumpent, & ſacrificij vim in cæde veſtra poſitam putent. Ad hunc modum plures quàm quadraginta viri votum vouerunt, ſe nec mãducaturos nec bibituros antequã

Luc. 20. *Ioan. 16.* *Augu.* *Rom. 10.* *Act. 7.* *Gal. 1.* *Ioan. 11.* *Cyrillus.* *Act. 23* *Act. 9.*

Paulum occiderent:qui & ipſe antea literis acceptis Damaſcum profectus erat,in hoc, vt quoſcunque huius viæ viros aut mulieres inueniret, vinctos adduceret in Hieruſalem.

2 Rationem porrò temeritatis tãtæ Iudæorum aſſignat, eò quòd crederent in hoc obſequium ſe præſtare Deo, & quia dicit dominus,non nouerunt patrem neque me. Hoc vos ergo,ait Chryſoſtomus,ſatis conſoletur, quod propter me & propter patrẽ hæc patiemini:ideoque & Deus perſecutionem illam propter nomẽ ſuum factam remunerabit: iuxta illud, Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam,quoniã ipſorum eſt regnum cælorũ.Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines,& perſecuti vos fuerint,& dixerint omne malũ aduerſus vos mentientes ꝓpter me Beatitudo hęc apoſtolis maximo ſẽper fuit ſolatio in omni tribulatione,quoniã in omni Iudæorũ perſecutione ſimul aliqua eorum cõcurrebat ignorantia.quamobrem & domin' dixit,quia nõ nouerũt patrẽ neq; me.Sic & Paulus ait,Zelũ habent,ſed nõ ſecundum ſcientiã.& hoc eſt quod ille de ſe ſcripſit,Qui prius blaſphemus fui,& perſecutor,& cõtumelioſus:ſed miſericordiam Dei cõſecutus ſum, quia ignorãs feci in incredulitate. Hæc ergo apoſtolorum fuit conſolatio,ꝙ eos Iudæi perſequebantur ex ignorãtia & errore, nõ veritatis amore,ſed ex mero zelo erroris,quia nimiũ à vera via errârunt.Id omne prædicere voluit & Chriſtus tãquam futurorum omnium pręſcius,non vt ipſi inde metũ cõciperẽt,ſed vt cùm fierẽt illa memores eſſent, omnia ſibi antea à domino prædicta:ſicq́; & admirarẽtur magis,& cõſtãtiores fierẽt in fide.Quę ſanè ſumma tum apoſtolis,tum martyribus in omnibus ſuppliciis fuit conſolatio, ex iis verbis Chriſti nata:quorum fiducia magis cõfirmarẽtur auxilio & gratia Chriſti,quàm perſequentiũ crudelitate afficerentur.

Chryſoſt.

Mat. 5.

Rom.10.

1.Tim.1.

3 Et hîc iam quæſtio naſcitur,multa indigens explicatione, Quando hîc dominus ipſe teſtimoniũ dedit illis qui apoſtolos occiderunt.quod arbitrati ſint obſequium ſe præſtare Deo,& ipſi ſine dubio grauiter peccarũt fundẽdo ſanguinem innoxium:quãtò magis nos miſeri peccamus, qui ſciẽter malo animo multa flagitia perpetramus?Sic iam clamãt noſtrates bono & pio affectu ſe omnia facere,abrogare miſſas,horas canonicas, dies anniuerſarios & feſtos ſanctorũ abolere:hęc omnia in honorẽ Dei & gloriã verbi ſui

ſancti ſe facere clamant,& tamẽ nugæ merę ſunt. Amplius quęrat aliquis pro Iudęis & tyrãnis antiquis,atq; iſtis Neo chriſtianis,Cùm ita ſit,vt vulgo fertur,Quicquid agũt homines,intentio iudicat omnes:ſicq; qualis eſt intẽtio , tale factum efficitur,& à fine omnia denominantur:finis autem hic bonus eſt,quia honor Dei,ergo & opus bonũ.Quò facere videbitur iſtud Chriſti,Si oculus tuus ſimplex erit,totũ corpus lucidum erit.vbi nomine oculi,intẽtio ſignificatur. Nec dubium eſt inter chriſtianos fieri, quæ ſola intẽtione bona excuſantur. Ad hæc reſpondens dico,aliud eſſe intentionem rectam,& aliud bonam habere: eò ꝙ in bona intẽtione error ſe intrincate facilè poteſt,qui illam corũpat:& licet ea ex fine ſit bona,tamen aliæ adhuc circũſtantię inficere ipſam poſſunt vt minus bona. Recta autem intẽtio eſt volũtatis noſtræ operatio, qua illa vero modo & medio tẽdit in bonum. Sequitur inde,fieri poſſe vt ſi finis per ſe bonus,nõ vero modo intendatur,opus bonum nõ ſit, neq; intentio recta:ſicut enim opus in ſe malũ ex fine bono bonũ non fit:vt ſi quis furetur, vt habeat vnde det eleemoſynas, vbi locum habet iſtud Paulinum,Non decet facere mala vt eueniant bona:ita hîc quantũuis fine bono exiſtente,ſi media bona non ſint,opus nihilo melius efficitur.Eò pertinet quod ſuprà de Iudæis adduximus ex Paulo,Zelum habent, ſed nõ ſecundum ſcientiam.Et error itaque & inſcitia perdit opus,dicente domino per prophetam, Propterea captiuus ductus eſt populus meus,quia nõ habuit ſcientiam.Sic iam de Neochriſtianis dici poſſet,qui verè forti vĩculo blaſphemiæ & hęreſeos conſtricti tenentur à diabolo.quamob rem? quia intelligentiã veram & cognitionem non habẽt. Cõclude itaque & nota peculiariter,intentionẽ nõ idcirco eſſe bonam,quia proponit ſibi finem bonum.¶Cõſtat itaque,finẽ ſolum nõ ſufficere.quid igitur reliquum? idipſum iam conſyderemus oportet.& dicamus,defectum hic eſſe& vitium in ignorantia ſiue errore, quanuis & hic ſolus ſatis non faciat.Hoc declaremus,Iudæi ſi ſciſſent fidem apoſtolorum rectam fuiſſe, non perſecuti nos eſſent vſq; in mortẽ.Neochriſtiani quoq;,ſi noſſent idipſum quod faciunt temerè in imaginibus ſanctis,miſſis, & ſacramentis impugnãdis eſſe peccatum,plures eorũ abſtinerent.Ecce igitur quomodo error cõcurrit & ignorãtia.Error autem hic nõ ſatis

Mat.6. *Intentio.* *Rom.3.* *Rom.10.* *Eſa.5.*

Augu. eſt ad cõtemnendũ,cùm dicat Hieronymus,& poſt eũ Au-
Hierony guſtinus,Errare poſſum,hæreticus eſſe non poſſum.ſic Cy-
de viris il prianus martyr errauit circa baptiſmum hæreticorum, Pa-
luſtr.& pias,Irenæus, Victorinus , Siſibutus rex catholicus cogens
Picus con Iudæos ad baptiſmum,&alij complures,quibus tamen nec
clu.7.apo error fuit pernicioſus,neq; opus ideo deterius redditũ,quã
logiæ. do non acceſſit pertinax aſſenſus volũtatis. Hæc enim duo ſunt,quæ demum faciunt hæreticum,error in intellectu, & pertinax erroris defenſio in voluntate.Et ecce quidẽ pertinaciam iſtam graue peccatum,ex illo liquet,quod dixit do
Ioan. 15. minus,Si nõ veniſſem & locutus eis nõ fuiſſem,peccatũ nõ haberent:nũc autẽ excuſationẽ nõ habent de peccato ſuo. Ecce quomodo peccatũ eorum affect⁹ ille pertinax & perſeuerãs in malo animas diiudicat.Radix tamẽ & origo prima omnium quotquot vnquam errarunt,eſt inordinata cõcupiſcentia,vel infecta & vitiata voluntas,puta odio,timo
Augu. re,amore,auaritia,&c.Approbare enim,vt ait Auguſtinus, falſa pro veris,non eſt natura hominis inſtituti , ſed pœna damnati. 5 Pertinax verò habendus eſt,quiſquis errorem ſemel & prælibatum & conceptum deſerere nõ vult,neque ſtudioſè veritatẽ indagat,neq; oſtẽſam ſibi aſſumit, neque peritis hominibus opinionẽ illius falſam declarantibus credere & aſſentiri vult.Quiſquis itaq; ſuo tantũ innixus capi
Prouer.3. ti,ſuæ tantùm confidit ſapientiæ,is verè pertinax eſt: & ſic
Gerſon. docendus,vt ait Gerſon,nõ eſt qui mauult ſuum errorẽ defendere q̃ corrigere . ¶Hinc patet q̃ exitialis & cõtagioſus ſit morbus,planeq; inſanabilis huiuſmodi pertinacia,quoniam hîc ſemper dãmnabilis cõcurrit pręſumptio & ſuperba temeritas. Væ igitur eccleſiæ , quam tale caput inſanum ſcilicet & pertinax regit,vbi oportet omnia perturbari. Re
Tit.3. ctè nimirum & prudenter dixit Paulus, Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundã correptionem deuita:ſciẽs quia ſubuerſus eſt,qui eiuſmodi eſt& delinquit,cùm ſit proprio iudicio cõdemnatus.Etiam inde ratio peti poteſt,cur hæreſis alicuius authores cõuerti ſolent raro ad fidem verã.peruerſi enim ſunt.& plerũque vbi reuocarint errores ſuos,ex
De conſe. animo tamẽ id nõ fecerũt.Sic Pelagi⁹ reuocauit in cõcilio
diſtin.8. Mileuitano in Aphrica,ſed parũ promouit, quia nõ multò
ego Beren pòſt in multis articulis relapſus eſt ilutũ hæreſis ſuæ,perin
ga. de ac ad vomitũ canis. Berẽgarius,qui idẽ olim ſenſit,quod

nfœlici hoc noſtro ſeculo Zuinglius & Oecolampadi',nõ
ſſe in ſacramento altaris verum Chriſti corpus,in publico
oncilio errorem ſuum reuocauit coram Pontifice ſummo
Nicolao:neque tamẽ remãſit,ſed bis vocatus, toties etiam
ecidit in errores,vt teſtatur epiſcopusRoffenſis.Hierony- *Roffen.*
nus Pragenſis,Ioannis Huſs comes & aſſecla,non reuoca-
it tantùm, ſed & planè abiurauit hæreſim , rurſuſq; in illã
elapſus,quanuis ad aſylum ſuum feſtinaret Boemiam in i-
inere, tamen à Ioanne duce Bauariæ apud ciuitatem Hir-
au captus,atque deinceps in cõcilio Conſtantienſi combu
us eſt.Non deſunt iam ex Neochriſtianis quidam,qui re-
ocata & abiurata hæreſi ſua, plerũque tamẽ perfidi recide
unt in cœnum hæreticum:& in eo diu prouoluti,à princi-
ibus tamen ſuæ factionis & fidei in cancellarios,conſilia-
os & epiſcopos electi ſunt.O quàm dignũ patella cooper
ulum? 6 Quando itaq; error eſt in intellectu,& pertina-
a in voluntate, ſequitur quòd quanquam in rebus ambi- *Gerſon.*
uis proteſtatio generalis etiam ſub cõditione facta, tamẽ
articulis fidei vel rebus iam olim ab eccleſia conſtitutis,
roteſtatio talis,non ſolùm non releuat facientem,ſed etiã
ſpectum magis facit:vt cùm iam Neochriſtiani clamant,
ouit Deus quod ſi ſcirem veritatem hãc eſſe, vltrò crede-
m corde ad iuſtitiam,&ore cõfiteret ad ſalutem.Quoniã *Rom.10.*
nul cum tali proteſtatione, infidelitas,offendiculũ & ſu-
rbia conſiſtunt:nõ minus igitur facit aut iuuat, quàm ſi-
uis peccatum abſolutè commiſſum ſub cõditione confite-
tur,cùm tamen iuxta conſtitutionem Calixti, manifeſta *De pœni.*
peccata nõ ſint occulta correctiõe purgãda.Id enim ſi li *& remiſ.*
ret,nullus vnquã fuiſſet hæreticus, cùm omnes dicant ſe *cap. I.*
riſtianos eſſe, nec quicquã ſe malle quàm catholicos ha-
ri,facileq; informationẽ ſuſcipere,modo certũ habeant,
m quam tuentur opinionem,fidei & Deo aduerſari.Hoc
otquot vnquam fuerunt hæretici omnes dixerũt,ſed ne-
icquam. Quin potius hîc locum habet iſtud vulgi,Simu
a æquitas eſt duplex iniquitas:Sic Iudęi perſecutiõe ſua *Ioan.16.*
târunt obſequium ſe præſtare Deo,ſic de ſe Paulus iudi- *Galat. I.*
ad Galatas ſcribens,rationemq; reddit ad Timotheum, *I.Tim.I.*
de aliis quoque Iudæis ſentit ille,vt ſuprà citauimus.Sic *Rom. 10*
dæis dixit Petrus in templo,Nunc ſcio quia per ignoran *Act. 3.*
m feciſtis vos,ſicut & principes veſtri . Chriſtus quoque

Luc. 23. pro eis orabat in hunc modum Pater, dimitte eis,quia ne-
Auguſt. ſciunt quid faciunt.Si enim peccatum non haberent,Chriſtus pro eis non rogaret,vt dimitteretur peccatum.Sic Stephanus etiam lapidantes ſe dixit neſcire quid facerent. Atqui nociua eſt ignorãtia huiuſmodi & damnabilis,& in hęreticis multum malitioſa:quoniã quiſquis ſic ignorat, etiã ignorabitur.ſic igitur inſcitia ſua noſtrates peccant hęreti-
1.Cor.4. ci, vt de eis meritò dictũ videri queat illud Pſalm. Neſcie-
Pſal. 18. runt,neque intellexerunt,in tenebris ambulant.

¶Admonendi quoque hîc mihi eſtis eius diſcriminis,quod
Augu. Auguſtinus inter hæreticum ponit ſcientem & ignorãtem. Neque enim ſic accipiẽdum eſt,quaſi hęreticus ſciat ſe eſſe hæreticum:ſed is demũ ſciẽs dicitur hæreticus,qui ſcit opinionem ſuam contrariã eſſe ſanctionibus eccleſiæ catholicæ:vt quando iam Lutherani interceſſionem ſanctorũ eludunt,ſcientes errorem hũc eſſe Vigilantij, iam olim à ſan-
Hieron. cto Hierony.& eccleſia refutatum: & cùm liberũ hominis negant arbitrium, quæ hæreſis eſt inueterata Manichæorũ ab Auguſtino confutata. Quiſquis in hunc modum articulum ab eccleſia cõdemnatũ, & pro hæretico declaratũ tuetur,ipſo facto ſciens eſt hæreticus. Sic Papa Gelaſius dicit,
24.q.1. Maiores noſtri diuina inſpiratione cernẽtes neceſſariò prę
&c. Maiores. cauerunt, vt quòd contra vnam quãque hæreſim coacta ſemel ſynodus,pro fidei cõmunione & veritate catholica atque apoſtolica promulgaſſet,nõ ſinerent nouis poſthac retractationibus mutilari: ſed authore cuiuſlibet inſaniæ ac pariter errore damnato,ſufficere iudicauerunt. vt quiſquis aliquando huius erroris cõmunicator exiſteret, principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus. Similiter ſciẽs eſt hæreticus, qui libros ab eccleſia receptos reiicit, vt iam Lutherus epiſtolam Iacobi, Zuinglius Apocalypſim Ioannis,Oecolampadius etiam Machabeos ex canone exploſit.

7 Ex prædictis ſequitur, ſatis nõ eſſe ad excuſationẽ erroris,ſi quis paratum ſe clamitet ad emendationem,cõmunis enim hæc eſt hæreticorum proteſtatio,& cùm primum ad correctionem ventum eſt,reſiliunt, ſuperbiunt, tumul-
Euaſiones hæreticorum. tuantur.Quòd ſi ſancti patres eis afferantur teſtes, clamãt eos quoque homines fuiſſe.Sin citentur canones.obgãniũt ſtatim frigida hæc eſſe decreta. Si eligendi fortè ſunt iudices,recuſant ſubitò, dicentes, Verbũ Dei non ferre iudicẽ.

Quòd ſi allegentur concilia, clamitant ea ſæpius erraſſe.
tqui è ſacris literis etiā ſi afferatur aliquid, & has ſuo in-
enio tractant, ſuámq; tantùm expoſitionem ratam habe-
volunt, contradicente etiam vniuerſa eccleſia iam inde à
mporibus apoſtolorum. Hæ nimirum ſunt iſtæ foueæ, in
ıas ſeſe intrudunt vulpeculæ noſtrę, demolientes vineam
cleſiæ Chriſti. Atque ideo Papa Stephanus monet, hære-
ːis dicentibus paratos ſe eſſe ad emendationem, creden-
ım non eſſe, & tum maximè, cùm contraria ipſi ſibi do- *Inno. qui*
ut: nanque id vbi primùm faciunt, apoſtatæ fiunt. & hoc *dā. de ap.*
: illud Innocentij. Qui negat catholicā veritatem, quum
ius agnouit eſſe catholicam, peior eſt infideli. Quid mul
Quicunq; dum errat, legitimè ab ordinario ſuo iudice,
xta formam iuris correptus non deſiſtit, neque emenda-
r: iamiam pertinax eſt. & in veteri teſtamento olim capi-
reus fuiſſet, ſicuti nunc Neochriſtiani à ſummo pontifi- *Deut. 17.*
condemnati ſunt. Ecce autem ſic præcepit dominus, Si
ficile & ambiguum apud te iudiciū eſſe proſpexeris in-
: ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram &
n lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba va-
ri: ſurge & aſcēde ad locum quē elegerit dominus Deus
us, veniéſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudi-
m, qui fuerit illo tempore, quæréſque ab eis qui indica-
nt tibi iudicij veritatem: & facies quodcunque dixerint
i præſunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te
:ta legem eius: ſequeríſq; ſententiam eorum, neque de-
nabis ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. Qui autem ſuper-
:rit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore
niſtrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur ho
ille: & auferes malum de Iſraël, cunctúſq; populus au-
ns timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.
cce quā ſeriò & grauiter iam olim in ſynagoga Iudęorū
minus finale iudicium cōſtituit penes ſummū ſacerdotē
omnib⁹ rebus dubiis, dictata etiā pœna & ſupplicio mor
iuobediētib⁹. Quis iā ſtolidus adeò eſſe poterit, vt dicat *Ephe. 5.*
riſtum eccleſiā, quā ſanguine ſuo redemerat, nō etiā ta-
udice, publico omnium dubiorum directore, præmuni-
e, qui nihilo inferiorem haberet poteſtatem iſto legali
:rdote? Profectò enim niſi id ita eſſet, malè proſpectum
et eccleſię, ſi quādo quid ambiguitatis in illa exurgeret.

Hinc illæ lachrymæ, hinc iſtud malum, quod Neochriſtiani nullũ tolerare volunt iudicem, niſi ipſam ſcripturam. Et pulchrè ſané, atq; ad pertinaciã & temeritaté cõmodiſſimè: quoniã ille hîc iacet, nec quãquam remordet, etiã morſa & indignè tractata: non abſimilis AEſopico iſti Ranatũ regi, vt illi eam diſcerpunt, laniant, miſeriſq; diripiunt modis.

8 Manifeſta itaq; hæc pertinacia eſt cùm quis in fide errans, ſubiicere ſe non vult emẽdationi eorum, quorum intereſt. Et quid mirum? quam diu enim malũ operetur, odit

Ioan. 5. lucem, nec venit ad illam, ne fortè opera eius arguãtur. Sic

24.q.3 Leo, inquit, pręclarè quidẽ & ſuo more grauiter, Quid ini-

Quid iniquius. quius quàm impia ſapere, & doctoribus non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui nec ad veritatem agnoſcẽdam aliquo impediũtur obſtaculo, nec ad propheticas voces, nec apoſtolicas literas nec ad euãgeliſtas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrũt. ¶ Et ſic quiſquis eô inſaniæ de-

Gerſon. mergitur, vt plus ſibi vni quàm toti mũdo & tribuat & credat, manifeſtè pertinax eſt. Gerſon extollit iſtud eximium Climachi & nobile dictum: Qui ſibi dux eſſe vult, ſpreto duce proprio, non iam indiget dæmone tentante, quia ipſe ſibi factus eſt demon. Manifeſtam tamen iſtã pertinaciam auget, cùm quis ad ruẽdum errorem ſuum alios quoq; iuſſu, minis, promiſſis, prece & præcio iudicare conatur: quoniam euidens hoc eſt argumentum, illum inſtitutum cœ-

Luc. 12 ptúmque ſuum errorem irrefragabiliter defenſurum. Quicunque enim cum Chriſto non eſt, contra eum eſt, & qui cum eo non colligit, diſpergit. Cuiuſmodi iam, proh dolor, plurimi ſunt ex ciuitatibus & nationibus, qui diſpergũt, eò quòd de numero ſunt illorum, qui execrabiliter reſiſtũt veritati, non ſecus ac Iamnes & Mambres reſtiſterunt Moyſi. Verùm proculdubio illis eueniet iuxta illud verbũ apoſtoli. Reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi cir-

2. Tim. 3 ca fidem, ſed vltra non proficient. Inſaniant itaque, ſæuiant & tumultuẽtur iam Neochriſtiani vt lubet, permittit enim hoc eis Deus ad tempus. Attamen ad huc tandem ſuccumbent, & ſtultitia ipſorum innoteſcet omnibus. Veniet nãq; tempus, quando implebitur in cõtemptoribus eccleſiæ iſta

Mat. 10. prophetia Chriſti dicentis: Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomæ & Gomorrhæ in die iudicij, quàm tali ciuitati. Vis ſcire fundamentum impudẽtis adeò & ſtolidæ

ſæuitiæ potentum iſtorum, aduerſus eccleſiam tumultuantium? En vno verbo tibi, Superbia eſt. Et ad hoc pulchrum ecce & notabile dictum Hieronymi ſuper Abdiā: Tumor hæreticæ mentis confidentium in myſteriis & ſecretis ſuis, & quantum in ipſis eſt, repromittentium ſibi regnum cœlorum. & quod Dauid inquit, Poſuerūt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiit in terra: & ſicut Abdias inquit, Superbia cordis tui extulit te. Suſcribit Hieronym⁹, Quis hęreticorum non in ſuperbiam extollitur, eccleſię ſimplicitatem paruipendens? Sic quod imagines ſanctorum veneratur eccleſia, Carolſtadius quid vocat, obſecro? ſimplicitatem. Quod miſſam ſacrificium eſſe piè credit eccleſia, quid ſentit Lutherus eſſe? ſimplicitatem. Quod verum Chriſti corpus ſub ſpecie panis in euchariſtia eſſe ſanctè credit eccleſia, quid ad hoc quondam Zuinglius? ſimplicitatem eſſe contendit, admirabundus nos perſuaderi etiam à Chriſto potuiſſe in re tam non poſſibili. Horreo plura dicere ſuper blaſphemiis tantis, quas iſti tamen claudi, vno ſtantes pede profundunt elati & inſolentes, volunt diuinæ omnipotentiæ metam ponere & obſtacula, imperiti ſcripturarum, & virtutis diuinę ignari. Porrò tam obſtinati & indurati plerunque redduntur hęretici, vt conſtantiores magiſque obfirmato animo ſæpe ſint, etiam ad mortem pro erroribus ſuis obeundam, quàm multi fideles pro fidei catholicæ veritate. neque deſunt exempla hæreticorum, qui velut tripudiantes cùm ad ſupplicium ducerentur, cecinerint: Homo Dei ducebatur, aut ſimile quiddam. Quòd ſi autem hæreticorum mortem & cædem ſanctorum conferamus ſuppliciis, plurimū ſanè videbimus diſcriminis, nō eò ſtatim, quòd precioſa eſt mors illorū, hæreticorum verò interitus ſempiternus eſt & execrabilis: ſed etiam ratione gaudij ac voluntatis moriēdi, qua de re iam diximus. Nā quòd exultant hęretici ad mortem properantes, gaudium tantùm eſt beluinum quoddā & furioſum, efferum, planéq; inſanum, deſperatione plenum & vana opinione, expers omnis dulcedinis & gaudij ſpiritalis. neq; aliter faciūt quàm latrones quidam aut principum ac patriæ proditores, aut ciuitatūm hoſtes geſtiētes, etiam cùm ſint iam morti proximi. Lōgè aliter autem ſe habet lætitia ſanctorum martyrum, quæ in charitate Dei eſt radicata, nō cōtumax, ſed benigna, patiēs

Hieron. *Pſal. 115* *Abdi. 1* *Matt. 12* *Pſal. 115.*

ſuauis, plena ſpei & fiduciæ: plenéq; talis, quæ ſuaniter intus animum ſolatur & recreat ſpiritum, exterius verò etiã dolorem corporis minuit. Hæc itaque diuerſitas eſt martyrum diaboli, & eccleſię, qua de re aliàs plura. vide Gerſonē.

Gerſon.

9 Quàm vulgare, tam verum eſt illud, Nulla calamitas ſola. ſemper enim abyſſus abyſſum inuocat. atque ideo non ſinit Deus quēquam tam abominabile peccatum & crimen hęreſeos incurrere, niſi plura concurrant ſimul, puta ſuperbia, ignorãtia, negligentia, puſilanimitas philautia & multæ inordinatæ affectiones mẽtis. Vt igitur quilibet catholicus poſſit ſe facilè ab incurſu iſtiuſmodi luporum pręmunire, ſimúlque cõſiderare ſtupẽda iudicia Dei: age breuiter iam expediamus, vnde fiat quòd ſinit Deus aliquem cadere in tã abominabile ſcelus hæreſeos. 1 Et primò ſtatim loco ſe offert ignorantia eorum, quę captu intellectus hominis aſſequi poſſet. id ita intellige, Cùm primùm aliquis eò temeritatis peruenerit, vt iam ſibi videatur ſapientiſſimus: conetur etiam illa diiudicare, quęcũque fiunt in eccleſia, & iam de emẽdatione ſingulorũ cogitet: ad huiuſmodi inſolentiam & ſuperbiam, planéq; veſanã philautiam vbi quis peruenerit, viſus iam ſibi intelligere omnia, ſe ſapere ſolũ nihílq; faciat quicquid omnibus retroactis ſeculis ſit actũ in eccleſia: hęc nimirum horrenda & plus quàm Luciferiana eſt ſuperbia Neochriſtianorum. Aut quis nõ extremam temeritatẽ, neſcio dicam magis an ſtoliditatem, æſtimet, ſi quis ſic dicat, In hac ciuitate N. ſunt ſenatores, ſunt conſules quidam, ſed ætate ac prudentia non item valentes. ij tãtam ſibi arrogant ſapientiã, vt maiores ſuos omnes (qui tamen homines fuerũt prudentiſſimi) longo interuallo multíſque paraſangis poſt ſe relinquant, vt imo præ ſe eccleſiã catholicam totam ſpernant, contemnãt, calumniẽtur. Vnde hęc omnia? quoniã intellectus ſui capacitatẽ probè ſatis dimẽſi non ſunt: ita vt non norint quantum capiat. nam de intellect⁹ noſtri imbecillitate tota vndiq; plena eſt ſcriptura. Ecce enim magn⁹ ille & pręclarus propheta clamauit ad dominũ, A A A domine, neſcio loqui. Et iſti ſcioli ſenatorculi, belluli ſcilicet conſiliarij, qui cõſilij ſui modum ignorant ipſi, ſtatim ſciunt omnia, verentur neminem, norunt quid myſteriorum concluſum ſit in cœleſtib⁹, quoniam in hoc Paulum ſuperant, quòd in quartum etiam cœlum per-

Cur De⁹ ſinit homines cadere in hæreſim.

Hiero. 1.

rupetunt vltra illum! Vah vah dementiā hominum. Vah fa ſtum & dolos diaboli, qui pro ſapiētiſſimis habitos ad tantam redigit inſaniam. Sed quādo tāta eis tum ciuilitas tum conſiliorum peritia inſit, vnde fit vt ignorēt iſtud Socratis. Hoc ſcio, quòd neſcio? Verè hic mēſurā nouit intelligētiæ ſuæ & capacitatem, loquēs vtiq; hoc non de ciuilib⁹ rebus, quarum erat peritiſſimus, ſed de cœleſtibus. Hoc etiam eſt quod Bernardus dicit, Non eſt nihil, te ſcire te nihil ſcire. Nimium inſiſto, quāuis id exigat materia: vos tamen cum ſitis catholici, iſtis monitis non multum indigetis: & apud quos opus eſſet hęc dicere, nō audiunt illa, quoniā obicem poſuerunt iam olim ſpiritui ſancto: moréque Turcico non ferunt aduerſus errores ſuos quicquam prędicari: imo vt ſuperent Turcas impietate ſua, miſſas quoque celebrari apud ſe non ſinūt. Hi itaque iſti ſunt homines licētioſi, qui cum licentia cupiūt intrare infernum. Diabolus enim eſt protector eorū. O domine Ieſu Chriſte, ne ſinas obſecro illos ſic perire, quin potius illumina vultum tuum ſuper eos, neque permitte ipſos in tāta ſuperbia demerſos interire. Non fuit animus eouſque extendere materiam illam, ſed huc me impulit zelus domini, & ſalus veſtra omniúmque qui miſerè adeò nunc à crudeliſſimis iſtis tyrannis opprimuntur & coguntur aduerſus Dei pontificum, Imperatorum, ipſiúſque adeò naturæ leges, ad obſeruandas illorum perditiſſimas conſtitutiones. Nunc breuiter percurramus quæ reſtant.

Laertius. *Bernar.*

10 Ex multis quæ annumerari poſſent, neque nulla nec poſtrema hęc quoque cauſa eſt, quoniam intellectū ſuum quem à vera fide auocant, ad errores iſtos conuertunt: ita ſubmerſi in illis, vt quicquid contrarium ſapit, etiam audire nolint: iuxta iſtud Sapientis, Stultus nō recipit verba ſapientiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius. ſicut enim non poteſt videre homo quæ retro eum ſunt, ita hęretici vbi ſemel à fide auerſi fuerint, retroſpicere non poſſunt ad fidei veritatem, tantùm in ea quam cœperunt ingredi, ſemita ſpinoſa errorū pergunt: neque aliud aut vidēt, aut cōſiderant: ſicut Dauid inquit, Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere vt bene ageret. Quid quòd etiamſi miracula operetur Deus, cuiuſmodi exhibita ſunt plurima aduerſus Lutheranos, tunc quoque recuſant credere? Quid quòd nec ſcripturas, nec rationes ſolidas patrum accipiunt

Prou. 18. *Pſal. 35.*

nec doctorem aliquem leguntʾaut ſi qui ſunt, qui legunt, qui tamē ſunt pauciſſimi, ij quoque non eò legũt omnino vt inde veritatem colligant, ſed tãtùm tenebrarum ſuarum caligine, illa quoque probata ſanctorum, patrum ſcripta of-

Pſal. 21. fuſcant: ſicque eis fit, quod prædxit Dauid, Neſcierunt, ne-

Eſa. 44. que intellexerunt, in tenebris ambulãt. & iſtud quod Eſaias ait, Neque vident, nec intelligunt, vt confundantur,

3 Ratio tertia aſſignari poteſt, tum ſublimitas credendorum, tum ruditas intellectus humani. Quomodo Capharnaitis obtuſior eſt intellectus, quam vt percipiant credantque, diuina potentia corpus vnum in diuerſis eſſe locis poſſe. Sic etiam accidentia panis ſine ſubiecto in ſacramento eſſe renuunt Lutherani, nolentes credere iſtud Pauli, capti-

2.Cor. 10 uandum eſſe intellectum noſtrum ad obſequium Chriſti. O quàm hic currus, quod aiunt, bouem trahit, cum opor-

Ioan. 11. teat prius credere quam intelligere: iuxta illud Chriſti ad

Eſa. 7. Martham, Si credideris, videbis gloriam Dei. Iſtis autem, qui cùm ante fidem cupiunt intelligere, dici poteſt illud Eſaiæ, Niſi credideritis, non intelligetis. (ſecundũ ſeptuaginta: & ita legit Auguſtinus) Quicunque autem verè pij ſunt chriſtiani intellectum ſuum eleuant lumine fidei vltra na-

Auguſt. turam & vires illius, atque admirandi & attoniti ſtupent omnipotentiam Dei. Hoc eſt quod Auguſtinus dicit, Deus lumen eſt, ſed pectorum & animarum, non corporum. lumen hoc quiſquis non videt, ſimilis eſt caliganti in ſole.

4 Magna quoque eius rei cauſa eſt negligentia inquirēdi auxilij diuini, & ſocordia credendi. fides enim nõ ex natura, ſed donum Dei eſt. atque ideo nos quoque decet ni-

Au. li. 1 mium non tribuere ſapientiæ noſtræ, ſed deprecari domi-

*retia.c.*23 num pro incorrupta fidei integritate: & clamare, En credi-

Marc. 9. mus domine, tu modo adiuua incredulitatem noſtram. Et

Luc. 17. iterum Domine, adauge nobis fidem. Expreſſit hoc quoq;

Ephe. 2. Paulus, dicens: Gratis ſaluati eſtis per fidem, non ex vobis quia donum Dei eſt. Noſtrates autem Neochriſtiani nouellis quotidie chartis inſident, atque ex ſeipſis indies nouam fidem excogitãt, nihil minus faciētes, quam vt illam petãt

Pſal. 115. à Deo. Errant igitur, & cum aliâs omnis homo ſit mendax, ipſi fiunt mendaciſſimi. Veſpertiliones tantùm ſunt hæretici, & vlulæ, noctu tantum circunuolitãt, nec vnquam ad ſolem perueniunt iuſtitię dum magis amplectuntur rancidos

hæreticorũ commẽtariolos,quã iuſta ſanctorũ patrum volumina.Nonne enim ſic eſt?magis placebis Neochriſtiano alicui,vel corroſum illi afferens libellum Vuiclephi, Rockenzani,Huſſij & ſimiliũ, quam ſi recens inuentũ, & antehac nunquã viſum ei afferas librũ Auguſtini,Chryſoſtomi,Cyrilli,aut Ambroſi-.Que ſumma & execranda eſt abominatio,talis planè,vt de ea locutus eſt dominus,dicens: Lux uenit in mundũ,& magis dilexerũt homines tenebras quàm lucẽ. Quid itaque reliquum, niſi, vt tandem perueniant ad principem tenebrarũ in æternam damnationem?

11 Iamiam animus erat vela contrahere:& ecce plures ſe mihi offerunt rationes,quas etiã oporter euoluere,& quinta quidem eſt,obex peccati.ſicut enim qui malè videt,manu contegit oculos,ne offendant eum radij ſolis:ita & peccatum ſue confuſio eſt circa peccatum in multis, qui ideo ſolem iuſtitię uidere non poſſunt,iuxta illud Iob,Rebelles fuerunt lumini neſcierũt vias eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. Eâque eſt peccatorum conditio,vt qui vnum fecit, ad plura prolabatur. ſicque qui in ſordibus eſt,obſordeſcat adhuc ſic multi iam homines perditæ leuitatis,facilius ad hæreſim prolabuntur:quod ante & peccatis plurimis onuſtam humeris geſtãt ſarcinã, & cõfuſione velut veſtimẽto amicti circumeunt. ſic filij ſacerdotũ & monachorum plerunque ad hæreſes prolabuntur vſurariorũ. ¶ Huc pertinet quod inter hæreticos impunè licet peccare quibuſ libet,nec aliqua eſt bonæ diſciplinæ ratio:neq; enim refert apud eos,ieiunet ne aliquis an oret,an feſtũ diẽ ſanctè trãſ igat:nec quicquã intereſt num cõfiteatur,num offerat, nũ audiat miſſas.liberè licet carnibus veſci, dũ volũt & habẽt proceſſiones nõ obſeruãt,lumina non accendunt,neq; dies anniuerſarios celebrãt.Ecquid hoc ordine facili'?quid hac ſemita ad gehẽnam tritius?nã ſi ad cælũ tenditis,ad illã anguſtam Chriſti viã quantocyus properate. Nõne puratis adulteræ placere hoc cũ audit ſibi nõ eſſe confitendũ? an nõ ſic audet quod alias vitaret?Nonne monachis & veſtalibus arrideat, dũ audiũt licere ſibi ſecundũ carnem viuere, dum prædicatores eorum bis ſtulti & ter mali obgãniunt.id ita rectè fieri,& à Papiſtis,quos vocãt, immerito prohibitum. Iſti ſcilicet ſunt,de quibus Hieremias,Sanabant,inquit cõtritiones filię populi mei ad ignominiã,dicẽtes,pax pax cũ

Iob 24.

Apo. 22

Mat. 7.

Hiere. 8.

non eſſet pax. Iſti etiã ſunt prophetæ mẽdaces, de quorum improbitate cõqueſtus apud prophetã dominus, dixit, De- *Ezec.13.* ceperũt populũ meum, dicẽtes, pax pax, & non eſt pax. pa- rietẽ liniebãt luto abſq; paleis. Et deinceps velut viuis coloribus aptiſſimoq; penicillo depingit propheta Neochriſtianorum prędicatores: dicens: Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciũt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorũ. Et violabant me ad populum meũ, propter pugillum hordei & fragmentũ panis, vt interficerẽt animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo, credent mendaciis. Et Gregorius, Quiſquis ergo malè agenti- *Gre.18. Moral. cap.3.* bus adulatur, puluillum ſub capite vel cubito iacẽtis ponit: vt qui corripi pro culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Ad hũc modum prædicatores iſti carnis, homines atrahũt, dũ eis omnẽ vitiorũ colluuiẽ liberè permittũt dum miſſas & vigilias explodũt, ieiunia & cõfeſſio- *Eſa.5.* nem etiam in exiliũ relegant. Vę autẽ iſtis, qui dicunt malũ bonum, & bonũ malũ: qui ponũt tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponunt dulce amarũ, & amarũ dulce. Væ vobis qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & apud voſmetipſos prudentes. Aut potuiſſẽtne propheta magis propriè depingere ſceleratã iſtorũ malignitatẽ, qui execrabiles ſunt omnino, iuxta illud Salomonis, Qui dicũt impio, iuſt', es ma- *Pro.24.* ledicẽt eis populi & deteſtabuntur eos tribus: qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio. Certè magna iſtorum errorem cauſa ſita eſt in peruerſis prædicatoribus, de quibus Paulus, Inquinatæ ſunt eorum mens & *Tit.1.* conſcientia. Cõfitentur ſe noſſe Deũ, factis autẽ negãt: cum ſint abominati & increduli, & ad omne opus bonũ reprobi. ¶ Multa dici poſſent de flagitiis & ſceleribus Neochriſtianorum, ſed nunc mitto. Miror tantum auditorum illorum ſtupiditatẽ, quos ſane vel nõ ſatis bonos vel min' prudentes eſſe oportet, ꝙ dum audiunt prædicatorum ſuorum inſtabilitatẽ, inconſtantiam, & pugnantiſſimam contrarietatẽ, tamen pertinaciter adeò ipſis credunt & adhærent nõ *Sap.11.* crediturí tantẽ vel Auguſtino vel Chryſoſtomo, etiam ſi viuos audierent, Verum non poſſunt iſti quicquam conſtans & firmum efficere, quia impius opus facit inſtabile.

12 Ad extremum coronidis loco lubet rationes adhuc tres annectere,& ſeptima quidē ſuperbia eſt & huiuſmodi philautia,vt ipſi ſibi placeant homines. ſic Hieronymus in multis locis matrē hæreſum facit ſuperbiam. Hoc eſt quod propheta dicit,Arrogātia tua decepit te,& ſuperbia cordis tui. Addit Gloſſa, Quilibet hæreticus arroganter nimium de ſe prædicat:quoniam ſuperbia facit hæreticum,nō ignorantia.& Bernardus ait, Superbo oculo veritas non videtur,ſed ſyncero. ¶Non inferiorem porrò ſuperbia efficaciam hîc habet auaritia. Sic enim Sapiēs dicit, Auaro nihil eſſe ſceleſtius:quoniam & animam ſuam venalem habet,& in vita ſua proiecit intima ſua. Aut cur putatis multos etiā præclaros viros,Lutheranos & Zuinglianos fieri,niſi quòd vident opulenta tibi aliquot cænobia diripi, cenſus vi occupari,decimas,anniuerſaria & fraternitates abrogari,indeq; ſperant quæſtum?neque adeo tamen illi inhiant, vt negligant eccleſiam, prouident enim ei de tribus aut quatuor etiam ſcilicet bonis (ita coram plebe pollicentur) & doctiſſimis prædicatoribus, de quorum ſolatio quicquid reliquū eſt,quæris in quā conuertatur?ineptè id totum in publicam & diuitem arcam congeritur, ſanè in arcam diuitem, vnde nihil ſpetandum ſit pauperibus,quorum ſolo prætextu cæteri interim fiunt opulentiſſimi, dum iſtis algere & eſurire licet fortiter. Præclarè enim hic agitur,quia quanuis ſancti contemnātur,interea tamen aureæ & argēteæ ipſorum arcæ,imagines,thuribula,calices confriguntur, & quæcunq; alia ſunt vaſa Deo, cultuíque diuino dicata, in prophanos vſus conuertuntur. O quàm non attendunt exempla regis Balthaſaris,Antiochi,Heliodori, & ex præcipuis Pompeij Magni,qui cum antea maximos geſſiſſet triumphos, vbi primum templa violare cœpit, infœlices ſemper habuit exitus. Et quid inde ſpetandum niſi partim æternum ſupplicium, partim non plus fructus quàm ex auro Toloſano,cum nihil hic fœlicitatis nihil fortunę bonę eſſe queat? miſſas abrogant,ſacerdotia abolent,cenſus corradunt egregiè,neque vident illud oraculum è Paulina tripode profectum: Quia qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli.radix omnis mali eſt auaritia& cupiditas:eam qui cunq; appetūt,errant à fide, inſerētes ſe doloribus multis. Sed accedat Paulo & alius teſtis ſanctus Gregorius,& ſacri

Hier. ſup Oſee.4.
Abdie 1
Hier.49.
Bernar.
Eccle.10.
Dan.5.
2.Mach. 3.& 5.
Ioſeph.
1.Tim.6.
Gregor.

legos iſtos prædatores coarguat. Et ſacrilegium, inquit, & cõtra leges eſt, ſi quis quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudiis, ſuis tentauerit cõpendiis retinere

Hierony. Accede aũt & tu ſancte Hieronyme, & da teſtimonium aduerſus ſacrilegos iſtos. Amico rapere quicq̃ furtũ eſt: at eccleſiã fraudare ſacrilegiũ eſt. Atq; huiuſmodi flagitiũ graui

Lib.3 ſemp ſupplicio apud idolatras punitũ eſt, autore Lucano,

Quis enim læſos impune putaret
Eſſe deos?

9 Ad hæc omnium multum facit inordinata voluntatis affectio, ſicut, nunc, prohdolor, plurimi Lutherani fiunt ob inueteratũ ſuũ odiũ, quod ſemel aduerſus clerũ vniuerſum conceperunt. vnde & prædicatores ſuos inſtigant ad inuehendũ contra Papã, põtifices & ſacerdotes. Quis enim hæ-

Hi. ſuper Abdiã. reticorum, inquit Hieronymus, nõ deſpecit eccleſiaſticos? Quis hæreticorũ non exultat in malis eorũ? Et tales quidẽ

Gerſonis notabile dictum. homines irrequieti, ait Gerſon, corrũpunt oẽm ordinẽ hierarchiũ, non in eccleſia tantũ, ſed & in ſeculari politia. Tales infecerunt regnum Angliæ, deſtruxerunt ſtudium Pragẽſe, & vſque ad Scotiam peruenerũt. Quid ſi pius ille pater reuiuiſcens, in hæc noſtra redeat tẽpora? quid obſecro dicturus eſſet, cõſpiciatus Lutherana rabie laborate tot inclytas, illuſtréſque nationes, Morauiã, Liuoniam, Daciam, Pruſſiam, Saxoniam, Haſſiam, & quaſdam alias: quãuis nõ ex integro, quia Deus reſeruauit ſibi aliquot milia, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. ¶ Sufficiãt igitur hæc in præſentiarum dicta, diſcãtq; hinc Neochriſtiani, ſe non excuſari de ignorãtia, nihilq; eſſe quod clamitãt, ſe quicquid faciunt, animo bono facere, in laudẽ & gloriam Dei Quia ſic Iudæi quoq; rati ſunt obſequium ſe præſtare Deo quum Chriſtũ crucifigerent, Stephanũ lapidarent, Matthiã alióſque apoſtolos & martyres occiderent: & tamen grauiſſime in hoc peccarũt. Nos iam cõmunibus votis deprecemur dominũ, vt gratia ſua clemẽter illuminare dignetur oẽs, quot quot ab vnitate fidei catholicæ defecerunt: quatenus & ipſi ſemota cæcitate agnoſcant errorem ſuũ, pœnitentiã agãt & cõfiteãtur, planeq́, deſiſtant: & ſic ad vnitatẽ fidei reuerſi nobiſcum, nóſque cũ ipſis ad vnũ illud ouile Chriſti perueniamus gloriam conſequuturi fœlicitatis æternę: quam nobis concedat Ieſus Chriſtus in ſecula benedictus, Amen.

¶IN CELEBERRIMA FESTIVITATE PENTECOSTES EVANGELIVM.

Ioannis 14.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius. & in me non habet quicquam. Sed vt cognoſcat mũdus quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

HOMILIA PRIMA.

DIlectiſſimi in Chriſto fratres, hac tam ſolennni feſtiuitate, Deus pater & filius ſpiritum ſanctum miſerunt chariſſimis diſcipulis, iuxta promiſſum. Venit ergo ſpiritus ſanctus cum ſonitu vehemẽti, & in ſpecie linguarum ignearum, ad declarandum qnia corda eorum venerat inflammare & incendere igne diuini amoris: cuius incendium internum, linguæ iſtæ externæ ſignificabant. Quamobrem euangelium hoc hodie legi ordinauit eccleſia, quãdo dixit dominus diſcipulis: Qui diligit me, mandata mea ſeruabit. *Gregor.* Quo vnico verbo mendacij coarguit pleróſque Neochriſtianos. quis enim eſt qui cum interrogatur an diligat Deũ non reſpondeat ſe diligere illum? At nos, ſi verum ſcire volumus, accommodemus illam ſolidam & certam amuſſim Chriſti verbũ. Qui diligit me, mãdata mea ſeruabit. Ideoq́ue cũ pauci ſint, q̃ mãdata Dei cuſtodiãt, pauci quoq; diligũt Deum: quoniam probatio charitatis, exhibitio operis eſt. Atque hoc Ioannes etiam teſtatur, inquiens, Hæc eſt *Ioan. 8.* *1. Ioan. 2.*

charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. & paulo ante Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius nō cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas nō eſt. Poteſt hoc etiā ex verborum circunſtātiis colligi. Interrogauerat enim illū Iudas Thaddæus, dicēs: Quid eſt quod nobis te manifeſtatur⁹ es, & nō mundo? Quæſierat ecce, ait Auguſtinus, diſcipulus de domini manifeſtatione, & audiuit de dilectione atq; māſiōe, quia dilectio diſcernit ſanctos à mūdo: & quibus Chriſtus dat ſuam dilectionem, illis donabit in fine ſuam manifeſtationem, & diligentibus ipſum manifeſtabit ſe. Diligētes autem eum, nō ſunt mūdus hic, quoniā ſic etiam Iudas interrogauerat illū ex dilectione, vt teſtatur Chryſoſtom⁹, Cùm plura hîc dici poſſent de ſeruādis mādatis Dei quoniam in corde, ore, & opere cuſtodiēda ſunt illa: ſic Moyſes ait, Verba quæ præcepi tibi hodie, erunt in corde tuo (ecce cor) & dices ea filiis tuis (ecce in ore) & ligabis quoq; in manu tua (en operis conſummationem.) Ita Chriſtus etiam ad diſcipulos, Qui habet mādata mea & ſeruat ea, hic eſt q diligit me. Et ſi bene expendas textum ipſum, videbis quomodo Chriſtus doceat diſcipulos ſuos. cùm enim dixiſſet, Mūdus non videbit me, ſed vos. Et deinceps, Manifeſtabo eis meipſum quæſiuit Iudas; quomodo ſe ipſis, & nō mundo manifeſtaturus eſſet. Illud autē quod dixerat domin⁹, vos, Iudas de ſolis apoſtolis intellexerat, quòd nūc dominus de fidelibus omnibus diligentibus ſe dictū oſtendit. eſtque hæc cōmunis & vniuerſalis regula, dominum hoc de omnibus credentibus intellexiſſe. quō dubitās alicubi Petrus queſierat, Ad nos nē dicis parabolā iſtam, an ad omnes? Et alibi dominus ipſe quibus ediſſerat aperit, dicēs: Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Quibus omnibus, niſi electis & dilectis ſuis ad corpus eius pertinentibus, quod eſt eccleſia? Nō iis itaque tantùm locutus eſt Chriſtus, qui loquentem audierūt: ſed & apoſtolorum ſucceſſoribus maioribus noſtris nobis & poſteris noſtris, quotquot crediturí ſunt in illum.

Ioan. 14. *Auguſt.* *Chryſoſt.* *Deute. 6.* *Ioan. 14.* *Cyrillus.* *Matt. 14.* *Mar. 13.* *Auguſt. ad Eſitiū.*

2 Sequitur, & pater me⁹ diligit eū. Ecce quiſquis Chriſtū diligit, viciſſim diligitur à patre: ſicut deinceps dixit dominus, Et pater diligit vos, quia dilexiſtis me. Ex vtraq; illa dilectione patris & Chriſti, quid ſequatur, porrò declarat cū ait, Ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus; Ecce ſapiētiam Chriſti, ecce benignitatē & miſerationē Dei.

Ioan. 16.

Solus interrogauerat Iudas, quomodo manifeſtatur⁹ eſſet ſeipſis & nõ mundo: dominus reſpõdet & promittit, nec illi tãtum qui quæſierat, neq; ſolis apoſtolis, ſed omnib⁹ credentibus ſe cum patre venturũ, & mãſionem ibi facturum. *Augu.* nã de ſpiritu ſancto iam antea dixerat, Apud vos manebit, *Ioan. 14.* & in vobis erit. Penſate fratres chariſſimi, quanta ſit iſta ſolennitas, habere in cordis hoſpitio aduentũ Dei. Vide tamẽ duo hæc eſſe, ad eum veniemus, manſionẽ apud eum faciemus: quo ſignificare voluit dominus, ſe nõ apud omnes mãſionem facere ad quos venit, quoniã ſunt nõ pauci, qui pœnitentia acta conuerſi ad dominum, tẽpore tribulationis recidũt in priora peccata: apud hos ſane manſionem nõ facit De⁹: ſed quiſquis verè diligit Deum, adeò vt tam obfirmato ſit animo per charitatem, quòd nõ decidat ĩ aduerſis, ibi denique manſionẽ facit dominus. Et hæc quidem triũ perſonarũ mãſio in anima hominis fidelis præfigurata eſt tũc, cum tres angeli hoſpitio accepti ſunt ab Abraham, qui tres *Gene. 18.* illos vidit quidem, ſed vnũ adorauit. Meminit eius rei Paulus ad Corinthios, dicit enim dominus, Habitabo in eis, & *2. Cor. 6.* ero eorum Deus, & ipſi erunt mihi in populum. Ita vir ille dicit prophetæ, Fili hominis, locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedũ meorũ, vbi habito in medio filiorum Iſraël. *Ezec 43.* O bis fœliocem, ô ter quaterq; beatum, ad quẽ hodie venit ſpiritus ſanctus ſimul cũ patre & filio. Væ iſtis, ad quos illi venire recuſant. Væ etiam iis ad quos cum venerint, mãſionem tamen apud eos nec inueniũt, nec faciunt vllam: ſicut *1. Reg. 15.* apud Saulem, qui quam bonus erat primulũ, tam perditus & peruerſus deinde factus eſt. Rationẽ porrò reddit dominus. quia qui nõ diligit me ſermones meos nõ ſeruat. Ecce quam in charitate poſitũ hoc eſt totũ, àdeo vt quiſquis nõ diligit Chriſtum, neq; patrem deinde viſurus ſit, nec ſpiritũ *Chryſoſt.* ſanctum: & vt maxime filium conſpecturus ſit venientem iudicem, tamen hoc illi eueniet nõ ad conſolationem, ſed iudicium. Sunt qui ſuperiora omnia de manifeſtatione intelligant reſurrectionis, qua per dies 40. viſus eſt diſcipulis: nos tamen noſtram hanc expoſitionem eò lubentius adduxim⁹ quod ad nos & omnes fideles ſe extendit. omnes eñi nos paratos, hodie verò maxime eſſe addecet ad hunc ſpiritũ ſanctũ ſuſcipiendũ, totamq; trinitatem. vnde dici etiã nos nobis queat, Templum Dei ſanctũ eſt quod eſtis vos. *1. Cor. 3.*

3 Cur autẽ ſeruandi ſint ſermones ſui,iam porrò cauſam aperit,dicẽs illos nõ eſſe ſuos,ſed eius à quo miſſus erat patris. Quid enim aliud eſt verbũ Chriſti,niſi euangelium?& hoc quid aliud,quam Dei patris mãdatũ? Sic ille firmamẽ-

Cyrillus. tum,vt inquit Cyrillus,in mediũ afferre voluit,quo audiẽtium mentẽ inuicto cõfirmet robore, vt Iudęorũ ſpreta imperitia,euangelicã magno animo ſequãtur doctrinãSic ali

Ioan.7. bi ait,Doctrina mea nõ eſt mea,ſed ei⁹ qui miſit me patris Et ad Nicodemũ,quem miſit Deus,verba Dei loquitur. Ad

Ioan.11. Iudæos quoq; clamat, Quia ego ex meipſo nõ ſũ loquut⁹, ſed qui miſit me pater,ipſe mihi mãdatũ dedit quid dicam aut quid loquar.¶Non ita accipiendũ tamen hoc eſt, quaſi doctrina Chriſti ſua non ſit:vna enim eſt omñiũ trium perſonarum.hoc ergo tãtum voluit , quòd à ſe cõficta non ſit, vel etiam quod nõ ſua tantũ ſit,ſed & patris & ſpiritus ſancti.ſancta itaque & ſalubris illa fuit,& à Iudæis nihil minus quàm cõtemnẽda.Auguſtinus ſic habet, Quũ non à ſeipſo

Augu. ſit filius Dei,neq; de ſeipſo loquitur : nam & eſſentiã ſuam & operationẽ & ſermonẽ omnem à patre habet,& ſuus itaque eſt ſermo,quia loquitur illũ:& ſimul nõ ſuus.quia non à ſeipſo loquitur. Deinde aliter exponit, cui etiam cõſentit

Gregor. Gregorius.quòd ſeipſum voluerit intelligi, Quia in principio erat verbũ:nõ itaq; ſuũ,ſed patris eſt verbũ. quomodo nec ſua imago eſt,ſed patris. Sin autẽ hoc Chriſti verbũ de humanitate ipſius intelligatur,facilis eſt ſenſus.ſiquidẽ doctrinam euangelicã humanitas Chriſti à ſe nõ habet,ſed à Deo. Vnde diſcãt omnes prædicatores ſic pro cõcione dicere,vt ſimul verè poſſint dicere cum Chriſto,Sermo quẽ loquor,nõ eſt meus,ſed eius qui miſit me patris.dico verè,vt poſſint illud profiteri cõtra Neochryſtianos, qui cũ clamitent verbũ ſe prædicareDei & euangeliũ,nihil tamen aliud prædicant q̃ ſomnia ſua,ſuáſq; hæreſes,identidem vt cuculus cantilenam eãdẽ occinunt. ¶ Quærere tamen poterant diſcipuli,quinã ille eſſet ſermo patris. Reſpondens itaq; dominus,ait,Hic ipſe quã loquutus ſum vobis,cum adhuc cõuerſarer in carne. Geminã planè ſic nobis eſſe inſinuat mã-

Auguſt. ſionẽ,Alia enim eſt illa,quam ꝓmiſit futurã:hæc verò alia, quã præſentẽ eſſe teſtatur:illa ſpiritualis eſt,atq; intrīſecus mentibus redditur:hæc corporalis, forinſecus oculis atque auribus exhibetur, Et illa eſt de qua dixit,Ego vobiſcũ ſum

vſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Sic verbũ incarnatũ & manet *Mat. vlt.*
& recedit, recedit corpore, manet diuinitate. addit Cyrillus *Gregor.*
Quãdo nobiſcũ Chriſt' ratione deitatis nõ manet, qui om *Cyrillus.*
niã replet, & à nulla re abeſt? Ab homine igitur dictum eſt,
Hæc loquutus ſum apud vos manẽs, Sic prophetia Baruch *Baruch 3*
impleta eſt, In terris viſus eſt, & cũ hominib' cõuerſat' eſt.

4 Quum iam ſæpe prædicationem Chriſti audiſſent apoſtoli neq; tamen intellexiſſent, quamobrẽ ſæpius ipſum de intellectu interrogabant, vt Petrus, Thomas, Philippus & Iudas in cœna: cogitare apud ſe poterãt, Quid eſt quòd ſermones ſuos non intellectos toties audiuimus? Idipſum præuenire volens, ſubiunxit dominus, Paracletus ille quẽ mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia. Caue tamẽ tu ſuſpiceris tantum Chriſtum loqui, & ſpiritum ſanctum docere ſolum. vtrunque enim illud commune eſt tribus perſonis: ſed ita, quoniã trinitas eſt, oportebat ſingulas inſinuare perſonas, eáſq; nos diſtincte audire, inſeparabiliter intelligere. Atque non apoſtolis tantum, ſed vniuerſæ eccleſiæ *August.* doctorem illum paracletum dedit dominus: vnde etiamnũ illam docet, regit & gubernat, ne qua impingat aberrans in fide. Magiſterium autem illud ſpiritus ſancti deſerunt hæretici omnes & ſchiſmatici, cumque fontem fidei relinquant reliquum nil eſt, niſi vt in miſerabiles concidant errores.

¶ Et quam pulchrè omnia docuerit ſpiritus ſanctus diſcipulos, nonne vel hac vna die ſatis manifeſte apparuit, quãdo intrepidos & fortiſſimos illos reddidit ad prædicandum cũ fructu, & quidem tãto, ut prima ſtatim die ad piſcatoris vocem conuerterentur tria milia hominum & baptizarentur? ſicq; omne id quod obſcurũ eis fuit antea, iam hodie intellexerunt manifeſtiſſime, quodcũq; ad ædificationẽ fidei faciebat & eccleſiæ. Duo itaq; Chriſtus commemorat, que ſpiritus ſanctus facturus erat docturus eos omnia, & ſuggeſturus etiã quæ Chriſtus dixiſſet. Suggerit autẽ ſpirit' ſanctus *Gregor.* nõ quod ſciẽtiam ab imo inſerat, ſed ab occulto: & docuit ille quidem quęcunq; non dixerat Chriſtus, ſuggeſſit verò *Theophy.* quęcũq; obſcura dixerat dominus: vel quę propter imbecillitatem rationis memoria cõpræhẽdere nõ poterãt apoſtoli. Quę magna eis fuit conſolatio, quod cum diſcẽdi fidem nondum haberẽt, amiſſo tamẽ magiſtro, alium habituri eſſent doctorem, eumque manifeſtum, qui ſe doceret omnia *Chryſoſt.*

Iob.23. impletúque ſic eſt illud dictum Iob, Inſpiratio omnipotẽtis dat intelligentiã. Quomodo autẽ id factũ ſit, refert Gregorius, & ait, Niſi idem ſpiritus cordi adſit audientis, ocioſus eſt ſermo doctoris. niſi intus ſi qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuũ laborat. Et hinc illud eſt, quod multi ſermonem aliquẽ audientes, non æqualẽ fructum inde reportant: quoniam doctor internus quoſdam ſpecialiter docet, alios non item. Quò facit illud Ioannis. Vnctio vos docebit de omnibus. Hãc nimirum vnctionem didicit eccleſia iam inde à temporibus apoſtolorum vſque ad nos: neq; ſpiritus aduentum expectauit Lutheri, Zuinglij, Oecolampadij, Regij, Capitonis, Buceri, & ſimilium: quos rectè hominum monſtra, non homines credas. Admirandum autẽ hîc quodam diuinæ ſapientiæ conſydera myſterium, quanuis enim opera trinitatis ſunt indiuiſa, tamen aliqua certis appropriantur perſonis. Ecce quàm pulchrè conueniunt omnia, Deus pater mundum cõdidit, Deus filius humanũ genus redemit, ſpiritus autem ſanctus eccleſiam docuit.

Gregorius

1. Ioan. 2.

5 Cæterum, quando ne iota quidem peliturũ eſt de verbis domini, neq; hæc etiam fruſtra dicta erũt, quem mittet pater in nomine meo. Mittetur enim paracletus ille ſic in nomine meo, quod nihil alienum à me, vel meis verbis cõttatium docturus ſit, ſed in gloriã nominis mei. Poteſt tamen & in hũc modum intelligi, quod in nomine filij vẽturus erat ſpirit⁹ ſanct⁹. Quia ſicut in nomine patris venerat filius, eò ꝙ filius eſſet Dei patris, ita ſpirit⁹ ſanctus vẽturus in nomine filij: iuxta illud Pauli, Miſit Deus ſpiritũ filij ſui Neque tamen ſic cõſolari definit ſuos, addit inſuper, Pacẽ meã do vobis, pacẽ relinquo vobis Multa de pace dici poſſent, re vtique pia, ſancta & chriſtiana profeſſione digniſſima: ſed ego vos admonitos iã tantũ volo, vt ſectemini pacem, quã Chriſtus quoq; diſcipulis ſuis abiturus ad patrem reliquit, & vnicè cõmẽdauit. & vos itaq; pacem ſanctè obſeruate, ſi modo chriſtiani ita eſſe cupitis, vt dici vehementer optatis: quia vbi pax, ibi & Deus eſt & omnis fœlicitas: vbi cõtentio & diſcordia, ibi diabolus & genus omne malorum. Quod porrò geminauit pacem, eò refert Augu. quoniam pacẽ nobis relinquit in hoc ſeculo, pacẽque ſuã dabit in futuro, Pacẽ nobis ſuam relinquit, qua ſuperem⁹ inimicum: pacẽ dat, vt ſine hoſte viuamus: pacẽ, inquã, relinquit

Theophy.

Galat. 4.

Auguſt.

hîc nobis,abiturus ad patrẽ:pacem dat nobis nos adductu-
rus ad patrem. Imo & Chriſtus ipſe pax eſt,qui facit vtraq; *Eph. 2.*
vnum,Iudęos ſcilicet & Gentes in vnitatẽ fidei congregãs. *1.Pet.2.*
¶Etiam hoc temerè nõ eſt,quod diſtinctim ait,Pacẽ relin-
quo vobis,pacem meã do vobis. neq; enim idẽ relinquere
eſt & dare,atq; ea quidem quã relinquit, pax noſtra eſt, vt *Augu.*
eam poſſumus ipſi accipere: quã verò ipſe dat, in cælis eſt:
illamq; tantiſper habere nõ poſſumus, dum in nobis lucta
eſt carnis & ſpiritus. Et tamẽ hîc quoq; pax eſt,quã habere
poſſumus ſecundum hominẽ interiorẽ: imperfecta tamen
ea eſt,q̃ diu legem habemus in mẽbris noſtris repugnantẽ
legi diuinæ. Et quidẽ quãuis nõ negẽ tam corporalẽ quàm *Rom.7.*
internam pacem bonã eſſe: vtrãq; tamẽ crediderim præci-
puè hîc loquutum eſſe Chriſtum de pace animæ & cõſcien
tiæ; vt ait Paulus, Pax Dei quæ ſuperat omnem ſenſum,cu- *Philip.4.*
ſtodiat corda veſtra & intelligẽtias veſtras. Atq; ideo adie-
cit dominus, Non ſicut mundus dat,ego do vobis. mundus
pacẽ dat,ſine bellis & ſeditionibus,ſed nõ ad gloriam Dei:
quin potius ad promouẽdas mercimonias & manutenẽdas
tyrannides,& id genus alia negocia mundi. Quæ non tam *Auguſt.*
pax vera eſt,quàm fucus quidam pacis:quoniã in iſto gene
re pacis etiam confœderati plerũq; inter ſe diſſentiũt, alter
alteri inſidiatur & peſſimè loquitur. Profectò pax vera eſſe
non poteſt, vbi non eſt cõcordia, quia diſiũcta ſunt corda.
Quiſquis autem diligit Deum, mãdata eius ſeruat: ad quẽ *Eſa.57.*
veniẽs pater manſionem facit,hic pacem veram habet,quũ
interim non ſit pax impiis,ſed tantùm diligentibus Deũ,& *Gregor.*
facientibus bonum, & in quorum operibus nõ minus quã
corde & ore ſpectetur dilectio, quæ otioſa nũquã eſt. ope-
ratur enim magna,ſi eſt:ſin verò operari renuit, iam nõ eſt
dilectio. In hac probatione frigidi, imo nulli comperiẽtur
Neochriſtiani: quicquid in vniuerſum eſt bonorũ,con
temnunt & eludunt, tantum abeſt vt quid boni faciãt. Vos
autem mandata Dei ſeruate, diligite Deum, & viciſſim ille
vos diliget, manſionem etiam facturus in cordibus veſtris,
quum venerit ad vos. O enim fœlices vos, qui tantæ gratię
participes efficimini: verè vobis ille pacem ſuam relinquet
conſcientiæ bonæ, quàm deinde perficiet in vita æterna. Id
adeò tu facere dignare fili Dei Chriſte Ieſu, qui cum patre
viuis & ſancto ſpiritu in ſecula benedictus, Amen.

ALTERA HOMILIA IN DIE
ſancto Pentecoſtes.

APpropinquante iam perſecutione diſcipulorum, magnaq́; perturbatione eorumdem ex paſſione & morte Chriſti, multis modis ille conſolatus eſt eos tanquam paſtor bonus: & inter cætera promiſit eis, ꝙ ſi dilexerint illi Deum, ipſiuſque mandata ſeruauerint, viciſſim dilecturus ſit eos: deinde pollicitus eſt eis ſe miſſurum paracletum ſpiritum ſanctum, qui docturus ipſos ſit omnia, & in hoc pacẽ ſuam eis reliquit & dedit. Tandemque concludit hoc caput
Ioan. 14. iiſdem quibus exorſus fuerat verbis: dicens, non turbetur cor veſtrum, neq; formidet: audiſtis enim quia dixi vobis, Vado, & iterum veniam ad vos. Homo abiit, manſit Deus: oculos deſeruit, ſed non dimiſit: atque ideo ipſos non perturbari iuſſit intellectu, vt exciderent fide ad aliquem declinantes errorem: neq; volũtate ad decrementum charitatis, audientes illum rediturum, ſicuti reuerſus eſt in morte ſingulorum apoſtolorum, & rediturus adhuc eſt in extremo
Ioan. 16. iudicio: iuxta illud Chriſti verbum, Iterum redibo ad vos, & gaudebit cor veſtrum. Poteſt etiam ad verba præcedentia ſic referri, quia predixerat ſe abiturum, & paraturum illis locum, tuncque reuerſum aſſumpturum eos ad ſeipſum. Ita quód hîc multis verbis dixerat, breuiter iã repetit: atq; ad hunc ſenſum facilis eſt intellectus horum verborũ: cùm ait, Vado & venio ad vos, per paſſionem & mortem diſce-
Ioan. 14. do à vobis ad patrẽ: ruſuſq́; venio ad vos in morte veſtra: & tunc aſſumam vos ad meipſum. Sunt enim quidam, qui credunt Chriſtũ apparere ſanctis & fidelibus in morte ſua: & in electis quidẽ planè ita ſentio, maximè verò apoſtolis quos in hoc ſibi ex vniuerſo mundo elegerat, ut fidem plãtarent eccleſiæ. Cùm autẽ iis omnibus nihil aut certè parũ promouiſſet apud apoſtolos Chriſtus, illiq́; non deſinerent triſtari, porrò reprehẽdit eos, dicens, Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem: quaſi diceret, Videmini vobis diligere me, atq; ideo grauiter & moleſtè fertis abitũ meũ. Verũ nõ eſt hæc ſolida dilectio, quũ impedire conamini gaudium meũ, ſalutẽ veſtram. nã abiens ſummum mihi gaudiũ cõparabo, vobiſq; idẽ præparabo. Neq; aliter omnino ſe hîc res habuit, q̃ ſi quãdo parentes filios ſuos à ſe ablegare recuſant nimio amore. quo erga illos ducũtur,

ſicq; indulgẽtiori educatione perire apud ſe ſinũt,quos poterant ablegatos à ſe ſeruare,in ſummum illorũ commodũ ſuúmq; honorem. Et in tali caſu nõ parum & reprehendẽda venit, & in culpa eſſe iudicatur immodica parentũ dilectio, ſi ſic pereãt liberi. Simili nãq; modo diſcipuli quoque cupiebãt,nimia corporalis præſentiæ dilectione moti, retinere apud ſe Chriſtũ, qui magis charitate vera gaudere debebãt de abitu illius ad patrem, quum & ipſe eis dixerat, Expedit vobis vt ego vadam. 2 Eius rei rationẽ deinceps reddit:& ait,Pater enim maior eſt me. Hæc nimirum, fratres,ſunt illa verba,vnde Arrius venenum exuxit, quo vniuerſum mundum defatigauit,neſcio an dicã magis infatuauit,quin potius dicam vtrunque. non fuit enim vnquam hęreſis vel amplior,vel peſtilentior. fuerunt quidem ſæpe hęreſes maiores,ſed hæc vna omniũ maximè nocuit. Siquidẽ & latiſſimas,profundiſſimáſque radices egit,& in capitibus eccleſiæ diutiſſimè durauit, Ecce enim orta primũ in Alexãdria Ægypti,totã ſtatim inuaſit Aphricã,infecit Græciam, Aſiã,Italiam,Galliã,Hiſpaniam,& quod pene cum lachrymis dico,in noſtram quoq; prorupit Germaniã:nam & Magũtiam vſque peruenit. Quid quòd & Imperatores aliquot reges nonnulli,& principes plurimi, neque pauci epiſcopi hac hæreſi infecti fuêre? Sententia autem illorum hæc fuit, Quum hîc dixerit dominus,patrẽ ſe maiorẽ eſſe Chriſtum quoque ſeu filium Dei,Deum verum nõ eſſe, ſed ſummam tãtùm creaturam Dei. Quæ extrema eſt blaſphemia,filium Dei ſummo & maximo illo quod habet,velle ſpoliare,ſcilicet diuinitate. Aut quid cõtumelioſius filio Dei tribuere potuiſſent,niſi ipſum deũ verũ nõ eſſe? Meritò itaq; catholici fortiter ſe oppoſuerũt aduerſus iſtã impudentiſſimã hæreſim, & eorum aliquot milia ſanguinẽ pro fidei veritate effunderũt. Si enim filius Dei Deus non eſſet,ſequeretur alia hæreſis,ſpiritũ ſanctũ quoque Deũ non eſſe, ſicut deinceps ſenſit Macedoniꝰ. Et quãuis hæreſis iſta in illo ſanctiſſimo concilio Niceno eſt cõdemnata ſub Cõſtantino magno,nõ defuerũt tamẽ poſtea homines temerarij, qui cõciliũ quoque illud contemnerent,& hæreſim iſtam quacumque vi & violentia tueri conarẽtur,præſidiis adiuti Imperatorum & imperatricum, puta Cõſtantiæ, Valẽtis,Iuſtinæ Humerici, Vuandali,& multorum regum Gothorum Et tamẽ trium-

Euſebius in eccle. hiſto.

phauit inuitis omnibus veritas catholica,quando per Valẽ tinianũ,Theodoſiũ,Gratianũ, & alios pax reſtituta eſt eccleſię. Quumq; imperatores hęretici vndequaque in oppidis templa dediſſent hæreticis occupãda, ita vt in vna ciuitate eſſent in hoc tẽplo catholici,in aliis hæretici,atq; quotidie tumultus factiones & ſeditiones mouerentur, cædes vndiq; eſſent & homicidia,nuſquam pax aut requies. Inter hæc omnia ex multis aliis fortiſſimũ ſe præbuit patriarcha Alexandriæ Athanaſius, qui multas antea perſecutiones paſſus erat ab hęreticis,& aliquoties in exilium eiectus:fugerat Treuerim ad ſanctum Maximinum,ibiq; compoſuerat ſymbolum illud fidei catholicæ, Quicũque vult ſaluus eſſe. Hoc eò libétiùs multis verbis enarraui,quod nũc quoque ſunt,qui de malignitate ſua gloriãtes, iactãt ſuis damnatis erroribus indies tot acceſſiſſe principes,vrbes,pagos, & neſcio quid non. Verùm vos iis omnibus ne nimiũ quidẽ moueamini,quin magis ĩ veteri illa indubitata fide perſeuerate fortes, atque ab eccleſia ne recedite. Ne curate ſi principes & optimates nunc fiant hæretici: olim iam olim idem quoq; cõtigit in regibus & imperatorib⁹, necnõ epiſcopis malis: quod qui hiſtoriarũ ſunt periti,facilè norunt Arrianã hæreſim altiores egiſſe radices apud imperatores, reges & principes, quàm vel Lutheranam iſtam, vel Zuinglianam:cùm Imperatorem habeamus & regẽ maximè catholicos.Et vos itaq; chariſſimi,conſtantes eſtote, & in fide fortes: neq; tantilli facite, quando auditis quoſdam excidere à nauicula fidei.Magis orate Deũ,pro gratia& firmitate perſeuerantiæ aduerſus omne genus hereſum.Simulq; ſperate & confidite in Deum, quoniam & hãc hæreſim extirpabit, vt cæteras. 3 Nunc hæc ipſa Chriſti verba diſpiciamus,vnde Arriani hæreſim ſuam deſumpſerũt. Chriſtus ſic dicit,Vado ad patrẽ,quia pater maior me eſt.Verba hęc quiſquis verè expẽdit, videt vtique Chriſtũ voluiſſe in hoc patrem ſe eſſe maiorem, in hoc quod ipſe abiit ad patrem: *Augu.* abiit autem ad illum ſecũdum formam aſſumptam, formã ſerui.quid multa?ſecũdũ humanitatem. Et quum in Chriſto naturę duæ ſint,ſecũdum diuinam patri ſuo ęqualis eſt, *Philip.2.* imo vnum quid cum patre: ſed ſecundum humanam pater illo maior eſt. Temerè itaque incendium tãtum inde parãrunt Arriani,quòd mirari debebãt magis & ſuſpicere illud,

ſcilicet, quod propter homines aſſumpſit filius Dei, qui exi- *Philip. 2.*
naniens ſeipſum, formam ſerui ſuſcepit. Quum itaq; Chri-
ſtus ſecundum diuinitatem æqualis ſit Deo patri & ſemper
cum ipſo, nũc quoque apoſtolis indicat, ſi diligerẽt ipſum,
eos gaudere debuiſſe, quod humanitatem quoq; ſuam iam
ſecum ferret in cælo. Et certè argumentũ amoris diſcipulo- *Cyrillus.*
rum erga Chriſtum fuiſſet, nõ dolore ipſo abeunte ſecũdũ
humanitatẽ, ſed cum Pſalmiſta gaudere: cùm diceret, Om- *Pſal. 86.*
nes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exulta-
tionis. Et hæc cõmunis Auguſtini, Hilarij & Chryſoſtomi *Auguſt.*
ſententia eſt. ait enim Augu. obiurgans hæreticum, Quid
igitur hæretice? cùm Chriſtus ſit Deus & homo, dũ loqui-
tur vt homo, tu calumniaris Deo: dum ille in ſe naturã com
mendat humanã, tu in illo audes deformare diuinã? infide-
lis, ingrate, ideóne tu minus diligis eum qui te fecit, quia
dicit ille, quod factus ſit propter te? Vbicunque aliquid in
ſacris literis reperitur, quod diuinæ naturæ non competit, *Regula.*
id totum humanitati tribuendum eſt: vt cùm dicitur aut le-
gitur, mortuum eſſe Chriſtum, eſurire, eſſeq; patre minorẽ:
hæc omnia de humana natura ſunt intelligẽda: de diuinita-
te autem verum eſt illud verbum Chriſti, Ego & pater vnũ
ſumus. Eſtque hoc cuilibet chriſtiano pro certo habẽdum, *Ioan. 10.*
Chriſtum ſecũdum diuinam naturam vnum quid eſſe cum
Deo patre & ſpiritu ſancto, vnamq; trium perſonarum eſſe
poteſtatem, ſapientiam, bonitatem, maieſtatem, gloriam,
& æternitatẽ: ſicut infrà in dominica trinitatis diſſeremus.
Non deſunt tamen ex Neochriſtianis quidam qui Arrianis
& ſceleſtiores ſint & magis impij. nam qui ſcripſerint Chri
ſtum non ſolũ Deum verũ non eſſe, ſed & hominẽ purum.
Tantũ potuit malignitas hominũ iſtis perditiſſimis ſeculis.

4 Diuinitatem porrò ſuam diſcipulis probat dominus:
& dicit, Et hæc dixi vobis antequam fiant, vt cùm facta fue
rint, credatis. Ecce quia certò odeò futura contingẽtia præ-
dicere ſoli Deo proprium eſt, certò hinc ſuam concludit
diuinitatem. Non tamen id ſic intellige, quaſi illi tunc de-
mum credere debeant quæ prædixit, cùm facta fuerint, quę
exigua & penè nihili eſſet fides. Verùm hæc Chriſti ſenten
tia eſt, Quum futurũ eſt, vt rurſus veniam ad vos in ſpecie *Augu.*
viſibili, tunc cætera quoque credite inuiſibilia quæ dico vo
bis, vt me eſſe filium Dei. Vel etiam declarare hîc voluit,

fidem eorum,quæ iamiam ruitura erat in paſſione Chriſti, rurſus confirmādam in reſurrectione. Et eſt hoc ſanè ſtabi le firmúmque deiratis Chriſti pignus, futurorū prædictio. Oſtendens autem ſe à Deo citò reſurrecturum, deſignauit ſe pluſquam prophetam eſſe,cùm cęterorum prophetarum nullus reſurrexerit. Et hoc eis rurſus poſt reſurrectionem ſuam repetiit,dicens, Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos,cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniā neceſſe eſt omnia impleri quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Iā,inquit dominus,non multa loquor vobiſcū: venit princeps mundi huius,& in me nō habet quicquam. princeps mundi,diabolus eſt,non tamen quòd dominus ſit illi⁹,quia domini Dei eſt terra & plenitudo eius: ſed quod per vniuerſum orbem longè latéque dominetur per idololatriam:quę quia per euāgelium Chriſti deſtruetur rurſus, venturiq; ſunt etiam Ethnici ad cognitionem fidei,ideo dixit Chriſtus ad Iudæos, Iam princeps huius mundi eiicietur foras. Et verè princeps mundi diabolus, vt qui tam potenter & validè dominabatur tunc in hominibus mūdanis & carnalibus:ac quotquot trahat in ſuo triūpho captiuos, qui etiam primum hominem Adamum deceperat in paradiſo,qui fune peccati originalis aſtrinxerat omnes,præ cuius tyrānide nemini licebat ingredi cœlū. Quòd autē adueniēs ille nihil inuenturus ſit in Chriſto,intelligit Auguſtinus eò pertinere,quòd nō creaturarum, ſed peccatorum princeps ſit diabolus. Sed quo tandem modo venit? in malis,inquit Cyrillus,& peruerſis Iudęis, qui Chriſtum tradiderunt in mortem citra omnē mortis cauſam, vel ipſo diaboli ſubminiſtro Pilato teſtāte, qui quoties tandem dixit, Nullam in eo inuenio cauſam?

Cyrillus. *Luc. vlt.* *Pſal. 28.* *Ioan 12* *Gene.3* *Augu* *Cyrillus.* *Matt.27*

¶Ecquidem credidero facilè eò quoque verbum hoc pertinere, quòd cùm maximè hominem iam moriturum viſitet diabolus:iuxta illud, Et tu inſidiaberis calcaneo illius. Calcaneum autem vltimum vitæ humanę finem rectè intelligimus. Quum itaque ad mortem ſingulorum hominum veniat diabolus,quærens partem ſuā in illis, ad Chriſtum quoque venit,ſed ſpe ſua fruſtratus, nihil inuenit in eo,atque ideo meritò ſuam quoque priſtinam iuſtitiā amiſit. Qui enim per mēbra ſua,ſcilicet Iudam,Iudæos,Herodem,Pilatum,præter omne meritum mortis Chriſtum vi-

Gene.3 *Gloſſa ſuper Dan.*

tæ authorem morti adiudicauit, nónne ad omne iuſtitiæ præſcriptũ meritò ius ſuum totũ amiſit, quod antea aduerſus homines habuerat? Nunc enim vniuerſus mũdus confitetur & agnoſcit Chriſtum nullam commeruiſſe mortem, nec naturalem, neque violentã iſtam crucis: tantùm ille patri ſuo obedire voluit vſque ad mortẽ, ſicut enim pater filio ſuo præceperat genus humanũ morte propria redimere, ita volẽs omnia ille ſubiit: oblatus eſt enim tãtùm, quia voluit. Et hoc eſt quod diſcipulos ſuos, mundúmq; vniuerſum voluit ſcire, ſe nullo merito mortis, ſed ſola obediẽtia patris mortuum eſſe. Immenſa autem ſuæ mortis, vtilitas hodierna die innotuit orbi terrarum, quando apoſtolis miſit ſpiritum ſanctũ multis modis antea promiſſum: ex quo ſtatim ſcientiam ſimul & robut ſuſceperunt intrepidè prædicandi vniuerſo mundo, tanto miraculo & ſtupore, vt in omnibus linguis intelligerentur ab omnibus. *Roma. 8.* *Eſa. 53*

¶ Nos itaque cõſideremus apoſtolos illos columnas & fundamenta eccleſiæ, quomodo qualéſq; eos inuenerit & reddiderit ſpiritus Dei diligenter contemplemur: ſedebant enim omnes pariter in vna domo concluſi propter metũ Iudæorum, nihil aliud callentes, niſi quòd matres eorum quæ pepererant ipſos, nouerant loqui: & tamen ea ipſa vernacula lingua nõ audebant, qua erãt timiditate, manifeſtè Chriſtum confiteri. Adueniens autem ſpiritus ſanctus pectora eorũ impleuit, oráque variis linguis inſtituit, animos adeò confirmauit, vt iam alienis linguis eloquerẽtur Chriſtum: qui de illo prius lingua ſua loqui metuebãt: gratia ſua mẽtes eorum accendit, cuius virtute illi contemptis ſuppliciis corporum, charitate diuina ſuperarunt omnem violentiam & iniuriam tyrannorum. Tam fortes & intrepidos illos effecit gratia ſpiritus ſancti, vt inde vniuerſam eccleſiã exædificarint, ſibíq; emeruerint ſedes duodecim, quibus iudicẽt vnà cũ Chriſto. Nunc porrò deprecemini Chriſtũ, vt iã hodie vobis gratiam cõmunicet ſpiritus ſancti, in abſolutionem peccatorum, ad illuminandum intellectum: quatenus hîc gratiam, illic vitam conſequamur æternam, Amen. *Act. 2.* *Mat. 19*

HOMILIAS DE FESTI HVIVS celeberrimi ſolennitate, require parte tertia de feſtiuitatibus.

❧FERIA II. PENTECOSTES,

EVANGELIVM IOANNIS 3.

Ioan. 3 *IN illo tempore, dixit Ieſus Nicodemo, Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia nõ credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim opera eorum mala. Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtetur opera eius, quia in Deo ſunt facta.*

HOMILIA PRIMA.

VEnientem ad ſe Nicodemum nocte, dominus noſter in altiſſimis fidei catholicæ myſteriis erudiuit: docuit enim illum arcanum iſtud baptiſmi ſacramẽtum, ſpiritualis vitæ vnitatem, aſcenſioné ſuam, paſſionis & mortis ſuæ meritum longè maximum. Et poſt hæc omnia hodiernum hoc ſequitur euangelium, quò rationem ediſſerit Chriſtus, cur in hunc mundum venerit miſſus à patre: cuius immenſam erga genus humanum charitatem miris modis commendat, ſimulq; ſuam. nam pater filium quem habebat vnicum, miſit in mundum, filius vltrò ſe obtulit in redẽptionem, vſqueadeo Deus dilexit mundum. Chryſoſtomus ait: Ne Nicodemus humanis affectibus perturbaretur, & omnino interiturum putaret quem in crucem ſuffixum exaltari iam oportere audierat, vide quomodo tollit dubitationem, dum ait ſe moriturũ dilectione regente patris, & ſuapte voluntate. Sed tu ipſa etiam verba mihi attentiùs conſidera. Sic Deus inquit, dilexit mundum. Admiranda hæc etiam, teſtante Auguſtino, dilectio eſt, vt Deus pater vnigenitum ſuum daret pro vita creaturarum, pro redemptione ſeruorum. Proh pudeat nos, tam maximæ dilectioni nõ viciſſim reſpondere. Aut cur corpori noſtro, imo cadaueri parcimus? vt quid pecuniam non expẽdimus propter Chriſtum, cúm videamus proprio filio ſuo nõ pepercisse Deũm (ſic, notat quantitatem ibi, ideo dixit, Sic vſqueadeo, aut tantopere.) ❡ Hæc itaque cauſa eſt, cur eccleſia, quæ recto-

(Margin: Ioan. 1 — beside "in altiſſimis"; Chryſoſt. — beside "mendat"; Augu. — beside "genitum ſuum")

re gaudet ſpiritu ſancto, euangelium hoc legi ordinarit in feriis Pentecoſtes.cùm enim feſtiuitas hæc tota tribuatur ſpiritui ſancto,qui amor & charitas Dei eſt, vnio quædam patris & filij,ita vt illi & ſe viciſſim & nos quoque diligant per ſpiritum ſanctum:ideo huc euangelium iſtud facit,cõmendans nobis charitatem Dei in genus humanum.Cõſidera tu hîc mihi,quis nos diligat.Ecce cõditor noſter De⁹, qui nos tãtùm noſtra cauſa diligit, ipſe nullius dilectionis indigens.Conſidera deinde, quanta ſit hæc dilectio. Ecce tanta,vt filium pro nobis proprium daret in redemptionẽ. Conſidera præterea,quis & quãtus ſit qui pro nobis datur. En filius ipſe Dei,qui & eſſentialiter ipſe eſt Deus,pro cine re cadaueroſo & puluere terrulento impenditur.O ſtupendum ſanctiſſimæ trinitatis conſilium, vt cùm ſuperbus homo affectarit ſimilis eſſe Deo, vt ſciret bonum & malum, ſpe ſua falſus,non modò nõ ſimilis factus eſt Deo, ſed & à ſua illa magnifica gloria delapſus,cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Vt tamẽ homo ille priſtinæ reſtitueretur dignitati, Chriſtus illum per lignum in quo peccauerat,rurſus redemit,qui fili⁹ Dei erat in ſinu patris,propter hominẽ factus eſt,gloriámque immortalitatis quã per peccatũ deſtitutus erat,per gloriã ſuæ reſurrectionis homini reſtituit:quę,quia omnia inenarrabili quadã facta ſunt ſapiẽtia Dei,rectè dicit Auguſtin⁹, ſe totis aliquot diebus nõ ſatiatũ admirabili illa ſuauitate & dulcedine diuini conſilij conſideranda ſuper generis humani redẽptione. Quo etiã pertinere videtur illud Dauidicũ,Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me,cõfortata eſt,& non potero ad eã. *Pſal.48.* *Auguſt.* *Pſal.138.*

¶ Magnus itaque eſt qui nos dilexit primũ, magnus qui & nobis & pro nobis dat⁹ eſt,neq; minor dilectio,qua vrgente id totũ factũ eſt,ait Aug. Audite auribus, accipite mẽtibus dilectiſſimi,loquẽtib⁹ nobis, ſed ipſo docẽte,qui nõ recedit à nobis,dñs dicit,cõmẽdans charitatẽ patris in nobis quã exhibuit ipſe filius moriendo pro nobis: ſua ſiquidem morte à noſtra nos morte redemit,ipſéq; mortuus mortem interemit ſuffigens eam in crucem: & ſic qui mortales erãt antea,fecit vt eſſent immortales. Tu itaq; hîc admirare ꝓfundiſſimam ſapiẽtiam Dei: cum enim per inuidiam mors irrupiſſet in mundum,per inuidiam autem diaboli,viciſſim Deus voluit in mundum ſalutem & vitam venire per dile- *Augu.* *Sap.2*

ctionem ſuam. 2 Poſt inæſtimabile diuini amoris argumentum, iam Christus fructũ cõmemorat nobis ex ſuo aduentu prouenientem, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitã æternã. In Deũ credit, qui altiſſimæ & ſummæ veritati ſuper omnia, propter ipſam tantũ adhæret, & in illã tẽdens per charitatẽ, eidẽ incorporatur. Qui ſanè fructus eſt immẽſus, nobis inde proueniẽs, quòd Deus filiũ ſuũ miſit in mũdũ, vt qui antea morti deputati eram⁹ æternæ, deinceps vitã haberemus æternam. Atque hinc diſcrimen exurgit veteris & noui teſtamenti: illud tẽporalia tantum promittebat & caduca, hoc æterna pollicetur & cœleſtia.

Ambro.

¶ Quàm uerò tum propriè tũ breuiter hîc æterna Dei patris ſapientia docet quid dãni vitem⁹ per fidem, puta ne pereamus: deinde tãdem quantũ aſſequamur, ſcilicet vitam æternam. Nanque ante aduentũ ſuum iam perieramus omnes, qui nũc per fidem illius aſſerti ſumus ab interitu, ſicut & Zacharias præuidit, In ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos ex fouea, vbi aqua non erit. Cõmodum autem & fructus eſt ipſa vita æterna: iuxta illud, Ego veni vt vitam habeant, & abundãtiùs habeant. Et veniſſe quidẽ ſe iam in omni miſericordia, adhuc ampliùs probat, dicẽs, Quia nõ miſit Deus filiũ ſuum in mundum, vt iudicet mũdũ, ſed vt mundus ſaluetur per illum. Atque hæc quidem prioris ſermonis veluti confirmatio eſt, quòd Deus ex dilectione miſerit filium ſuum in ſalutẽ hominum, nõ in iudicium: ſicut & alibi teſtatus eſt, inquiens nõ veniſſe ſe iudicare, ſed ſaluare mũdũ. Cauſa igitur aduẽtus Chriſti ipſa eſt, ſalus mũdi, quoniã nõ venerat vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Et hoc ſibi vult etiam nomẽ Ieſu. de quo angelus dixit, Quoniam ipſe ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorum. Eóque ipſo oſtendit ſe ſuperiorem omnibus eſſe, qui cunctis retro ſeculis miſſi fuerant à Deo: quoniam ii ſerui tantùm fuerant, hic autem ipſe filius Dei, & qui ſolus poterat redimere ſeruos ſui patris.

Zach. 10. *Ioan. 16.* *Ioan. 12.* *Luc. 5.* *Mat. 1.*

Ioan. 5 3 Diceres autem. Quũo ait Chriſtus ſe non veniſſe, vt iudicet mundum, cũ deinceps ipſe dicat, patrẽ nõ iudicare quẽquã, ſed omne iudiciũ eſſe datũ filio, iuxta illud etiã vaticiniũ Eſaiæ, Et præparabitur in miſericordia ſoliũ, & ſedebit ſuper eũ in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans & quærẽs iudiciũ, & velociter reddens quod iuſtũ eſt? Reſpondeo *Eſa. 16*

& dico

& dico varium & multiplex eſſe iudicium: quod tamē nūc mittimus. Quia autem duplex eſt aduētus Chriſti, alter in carne, alter in die nouiſſimo. in carne venit, vt agnus mitiſſimus in omni miſericordia, tantum abeſt vt in aliquo iudicio. Sed in die nouiſſimo, veniet inſtar leonis, in omni iuſtitia. Illic venit iudicandus à Pilato, hîc adueniet totū iudicaturus orbē. Rectè igitur Chriſtus loquēs de ſuo aduentu in redemptionem humanam, dicit ſe nō iudicare quenquam. Atque in eius rei argumētum oblatam ſibi à Iudæis adulteram noluit condēnare. Quo exemplo docere voluit veniſſe ſe ad ſaluandos, non condemnandos peccatores. *Ioan.8.*

¶ Obiiceres rurſus, Si ſalus mundi finis eſt, propter quem Deus miſit filium ſuum, quid quod ille plurimum ſpe ſua excidet, quādo damnātur multi? Imo nihil hoc obſtat quò minus ſalus mundi cauſa ſit miſſi filij Dei. Deus enim vult omnes homines ſaluos fieri: vnde & ſaluator mūdi dicitur. At quòd non omnes ſaluātur, culpa non eſt Dei, ſed eorum qui nō credūt in Ieſum, qui doctrinam illius nō exprimunt operibus. Ergo quantum in medico eſt, ſanare venit ægrotum. Ipſe ſe interemit, qui pręcepta medici ſeruare nō vult. Quiſquis ergo ſeruari non vult per Chriſtum, ex ſeipſo & ſuapte peruerſitate cōdemnatur, iuxta illud propheticum, Perditio tua ex te eſt, Iſraël, tantummodo ſalus ex me. *1. Tim.6.* *Auguſt.* *Oſeæ 13*

4 Et quanuis in priori aduentu ſuo non iudicet Chriſtus, bonos tamē diſcernit à malis: boni enim credētes in Chriſtum non iudicantur, mali autem eò ipſo quòd nolunt credere, iam iudicati ſunt, dū recuſant credere in nomine vnigeniti filij Dei. Sed ne quis cùm audiret eum venire, vt iudicaret mundum impunitum peccatum arbitraretur, & pigrior fieret: hanc tollit opinionem, inquiēs, Iam iudicatus eſt. Audiant hæc Neochriſtiani, & cōſiderent ſe quoque in numero eſſe eorū, qui abutentes miſericordia Dei renuunt agere pœnitentiam & ſatisfacere pro peccatis, quicquā boni operari, quando Chriſtus ſatisfecerit in omnibus. Contrà hîc ſentit ipſe Chriſtus, iam iudicatum eſſe perhibens, quiſquis nō credit. Ecce adhuc inferi ſunt, adhuc ignis iſte inextinguibilis ardet. Et quāuis dixerit dominus nō veniſſe ſe iudicare mundum, iſti tamen iudicium illius non effugient: credens tamen in Chriſtum, hic non iudicatur. *Chryſoſt.*

¶ Sed audio cōtra hoc quod dicit hîc dominus, credētes in

2. *Cor.* 5. iudicium non věturos, obiicere aliquem iſtud Pauli, Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum ſiue malũ. Quód ſi itaque mortui omnes věturi ſunt ad iudicium, quid hîc de credentibus dicit Chriſtus? Reſpondetur, Geminum eſſe iudicium: alrerum quò ſingulis remuneratio & præmia bonorum decernuntur: ſic angeli quoque & homines iudicabuntur ſecundum merita ſua vel demerita. Atq; de hoc locutus eſt Paulus. Alterum eſt diſcuſſionis, quò ſingulorum bona & mala, velut ad lanceam ponderantur: & ſic neque planè boni nec penitus mali iudicabuntur. *Dominica 2. Aduentus.* Vide partem primam. Et hinc ſequitur verba Chriſti ſic eſſe intelligenda, Quicunque credit in illum nõ iudicabitur iudicio condemnationis, Colligere conantur ex hoc loco Neochriſtiani fundamentum erroris ſui de ſola fide ſufficiente, ſed fruſtra. Cùm enim dicit dominus, eum qui credit in illum, non iudicari, B. Auguſtinus ex more ſacrarum literarum aſſerit diſcrimen eſſe inter hęc tria, credere Deum, credere in Deum, & credere Deo. *Augu. de agnitione veræ vitæ.* Nam credere in Deum ipſam ſimul Charitatem includit. eſt enim credendo amare, credendo in eum ire, credẽdo ei adhærere, & eius membris incorporari. Iam verò & ipſi hîc de fide loquuntur, quam Paulus per charitatem operari dicit. *Galat.* 5. Corruit itaq; quicquid ſtipularũ & fœni ſuper arenoſam terram iſti conſtruxerãt.

¶Sed adhuc tamen quæres, quomodo dicit dominus, non credentem iam eſſe iudicatum? *Auguſt.* Aut quî fieri poteſt, vt nondum tranſacto iudicio, qui tamen nõ credit, iamiã ſit iudicatus? Sanè iudicatus eſt infidelis, non quòd lata iam ſuper eum ſit ſententia: ſed quoniã res ipſa iam diiudicauit. ſicut ad Adam dixit Deus, *Gene.* 2 In quacunque die comederis de ligno ſciẽtiæ boni & mali, morte morieris. Cúmque mãducaſſet ille, mortuus ſtatim eſt in anima, corpore tamẽ quamplurimos adhuc ſuperuixit annos, etiã ſi ſic quoque quoad ſententiam latã cõfirmat, iam erat demortuus, habẽs in ſe cauſam mortis. Ita planè hîc quoq; iudicatũ infidelẽ dicit dominus, quoniã priuatus ſit gratia Dei, ſimúlq; in ſe habeat adhęrentem ſibi cauſam dãnationis æternę. At nos iam deprecemur Deũ pro impetrãda gratia ſpiritus ſancti, ne condemnemur tandem, ſed cõfirmati fide per dilectionẽ operante, poſt hanc vitam, illam aſſequamur æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA FERIAE
ſecundæ Pentecoſtes.

CVm iam dominus Nicodemo declaraſſet myſterium baptiſmi, paſſionem quoq; ſuam & aſcenſionem præmonſtraſſet, deinceps, quod in hodierno euangelio audiuimus, docuit ſe à patre ſuo in mundum hunc miſſum magna generis humani charitate, bonis quidem & piis in ſalutem, malis autem & infidelibus in iudicium: cuius iam porrò rationem reddit dominus, & ait, Hoc eſt iudicium, venit lux in mundum, & homines dilexerũt magis tenebras quã lucem. lux inquam quę eadẽ erat vita, nam & vita erat lux hominum. Et ipſe ſe Chriſtus teſtatus eſt lucem eſſe mũdi. Prȩuidit Eſaias hoc in ſpiritu, dicens, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Orto itaque ſole iuſtitiæ & lumine fidei, quicũque adhuc tenebras vel Moſaicæ legis vel idololatriæ maluerunt præferre euãgelio, iam iudicati ſunt, neque excuſationem aliquam habẽt, ſi modò verum eſt illud Chriſti, vt eſt ſanè veriſſimum, Si nõ veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatũ nõ haberent: nunc autem excuſationẽ nõ habent de peccato ſuo. Sed audio te obiicere hîc & dicere, quomodo fieri poſſit, vt homines magis dilexerint tenebras lumine? Sanè verùm, lux geminã in ſe habet operationem, lucere, & omnia manifeſtare. illud amãt omnes, hoc nõ perinde diligitur ab omnib⁹. nã & fures odio habẽt lucẽ, ne manifeſtetur furtũ ſuũ: & deformis lucẽ nõ amat, ne cõſpiciatur omnib⁹ deformitas ſua. Quo pertinet illud Iob, Fuerunt rebelles lumini, neſcierũt vias eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. mane primo cõſurgit homicida, interficit egenum, ſubitò irruente aurora, putat eam eſſe vmbrã mortis. Cur autẽ iſti omnes amârunt tenebras magis quàm lucem? quoniã opera eorũ mala erant, & inde cęcitas & caligo, inde odiũ lucis. Et ſicut laborãs ex oculis nõ poteſt aſpicere lucẽ: ita qui ægrotãt oculis animæ, nequeũt intueri ſolẽ iuſtitię & veritatis. Quamobrẽ & Paulus dixit, Nolite ambulare ſicut gentes in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratũ habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum. Idcirco itaque, vt ait Chryſoſto. plectũtur, quòd tenebras dimittere, lucem obuiã ſuſcipere noluerũt.

Ioan. 1. *Ioan. 8* *Eſa. 9* *Malac. 6* *Ioan. 15* *Iob 24.* *Ephe. 4* *Chryſoſt.*

Quo verbo ſemel omnis aufertur infidelibus excuſatio,dū vltrò ſe eis offerentē lucem recipere noluerunt:ſed ſic verū eſſe & impleri hîc quoq; oportebat quod dixerat Chriſtus.

Beda Qui mali quid facit,odit lumē:nec venit ad illud,ne arguātur opera eius.Qui peccatorū dilexerunt tenebras,odio habuerūt lucem,ſtupidi & veſani , nō attendētes quòd etiam ſi tenebrarū obruti fuiſſent caligine,dūmodo ipſi occurriſſent Chriſto veræ luci,quod multi fecerunt publicani,illu-

Matt.9 minati vtiq; fuiſſent,vt Matthę⁹,Magdalena,Zachæus,&c.

Luc. 7 Perſeuerantes autē in malo,& odio habentes lucē, iſti ſunt

Mar.2 de quibus iamiam illud Chriſti verbū adduxim⁹, quia me-

Luc.9.15 tuūt ne arguātur opera eorū.Sic oculus quoq; adulteri obſeruat caliginem,dicens,Nō me videbit oculus. 2 Neque

Iob 24 multò aliter faciūt hęretici,qui cū malèviuāt & doceāt peſſimè,nōveniūt ad lucē,neq; dogmata ſua peruerſa iudicari ſinunt,nec cōcilia ferunt,neq; gymnaſiorū etiā probatiſſimorū authoritatē tolerant:quoniā doctrina eorū peruerſa eſt,de qua ne coarguātur,odio habēt lucē,cane peius & angue.Quicūq; autē piè & catholicè docēt, neq; lucē odiūt, neq; aliorū refugiūt iudiciū. At hæretici omne iudiciū abhorrent,præter id quod à ſui ſimilibus profertur hęreticis, ratum habētes illud vulgare prouerbium,Noui Simonē,& Simō me.Neq; illud nouum eſt horrere malos lucem,iam olim id ita fuit etiā in primis peccatoribus.Nōne enim primi parētes noſtri ſtatim cùm peccaſſent,etiā in ipſo paradiſo abſcōderunt ſe à voce & cōſpectu domini à medio ligni paradiſi?dicebat enim Adā,vocat⁹ à domino vbi eſſet, Audiui vocē tuam & abſcōdi me,eò ꝙ eſſem nudus.Sic in ho-

Gene.3 diernū quoq; diē faciūt omnes filij Adam, nudi virtutibus & gratia Dei,nam & illi non veniunt ad lucem,ne arguantur opera eorum.Quòd ſi ne nunc quidem mihi credis,ſaltem operibus iſtorum fidē adhibe, & ex multis vel ſolā aſpice confeſſionem.quàm enim ægrè,quàm moleſtè vix tādem vi extorqueri ſibi ſinunt,vt confiteantur?ſi modò cōfi tentur aliqui,quibus Deum immortalem quàm egregium, molle & delicatulum parauit Lutherus puluillū,quum rem fecit gratiſſimam, quàm verò innumeros ſuæ hæreſi adiūxit dum confeſſionem abrogauit? Nam cùm plerique eorū peruerſiſſimi ſint,lucem habeāt exoſiſſimam:quàm placuit eis opera eorū etiam peſſima ſic celari neq; coargui,ſi in lu

cem prodirent?Tantũ eis arrident tenebrę,& hîc tempora-
les,& illic diſplicituræ ſunt vel inuitis æternæ. Aliter lõgè
Deus per prophetam nos docet imperans & dicens , Narra *Eſa.43*
ſi quid habes,vt iuſtificeris . Quò facit illud Sapiẽtis,Iuſtꝰ *Prou.18.*
(hoc eſt,iuſtificandus)prior eſt accuſator ſui . Verùm quid
hoc mirum,quando in hac re perinde fit vt in aliis?eorum
enim eſt fugere,& quocũq; modo etiam iudicis abhorrere
ſententiã:& in vniuerſum omnes mali fugiunt lucẽ,ne re-
darguũtur ex opere ſuo malo.ſic nãq; & Paulꝰ , Omnia,in- *Ephe.5.*
quit,quæ arguũtur,à lumine manifeſtãtur.Et notãter dicit
dominꝰ,Omnis qui malè agit(actu)fugit lucẽ:nõ dicit,qui
malè egit,vt enim quis peſſimè egerit,& tamẽ redeat ad lu
cem,pœnitentia ductus & cõfitens peccata ſua,gratiam in-
ueniet atq; placebit Deo,ſicut ipſe teſtatur dominus,dicẽs,
Quòd ſi impius cõuerſus fuerit ab impietate ſua,nõ recor- *Eze.18*
daturum ſe illius amplius. 3 Sequitur de bonis,Quicũq;
facit veritatem,venit ad lucẽ,vt manifeſta fiant opera eius
hoc eſt qui facit opera bona à diuina veritate & fieri iuſſa
& edocta:ille etiã venit ad lucem , nec metuit argui.facilè
enim patitur manifeſtari opera ſua,nõ vt inde elatus ſuper-
biat,ſed in hoc tantùm, vt iuxta præceptũ domini,luceant
opera ſua bona coram hominibus,qui deinde vidẽtes illa,
glorificent Deum patrem qui in cœlis eſt.Quoniã ſic ope- *Matt.5*
ra bona manifeſtari ad exemplum & ædificationem proxi-
morum,pium eſt & ſalutare:ſic tamen,vt cũ opus ſit in pu-
blico,intentio maneat in occulto.Retulerit etiam nõnun- *Gregor.*
quã manifeſtari opera bona,vt ſic offendicula & ſuſpicio-
nes euitẽtur:vt hoc tam periculoſo tempore quiſquis me-
tueret publicè opera bona exercere, facilè ſuſpicionẽ aliis
de ſe præberet alicuius erroris & ſectæ Neochriſtianorum,
vnde ſimpliciores offendi poſſent. Et vtile itaque eſt, & in
hoc caſu neceſſarium,coram omnibꝰ & publicè fidẽ ſuam *Act.21*
operibus teſtari:ſicq; offenſam aliorum vitare,ſicut Paulus
Hieroſolymis ex cõſilio diſcipulorũ cum aliis quatuor vi-
ris purificatus eſt.Vſqueadeo quiſquis bene facit & verita-
tem ſectatur,nõ abhorret lucẽ, vt opera ſua manifeſta fiãt.
Manifeſtationis autem huius rationem iam porrò reddidit
huiuſmodi,ꝙ opera illa ſint in Deo facta.Magnũ hoc quid
eſt chariſſimi,alicuiꝰ opera in Deo eſſe facta:oportet enim
ea bona eſſe,atq; adeò Deo placere ĩ tali homine:ſed quo-

modo in Deo fiant, forſitá quęres? ſic nimirùm, ſi in gratia fiant & charitate, quia Deus charitas eſt, ſi fiant ſecũdũ vo-
1. Ioan. 4 luntatem Dei & ex mãdatis illius. Atq; vnum hoc eſt quod homines facit Deo pariter & hominib⁹ gratos, opera bona facere in Deo: hoc eſt, ipſa luce, ad quam opera ſint manifeſtanda: ad eã verò opera malorum & impiorũ nõ veniunt, neq; hęreticorum: quibus, quia nihil niſi errores placent & hæreſes, ne minimum quidẽ commune eſt cũ fidei catholicæ veritate. Sed neq; peruerſi chriſtiani prodeũt in lucem verbi diuini & ſacrę concionis, vbi cum primũ audiunt aliquid ſibi dici aduerſus vitia ſua & ſceleratam vitam, atque viri ſplẽdorem luminis commendari, reſiliunt ſubitò, neq; ferunt charitatis fulgorem in prædicatione. Indurati quoque peccatores verentur accedere lumen cõfeſſionis, ne ar-
Augu guantur opera illorum mala. ſicut Auguſtin. hęc omnia refert ad cõfeſſionem peccatorum, & nos iam articulo quarto audituri ſumus. Omnib⁹ enim modis Nicodemũ eò adducere voluit, vt crederet in illum, Meſſiam ipſum eſſe verum cognoſceret, ac deinceps agnito lumine fidei, ſtuderet
Augu. operibus bonis. 4 Deinde ſic infert Auguſtinus, Lux vera quę venit in hunc mundum, Chriſtus eſt. & ea quidẽ lux duplices inuenit homines, quoſdam qui dilexerũt tenebras exoſa luce, & ij opera mala fecerunt. Alios quoque reperit qui cum operarentur veritatem, lucem illam inuẽtam dile-
Nu. 21. xerunt. Hinc ille quæſtionem mouit huiuſcemodi, Fratres mei, quorũ opera bona inuenit dominus? nullorũ omnium enim opera mala inuenit. quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, & venerunt ad lucem? ſi enim omnes peccatores inuenit, & ſic omnes ſanat qui morſi fuerunt à ſerpẽte. Reſpõdetur ad hoc, quod Chriſtus verborum ſuorũ vigorem in hoc conſtituit, quoniam nõnulli homines magis dilexerunt tenebras quàm lucem: & hoc eſt quod quidã diligunt peccata in illis perſeuerantes, exoſámq; habent lucem: nec peccata ſua volunt redargui vel concionibus, vel quacũque alia doctrina, vel cõfeſſione. Quicũque autem peccata ſua odio habent, cõfiteantur illa, ſuique ſunt accuſatores apud Deũ & homines, ſimul etiam ſtatim in Deo veritatẽ operantur, iámque partibus Dei accedunt. Duo enim hæc ſunt peccatũ & homo: hunc creauit Deus, illud ipſe ſibi adinuenit homo. O igitur homo, extingue quod finxiſti, & Deus

quod fecit, ſeruabit. Exorſum habe ĩ te, cuius ipſe eſt autor & tãtum dilige, quod in te fecit Deus: quia ſtatim cùm diſplicere inceperit tibi malum, ſubnaſcitur bonum, & ſic boni operis initium eſt cõfeſſio mali. Hocque adeò eſt facere veritatem, dicere cum Dauide, Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Quam bene & præclarè actum fuerit cum tali homine, qui cum fiducia deinde dicere poterit illud & orare dominum, Auerte faciam tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Ad hæc omnia auditores ſermonum ſuorum exhortatur Auguſt. Currite fratres mei, ne tenebræ vos compræhẽdãt: euigilate ad veſtram ſalutem, euigilate dum tẽpus eſt: nullus retardetur à templo Dei, nullus retardetur ab opere domini, nullus auocetur ab oratione cõtinua, nullus à ſubita deuotione fraudetur. euigilate cùm dies lucet. Chriſtus eſt dies, paratus eſt ignoſcere reis, ſed agnoſcẽtibus. *Pſal. 50.* *Ibidem.* *Auguſt.*

¶Hoc enim quiſquis facit & ambulat in dilectione & lumine fidei, veritatem facit, operibus bonis peccatorũ ſuorum reſtringẽs incendia, gemitibus, lachrymis, ieiuniis, eleemoſynis: & id genus aliis. Deinceps Auguſtinus oſtendit pericula vitæ huius, & diſcrimina tẽtationum exaggerat, quàm graue ſit in proſperis non efferri ſuperbia, in aduerſis non deprimi nec nimia frangi patientia. Ne itaque fortunatus ſucceſſibus proſperis abutatur. inde ſibi cõcilians ruinam. quòd datum erat in ſolatium. Neque qui à Deo flagellatur, impatienter ferat, quin potius toleret patrem erudientem. ne ſentiat iudicem punientem. Hæc illa Auguſtini monita quotidie vobis occinimus. ſæpius enim dicẽda ſunt, quæ tam ſalutaria cõtinent præcepta. Et vos igitur intimis præcordiis conſyderate illa, ſimulq́ue immẽſam Dei charitatẽ: qua vrgente proprio etiam filio non pepercit, quò minus pro nobis traderet illũ in ſupplicium crucis: ac deinde diſcipulis ſuis totiq; eccleſię paracletũ miſit ſpiritũ ſanctum, cuius virtute & gratia intrepidè illi confeſſi ſunt fidei veritatem coram omnib⁹ principib⁹, nihil reueriti crucis ſimul & crucifixi gloriam vniuerſo mũdo prædicare. Nunc verò & nobis dignetur Deus donare gratiam ſpiritus ſancti, qua roborati in vera fide, veritatẽ quoque hic operemur in luce, & tunc in clariſſimo gloriæ lumine cum gaudio conſpiciamus claritatem eſſentiæ diuinæ in æternum, Amen. *Auguſt.* *Auguſt.* *Pſal. 11.*

EVANGELIVM IOAN. 10.

IN illo tempore, dixit Ieſus Iudæis, Amen amen dico vobis. qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro: qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emeſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed effugiunt ab eo, quia non nouerunt vocẽ alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus: illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus, Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

HOMILIA PRIMA.

ANte huius euangelij initiũ refert Ioannes Chriſtũ ſanaſſe quendam à natiuitate cęcum: & cum cæci ipſi eſſent Iudæi, ſtatim infert illud verbum domini de paſtore, *Auguſt.* ouibus, & ouili. Cùm enim poſt curationem cæci interrogarent dominum Iudæi, an ipſi quoque cæci eſſent: ſubiũxit ille euangelium iſtud, eò ipſo declarare volens iſtorum cæcitatem inſignem. neque enim oues Chriſti erant. ſed *Chryſoſt.* cùm vera ianua non intrabãt in ouile, lumine quoq; vero carebant. Ita ſemper humani animi, vt ait Chryſoſtomus, elationem comprimit, vt ad magnorum mirabilium erigat cognitionem. Ne autem dicerent, non propter ſuam cæcitatem ad eum non accidere, ſed deceptorem vitare, huic omnem refert diſputationem, vt ſe paſtorem probet adducendo vtriuſque indicia: & ſe paſtorem verum eſſe, & il- *Matt. 15.* los qui ſibi videbantur oculatiſſimi, in medio etiam ſole calligare, eſſeque cæcos & duces cæcorum. Poteſt tamẽ ſic quoque induci, quod Iudæi veri paſtores ſibi videbãtur ratione legis Moſaicæ à Deo acceptæ. Gentiles autem ex abundanta ſapientiæ ſibi placebant: & quoad homines in virtutibus ſeſe exercebãt, vt Cato, Socrates, & id genus alij

permulti,tam Græci quam Romani. Verum hos omnes nihil cum paſtoribus habere commune hîc Chriſtus docuit: quoniam non vera ianua ingrediantur ſcilicet per Chriſtū. Dicant igitur Pagani, Bene viuimus: ſi per oſtium non intrant, quid prodeſt eis vnde gloriantur? Ad hoc enim vnicuique debet prodeſſe viuere, vt detur illi ſemper viuere. *Augu.* ita neque Iudæis quicquam, profuit fucata illa vitæ ſuæ bonitas, dum per Chriſtum non intrabant. Vtrique igitur temere gloriantur Ethnici de virtutibus, de lege Iudæi: quoniam non eſt aliud nomen ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Ieſu. *Actu. 4.* Similiter & hæretici multùm ſibi videntur oculati, neque aiij haberi volunt ab omnibus, quàm qui olim Phariſæi, acſi & ipſi à Chriſto illuminati, ſicut iſte cæcus. *Ioan. 9.* Verùm quādiu erroribus ſunt inuoluti, ianua vera non ingrediuntur: ſic Arrius, Sabellius, Fotinus, & reliqua hæreticorum colluuies. Quiſquis enim vera ianua cupit intrare, & nō in primo ſtatim quod aiunt, limine impingere, oportet & Chriſtum in veritate prædicet, & aliud niſi gloriam Dei non quærat.

2 Ait ergo dominus, Amen amen dico vobis, qui nō intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcēdit aliunde, ille fur eſt & latro. *Regula.* Omnis figurata locutio ampla eſt latéque patet, dum ex veriis proprietatibus varia etiā aſſignari poteſt intelligentia, à ſacris tamen literis non recedēs. Tam exuberans enim eſt ſacra ſcriptura, vt exhauriri nequeat. ſiquidem & ſuper hoc breui euangelio homiliæ haberi poſſent plures quam decem, ſed nos ſumma tantùm capita euoluamus. Videamus igitur & conſyderemus primùm ouilis huius oſtium, deinde ouile ipſum intueamur attentiùs, mox oues, deinde ianitorem, paſtorē quoque, furem & latronem conſpiciamus. Et primum quidem dicit Chryſoſtomus ſcripturarū teſtimonium per oſtium ſignificari. *Chryſoſt.* illic enim ingreſſus nobis patet ad Chriſtum, ſic ipſo apud Ioannē domino dicente, Scrutamini ſcripturas, in quibus vos putatis poſſe habere vitam. *Ioan. 5.* Ecce hîc Iudæos Chriſtus ablegat ad oſtium ſcripturarū, quæ de ſe teſtimoniū perhibent. Ad hæc oſtium ad cuſtodiā ouiū claudi ſolet. Et ſic quoq; hîc. Omnis enim ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docēdū, *1. Tim. 3.* ad arguendū, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonū inſtructus

Deinde occluſo oſtio nihil præualent lupi & fures aduerſus oues. Ad eundem quoque modũ nos præmunit ſcriptura ſacra ab omni fraude hæreticorũ, quos fundaméto ſcripturarũ ſancti patres ſemper euincerunt, ſubiugarũt, & ab ouili chriſtiano abegerũt. Tota enim fides noſtra in ſacris literis latet, hinc eruẽda eſt. Atqui in omnibus nos ſcutum

Ephe.6. fidei ſumere iam olim Paulus iuſſit, quò præmuniti, poſſimus quãuis ignea nequiſſimi tela effugere. Ex iis tribus liquet, Chryſo. nõ abſurdè ianuã ſcripturã ſacrã intellexiſſe.

¶ Sed quis ille oſtiarius? poſſet hic quidẽ primùm intelligi

Ioan.5. Moyſes, cui principio cõmiſſa ſunt myſteria Dei, qui etiam primus ſacrarum literatũ ſcriptor extitit inſtinctu ſpiritus

Ioan.14. ſancti. vnde & dominus dixit, Si Moyſi crederetis, & mihi forſitã crederetis: ille enim de me ſcripſit. Sed tamẽ acuti⁹ expendendo, oſtiarius hic ipſe eſt ſpiritus ſanctus, cuius in ſpiratione vtrunq; teſtamẽtũ à ſanctis Dei hominibus cõſcriptum eſt. ſic de eo locutus eſt Chriſtus ad diſcipulos, Paracletus autem ſpirituſſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. & deinde, Quum venerit ſpiri-

Ioan.16. tus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Quando

Ioan.20. itaq; pręcluſum adhuc erat oſtium illud apoſtolis, dicit de eis Ioannes, quoniam nondum intelligebant ſcripturas, & quòd pati ſimul ac ex mortuis reſurgere dominũ oportere. Deinde verò adueniẽs ſpiritus ille veritatis, aperuit eis oſtium verum ſcripturarum, & tunc inceperunt loqui ma

Act.2. gnalia Dei. Hoc itaque oſtiario, qui verum ſacræ ſcripturæ aperit intellectum, per quem & Chriſtus innoteſcit, & quæ ad ipſum ducit ſemita, inclareſcit omnib⁹, vſi ſunt apoſtoli ſanctiq; patres iam inde annis mille & quingentis, illoque authore interpretati ſunt literas ſacras, quo cõditæ erant. Iã igitur quiſquis temerè illas præſumit aliter vel intelligere, vel explicare, fur vtique eſt & latro atque animicida: ſicut faciunt hæretici, quibus oſtium hoc ſpirit⁹ ſanctus nõ aperit, vnde & dominus dicit eos aliunde aſcẽdere. Et obſerua illud quod dicit, aſcẽdere, eò enim notatur omnẽ hæreſim

Hier. ſuper Abdiam. ex ſuperbia naſci. Sic Hieronymus dicit, Quis hæreticorũ non extollitur in ſuperbiam? idem etiam ſuper Abacuc increpat hæreticos ſcientiam ſibi arrogantes, & eccleſiæ ſim-

1.Ti.6. plicitatem cõtẽnentes, Quo pertinet & illud Pauli, Si quis

aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti,& ei quæ ſecũdũ pietatẽ eſt doctrinæ, ſupbus eſt,nihil ſciens,cuiuſmodi & iſti ſunt noſtrates hæretici:quia proteruia tantum & in conuiciis ſunt profuſiſſimi.

3 Verũ iuxta vnius rei variã in ſacris literis ſignificationẽ,oſtiũ quoque Chriſtum ipſum nõ incommodè hîc deſignabit,quãdo alibi dicat,Amẽ amẽ dico vobis,ego ſum oſtium ouiũ.& deinde,Ego ſum oſtiũ,ſi quis per me ingreſſus fuerit,habebit vitam æternam. Et in hoc,omnẽ illã ſuã declaratiònem conſtituit Auguſtinus, quia ut maximè ſcriptura oſtium eſſe videtur,ſi illam referas ad Chriſtum, qui per illam & declaratur & innoteſcit hominibus: quomodo ipſe duobus diſcipulis euntibus in Emaus ianuam illam aperuit,ipſis etiam id ita confitentibus & dicentibus,Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturás? Nónne hic euangeliſta de ſacra ſcriptura nõ aliter quàm de ianua loquitur? Sic Philippus diaconus ianuam aperuit etiam Eunucho Candacis reginæ. Et aptè itaque & appoſitè Chryſoſtomus ſcripturam ianuam expoſuit,quòd per eam Chriſtus ad nos venit,ſicut & baptiſmus ianua tum ſacramẽtorum tum eccleſiæ dicitur. Sin autem cõſyderemus illud,quomodo nos ad Chriſtũ veniamus.tũc videbimus & Chriſtum oſtium eſſe: quia per ipsũ acceſſũ habem' ambo in vno ſpiritu ad patrẽ. ¶ Et tamen hæc quoque ianua humilis multùm eſt & anguſta,in quam quicunq; irrumpere conantur elati, impingũt & illidũt capite,humile eſt,inquam, oſtium, quia ſic de ſe dominus ait,Mitis ego ſum & humilis corde. Et ad diſcipulos,Quicũq; ſe humiliauerit ſicut paruulus iſte,hic eſt maior in regno cælorum. Et,Niſi efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cælorum. Auguſtum etiam eſt oſtiũ: & ideo quicunque ſe dilatãt voluptate corporis & carnis,atque ebrietatibus pingueſcunt,nõ poſſunt penetrare:quia& ipſa per ſe via arcta eſt,& porta multò anguſtior,quę ducit ad vitam. Sed & qui bonis temporalibus nimiũ inhiant,& ſe diuitiis infarciunt,omnibus lucris inhiãtes,anguſtum illud oſtium nequeunt perrũpere.ſic diſcipulis ſuis dixit dominus,Filioli,quàm difficile eſt confidentes in pecuniis in regnum Dei introire? Facilius eſt camelũ per foramẽ acus tranſire,quam diuitem intrare in regnũ Dei. dices, Quòd ſi

Ioan. 10. *Auguſt.* *Luc. 24.* *Ephe. 2.* *Mat. 11.* *Matt. 18.* *Matt. 7.* *Mar. 10.*

Chriſtus paſtor eſt, vt ſuaptè voce teſtatur, quomodo erit oſtium? Chryſoſtomus ad hoc reſpõdens, dicit, Quãdo nos
Ioan. 10. patri offert, oſtium: cùm noſtri curam gerit paſtorẽ ſe profi-
Chryſoſt. tetur: ſicut illum Petrus epiſcopũ vocat animarum noſtra-
1. *Pet.* 2. rum. Ad eundem modum in rebus noſtris etiam agitur. nã & paſtor & oues oſtium ouilis intrãt, ſed non eadẽ de cauſa, paſtor enim non ſua gratia, ſed ad cuſtodiam ouium ingreditur. oues autem in ſui præmunitionem intrãt, vt ſic ab omniũ incurſu præſeruentur. 4 Quid hinc iam reliquum ex eo eſt quòd Chriſtus & paſtor eſt & oſtium, niſi ouile ipſam ſanctam eſſe eccleſiã? ea enim eſt, inquã, ille gẽtes vniuerſas in vnitatem fidei congregauit, vt ipſe dicit futurum
Ioan. 10. ouile vnum & paſtorem vnicũ. Oues autẽ, chriſtiani ſunt, mites, patientes & benigni, neque vel equorum vel mulo-
Pſal. 31. rum ſtabulum eſt eccleſia, quoniam in equis & mulis nõ eſt intellectus, ſed ſuperbia tãtùm & ambitio, teſte Gregorio. Neq; verò ſtabulum aſinariũ eſt eccleſia, quòd aſini ignaui ſunt, tardi, rudes, & nullius planè niſi beluini intellectus. ſic animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. ſtoli-
1. *Cor.* 2. ditatẽ enim iudicat & ſtultitiã. Sed nec caninum ſtabulum eſt, eò quòd canes oblatrant, mordent, remordent. ſic & qui cõuiciantur, detrectant aliis & peierant, nõ ſunt in eccleſia.
Apoc. 22. de foris autẽ & exteri⁹ ſunt canes, venefici, libidinoſi, quã-
Philip. 3. uis & hęretici canes à Paulo dicantur. Sed neque caprarum vel porcorum ſtabulum eſt, quoniã ad hoc ouile neque lu-
1. *Cor.* 6. xurioſi pertinent, nec temulenti, vt ait Paulus, neque fures, neque auari, neque maledici, neque rapaces regnũ Dei poſ-
Pſal. 74. ſidebunt. Ergo & ouile eſt eccleſia, & boni chriſtiani oues domini ſunt, ſicut dicit Pſaltes, Nos populus eius & oues paſcuæ eius. Poſſet hoc ad longum extendi, non ſummatim & breuiter omnia perſtringemus.

Chriſtianus, ouis. 1 Rectè chriſtianus homo oui comparatur, quòd animal illud ſit præ cæteris ſimplex & innocuum, nec cornibus impetens, nec mordens dentibus, neque conſimili ferocia vel lupum, vel porcum, vel equum referens indomitum.

2 Ad hæc, ouis animal eſt multum humanis vſibus commodum. ſiquidem lana veſtit hominem, lacte & carne paſcit, chordis ſeu fidibus ex viſceribus factis oblectat & demulcet, fimo impinguat agros.

3 Animal quoque eſt humile & multum patiens, neque

de primatu contundit, neque percuſſum repugnat, neque inſtar canis aut anguis vindictam quærit. Atq; ob illam inſignem patientiam Chriſtus quoque comparatur oui, dicẽte propheta, Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. *Eſa. 53.*

4 Præterea ouis plurimũ obediẽs eſt, adeò vt puella vnica triginta etiam oues virgula tantùm paſcat, atq; in hac re, oues tam capris præſtant quàm ſuibus, in quibus paſcendis multum operæ inſumendum eſt & laboris. 5 Modeſtiſſimum quoque animal eſt ouis, atque exiguo paſtu cõtentũ eſt, ſimulque hyeme & æſtate paſcua tãtùm ſectatur arida, non pinguia nimium, nec irrigua. 6 His omnib' accedit, quod plurimùm timidum eſt, neq; tonitrua tãtùm & luporum metuit incurſus, ſed & proprij ſui horret ſonitũ veſtigij. Atq; hæc quoq; quilibet bonus chriſtianus in ſe habere debet. Et primum quidem curet, ne cuiquam facilè noceat, nec cornibus potentiæ impetat proximum, neq; altero iſto ſcientiæ aut prudentiæ cornu leuiter offendat alios: quod ſolent mali magiſtratus & officiales, quod iniqui tabulę forenſes & iuriſtæ, curtiſani, aduocati, aliiq; qui venalem circunferũt linguã: atq; de huiuſmodi cornibus Dauid inquit, Confringã cornua peccatorũ. Neminem quoquo morſibus obtrectationũ proſcindat: ita etiam docẽte Paulò, Quòd ſi inuicem mordetis & commeditis, videte ne ab inuicẽ conſumamini, &c. Sed & neminẽ feriãt, hoc eſt, cõtẽnãt. neque parẽtes, neq; pauperes, nec infirmos, neq; ſimplices, de quibus præcepit eis dominus, ne quenquam ex puſillis iſtis cõtemnerent. 2 Præcipuũ quoque habeant chriſtiani, prodeſſe aliis, maximè verò pauperibus in danda eleemoſyna. Magnum enim quid eſt ſic fructificare: quoniã oẽm palmitem nõ ferẽtem fructũ, dominus ille vineę in ignẽ abiicit. *Pſal. 74.* *Gal. 5.* *Mat.: 8.*

3 Neque minus patientem decet eſſe Chriſtianum & humilem. O enim verè præclarum & fœlicem hominem, qui nulla ratione concitetur ad iram, neque ad impatientiam: ſed omnem vindictam Deo dimittit: iuxta exemplum Chriſti & doctrinam Petri. 4 Obediens verò maximè ſit, vocemq́ue audiat Chriſti in ſcripturis ſibi loquentis, per magiſtratus quoque ſpirituales & ſeculares nunquam moueatur ad ſeditiones. quia qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Nemo itaque iſtos ſectetur aut audiat, qui docent & *Ioan. 15* *1. Pet. 2.* *Rom. 13.*

iubent ſubditos deficere à magiſtratibus ſuis: ſicut perditus & peruerſus iſte hæreſiarcha Lutherus, verè Auguſtũ & inuictiſſimũ Imperatorẽ noſtrũ receptaculũ & eſcãvermium nimis cõtumelioſè, Papã quoq; Antichriſtũ vocat. Vah turpitudinẽ diabolicã, vah malitiam hoĩs, ſi modò homo eſt. Adeóne de ſummi magiſtratibus malè loqui tibi vt liceat? Atqui ex huiuſmodi ſermonibus nõ oues Dei, ſed hirci diaboli educantur, qui à grege deuiãtes feſtinãt ad interitum.

5 His virtutibus accedit illud quod & modeſtũ eſſe oportet chriſtianũ, faciliq; victu cõtẽtũ. Sic Paul' inquit. Nos
1.*Tim.*6. victum modo & amictum quo operiamus nos habẽtes, vltra nil quærere debere. Planè enim ita eſt in aridis paſcuis, in cõtinentia corporali anima pingueſcit. & qui optima ſectatur gramina voluptatum & paſcua libidinis, iamiã depe
2.*Pet.* 2. riit, vt ait Petrus. Voluptatẽ exiſtimantes diei delitias coinquinationis & maculæ delitiis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij.

6 Metu quoq; non careat & timore caſto, neque ipſe ad
*Prou.*14. iram prouocet Deum ſuum. Sic enim beatum prædicat Sapiens, qui ſemper metuit. Hæc vos dilectiſſimi ſubinde cõ-
*Ioan.*10. ſyderate, & ſic tandẽ ingredi poteritis oſtiũ verum Chriſtũ Ieſum, vbi ſimul & paſcua inuenietis & vitam ęternã, Amẽ.

HOMILIA II FERIÆ TERtiæ *Pentecoſtes.*

Auguſt. IN hoc euangelio chariſſimi, dominus & paſtorem verũ, & oues bonas deſcribit: & de paſtore quidem dicit, illũ verum non eſſe, ſed furem & latronem, quiſquis non per oſtium ingreditur. Et fur eſt ille ſanè, quia quod alienũ eſt, ſuum dicit: latro autem, quia quód eſt furatus, occidit. Huiuſmodi fures ſunt, quotquot nec legitimo titulo nec iuſta ratione, vi tantùm & nonnunquam fraude ſe ingerunt in epiſcopatus, præpoſituras, & quæcunque ſacerdotia. Iſti dũ honorem ſolummodo aucupãtur & bona temporalia, non per ianuam veram intrant in ouile, ſed aliunde aſcendunt. Hoc modo Alchimus aucupauit pontificatum Iudæorum,
1. *Mach.* vi & violentia regis Antiochi. ſed occupare quidem licuit,
7.*&* 9. diu poſſidere non licuit: quamuis neque impune occuparit, graui enim correptus morbo, quum loqui nil poſſet, in ma
2.*Ma.* 4 ximis mortuus eſt doloribus. Sic Iaſon pontificatum emit 360. talentis argenti. Sic irrupit & Menelaus, quamuis nil

dignum haberet tanta dignitate. Sic violenter ingerere ſe 2.Par.26
voluit in officium ſacerdotale rex Ozias,ſed graui lepra ſta Nu.16.
tim correptus eſt.Dathan quoque & Abiron, quum aduerſus Aaronem molirentur aliquid, & vi intrudere ſe conarentur,cum omni grege ſuo viui ſunt abſorpti. Quot iam ſunt huiuſmodi occupatores magis quam poſſeſſores, qui iniuſto titulo quid non ſibi vendicant, ſola principum quorundam autoritate freti? ij omnes quicquid occuparunt, ſub peccato mortali reſtituere tenentur,niſi de condemnatione ſibi non timent. ¶Non deſunt etiam fures, qui non vera ianua ingrediuntur ouile Chriſti,ſed ſimonia & vſura ſpirituali ſibi vendicant ſacerdotia quæque. Quibus quàm totus iam abundat mundus? Væ autem illis,quia graue peccatum eſt illud, & contra ſpiritum ſanctum, quale commiſit Simon, qui baptizatus iam à Philippo diacono, cùm Act 8.
videret per impoſitionem manuum viſibiliter conferri,ipſumque apparere ſpiritum ſanctum, oblata pecunia, petiit eandem ſibi quoque dari poteſtatem: ſed quid audiuit ex Petro?Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri Simili quoque mo- 4.Reg.5.
do Giezi accepit pecuniam & veſtes à Naaman, quem Eliſeus ſanauit à lepra:ſed Eliſeus maledixit illi,& effecit vt lepra ipſi ruriq; generationi ſuæ adhæreret:& ſtatim exiuit ille ab eo leproſus.candore niuem referens. Atq; inde fit, vt qui ſacerdotia vendunt,Gieziræ:qui verò mercātur, Simoniaci appellētur Latrones autem ſunt,quicūq; lana, neque lacte contenti, non ſolùm aſcendentes in ouille irrumpūt, ſed & oues occidunt.iſti nimirū hæretici ſunt,qui quū peruerſa doceant,animos ſimplicium ſeducunt, nō vera ianua per Chriſtum ingreſſi, neque ordinatione legitima per inueſtituram epiſcoporum:ſed ipſi irruunt violenter, & non vocati,inſtar Aaronis,vltrò prædicāt,cōtra bullas pōtificū, Heb.5.
contra imperatoria edicta, & epiſcoporum ſuorum mādata.Hinc quid boni ſperes?Sed Paulum audi,de hæreticis ſic Tit. 3.
dicentē, Hæreticum hominē poſt vnā & ſecundā correptionem deuita,ſciēs,quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt & delinquit,cū ſit proprio iudicio cōdemnatus.Ij ſunt qui aliūde aſcendunt, neq; per tecta tantùm irrumpunt,ſed & fundamentum ouilis perfodiunt.An non validum fidei noſtrę fundamentum in ſacris literis poſitum eſt? at illas iſti ſic

lacerant, vt vix nobis reliquiæ maneant ſalue, tota aliquot volumina, & ſanctorũ apoſtolorũ explodũt epiſtolas, quaſi ipſi ij ſint, qui Ariſtarchi virgula verubus transfodere quę velint poſſint & audeãt. inſuper ſanctorum cõciliorum inuiolatam quondam & ſacroſanctam contemnunt autoritatem, nec iudicem aliquem ferunt. Vſqueadeo hæreticus vnus ſexcẽtis Simoniacis deterior eſt & malignior. Tu ſi vis hæc tria extende vtut placuerit. 2 Quando itaque iã de fure & latrone conſtat, quis ille paſtor eſt? Chriſtus ipſe paſtor paſtorum. Sed quod ad cæteros eccleſiæ paſtores attinet, hos quoque vera ianua ingredi decet. Vbi de electione epiſcoporum, abbatum, præpoſitorum, plebanorum multa dici poſſent, imo libri integri cõſcribi. oportet enim paſtorem ingredi per ianuam veræ fidei, ne ſit hæreticus: per ianuã libertatis, ne violẽter ſemet ingerat per brachium ſeculare: per ianuam gratuitæ beneuolentiæ, ne muneribus, donis, aut promiſſionib' ſibi paret ingreſſum: per ianuam integritatis, ne corruptè, doloſè, infideliter & fraudulenter ſe intrudat. Eius rei argumẽtũ eſt efficax in Aarone. nã cum
Nu.17. ſingulæ virgæ tribuum populi Iudæorum repoſitæ eſſent in tabernaculo corã domino, manè inuenta eſt virga Aarõ germinaſſe, & turgẽtibus gemmis erupiſſe flores, qui foliis dilatatis im amygdalas dilatati ſunt. Poſſet hoc ad lõgũ extendi ſecundũ ſuas ſignificationes: nam rectitudo virgæ ſignat integritatem vitæ, quòd floruit, fortitudinem ſignificat & robur: quòd dilata ſunt folia, eloquentiam deſignat. flores enim, famam bonam referunt, & amygdalæ pertinẽt ad varios bonorum operum fructus. Et tales quidem eligẽdi ſunt atque aſſumẽdi in officium paſtorum. Breuitatis ſtudio omnibus iis ſuperſedeo, quæ ad paſtorẽ pertinere Ezechiel refert. Tantùm hoc lubet admonere, quòd paſtor apt' eſſe debet ad paſcendum, audax ad profligãdos lupos, ſolicitus ad integrum reſtituendum domino ouium ſuarũ numerum: quoniam non eſt aliud animal, quod perinde opus habet paſtore vt ouis: neque enim viribus valet ad defendẽdum ſe: ad hæc armis caret quibus reſiſtat: cùm nec ipſa vel mordeat, vel quouis modo impetat: deinde non ea eſt velocitate, vt effugere poſſit facilè: neq; ita aſtu pollet, vt ſe abſcondat. Hæc omnia ad quemcũq; ſimplicem chriſtianum trãsfero, vt lubet, obſeruata ſcripturę ſanctę regula. ¶ Veri

autem

autem paſtoris ſignum geminum oſtendit dominus. Alterum, quòd illi aperit oſtiarius tanquã noto: hæreticis autẽ ſpiritus ſanctus non aperit oſtium, eo ꝙ priuato intellectui innitentes, & eccleſiam Chriſti contemnunt, & ſacras literas pro ſuo libito tractant. Sed illis tantùm aperit oſtiũ ſpiritus ſanctus, qui bonum animum adferũt ad literas ſacras, neque priuatum quęrũt honorem, ſed gloriam Dei: illis demum verum inſpirat ſpiritus ille ſanctus intellectũ, Sic Paulus Coloſſẽſes rogauit pro ſe orare dominum pro apertione oſtij ſermõis. Eſt hîc Gloſſa, quę tres facit oſtiarios: Chriſtum, qui claues largitur ligandi & ſoluendi: ſcripturã quoque ipſam, ſiquidem ea docet vſum verũ clauium: & ſic clauem etiam quandam ſcientiæ reperimus, dicente domino, Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauẽ ſcientiæ, ipſi nõ introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis. Et ſpiritum ſanctum, qui miniſtris dignitatem impartitur. nam licet in peccato cõſtitutus ſacerdos clauiũ habeat poteſtatem: tamẽ eò ipſo quòd clauium ſibi arrogat vſum, gratia carens ſpiritus ſancti, peccat, ſicuti iam ſuprà declarauimus. Alterum veri paſtoris argumentum hoc eſt, quòd oues vocem illius audiunt, doctrinam ſuſcipiunt, & mandata cõſequendæ fælicitati ſeruientia nõ contẽnunt. At cuiuſmodi ſunt paſtores qui nõ prædicant? aut quomodo mutorum iſtorum vocem audient oues? plus operatur, longeque efficacior eſt vox paſtoris quàm mercenarij. & ex hoc genere bonarum ouium cæcus ille fuit, qui vocem Chriſti audire non recuſauit.

Coloſ. 4. *Ioan. 20.* *Luc. 11.* *Ioan. 9.*

3 Alia porrò quædã paſtoris erga oues ſuas officia cõmemorat domin⁹, quorũ primũ eſt, quòd illas nomine quãque ſuo cõuocat. Vbi nota illud quod oues ſuas dicit. Oues enĩ ꝓpriæ ſunt chriſtiani homines, atq; adeò oues Chriſti, idq; multis de cauſis, partim ex creatione: iuxta illud, Ipſe fecit nos, nos autẽ populus eius, & oues paſcuæ eius. partim etiã nomine redẽptionis, teſte Petro, quũ ait, Scientes quòd nõ corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra cõuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſãguine quaſi agni immaculati Chriſti. Nominatim itaq; oues illas proprias vocat, quò paſtoris iſtius clementia ſignificatur. & benignitas: pl⁹ quàm familiariſſima. idq́; ille facile præſtat, cum ſingula ouium ſuarum nomina cõſcripta habeãt in libro vitę, ipſo etiam aſſerente, Gaudete & exultate, quia no-

Pſal. 94. *1. Pet. 1.*

mina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Nouit ille ſanè diſcrimen
Luc.10. ouium ſuarũ ab hircis alienis, quò reſpiciẽs Apoſtolus, ait,
2.Tim.2 Nouit dominus qui ſint eius. Et quòd ſic nominatim vocat
oues, ſingulari quadã gratia fit, ſicut ſe Moyſen ex nomine
Exo.34. noſſe profitetur, quoniã gratiam apud ſe inuenerit. ¶ Officium alterum eſt, vt paſtor oues ſuas educat in paſcua, idipſum quoq; ex omni parte abſolutiſſimè fecit domin⁹, qui Gentes eduxit ab erroribus & cultu idolorũ, Iudæos ex ſeruitute legis, patres ex limbo, & omnes in vniuerſum peccatores ex ſordibus & lacuna vitiorum educit, quantũ quidẽ in ſe eſt, ad gratiã & fidei veritatem. ſic per prophetã, Edu-
Mich. 6. xi, inquit, te de terra Ægypti, & de domo ſeruientium li-
Pſal. 67. beraui te. de patribus quoq; ait Pſalmiſta, Captiuam duxit
Pſal. 30. captiuitatẽ. & nos quotidie clamam⁹, libera nos de laqueo
Sap.10. venantiũ. De Adamo ſic dicit Sapiens, Quia ſapiẽtia cuſto-
Adã pœnituit. diuit illum à dilectio ſuo (ecce quod pœnitẽtiã egit Adam, & veniam meruit de peccato ſuo) eduxit illum de limo terræ, & dedit illi virtutẽ continendi omnia. ¶ Tertiũ boni paſtoris officiũ eſt, vt cùm emiſerit oues ſuas, ante eas vadat, oueſq; ſic ipſum ſequantur: quoniã ſciunt vocem eius. Ecce paſtor ille præcedit, cũ cæteri paſtores ſequantur oues ſuas.
Chryſoſt. lõge enim admirabilior hæc noſtra ars paſtoralis eſt. & merito quidẽ hîc præcedit paſtor, quia niſi præcederet, oues ipſum ſequi nõ poſſent. oportet itaq; præcedere, gratiã Dei,
Ioan.6. quoniã hîc ait dominus, Nemo venit ad me, niſi pater me⁹ traxerit eum. Præceſſit ille quoq; diſcipulos ſuos & martyres ſanctos in ſupplicio paſſionis: præceſſit & in officio hu-
Ioan.13. militatis, dicẽs, Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, & vos faciatis. ¶ Sic quoq; in reſurrectione omnib⁹ ho-
1.Cor.15. minibus præceſſit, ſimul & aſcenſione ſua. vnde Paul⁹ Chriſtum ait reſurrexiſſe primitias dormientiũ. Et quid immoramur pluribus? Omnib⁹ nobis præceſſit verbo & facto: iu-
Gregori⁹. xta illud Gregor. Omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio.
Ioan.14. & de aſcẽſione ſua dicit ipſe, Vado parare vobis locũ. quod
Mich.2. etiam propheta attẽdens, dixit, Aſcendit pandens iter ante eos. Idq; adeò omnes paſtores facere addecet, vt ouib⁹ ſuis tam factorum præcedant exemplis, quàm verborum: & fa-
Gregor. ctorum quidẽ eò magis, quòd opera non paulò ſunt verbis efficaciora. hinc enim fit, vt cùm paſtor per abrupta graditur, ad præcipitium grex ſequatur. Sed melius per exempla,

quàm per verba graditur. Illa enim vox libentiùs corda auditorum penetrat, quàm dicentis vita cómendat. Sic etiam Petrus docet paſtores, quando dicit, Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominãtes in clerum, ſed forma facti gregis ex animo. & cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilẽ gloriæ coronã. Sic Paulus epiſcopos & parochos iubet imitatores ſuos eſſe. ſic enim vocem paſtoris audient oues, ſi eam ille factis exprimat, vt Chriſtus, qui potẽs erat in verbo & opere. 4 Cùm iam docuiſſet dominus, quomodo ſe oues erga paſtorẽ gerant, porrò cõmemorat quales ſe exhibeant furi & latroni ac principiò dicit eas alienũ nõ ſequi. Alienum inquam & vita & doctrina quidẽ, iuxta illud Pſalmi, Alieni mentiti ſunt mihi. & iſtud domini per prophetã dicẽtis, Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerãt gregem paſcuæ meæ. Sic iam noſtris temporibus oues bonę nõ audiunt vocem alienorum paſtorum, ſiquidẽ non ignorãt eos & voce & vita eſſe corruptiſſimos. norunt etiam verba illorum inducere ad errorẽ, exempla ad peccata, doctrinã vniuerſam ad perditionẽ. Et bene quidẽ in hoc faciunt, qui cœnobia religioſa incolũt, quod huiuſmodi mercenarios ſibi obtruſos nõ ſequuntur: ſed ab eis fugiunt, & vocem eorum audire contẽnunt. Cõtrà quicũq; iſtorum alienorũ vocem & doctrinam obuiis (quod aiunt) vlnis amplectuntur, argumentum id quidem efficax eſt, eos non oues Chriſti, ſed hircos eſſe diaboli, & Luciferi capras. Vos autẽ ne ſequamini iſtos, ne credatis, néve adhæreatis eis, ita ſuadente Chriſto, Nolite ire poſt illos. nanque ſicut ouis naturaliter exhorret & fugit lupum, adeò vt canis & magnitudine & colore referens lupum, neq; tantopere contrarius ſit oui, neq; illum ſic metuat ouis: deinde ſi chordas ex neruis lupinis & ouilis ſimul in teſtitudine coniunxeris, fruſtra labores, concordantiam nullã extorqueas. Ad eundẽ quoque modũ exoſos habere debet ouis Chriſti omnes iſtiuſmodi lupos hæreticos, & ab eis diſcordare & clamare ad dominũ cum Pſalm. Narrauerũt mihi iniqui fabulatioẽs, ſed nõ vt lex tua. De caſtis Deo ſacratis virginib' loquor, quibus lupi hæretici deputãtur prædicatores. Parabolam porrò hanc non intellexerũt Iudæi, quoniam illuminati non erant ea luce, quam in hũc

1. Petr. 5. · *1. Cor. 4.* · *Luc. 24.* · *Pſal. 17.* · *Hiere. 23* · *Luc. 21.* · *Pſal. 118.*

Ioan.1. mundũ miſit Deus, & malebãt tenebras quàm lucem: quoniam ſi Chriſtum cognouiſſent verum illum eſſe paſtorem, *Zach. 13.* non ita percuſſiſſent eũ, vt diſpergerẽtur oues gregis. Quid reliquũ igitur, niſi quòd dum cognoſcere verba Chriſti no *1. Cor. 14* luerunt, iuxta ſententiam Pauli, ignorãtes ipſi etiam ignorabuntur à domino Deo? Quotquot autẽ pij ſunt veriq́ue paſtoris vocem audiunt, illum ſequuntur, alienos non item: vera vtique ianua ingredientur ad paſtorem animarum no ſtrarum Chriſtum Ieſum in fœlicitatem æternam, quam cõ cedere dignetur nobis in ſecula benedictus, Amen.

HOMILIA TERTIA FERIÆ *tertiæ Pentecoſtes.*

VEri paſtoris & furis diſcrimen dominus Iudæis expoſuit, quòd ille per oſtium ingreditur, hic aliunde aſcẽdit: idq́ue nec intellexerunt iſti, neque intellecturi forſitan *Auguſt.* eramus & nos, niſi aperuiſſet Chriſtus: ipſe enim verba hæc explicans, oſtium ſe eſſe teſtatur. vbi ſi obieceris, dicẽs Chri *Auguſt.* ſtum qui verus eſt paſtor, oſtium eſſe non poſſe: ſanè reſpõdebit tibi Auguſt. & dicet, ipſe Ieſus Chriſtus ſaluator noſter, & paſtorem ſe eſſe dixit, & oſtium: quod noſtrum quiſque non auſus fuiſſet dicere. & quia per oſtium intrat, per ſeipſum intrat, & nos per illum intramus. non ſecus enim ac lumen & cætera omnia conſpicua reddit, & ſimul ſe viſibile facit: & Chriſtus lux vera patris, facit non ſe tantum, ſed & alios per ſe ingredi in vitam æternam. Ego namque, *Galat. 3.* ait, ſum oſtium ouium. Quid multa? quocũque modo rem expenderis, Chriſtum habes oſtium. namque & eccleſiam nemo ingreditur, niſi per Chriſtũ quẽ induerunt quotquot in Chriſto ſunt baptizati. Eccleſiam ergo intrãt fideles per *Gen 6.* fidem verã in Chriſtũ, quæ ianua illa eſt arcæ Noe, per quã figurata eſt eccleſia: ſicut & Chriſtus ipſe oſtium eſt veræ dignitatis, quò intrare debent prælati omnes, nõ aliunde aſcẽ *1. Cor. 1.* dere, ſicut ſuperiori homilia cõmemorauim⁹. Ad hæc Chri *Eſa. 22.* ſtus quoq; eſt oſtium cæli & vitæ æternæ. ſiquidẽ quinque milibus annorũ occluſum reſerauit per clauem ſanctæ crucis, vt redimeret genus humanum. ſic enim Deus pater Da- *Pſal. 117* turum ſe promiſit clauem Dauid ſuper humerũ eius. Atque ideo quicũque iã olim dixerũt eſſe ſe Petri aut Pauli, ab ipſo vero oſtio aberrãrũt: ſed quicũque ꝓfitẽtur eſſe ſe Chriſti, ij ianuam veram attigerunt: quia hæc eſt porta domini,

& iuſti intrabunt in eam. Et in hoc quod Chriſtus etiam oſtiũ eſt, alios paſtores omnes ſuperexcellit: qui licet plurimi cõſtituti ſint in eccleſia, oſtij tamen appellationẽ & proprietatẽ ſibi tribuere nõ poſſunt. Paſtor eccleſiæ fuit Petr⁹, ſed nõ oſtium: quia & ipſe ꝓfeſſus eſt, nõ eſſe nomen aliud in quo ſaluari oporteat omnes, niſi illud Chriſti Ieſu, quem omnium orationum eſſe oſtium credit eccleſia, dum collectas omnes concludit per Chriſtum filium Dei (ſecundum ſingularum collectarum exigẽtiam.) ſolus ergo ille mediator eſt redemptionis, ſolus etiam oſtium verum. & quanuis ſcriptura etiã oſtium dici queat, id tamẽ ratione Chriſti tãtùm fit, in quo illa eſt, quem docet, quem cognoſcẽdũ fidelibus præbet. ſicut enim nos in orationibus noſtris eùm domino loquimur, ita viciſſim ille per ſcripturas innoteſcit, & loquitur nobiſcum. verè igitur oſtium eſt O vtinam modò tu Chriſte Ieſu nos ab hoc oſtio concedas nõ aberrare, ſed per illud ingredi in vitam ęternã. I Addit deinceps Chriſtus, Omnes quotquot venerũt, fures ſunt & latrones. Hinc Manichæi voluerũt vetus teſtamentũ totũ, & omnes patres reiicerẽ atque fures & latrones iudicare, Noe, Abraham, Moyſen, Dauidem, &c idq́ue vt obtinerent faciliùs, deprauato contextu ſic legerunt, Omnes quotquot venerũt ante me, fures ſunt & latrones (ideo non curaGtæcum Eraſmi & tranſlationem eius ſæpe claudicantem, quia Græcum, Vaticanum hic non habet neque Latinum, neq; Chryſoſt. ante me, legit: vnde ſuſpicor eſſe deprauatũ Theophylactum per Oecolampadium) ſicut illud pręclarè oſtendit Auguſtinus, neque eſt hæc ibi ſentẽtia Chriſti, quòd omnes qui ante eũ fuerint, fures ſint & latrones. ſiquidẽ ex iis fuerunt patriarchæ & prophetæ, amici Chriſti. & qui cum Chriſto venerint, quia veraces ipſi Chriſtũ qui veritas eſt, comitati ſunt, & crediderũt in Chriſtum nondũ incarnatum, ſicut nos in illum iam in carne natùm credimus. vndẽ & Auguſti. dicit, tempora mutata eſſe, nõ fidem: & infrà, Diuerſis quidẽ temporibus, ſed vtroſque per vnum fidei oſtium, hoc eſt, per Chriſtum, videmus ingreſſos. Et verum adeò hoc eſſe neminemq́ue niſi in fide mediatoris ſaluatũ, audi teſtẽ Apoſtolum, affirmantẽ eundem ſpiritũ fidei nos habere, ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutũ ſum. & alibi dicit Apoſtolus, Omnes eandẽ eſcam ſpiritualem mãducãrũt, &

1. Tim. 2. *Li. 3. c. 4 cõtra aduer. legis.* *Ioan. 14.* *Auguſt.* *2. Cor. 4.* *Pſal. 115.* *1. Cor. 10*

omnes eundem potũ ſpiritualem biberũt: & illi itaq; Chriſti ſerui fuerunt, & quiſquis eos audiuit, Chriſtum audiunt. ¶ Sed quid hoc, inquies, quod domin⁹ quotquot venerint, fures & latrones omnes perhibet fuiſſe? Auguſt. reſpondet & dicit Chriſtum ſic locutum, Omnes quotquot venerunt, ſcilicet ſine me, quos neque vocaui vt Aaronem, neq; elegi vt apoſtolos, quos per vicarios & ſucceſſores meos non ad hoc ordinaui, ſicut Moyſen conſtitui in hoc, vt paſtores in-
Exod. 28 ſtitueret duodecim tribuũ Iſraël: iſti omnes qui propria ve
Luc. 6. nerũt temeritate, quos nõ elegi, neq; per ſucceſſores meos
Exod. 18. ad hoc ordinaui, fures ſunt & latrones; cuiuſmodi plurimi
Act. 5. fuerunt pſeudoprophetæ & ſeditioſi, vt Iudas Galilæus & Theodas. Neq; diuerſæ multũ ſententiæ eſt Auguſti, cõtra
Lib. 16. Fauſtum ſcribens, loqui hîc Chriſtũ de iis qui prius quàm
cap. 12. vocarentur, venerunt: non ſic autẽ patriarchæ & prophetæ, qui miſſi ſunt diuinitus, latrones autem fuerũt & fures. qui à Deo non miſſi, paſtoritiũ tamen ſibi mun⁹ vẽdicârunt: de quibus cõqueritur domin⁹, & dicit per prophetã, Falſò prophetæ vaticinatur in nomine meo, nõ miſi eos, & nõ præcepi eis, neq; locut⁹ ſum ad eos. Et infrà de prophetis Samariæ
Hier. 4. & Hieruſalẽ, Non mittebã prophetas, & ipſi currebãt: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Audiui quæ dixerũt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium.

¶ De iis igitur hîc dominus agit, qui nõ vocati veniũt, qui nõ iuſſi currũt: iſti fures ſunt & latrones. Quales ſunt Neo chriſtiani omnes, prædicatores carnis & diaboli, qui neque electi à Deo, neq; à magiſtratib⁹ legitimè cõſtituti, ſeipſos ingerunt quacunque vi aut violentia, ſicut Iaſon & Menelaus tamẽ ſub prætextu nominis Ieſu, quod ſubinde obtrudunt, ſicut & euangelium crebrò ingeminant. Quorum tamen ſi vitã & doctrinã penitus inſpicias, diabolum tantùm promouẽt, cuius nuncij & apoſtoli ſunt, cuius mẽdacia docent, teſte hîc domino. 3 Sequitur, Et non audierunt eos
Auguſt. oues. Hîc ait Auguſt. Maior hæc quæſtio eſt, quid habet obſcurum & ad intelligendũ difficile? Audite obſecro, ecce do
1. Reg. 15 minus dicit, oues audiũt vocẽ paſtoris, & nõ furis: ſed quid putamus, qui audierunt dominum, omnes oues erunt? Saul audiuit vocẽ domini, & factus eſt lupus, non obediẽs Deo. Audiuit Iudas, & lupus erat: ſequebatur, ſed pelle ouina tectus inſidiabatur. aliqui verò qui Chriſtum crucifixerunt,

non audiebãt dominum,& oues erãt. quomodo iſta ſolua-
tur quæſtio,audiunt oues,& nó audiunt oues?Sic enim & Eze. 33.
propheta errantes oues cómemorat & Dauid, quæ quanuis Pſal. 118
errant,dum vocem furis audiunt,oues tamẽ dicũtur. Mul-
tis inducit hanc quæſtioné Auguſtinus,ego fundamentum
tantum aſſumpſi & ſuccum rei, ne multis vos detineré am-
bagibus,& reſpóſioné quoque breuibus abſoluam. Ouem
Dei dici,duobus modis accipitur: vel ſecũdum præſentem Ambro.
iuſtitiam,ſic Saul & Iudas Scarioth(quem tamen Beda di- ſuper 9. c
cit ſemper fuiſſe nequã.) quia boni fuerunt,oues etiã Chri- ad Roma.
ſti extiterunt,& tamen lupi facti ſunt, pleriq; Iudæorũ,qui
lupi fuerunt crucifigentes dominũ:audita concione Petri,
facti ſunt oues,quia audierũt Chriſtũ in vicario ſuo loqué-
tem. Vel etiã ouis Chriſti dici poteſt ſecũdum aliquam or-
dinationem Dei,aut illius præſcientiã. ſcit enim Deus qui
ſunt ei⁹,& nomine vocat. At quis alius oues omnes cogno 2. Tim. 2
ſceret,niſi qui numerũ ſcit electorũ? Et ſic oues ſunt quot-
quot ab æterno præordinauit & præuidit Deus ſaluandos.
Atq; cõtrã,quos præſciuit eſſe damnãdos,lupi ſunt & hirci.
Quódque hîc dicit domin⁹ audire oues vocẽ paſtoris,non
alieni,de quibus loquitur ſecũdum præſentẽ iuſtitiã,dũmo-
do ſunt adhuc oues:& quod nónullæ oues aberrãt,atqui lu-
pi vocẽ aliquot audiunt,non fit hoc ſecundum præſentem
ſtatum,ſed finalem ordinationem Dei.ſiquidem quæ nunc
erat ouis priuſquam moriatur, audit adhuc vocẽ paſtoris,
atque pœnitẽtia de peccatis acta ſaluatur(hoc eſt quod di-
cimus,duplex eſt prædeſtinatio,ſcilicet ſimpliciter,& ſecũ-
dum finalem Dei ordinationem,ſecũdum præſentem iuſti-
tiam.) Eſt tamen vox Chriſti quam luporum nullus audit, Matt. 10
ſed tantùm oues:puta, Qui perſeuerauerit vſque in finem Pſal. 117
ſaluus erit. hæc vox eſt ſalutis in tabernaculo iuſtorum.
4 Ipſe quoque ſe iam dominus explanat,dicens,Ego ſum
oſtium:per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Ecce nó ſolùm Auguſt.
paſtor,ſed & oues intrant per oſtium,nec aliquod dubium
eſt in illis verbis,niſi quod ſequitur, & ingredietur & egre-
dietur. hoc enim nõnihil videtur habere difficultatis,quod
iſtud ipſum egredi aliquid mali cõtineat,ſicut de malis Ioã-
nes ait,Ex nobis prodierunt,quia non erãt ex nobis. Pro- 1. Ioan. 2.
inde quadruplicé inuenio iſtorum verborum intellectum.
1 Non eſt quòd egreſſus ſeu exitus malũ quid ſignificet,

& Chriſt⁹ ipſe vult ingredi oues ſuas penetralia cogitationum piarum,& rurſus exire per Chriſtum operãdo bonũ.

Auguſt. breuiter ingredi per Chriſtum, eſt ſecũdum fidem cogitare.egredi autem per Chriſtum, eſt ſecundum ipſam fidem

Pſal. 103 operari ſic Dauid,Exibit,inquit,homo ad opus ſuũ. ſic de

*Mat.*5. operibus locutus eſt dominus apud Matthæum, Sic luceat

Augu. lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

2 Alium adhuc ſenſum adducit Aug.& ait, Plus me delectat,quòd ipſa veritas tanquã bonus doctor nos admonuit. videtur enim mihi dixiſſe,vt vitã habeãt ingrediẽtes in ouile,ſcilicet eius & eccleſiã:& abundantiùs habeãt,ingrediẽtes in morte per oſtium Chriſtum, in vitã æternã. Cũ itaq; & paſtor bonus ſit Chriſtus & doctor eximius,videtur mihi quaſi ſic dicere voluiſſe, Veni equidè in hoc, vt vitã per me habeant,qui ingrediuntur,& abundantius habeant qui egrediũtur.prius enim aliquẽ ingredi oportet in eccleſiam per fidẽ,quæ operatur in charitate: & ſic demum habiturus eſt vitam,quoniã iuſtus ex huiuſmodi fide viuit. Quiſquis autẽ ita perſeuerat in finẽ vſq;,is ex hac vita egredietur per

*Gala.*5 oſtium Chriſtum,vt abundantiùs vitam habeat. Sicq; bo-

*Abb.*2 ni cùm moriuntur, nõ amittunt vitam, ſed abundantiùs illam acquirunt: ſicut latro in cruce iam tandẽ pœnitens,copioſiùs illam inuenit,cùm audiret ſibi dicere Chriſtũ: Ho-

Luc 23 die mecum eris in paradiſo. Neque multò diuerſæ ſentẽtiæ

Gregor. eſt etiam Gregorius,ſuper Ezechielem dicens,Ingredietur

*Hom.*3 ad fidem,egredietur ad ſpeciem (ſcilicet Chriſti in æterna

ſuper patria:) intuẽdam:paſcua verò inueniet in æterna ſacietate.

Eze. Hinc etiam Pſalmiſta ait, Dominus cuſtodiat introitũ tuũ

*Pſal.*120 & exitum tuum, Cuſtodit enim domin⁹ cuiuſq; animæ introitum,quò intrat ad fidem:exitum quoq; quò exit ad ſpeciem: vt neque intrans eccleſiam erroribus ſupplantetur, neque ab hac temporali ad æternam exiens ab antiquo hoſte rapiatur.Eſtque hæc multùm cõſolatoria expoſitio pro morientibus,quibus ſubinde inculcandum eſt, quomodo

Pro morituris. intrarint eccleſiam Chriſti per fidem, ipſúmque adeò oſtiũ Chriſtum,vt ſic quoque eodẽ oſtio egrediantur,abundantiùs habituri vitam:& paſcua inuenturi,ſiquidem illic ſaturabuntur,quicunque hìc ſitierunt iuſtitiam & eſurierunt.

3 Poteſt idẽ illud etiã exponi de ſolis beatis (quia adhuc

quinque ſenſus poſſent applicari ad viatores) ſicut Chriſt⁹ intrauit & exiuit inter apoſtolos, vt dixit Petr⁹. & quomodo prçlati ingrediantur pro vita cõtẽplatiua, exeant in vita actiua. Ingreditur Magdalena, egreditur Martha: quòd ingrediatur ſeipſum reformando prælatus, & egrediatur ſubditos reformando: vel ingrediatur officia diuidendo & diſponẽdo, & egrediatur per exẽplum formã virtutis cooperatoribus ſuis exhibẽdo: aut quilibet ingrediatur trabem ex oculo proprio eiiciendo, & egrediatur feſtucã eiiciendo ex oculo proximi. Dies deficeret, ſi omnino ſimbola proſequi vellẽ. hoc eſt quod ſemper dixi, ampliſſimum eſſe campum ſignificatiuæ ſeu ſymbolicæ theologiæ. ¶ Ingrediũtur beati, dum omnipotentiam cõtẽplantur diuinã, quoniam in eſſentia diuina vidẽda & fruenda eſſentialis cõſiſtit beatitudo: egrediuntur etiã ad contemplandã Chriſti incarnationẽ, gloriam Deiparę virginis, &c. in quibus accidentalis iſta ſtat beatitudo. ſiue autem exeat, ſiue intret beatus, gaudia vndiq; inuenit non deficiẽtia, gaudium inquã ex Deo, & gaudium ex glorioſa & magnifica Dei creatura, ita vt iã poſſit dicere illud Dauidicũ, Domin⁹ regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Sed de iis aliàs.
4 Ingreſſus hîc etiam intelligi poterit de beatis intuentibus & Deum & quæcũque in cœlo ſunt: exeuntibus autem per ſcientiam, dum cognoſcunt pœnas damnatorum. Atq; hoc ita eſſet teſtatur Eſaias cùm ait, Egredientur & videbũt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me. vbi Gloſſa quædam ſic habet, Electi egrediuntur quaſi ad videndum non loco, ſed intelligentia vel viſione manifeſta, vt ad laudem Dei magis accedantur. Et quòd beati paſcua habeant & gaudia, hac ipſa egreſſione ſua teſtatur Dauid inquiens. Quoniã lætabitur iuſtus, quum viderit vindictã. & Eſaias: quum ait, Erũt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. loquitur enim ibi de dãmnatis, quorum vermis nõ morietur idipſum ſanè videbunt beati, & ſaturabũtur. Ecce quomodo beati ſatiantur ſimul, & paſcua inueniunt ex damnatis quoque in inferno. Vſqueadeo verum eſt illud Pauli, quòd ſanctis omnia cooperãtur in bonũ. & hoc eſt quod Dauid de iuſtis inquit, Lauabunt manus ſuas in ſanguine peccatoris. ſicut iam ſupra per nos explicãda ſunt verba Chriſti, & vndique inuenimus in ſacris literis ita eſſe confirmatum.

Act. 1. *Pſal. 22.* *Aug li. 20. de ciuit c. 22.* *Eſa. 66.* *Gloſſa.* *Pſal. 58.* *Eſa. 66.* *Pſal. 57.*

5 Nunc breuiter concludamus, dicamúſque etiam illud quod ait dominus, Fur non venit niſi vt furetur, mactet & perdat: varié poſſe exponi, ſed tamẽ quod ſicco, quod aiunt pede nos trãſibimus: fur quoq; eſt diabolus, & hic quidem furatur per cogitationes malas, mactat per conſenſum prauum, & perdit in opere malo. Aliter ſic accipe, Fur ſeu latro etiam eſt hæreticus, quoniam is tãtum in hoc venit, vt honorem & gloriam temporalem ſuffuretur, animas quoque quas ſeducit mactet, & dum illas ſuis dogmatibus attrahit, æternaliter perdat. Vel etiam fur ipſe tyrannus eſt, qui gratia bonorum temporalium ſæuit aduerſus fidem, vt ea quæ in cœnobiis ſunt bona, ſibi vſurpare queat. Qui autem mactat animas, hæreticus eſt, ſuis peruerſis dogmatibus illas ſeducens. Qui perdit diabolus eſt, quoniã eas vſq; ad inferos detrudit. Nec eſt quòd mireris me iſta tribus tribuere perſonis, quæ hîc de vno fure prædicat dominus. diabolus enim caput eſt, cuius reliqui duo membra exiſtunt. ſicq; de iis tribus velut de vno loquitur ſcriptura. (per regulam Ticonij apud Auguſt lib. 4. de doctrina chriſtiana.) Primúſq; adeò fur diabolus extitit, qui Adamo, & Euæ gloriã ſuffuratus eſt paradiſi, nũc autẽ impij omnes & animicidæ mẽbra ipſius ſunt. Et ſicut diabolus cum ſuis venit mactare & perdere animas, ita viciſſim venit Chriſtus, vt habeant vitã hîc gratiæ, illic abundãtiùs etiam vitam gloriæ & fœlicitatis æternç. Quam nobis concedat Chriſtus Ieſus dominus, idem paſtor & cuſtos noſter in ſecula, Amen.

De paſtore vide ſuprà in Homilia feriæ ſecundæ Paſchæ.

IN OCTAVA PENTECOSTES.

¶Multis iam retro ſeculis pij homines hac dominica venerati ſunt ſanctam & indiuiduam trinitatem, quod etiã per Papam Benedictum x I I I. cõfirmatum eſt. Iam verò ſunt, qui ea dominica legant euangeliũ, Quum venerit paraclетus. quod explicatũ per nos eſt dominica poſt aſcenſionem domini. Alij verò euangelium legũt de Nicodemo, quod etiam lectum eſt hac ipſa dominica in concilio Piſano, quando feſtum illud inſtitutum eſt, teſte Cardinali Cameracen. Petro de Aliaco, qui in eodem concilio prædicauit: & nos itaq; illud iam explicemus.

✠ DOMINICA TRINITATIS.

EVANGELIVM IOANNIS 3.

IN illo tempore, Erat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum: hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei, Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus & dixit ei, Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? nunquid poteſt in ventre matris ſuæ iteratò introire, & renaſci? Reſpondit Ieſus, Amen amen dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi oportet vos naſci denuò. Spiritus vbi vult ſpirat & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Matt. 22

Ephe. 4.

Num. 1

HOMILIA PRIMA.

SVb finem capitis ſecundi, paulò ante exordium huius euangelij, dicit Ioannes quòd Chriſtus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſſet omnes. Quamobrem Nicodemus, qui iam credere cœperat, videns miracula Chriſti, quum ipſe phariſæus eſſet, venit ad Ieſum. Ne exhorreatis, dilectiſſimi, nomen & titulum phariſæorum, neque omnes malos fuiſſe putetis. nam & à Deo extra ſacerdotium inſtitutus fuerat olim triplex ordo ſpiritualium hominum ſicut nunc in eccleſia, præter ſacerdotes à Deo inſtitutos, habemus Benedictinos, Bernardinos, Prædicatores, Minores, Carthuſianos, &c. planè enim ſic in veteri teſtamento erant Eſſæi, Phariſæi, & Sadducæi, teſte Ioſepho, & poſt illum etiam authore Euſebio. Erant itaque

Exod. 29

Ioſephus
Euſebius de præpa-ra. euang.

phariſæi ex iis honeſtiſſimi,ſic dicti, quòd tã morib' q̃ habitu ſeparati & diuiſi erant à cæteris, deducta appellatione à verbo phares. Quid multa?ſicut iã religioſi habitu & cæremoniis ſeparati ſunt à reliquis chriſtianis.ita phariſæi apud Iudæos erãt . Vos itaq; cũ phariſæos auditis nominari, ne qđ cogitetis mali,ſicuti neq; malũ ſuſpicamini,audiẽtes monachos & moniales vobis commemorari,ſiquidẽ & hîc Nicodemus phariſæus extitit,& tamẽ bonus:& Paulus apo

Philip.3. ſtolus fuit Phariſęus,ſicut ipſe apud regem Agrippam de ſe

Actu.26. profeſſus eſt:dicẽs, Et quidem vitam meam à iuuẽtute quæ ab initio fuit,in gente mea,in Hieroſolymis. Nouerũt omnes Iudæi.præſcientes me ab initio , ſi velint teſtimonium perhibere,quoniam ſecundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi phariſæus. Verum quidem eſt,quod decurſu temporis religionem externo tantùm habitu mentiti ſunt. & ſub ſpecie pietatis hominibus etiam bonis bona ſua ſub traxerunt:& vſq; adeò omni malitiæ ſtuduerunt, vt peſſimi eſſent Iudæorum,Phariſæi eſſent, ſicut vndique nobis euã

Mat. 23. gelica teſtatur hiſtoria . ¶ Erant tamen ex iis , qui bene & piè ſe gerebant , ſicut hic Nicodemus , & ille legis doctor

Act. 6 Gamaliel, & ſanctus Paulus etiam filius phariſæi,ſicut ipſe

Actu.43. teſtatus eſt,quando à præfecto coràm tota populi cõcione ſtatueretur. Nomine Nicodemus . Tantùm hîc & in ſepul-

Ioan 19. tura Chriſti mẽtionem illius facit Ioannes. Nicodemus autem ad linguæ Grçcæ proprietatem tantundem eſt.ac ſi dicas,victoria populi:Hebræis,ſanguis innocẽs. Erat vtique ille de ſecta magnifica phariſæorum,etiam ex nomine clarus,quia Nicodemus:officio illuſtris, ſiquidem princeps Iudæorum,(ecce religio,nomẽ,dignitas.) Quæres , cur adeò propriè velut depingat ille Nicodemum? eò nimirũ , quòd eundem deinceps cõſtitutus erat aduocatũ Chriſti ; quum

Ioan.7. illum Iudæorum populus totus condemnaret. Dicebat eñ tunc Nicodemus . Nunuqid noſtra lex iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo,& cognouerit quid faciat.

2 Venit itaq; Nicodemus ad Ieſum nocte. Quòd uenit

Ioan.6.m ex fide factum eſt quòd illũ latenter atraxit pater quia ne, mo,inquit Chriſt',venit ad me niſi pater meus traxerit eũ. Sed ꝙ nocte venit metu impellẽte,factũ eſt,& fidei ſuæ im

Ioan. 12. perfectione. erat enim ex eorũ numero,de quibus Ioannes dicit,Multi ex principibus crediderunt in eum,ſed propter

phariſæos non confitebantur, vt de ſynagogis non eiiceren tur dilexerũt enim gloriam hominum magis quàm gloriã Dei. ¶ Et meritò quidem iſtum ſuum defectũ nox deſignauit, quæ in ſacris literis vt plurimũ inſcitiã ſignificat & peccatum ſic Paulus, Eratis, inquit, aliquando tenebræ, núc aũt lux in domino. *Ephe. 5.* In magna adhuc caligine erat Nicodemus, licet exiguum lucis radium ſibi emicãtem iam perſenſerat propter miracula Chriſti: ſicut ipſe ſuo ſermone teſtatus eſt. Rabbi enim, ait, ſcimus quia à deo veniſti magiſter, & nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi ſit Deus cũ eo Ecce quomodo adhuc in nocte fuit, loquutus cum domino ſicut cũ homine puro, & ratus ſe planè ſatis facere, ſi cæleſte in ipſo cognoſcat magiſterium, etiã ſi nihil vlterius inquireret. ſed quàm pulchrè ſeipſum redarguit Nicodemus? *Chryſoſt.* ſic enim ſanctus Chryſoſtomus, Quid, inquit, Nicodeme nocte venis ad eum qui diuina loquitur, qui à Deo venit? *Chryſoſt.* quid illum hominem tantum putas, & prophetam alienę opis indigum ad exercenda miracula? Quãuis idipſum nõ obiecit dominus illi, quia curæ erat Chriſto à principio, non tam quis eſſet oſtendere, quàm vt crederetur, nihil cõtra patris facere voluntatem, ideóque verbis ſæpenumero humilioribus loquutus eſt: re autem quid poſſet, oſtendit: miracula enim ſumma virtute operatus eſt. Rabbi, inquit, hoc eſt, magiſter, ſeu doctor magnifice, magis aucte, & erat ſanè hoc aliquid: dedit enim illum Deus nobis doctorẽ iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinũ & ſerotinum *Ioã. 13. 16* Rabbi, ſcimus quia veniſti à Deo magiſter. nõ malè magiſtrum eum vocat, quoniã ſic Chriſtus ad apoſtolos ipſe dixit, Vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Bene etiã dixit à Deo eũ veniſſe, quia & Chriſtus vndique dixit à Deo ſe miſſum & exiuiſſe. Quod autẽ de ſignis adiecit, etiam de ſe teſtatur dominus inquiens, Si non feciſſen ſigna in eis, quæ nemo alius facit, peccatũ non haberent: *Ioan. 15.* ſed & cæcus dixit, à mũdo auditũ, non eſſe, quòd quiſquam aperuerit oculos cæci nati. *Ioan. 9.* Ecce quomodo miracula pariunt fidẽ. ſed ille tamen in hoc deficiebat, quòd nõ cognoſcebat etiam Chriſtũ eſſe deum. Et vide hîc quoque quomodo miracula teſtimonium dant virtuti diuinæ, etiã per malos facta: iuxta illud, Multi dicent in die illa, Domine, domine, nône in nomine tuo prophetauimus, & in no- *Matt. 7.*

hac natiuitate hæreditariũ acquirimur peccatũ,concupiſcẽtiam malã,mortẽ,& quid neniqne nõ?etiã inferos.Magna itaq; gratia Deus nobis inſtituit ſacramentũ baptiſmi,quò regeneramur & renaſcimur ſpiritu,teſtanre Paulo, Quod ſi in Adã omnes mortui ſunt, ita in Chriſto viciſſim omnes viuificantur.Vndique plenũ eſt teſtamentũ nouũ, quomodo nati ſimus ex Deo,qui & poteſtatem dedit nobis filios ſuos fieri.Túncq; Deus verus noſter efficitur pater, & non ſic tantũ,vt conditor eſt nobis & creator, omniũq; creaturarum opifex, ſed peculiari quodã modo pater noſter erit. Quæ radicalis & fundamenralis eſt cauſa, quòd orare ille nos docuit,Pater noſter qui es in cælis. Illa enim noui teſtamenti vna oratio eſt ſuauis & grata,quã nemo patrũ veteris legis potuit edicere. ſiquidẽ quã ex affectu prodit filij ad patrẽ oratio, tã nos qnoque chriſtiani ex animo oram' patrẽ noſtrũ cæleſtẽ:& quũ antea ſecundũ carnẽ pater nobis eſſet Adã,ſola deinceps gratia regenerãdo nos nobilitauit Chriſtus vt porrò eſſemus filij Dei.En ergo verum imperatorem hîc vobis qui ſuos verè nobilitat, qui vera inſignia confert:ſed iis demũ qui renati exuuias veteres abiecerint,iuxta hoc dictũ euãgelij noſtri, Niſi quis renat' fuerit, non poteſt videre regnũ cælorũ. Ecce nemo venit ad hanc aulã, nemo militiæ huius regis omnium regum aſcribitur, niſi renatus antea (oportet enim quod deponatur baſthardus) per baptiſmũ.Poſsẽt & deberent ſanè hîc plurima dici de vſu,excellentia & dignitate baptiſmi, ſed hãc materiam totam relegamus ad homilias noſtras de ſacramentis,Hoc vnũ fac præſcribas tibi, quotieſcũque oras,Pater noſter,id te nec facere poſſe,neque audaciam tãtam orandi illud habiturum,niſi in baptiſmo effectns eſſes filius Dei.

1.Cor.15.

Ioan.1.

Matt. 6.

4 Sancta & ſalubris fuit illa reſpõſio Chriſti.ſed & Nicodemus,quia nocte venit,adhuc de tenebris carnis ſuæ loquitur.nõ intelligit quũ audiuit à luce.nã ſpiritus ei loquitur & carnẽ ille ſapit. Dixit ergo ille rurſus ad dominum, Quõ poreſt homo naſci cũ ſit ſenex?Ecce hominẽ hîc animalẽ tibi,qui intelligere nõ potuit quæ ſpiritus erãt.Chriſtus enim magnũ illud arcanũ baptiſmi reuelauit ei:,quod rudis ille diſcipuius ſtultũ quid,imo etiam impoſſibile iudicat quãdo nequeat homo ſenex intrari ruſ' vterũ matris vt ſic renaſceretur.O caput ineptũ & pene ĩſenſatũ!ſanè in

Auguſt.

1.Cor.2.

tenebris erat Nicodemus, & atra noctis caligine obuolutũ
Ioan.6. habebat intellectũ, magnus & pręclar' Rabinus. Huiuſmo di homines duri erant & Capharnaitæ; qui quũ audirẽt dominum ſibi de myſterio corporis & ſanguinis ſui diſſerẽtẽ, dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eũ audire? autẽ quomodo poteſt ille nobis carnem ſuam dare ad manducãdum? Impoſſibile iſti hoc iudicabant, ſicut nunc quoque faciunt euchariſtiæ impugnatores impudentiſſimi.

¶ Sed tu hîc diſcrimen magnum conſydera ſapientiæ diuinæ & humanæ. dicebat enim Chriſtus, neceſſarium eſſe
Augu. vt renaſcatur homo. Nicodemus impoſſibile id putabat, vt quis ingreſſus iã grandæuus vterũ matris, renaſceretur. non nouerat iſte niſi vnã natiuitatẽ ex Adam & Eua. ex deo & eccleſia nõdum nouerat. non nouerat niſi eos parẽtes, qui genuerant ad mortem, nondũ nouerat eos qui genuerãt ad
Baptiſmus non reiteretur. vitã: ſed quia nõ retroceſſit cũ Capharnaitis, meruit audire verũ & ſolidum verborũ Chriſti intellectũ. Inſuper vide natiuitatẽ carnalẽ iterari non poſſe. ſiquidẽ homo ſenex nõ poteſt ingreſſ' vterũ matris denuò renaſci, ex illo ergo & ſpiritualis illa repeti non debet, neque enim baptizatus, rebaptizari poteſt aut debet ſolennitates quidẽ in caſu neceſſitatis omiſſę repeti, poſſunt, aut ſicubi dubiũ eſſet de baptiſmo, vt in ſuppoſititiis. tunc enim ſub cõditione baptiſmus iterari poteſt. aliâs nunquã ſciẽter iterari debet, etiam ſi factus eſſet à miniſtro peccatore, hæretico, ſchiſmatico, Iudæo vel etiam Gentili: vſqueadeo rebaptizatio nunquã vel virtutem aliquã habet, vel ſine peccato maximo, vel etiam citra hæreſim & inſignem contumeliam ſacramenti fieri poteſt. Quid quòd immenſa etiam hinc & Chriſto & paſſioni ſuæ (vnde omnis eſt virtus atque efficacia baptiſmi) accedit iniuria? Omnia tamen hæc intellige, ſi tum forma eccleſiæ in baptizãdo ſeruetur, tum verã baptizandi intentionem habeat miniſter. Sic epiſcopus Alexandrię Dionyſius ab hæreticis baptizatum recepit. licet in confeſſione
Li.7.c.8. eccle. hiſt. ſua ante baptiſmum hęritici quàm plurimos impios & nõnullos etiã blaſphemiam ſapientes articulos eis propoſuerant, teſte Euſebio. Sic alexãdrinus epiſcopus Alexander,
Lib.10. cap.15 cùm pueri inter quos epiſcopus electus fuerat Athanaſius, per iocum baptizaſſent ſeruata forma eccleſiæ, cognouit ille & decreuit non rebaptizandos eos eſſe.

¶Non

¶ Non ignorârunt vtique patres illi ſancti,quanta fiat con
tumelia ſpiritui ſancto in rebaptizando. vnus enim eſt bà
ptiſmus , inquit Paulus: & qui ſemel ritu & forma eccleſiæ *Ephe.4.*
ſunt baptizati,ſi poſt peccatum denuò vellét baptizari,cru- *Hebr 6.*
cifigerent ſibi ipſis filiũ Dei & ludibrio haberent. Vna ita-
que rùina corruũt hîc duæ magnæ hæreſes : altera Donati-
ſtarum,qui ab hæreticis baptizatos rebaptizarunt : contra-
quos multa fortiter ſcripſit Auguſtinus,Et fuit quidem ali
quando iſtius ſententiæ etiã Cyprianus:ſed illũ pulchrè ex *De pec.*
cuſat Auguſtinus,multũ enim exercuit articulꝰ iſte ſanctos *meri.&*
patres. Altera eorũ qui omnino noluerũt paruulos eſſe ba- *remiſſ.*
ptizãdos,in qua naui.erroris iam olim naufragium fecerũt
Pelagiani:contra quos & Auguſtinus præclarè ſcripſit,& cõ
cilium Mileuitanum decreuit. Poſt ſexcétos dehinc annos
eandem hæreſim Cathari in Gallia & Germania reſuſcita-
rũt inter reliquos decem articulos,ſicut illud antiquus qui-
dem abbas Eckebertus deſcribit . Hæreſim iſtam infœlici *Eckeber-*
hoc noſtro ſeculo reuocauit ab orco , Vbalthazarus Hieb- *tus.*
mayr, & tenuerũt Heizer,Hus,Denckuis, & alij nõnulli ſe
quaces eorum.eſt autẽ hęreſis hęc iam olim cõdemnata,vt
teſtantur Cypriani ſcripta, & Auguſtini ſuper Geneſim.ad *Cyprianꝰ*
Fidum & ad Marcellũ : quos libros & vidit & laudauit bea *Auguſt.*
tus Hieronymus . Multas in eccleſia turbas mouit hęc hęre
ſis,plures deperdidit anima,corpore,bonis & honore. Vti-
nam aliquãdo tandem finem iis malis tantis daret Deꝰ. Sed
hæc aliâs,nunc tantùm oremus Deum,&c.

HOMILIA SECVNDA SVPER
Euangelio dominicæ Trinitatis.

SCintillam fidei concepit Nicodemus ex doctrina & mi
raculis Chriſti. Quid mirum trahebat enim illum Deus
pater intrinſecus,& permouebat ad cognitionem ſui , vn-
de & magiſtrũ vocauit eum , & magnum eſſe profeſſus eſt
qui ſigna tanta facere poſſet, & Deum cum eo eſſe:& tamẽ
rudi adhuc erat intellectu,dominumque de regeneratione
baptiſmi loquentem ſic intellexit,quaſi oporteret aliquem
iam natu grandem iterum ingredi vterum matris, & ſic re- *Auguſt.*
naſci:quod ille putauit eſſe impoſſibile,vti & eſt.Itaq; pau
lò melius erudiuit eum dominus,& dixit,Amen amen dico
tibi,niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritusſancto , non *Ioan.3.*
poteſt intrare regnum cælorum . Ecce prudens domini re-

ſponſum. Nicodemus arbitrabatur illud domini verbũ eſſe impoſſibile, dominus autem non adorſus eum eſt duriter. ſed paucis verbis errorem illi ſuum commonſtrauit, quaſi ſic dicere volens, Nicodeme, in hac regeneratione quam tibi prædico, non eſt opus aliquem rurſus intrare vterum matris, ſolummodo enim fit illa per aquam & ſpiritũ ſanctũ: neque opus hîc vẽtre, ſed ſolo ſpiritu. Tu autem impoſſibile dicis, ſenem naſci denuo: ego tam neceſſarium, vt aliter quis ſaluus eſſe non poſſit. Atque ſic attẽtum eum fecit dominus, dum enim neceſſitatem baptiſmi illi inculcat, diligentiorem reddit in inquirẽdo. ſiquidem primus homo de terra factus, præuaricatus eſt. hunc autem alterum hominẽ nouum ex aqua & ſpiritu regenerare vult Chriſtus. ſicut & olim ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Aqua exterius emũdat corpus à ſordibus: ſpiritus intus ſanctificat animã vt ſic totus homo nouus efficiatur acceptabilis Deo, filij loco per gratiam, qui antea filius iræ erat ſecundum naturam Quãobrẽ & Ioãnes de Chriſto dixit, Hic eſt qui baptizat. ¶ Et diligenter tu hîc conſydera quòd nõ temerè vniuerſaliter adeò Chriſtus loquitur de omnibus hominibus, quoniam neceſſarium ſit illis renaſci: quia enim antea Nicodemus eum magiſtrũ appellauerat, iam ipſe declarat & teſtatur magiſtrum ſe totius eſſe mũdi: vnde & magnificè adeò atque potenter illum docet de omnibus in vniuerſum hominibus. Deinde animaduerte quòd bis regnum cælorum Nicodemo inculcat: quoniam quum phariſęus eſſet ipſe, & reſurrectionem crederet mortuorum, in hoc illud adiunxit ne negare poſſet quin renaſceretur. Præterea vide & attende Chriſtum principio loquutum obſcuriûs, vt diligentiorem illum faceret. nãque ſi manifeſtè ei dixiſſet hominem baptizari in aqua, contemnere potuiſſet: quum autem audiret Chriſtum ſibi dicere de regeneratione, admiratus eſt: & ne paruipenderet aquam in baptiſmo, verùm quoque addidit baptiſtam, ſpiritum ſanctum, quomodo decet fecere pręceptorem bonum, vt ait Chryſoſto. ¶ Ad hæc obſerua quòd primum dicit dominus, non uidebit regnum cælorum: deinde, non intrabit in regnum cælorum. Gloſſa enim dixit, Chriſtum idem vtroq; ſermone ſignificare voluiſſe, quoniã nõ ſaluabitur: ſed verba hæc vlterius quiddam inſinuare videntur, nimirũ quòd hîc domin⁹ deſignare voluerit æternã

Chryſoſt. *Gen 1.* *Ioan. 1.* *Chryſoſt.* *Gloſſa.*

fœlicitatem in viſione & cõfeſſione cõſiſtere eſſentiæ diuinæ, hæc enim eſt vita æterna, inquit dominus, vt cognoſcãt te Deũ verum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Augu quoq; in hanc ſentẽtiã ſic ait, Viſio ſcilicet in interna iſta in itellectu eſt tota merces beatorũ. Quiſquis itaq; eſſẽtiã ĩtuetur diuinam, verè beatus eſt. ſicq; ingreditur in regnum cælorũ: iuxta illud domini ad ſeruum, Intra in gaudiũ domini tui. Cur autem ex omnibus elementum aquæ elegerit ad baptiſmum, vide in materia baptiſmi, de ſeptem ſacramentis. Ioan. 17. Auguſt. Matt. 25.

2 Iam porrò ſentẽtiam ſuam de regeneratione declarat dominus, & ait, Quod ex carne natum eſt, quaſi diceret, Tãtũ de natiuitate carnis tu loqueris, Nicodeme, vbi caro de carne naſcitur: ego autem de ſpirituali loquor in qua quod ex ſpiritu naſcitur, ſpiritus eſt. Caro mortalis eſt. ſpiritus perpetuus: & in generatione carnali portamus imaginem Adæ terreni, vt ait Paulus, Vnde iniqua eſt generatio & naturalis malitia. ſemen enim erat maledictum ab initio, teſte Sapiente. Hinc & ex hac generatione nata eſt illa querimonia Pauli. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Quòd autẽ nihil boni naſcatur ex carne, ſatis magnus ecce nobis teſtis adeſt Iacobus. Quum enim in carne habitet concupiſcentia, & quiſque à concupiſcentia ſua tẽtatur abſtractus & illectus Deinde cõcupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm cõſummatum fuerit, generat mortem. Sicque nihil boni naſcitur ex carne, nec quicquã aliud niſi caro. & ſicut origo eſt fons, ita & fluuius. Vbicũque ſcaturigo mala, tibi & riuus malus. vbi radix arida, ibidem & arbor tota ſterilis eſt, ideoq; & ex carne nil niſi caro. At quid de carne ait ſanctus Paulus vas electum. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, neque corruptio incorruptelã poſſidebit? Contrà autem, Quicquid ex ſpiritu naſcitur, ſpirit' eſt. arbor bona fructus profert bonos: ſpiritualis tum nobilitas tum perfectio ex ſpiritu eſt, non ocioſo tamen, ſed operante, & cõmouẽte virtutes animæ ad omne bonum, hominẽmque viuente cum Deo: quia qui Deo adhæret, vnus cum eo ſpiritus eſt. O verè fœlicem & beatum hominem, qui ſic ex ſpiritu naſcitur & Deo: & vt ait Ioannes, qui non ex ſanguinibus, neque ex volũtate carnis, neque ex voluntate uiri, ſed 1. Cor. 15 Sap. 12. Roma. 7. Iaco. 1. Roma. 7. 1. Cor. 5. Matt. 7. 1. Cor. 6. Ioan. 1.

ex Deo nati ſunt. Myſteria hæc non eſt quòd multũ prædicemus carnalibus hominibus: neque enim intelligũr, & ſolo vſu patét iſta, proinde miſſa facio. Videte autem omnes, quàm miſericorditer nos Deus noſter redemerit, & regenerauerit, multò magnificentiùs q̃ in prima creatione Princi-

Chryſoſt. piò enim dictum eſt, Producant aquæ reptile animæ viuentis. Ex quo autem alueum Iordanis ingreſſus eſt Chriſtus, non amplius reptilia animarum viuentium, ſed animas ſpirituales producit aqua & agnos eccleſiæ. In creatione mun-

Gene. 1. di refert quidem Moyſes, quòd tũc ſpiritus domini fereba-

Matth. 3. tur ſuper aquas: verùm quinque milibus annorum poſtea ignorabatur quid ageret ſpiritus domini ſuper aquas, tantiſper dum Chriſtus aquas Iordanis ingreſſus, aperto cælo cerneret ſpiritum ſanctum deſcendentem in ſpecie columbæ, & venientem ſuper ſe, in argumẽtum & ſignum efficax baptiſmi: quòd in eo ſpiritus ſanctus potenter emundatur' eſſet animam baptizati, & inſigniturus ſtola innocentiæ in

Cyrillus. ſtar columbæ: & ablututus ab omnibus ſordibus peccatorũ hoc itaq; erat, quod quicquid ex ſpiritu naſcitur, ſpirit' eſt. ¶ Audi porrò quid hîc Cyrillus dicat, Natum ex ſpiritu, ſpiritum hominis dicimus: non quia ex eo ſecundum naturã eſt, ſed vna quidem & priſca ratione, quoniam per ſpiritum

Gene. 1. ex nihilo ad eſſe productus eſt: ſicut in libro Geneſis legimus, quòd Deus condiderit hominem ex limo terræ, & inſpirauerit in faciem eius ſpiraculum vitæ, vnde factus ſit homo in animã viuẽtẽ. Et ſecundũ hoc utiq; verũ eſt, ꝙ ex carne caro, ex ſpiritu autem ſpirit⁹ naſcitur. quum enim gemina in nobis ſit ſubſtantia, corpus & anima, corpus quidẽ de corpore venit parentis. anima autem quç ſpiritus eſt, ex

Augu. ſpiritu Dei venit. Sic inquit Auguſtinus, Anima infundendo creatur, & creando infunditur: quoniam ſingulis hominibus, ſingulæ creantur animæ à Deo, authore Pſalmiſta,

Pſal 32. Qui fingit (ſicut figul' ollas) ſingulatim corda eorum & de hac re non loquitur hîc dominus. ¶ Secũdò, ſpiritus ex ſpiritu naſcitur, quando per ſpiritum reformamur, & proprio illius ſignaculo inſignimur, animóq; noſtro trãformamur ſecundum imaginem ipſius. De qua trãsformatione Paul'

Galat. 4. loquens dicit, Filioli, quos iterum parturio, donec forme-

1. Cor. 4. tur in vobis Chriſtus. & iterum, In Chriſto Ieſu genui vos per euãgelium. Idque adeò fit in ſacramẽto baptiſmi, quod

renaſcimur in ſpiritu Dei,& charactere inſignimur indelebili. Quid ita eſſe vel inuitis oĩbus Neochriſtianis,teſtatur nobis apertè ſanctus Paulus, Nolite inquiẽs,contriſtare ſpiritum ſanctum,in quo ſignati eſtis in die redemptionis veſtræ.& paulò antè. In quo & vos cùm audiuiſſetis uerbum veritatis euangeliũ ſalutis veſtræ in quo & credẽtes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto,qui eſt pignus hæreditatis noſtrę. Vtrinque hîc manifeſtè declarat Paulus, chriſtianos cõſignari per fidem in regeneratione ſpiritus in baptiſmo *Ephe.4.* *Ephe.1.*

3 Quum itaq; iam dominus Nicodemo declaraſſet quid de regeneratione illa ſibi voluiſſet,& quòd non ſecundum carnẽ, ſed ſpiritum intellexiſſet, admirat⁹ ille eſt & obſtupuit: ac proinde ſubiunxit dominus, Non mireris quia dixi tibi oportet vos naſci dènuò. ſpiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis. Homines mundani, quum audiunt aliquid dici de natiuitate ſeu generatione cæleſti vel filij Dei, vel etiam filiorum adoptionis, tantũ admirãtur & ſtupẽt attoniti: iuxta illud Eſaię, Quis audiuit vnquam tale?& quis vidit huic ſimile: nunquid parturiet terra in die vna? aut patietur gens ſimul, quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos? Nunquid ego, qui alios parere facio ipſe non pariam? dicit dominus. Ita hîc quoque fecit Nicodemus, quamobrẽ apertiùs adhuc ei dominus naturam & proprietatem vẽti inculcat, quẽ hîc idiomate Hebraico ſpiritum vocat: quãdo hæc ſingularis quædã eſt virtus docentis, vt multis ac variis modis auditorum animos attrectet: vnde paulatim materiæ difficultas fiat apertior. Quum igitur Nicodemus verba Chriſti de carnalibus & terrenis rebus intellexiſſet,& dominus viciſſim oſtenderet ſe de ſpiritu loqui: neq; adhuc ſatis Nicodem⁹ aſſequi poſſet, (infinitũ enim penè eſt, quo ſpiritualia diſtãt à corporalibus) mediam adhuc creaturam ei propoſuit vẽtum. qui neq; ad ſolidi corporis naturã, neq; ad incorpoream conſcendit: priuſq; tamen orditur ab aqua, quæ tenuior eſt quàm terra & craſſior vẽto. Vult ergo dominus docere, quomodo ſpiritus inuiſibilter operatur regenerationem ſuam in anima hominis,& nobis quoq; nec ſentiẽtibus neq; videntibus. Ait enim, Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis: neſcis autem quò vadat, aut vnde veniat Duo in iis verbis proponit ille: alterum, quòd ſi huius ſpiritus quem auditus ſenſu percipis,& actu impetum ſentis, ne *Eſa.60.* *Cyrillus.* *Chryſoſt.* *Chryſoſt.* *Cyrillus.*

viam quidem noſti, quonampacto diuini ſpiritus opera-
tionem perſcrutaberis? Alterum verò eſt, quòd ſimul ibi
declarat potẽtiam & virtutem ſpiritus ſancti: quod ſi enim
venti vbilibet ſpirãtis ſemitam impedire nemo poteſt, nec
prohibere, quantò minus impedire quis poterit operatio-
nem ſpiritus ſancti, quam vetare nec natura poteſt, neque
vlla creatura? aut quis eſt qui reſiſtat voluntati diuinæ? Ve-
Roma. 9. rè nanque ſpiritus ille vbi vult operatur, quod luce clarius
cernis in Maria Magdalena peccatrice. Ecce autem & Iu-
Ambro. das apoſtolus cecidit, & ſpiritus ille latronem ſeruauit, vſ-
Roma. 9. que adeò neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia; cuius
enim vult miſeretur, & quem vult indurat. ¶ Dices, Quo-
modo aut quid hîc dicit domin⁹ de vẽto ſeu ſpiritu, quod
vbi vult ſpiret, qui volũtatem nullam habet, quùm nec ho-
mo ſit, neque animal, neque alicuius vitæ capax? Sanè verũ
Chryſoſt. reſpondeat tibi ad hoc Chryſoſto. & dicet, Quia nõ loqui-
tur hîc dominus, ac ſi volũtate aliqua feratur ventus, ſed li
berũ eius à natura impetum ſignificat. Mos enim eſt ſcri-
pturæ ita etiã de inanimis loqui, quemadmodum cum in-
quit, Vanitati ſubiecta eſt creatura nolens: ideoque & pro-
pter liberam agitationẽ venti dicit hic ſpiritum ſpirare vbi
Auguſt. velit. 4 Sequitur, Et vocem eius audis. per vocem ſuam
intellige & ſtridorem, quẽ audis vtique, ſed vnde ſpiret ex
actè non cognoſcis. & licet videas auſtrum euntem à meri
die ad aquilonem, & alium vẽtum venientem ab oriẽte in
occidentem, tamen originẽ illius certam ignoras. Ita ſpiri-
tualiter quoq; audit aliquis vocẽ ſpiritus, dum cõmotionẽ
Pſa. 104. illius in ſe experitur; neq; enim infidelis audit vocẽ paſto-
ris, ſed, fidelis tãtùm, gratia modò diuina non deſtitutus, vt
illam ſequatur; iuxta iſtud Dauidicum, Hodie ſi vocẽ eius
audieritis, nolite obdurare corda veſtra. O quoties audiui-
m⁹ quidẽ vocẽ domini pulſantis in cordibus noſtris, nóſq;
admonentis, & exhortantis ad omne bonũ, iã per ſeipſum,
iam per angelos ſuos. Curemus modò ne cõtemnamus in-
ſtinctum domini, ſed potius omni reuerentia & honore ſi-
mul ac timore recogitemus & ſuſcipiamus: ſicq; iam audiẽ
tes vocem ſpiritus, neſcimus, tamẽ adhuc vnde veniat. om-
nis enim illa operatio ſpiritus ſancti occulta eſt, totáq; la-
Beda in tet inuiſibilis Beda hoc exponens, ſic ait, Nam videtur ba-
Homil. ptizandus in fontem deſcendere, videtur aquis intingi, vi-

detur de aquis aſcẽdere:quid autem in illo lauacrũ regeneratiõis egerit,minimè videri poteſt, ſola fideliũ pietas nouit:quia peccator in fontem deſcendit,ſed purificatus aſcẽdit filius mortis deſcẽdit: & filius vitæ aſcẽdit: filius diaboli deſcendit, & filius Dei aſcendit. Idque nos corporalibus oculis noſtris non cernimus, ſed mater ſancta eccleſia quæ peperit illũ denuo,nouit hoc in fide, quod ĩfideles nec norunt neque credunt, vt dicit Ioannes, Chariſſimi,nunc filij Dei ſumus,& nõdum apparuit quid erimus Sic Sapiens dicit. Ignoras que ſit via ſpiritus. Ecce itaque quomodo audis vocem ſpiritus,neq; tamẽ ſtupendã ipſius intelligis operationẽ,ſicq; ait Augu. Sonat Pſalmus? vox eſt ſpiritus,ſonat euangeliũ? vox eſt ſpiritus. vocem eius audis,& neſcis vnde veniat aut quò vadat. Vocẽ iam meam in prædicando auditis,vocem vtique ſpiritus, in quibus autẽ ſpiritus operetur, & quo vadat,idipſum ſanè neſcio. Sunt qui hîc variam ventorum generationem & multiplicem cauſam declarẽt. Interdum enim venti generãtur ex nubibus, vel ſecũdum latitudinem aëris,aliâs ex cauernis terrę, nõnunquam ex mari:ita vt planè neſciamus vel quando oriantur venti,vel vnde emergant,vel quibus de cauſis. Sic etiam ignoramus, & quando & vbi,& in quibus operetur ſpiritus ſanctus. Quò nomine diligẽter orare debemus Deum pro gratia ſpiritus ſancti impetrãda,cuius ope & auxilio renati efficiamur filij Dei in vitã æternã:quam nobis cõcedere dignetur domin⁹ Deus,cui laus,honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

1. Ioan. 3. *Eccle. 11.* *Auguſt.*

HOMILIA TERTIA, ET VLTIMA *in dominica Trinitatis.*

BEnigniſſimus & optimus maximus ille dominus noſter Ieſus Chriſtus, non interdiu tantùm, ſed & noctu opus atq; officium ſuum euangelicũ exequutus eſt: atq; ex phariſęis principẽ quẽdã Nicodemũ,erudiuit & docuit ꝓfundiſſima fidei chriſtianæ myſteria de regeneratione ſpirituali,qua quis nou⁹ homo efficitur:& meritò quidem, ſicut & Paulus teſtatur,dicẽs, In Chriſto Ieſu neque circũciſio aliquid valet,neq; præputium,ſed noua creatura. Planè enim quiſquis ingredi cupit regnum cælorum, fiat oportet creatura noua,nouuſque homo,ſemotus ab exuuiis veteris Adæ:iuxta illud Pauli, Renouamini ſpiritus mentis veſtrę,

Galat. 6. *Eph. 4.*

& induite nouum hominem,qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctimonia veritatis. Sanctam illam, fidelium regenerationem aſſequi non potuit Nicodemus,quãobrem dixit ad dominum, quomodo poſſunt hęc fieri? verba Chriſti non intellexit. & tamẽ nihil ad eum dixit cõtumacius, ſed magis vt diligẽs diſcipulus quæſiuit, conceptã iam illã apud ſe habẽs opinionẽ de Chriſto, quòd vera eſſent verba ſua, modum tamen & mẽſurã illorũ ignorabat.

Auguſt. ¶ Increpauit ergo eum dominus, & ait, Es tu magiſter in Iſraël,& hęc ignoras? quaſi diceret, Magiſter tu es et doctor Iudæorũ, inde magiſterio tuo inflaris. Atqui ſcias quia nemo ex ſpiritu naſcitur, niſi humilis fuerit: & tu igitur fac humilieris, fiaſq; ex magiſtro diſcipul⁹: niſi enim ſcieris quomodo renaſcendum tibi ſit ſpiritu, fruſtra eſt omnis ſciẽtia tua, & inane totum magiſteriũ. Siu autẽ renatus fueris ſpiritu, ſic demũ cognoſces vias domini, & quid ſit illi accepta

2. Cor. 5. bile. Verũ quid miramur hoc? velamen adhuc habebãt omnes Iudæi poſitũ ſuper intellectum eorũ, ſicut Moyſes, &c.

¶ Tu hinc etiam diſce non mirari, ꝙ Neochriſtiani credere nolunt doctorib⁹ ſanctis, quòd recipere recuſant quicquid ipſis dicitur. ſiquidẽ non intelligunt, omniſq; iſta culpa eorum eſt propria, nullum vitiũ doctorum. Ecce hîc Nicodemus venit pio corde bonoq; affectu ad dominũ, confeſſus eſt illum veniſſe à Deo magiſtrum, & tamen Chriſtũ non intellexit, ipſe quoq; magiſter in Iſraël. Quantò magis iſti nos intellecturi nõ ſunt, cũ ad nos veniant animo maligno & inuido atq; amaro corde? Vt rectiſſimè dixerit Bernard⁹.

Bernard. Tantùm vincere cupiunt hæretici, non veritatẽ agnoſcere, hinc eſt quòd obſtinati permanent cæci, & in peruerſis ſuis

Pſal. 4. dogmatibus damnatiſſimi, homines graui corde, diligẽtes vanitatem, & quærentes mendacium. Aut quotuſquiſq; eſt ex Neochriſtianis, qui libros legat catholicorũ, vnde diſcat veritatem? tantum incũbunt iis, quæ perditiſſimi quiq; hæretici vel ſcripſerunt vnquã, vel etiam nunc ſcribunt. ea nocturna pariter & diurna circunuerſant manu. ſic illa tantũ diligunt quæ ſcripſère Vvicklep, Huſs, Rockenzan, Vveſelus, Marſillius de Padua, Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius, Bucer⁹, Regius, & id genus reliqua fęx hæreticorum.

¶ Vt autem magiſterium ſuum declararet dominus, quod in ipſo profeſſus erat, principio ſermonis ſui Nicodemus,

ecce dicit, Quod ſcimus, loquimur: & quod vidimus teſtamur, quò verbo efficaciter ille virtutem teſtimonij ſui confirmat, eò quòd audierit & viderit ipſe: quæ certiſſima eſt teſtimonij firmi comprobatio Dices autem, vbi quæſo viderit hæc Chriſtus? reſpondet Chryſoſtomus, & ait vidiſſe eum in illò imméſo eſſentiæ diuinæ ſpeculo. Siquidé cùm apud nos ſenſus viſus certiſſimus ſit, cùm perſuadere quid volumus, ita loqui ſolemus non audiſſe nos, ſed vidiſſe. Ita Chriſtus quoq; ab æterno audiuit, & vidit, & ſciuit ex Deo patre in ſeipſo, in intellectu diuino. Quod nimirum illud eſt hîc ſequens, Quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, teſtimoniū eius nemo accipit. Neq; paruam hîc noxam incurrerunt Iudæi, quòd teſtimonium tantū noluerunt accipere, imo quòd & Chriſtum Ieſum à Deo patre miſſum hæredé verum, quem potiùs audire debebant, quàm quãuis alium, illum quoq; occiderunt, vt teſtatur parabola euangelica. *Chryſoſt.* *Ioan.3.* *Matt.21.*

2 Videmus igitur quàm euidenter teſtimonium ſuū cōprobet domin⁹ ex viſis & auditis: vnde meritò dãda ſibi ſit fides: quoniam nemo niſi per fidem peruenire queat ad cognitionem myſteriorum Chriſti. Vbi tu conſidera, quòd quãuis hoc verbo dominus ſatisfecit Nicodemo, Neochriſtiano tamen noſtrati, ſcilicet acuto & ſubtili, ſatisfacturus non erat, cui perſuaſa & certiſſima habetur ſententia, nihil dicendum eſſe cuiquam citra ſcripturæ authoritatem: & tamen hîc Chriſt⁹ tãquam legiſlator ex propria loquitur autoritate, ſicuti & nos deinceps iã loquimur authoritate eccleſiæ, quæ ſuam illam à ſponſo habet domino. Poſſet illi⁹ ratio hæc quoq; aſſignari, quòd iam ante magiſteriū Chriſti confeſſus erat Nicodemus, quum itaq; illud iamiam crederet, vanum fuerat & ſuperfluū vti teſtimonio ſcripturæ.

¶Obiicies auté hîc mihi, Quare magiſterium ſuū in Iſraël exprobrat dominus Nicodemo, eò quòd non cognouiſſet myſterium baptiſmi, quum tamen Iſraëlitæ baptiſmū nullum haberent? Reſpondeo, variis multiſque modis figuratum iam tunc erat baptiſmi ſacramentū in veteri teſtaméto, vt ſic meritò debuerat Nicodem⁹ nonnihil de eo intelligere. Ecce enim prima ſtatim mulier ex viri latere eſt deſumpta, & aqua produxit volatile & reptile. Eliſe⁹ ex aqua fecit ferrum natare. Iudæi ſimul omnes tranſierunt mare rubrum, aqua Iordanis mundauit Naaman à lepra, cùm ſe *Gen.21.* *4.Reg.5.* *Exod.14.* *4.Reg.5*

lauiſſet ſepties ex illa. ad cōmotionem piſcinæ Hieroſolymitanæ tunc temporis ſanabatur primus quiſq; vt erat ingreſſus in illam. Poſſent ad longum figuræ iſtæ extēdi, ego tamē iis omnibus ſuperſedeo : hoc vnū tacere non poſſum, quòd apertiſſimè magnus ꝓpheta Ezechiel prędixit de baptiſmo, Et effundam ſuper vos aquam mūdā, & mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos: & dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. Aliqua ſaltem ex iis, ſi non omnia, mouere debuiſſent Nicodemum, illiq; occurriſſe, iā maximè cùm videbat iſtud re ipſa cōfirmari, baptizāte iam tunc Ioanne & vniuerſa Iudæa confluente ad illum.

Ioan. 5.

Eze. 36.

¶ Iterum quærat aliquis honnihil circa hoc quod dicit ibi dominus, Si terrena dixi vobis & nō creditis mihi. ſane etenim verba Chriſti terreno more intellexerat Nicodemus, ſed non eò modo elocutus eſt dominus ſed ſpirituali quodam ſicut ſeipſum aperuit. ſubdēs: Quòd ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt, Chryſoſtomus reſpondens ad hoc, Terrena inquit, hoc in loco nonnulli de vento dictum arbitrantur, hoc eſt, Si exemplum à terrenis ſumptum nō creditis, quomodo altiora credetis? & tamē illud domin⁹ Nicodemo ob maiorem faciliorémq; intellectum dixerat, Verè enim hic quoque locum habet iſtud Gregorianū, Quod regnum cęlorum idcirco terrenis rebus ſimile dicitur, vt ex his quæ animus nouit, ſurgat ad incognita quę non nouit, quatenus exemplo viſibilium ad inuiſibilia ſe rapiat: & per ea quę viſu didicit, quaſi cōfricat⁹ incaleſcat, vt per hoc quod ſit notum, diligere diſcat & incognita amare. Arguere itaque & corripere hic vult dominus Nicodemum, ꝙ cum exempla non intelligeret terrena, multò minus myſteria cogniturus eſſet cæleſtia, cuiuſmodi eſt illud Sapiētis, Difficilia, ęſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore: quæ in cælis autem ſunt, quis inueſtigabit? Et iſtud Iob, Nunquit noſti ordinem cæli, & pones rationum eius in terra? Rationē, inquit Gregorius, cæli ponere in terra, eſt ſupernorum iudiciorum myſteria, vel conſyderando diſcutere, vel loquēdo manifeſtare. Tūc ergo ratio cæli ponitur in terra, quando cæleſtia terrenis compatātur. Auguſtinus aliter intelligit, & dicit Chriſtum hic per terrena accipere verba quæ dixerat, Soluite tēplum hoc, & in triduo

Chryſoſt.

Gregor.

Sap. 9.

Iob. 36.

Grego.

Auguſt.

Ioan. 2.

reædificabo illud. Locutus autem hoc fuerat de templo cor poris ſui, quod ex terra conſtitutum erat, & Iudæi non credebant, nec intelligebant. 3 Ne autem in iis verbis dubitaret Nicodemus aliquantulum, quando dixerat dominus vidiſſe ſe & audiuiſſe, ſicq; ſuſpicaretur ita loqui illum, quaſi qui fuiſſet in cælis anteuertit iam dominus & ait, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Ecce ergo Nicodeme hîc tibi, quomodo ego tum viderim, tum audierim: de cęlo enim deſcendi. Etſi alium adhuc ex me requireres teſtẽ, en alium tibi dare non poſſum, quoniã ſolus ego deſcendi. Poſſunt hæc verba etiã hoc modo intelligi, quod Nicodemus proponebat & profitebatur Deum eſſe cum Chriſto: & ipſum tamẽ Deum nõ eſſe credebat, ſed prophetam tantùm & magnum amicum Dei. Quam opinionem peruerſam declinare volens dominus, dixit principiò veniſſe ſe in hoc, vt homines filios Dei faceret, & vt baptiſmum inſtitueret in regenerationẽ: quod vtiq; facere nõ potuiſſet, niſi Deus eſſet. Cumq; ne ſic quidem intelligere vellet Nicodemus, deinceps apertè dicit, veniſſe ſe de cælo: ſicque non prophetam, ſed prophetarum omnium eſſe dominũ, qui prophetas reliquos oẽs miſiſſet. *Auguſt.* *Cyrillus.*

¶ Sed iam hîc tria occurrunt inquirenda. Primum, quomodo dixerit Chriſtus, veniſſe filium hominibus de cælo, qui primùm filius hominis factus fuerat in terris Reſpondeo, Cùm filius naturam humanam aſſumpſerat in vnitate perſonæ, iam naturæ quoque mutuò ſuas participant proprietates ſeu idiomata propter vnionẽ: ſicq; dicimus nos mortuum eſſe Deum, cùm tamen Chriſtus tantùm ſecundũ humanitatem ſit mortuus. Et contrà, quando ſecundum naturam diuinam Chriſtus deſcendit de cælis, dicimus tamen hominem quoq; Chriſtum cœlitùs veniſſe. Atq; hęc omnia propter communicationem idiomatum, id eſt, propietatũ. Altera quæſtio eſt, Cùm tunc temporis filius hominis adhuc erat in terris viuens, quomodo dixit hic eum eſſe in cælo? Reſpondetur hîc quoq; ſicut ſuperius, Chriſtũ Deum fuiſſe & hominem, atq; ſecundum carnem adhuc vixiſſe in terra, & ratione deitatis fuiſſe in cælo: iſtæque duæ naturæ communicabãt inter ſe inuicem proprietates ſuas, ita vt verè diceretur. Deum in terra, & hominem eſſe in cælo per communicationẽ idiomatũ. Tertia portò quæſtio hæc eſt,

quomodo hîc dicat dominus, neminem præter filium hominis aſcendere in cœlum, cùm tamẽ omnes nos ſperemus
Augu. peruenturos aliquando ad regnum cœlorum, ſicut nobis promiſit dominus futurũ, vt ſimus ſimiles angelis Dei? Reſpondemus itaque etiam ad hoc, & dicemus, Chriſtum ſo-
Mat. 22 lum deſcẽdiſſe de cœlis, & aſcendere in cœlum, ſed quòd etiam ſancti Dei homines aſcendunt in cœlum, id tantùm habent vt Chriſti membra: tunc ergo ſolus Chriſtus aſcendit in cœlum, quãdo ſolus ipſe cum membris ſuis fertur in cœlum. Et hoc eſt quod vbique Deus cõmendat vnitatem, & iubet vnanimes nos eſſe debere, neque ab eccleſię vnitate deficere. Væ igitur iſtis qui oderunt eccleſiæ vnitatem,
Augu. quoniam non aſcendent in cœlum. vnus enim eſt qui in cœlum aſcendit Chriſtus, vnus inquam ille cum mẽbris ſuis. Vnde & Paulus, nolite, inquit plures fieri. & rurſus, An ne
1. Cor. 3. Chriſtus diuiſus eſt? In hunc ſenſum ſuperiora verba inducit Auguſtin[9]: & ait, Si terrena dico vobis de corpore meo terreno vero illo, & interim neque intelligitis nec creditis, cœleſtia quomodo intelligetis? hoc eſt, ſi quid de corpore myſtico dixero, eccleſia ſcilicet, ſicut in multis locis deinde
1. Cor. 1 Paulus multa diſſeruit. Solus ergo Chriſtus aſcendit in cœlum, ſolus inquam ille cum vero & myſtico corpore ſuo.

¶Et vt aliquãdo hæc finiam[9], voluit dominus hîc Nicodemo fructum & vtilitatem baptiſmi declarare huiuſmodi, ꝙ quiſquis nõ fuerit renatus ex aqua & ſpiritu ſancto, nequeat etiam intrare in regnum cœlorum, cùm nemo feratur in cœlũ, niſi Chriſtus, & quicunque incorporatus eſt illi. Incorporãtur autem Chriſto oẽs in baptiſmo & eccleſia ſancta Dei, vt ſic in Chriſto poſſint omnes aſcẽdere in cœ-
Gene. 3 lum. Neq; enim iis qui nati ſunt ex Adamo terreſtri patet regnum cœlorum & ianua paradiſi, ſiquidẽ Deus ante eum repoſuit Cherubin & flammeum gladium, ad cuſtodiẽdam viam ligni vitæ. Illis aurẽ qui ex altero Adamo cœleſti renati ſunt per baptiſmum, patet vtique cœlum, ſicuti teſta-
Amos. 9 tur propheta, Qui ædificat, inquiẽs, in cœlo aſcenſionẽ ſuã & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. Chriſtus itaque ipſe ſibi viam parauit ad cœlum: faſciculus autem ſuus electi ſunt, quos congregauit in terra. 4 Admirari poterat Nicodemus, vnde hęc tanta virt[9] ineſſet aquę in regeneratione ſpirituali: iam porrò illum docet domin[9] id omne vẽ-

turum ex paſſione ſua:atq; hoc probat ex figura veteris te-
ſtamenti,quãdo mordentibus in deſerto ſerpẽtib' Iudęos,
& miſerè pereũtibus omnibus,quotquot morſi erant,præ-
cepit dominus Moyſi ſerpentem æneum in ſublimem aërẽ *Nu.21.*
ſuffigere,quem quiſquis intueretur conualeſceret ex mor- *Augu.*
ſu. Quid autẽ ſunt ſerpentes mordẽtes, niſi peccata de mor *Gene.3*
talitate carnis?ſic primũ hominẽ peccato graui momordit
in paradiſo. Serpẽs autem æneus in ligno Chriſtus ipſe eſt
in cruce:æs tinnitum habet validum,& Chriſtus verbũ ex-
titit ſonorum:æs illud latro inclamauit,Domine,memẽto *Luc.23*
mei cùm veneris in regnum tuum. Tinnitũ æris huius etiã
cùm oſtendiſſet Cẽturio,prorupit in hæc verba,Verè filius *Matt.27*
Dei erat iſte. Quiſquis ergo oculis fidei aſpexerit ſerpẽtem
illum,ſaluabitur. Cõparatur autẽ ſerpenti dominus in mor
te ſua,ſicut enim ſerpens iſte æneus homines ab aliis ſerpẽ
tibus demorſos ſanabat,ita hìc omnes homines ex morſu
mortis ſaucios curauit ſerpens occiſus Chriſtus,ſerpens ve-
rò hic æneus,quia expers veneni,& tamẽ interfectus, quia
morte ſua nos viuificauit. ¶ Et ſic mortua eſt mors in mor-
te Chriſti,quoniã abſorpta eſt victoria tua,ô mors. Hoc ita *1.Cor.15.*
que modo verbum Dei factũ eſt in ſimilitudinẽ carnis pec
cati,cùm in carne ſua peccatum damnauit, reſpiciẽtibúſq; *Cyrillus.*
in eum fide ſyncera æternæ ſalutis largitor oſtenditur. cùm *Rom.8*
primùm enim vita mortua eſt,nos viuificati ſumus. De hac
ipſa exaltatione locutus eſt etiam illud, Cùm exaltaueritis
filium hominis,tunc demũ cognoſcetis quia ego ſum Chri
ſtus. & iterum,Cùm exaltatus fuero à terra, traham ad me *Ioan 8*
omnia. Quãdo igitur grauiter demorſi ſum' omnes à pec-
cato originali & multis aliis peccatis mortalibus,ſic iam in *Ioan. 12.*
tueamur Chriſtum in cruce,vt olim Iudæi ſerpentem, qui
temporalem tantùm vitam cõferebat aſpicientibus,ſed hìc
noſter nobis vitam largitur æternam.

¶ Sicut ergo eſt Adam terrenus & ſerpens malignus, ita &
Adam ſecundus & ſerpens bonus eſt Chriſtus Ieſus. Quæ-
ras autem,cur adeò ſerpentẽ ſolùm Nicodemo in exemplo
propoſuit hìc dominus,& non quodcunque aliud animal
ex multis iſtis,quę in lege veteri Chriſtum figurabant? Re *Chryſoſt.*
ſpõdet ad hoc Chryſoſtomus,& dicit,dominũ voluiſſe paſ
ſionem ſuam velut medicinam quãdã declarare. Ex omni-
bus autẽ omniũ animaliũ figuris,nulla eſt quæ magis pro

priẽ medicinã animæ repræſentet, quã iſta ſerpẽtis. Et ſunt quidem ratione ſacrificij cætera quoque animalia figuratiua Chriſti, ſed quò ad medicinam, ſolus ſerpẽs. Id ita intellige, Naturaliter ita eſt, venenum veneno propellẽdum eſt, non ita autem in reliquis morbis Demorſus itaque homo à ſerpẽte, oportet adhibeat theriacam, quæ quum ex veneno ſerpent is componatur, veneno alteri medetur. Sic nobis præſentaneum remedium, atq; adeò theriaca ſaluberrima Chriſtus eſt, omne venenum abigens peccati, quo antiquus iſte ſerpẽs nos momorderat Quæ etiam ratio eſt, cur diabolum ſerpẽtem vocemus antiquum, cùm Chriſtus ſerpens nouus ſit & ſalutaris. Cauſa quoque hinc patet, quare Iudæos Deus ſanarit in ſimilitudine eius animalis à quo erant occiſi. ſiquidem & Chriſtus in ſimilitudine venit carnis peccati. Serpentem igitur hunc quicunque aſpicit fide

Rom.8 per charitatem operante, vitam habebit æternam Cúmque

Galat. 5. legiſperitus eſſet Nicodemus exemplum hoc illi eò propo-

Chryſoſt. ſuit dominus, quò magis cognoſceret ſe vetus conſummare teſtamentum, & quicquid ibi figuratum fuerat ſe iã perficere. ¶ Vt autem aliquando finiam, hoc vnum cogitare dilectiſſimi, quomodo euangelium hoc feſto trinitatis conueniat, cùm ſingularum trium perſonarum ibi mentio fiat: patris quidem, quando dicit, Scimus quia à Deo veniſti: ſpiritus ſancti ſubinde hìc meminit circa regenerationem hominis, filius autem ipſemet hìc loquitur Nicodemo. Neque ſolùm hìc propria perſonarum, ſed etiam attributa earundem exprimuntur, quoniam potentia patris oſtenditur, cũ dicit, Nemo poteſt hæc ſigna facere quę tu facis niſi ſit De⁹ cum eo. ſic enim habere virtutem operãdi miracula, omnipotentiæ Dei patris attribuitur. Sapientia filij declaratur, dum ait, Scimus quia à Deo veniſti magiſter: quoniam magiſterium decet ſcientia: & hæc proprietas propriẽ datur filio. Bonitas verò & libertas ſpiritus ſancti inſinuatur, quando dicit dominus, Spiritus vbi vult ſpirat. Ad hæc declarauit hìc Chriſtus baptiſmi neceſſitatem, oſtendit illum fieri in aqua & ſpiritu: formam verò illius docuit ſigno trinitatis, quando dixit, Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Breuĩ igitur

Mat.28. hoc euangelio cognoſcimus myſterium trinitatis, neceſſitatem & materiam baptiſmi, myſterium quoque tum ſpiri-

ſualis corporis Chriſti, tum aſcenſionis eiuſdem in cælum, magnum etiam illud ſacrametum incarnationis, paſſionis, & mortis filij Dei. quæ ſanè magna ſunt, ſi modò nõ maxima, fidei noſtræ arcana: pro quibus beneficiis vos gratias agite Deo, laudate & celebrate gratiam atque miſericordiã Dei, vnde tot dotati ſumus muneribus in creatione noſtra, in redemptione & gubernatione, ac præcipuè verò in vſu ſacramentorum. Oremus igitur omnes dominum pro bono fine impetrando, vt & nos poſſimus tres illas perſonas intueri in eſſentia diuina per ſecula, Amen.

HOMILIAS DE TRINITATE REquire parte tertia de Feſtiuitatibus.

EVANGELIVM DOMINICAE II.
A FESTO PENTECOSTES.
LVCÆ 16.

IN illo tempore, dixit Ieſus appropinquantibus ad ſe phariſæis parabolam hãc, Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam, vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autẽ oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans dixit, Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi, Abraham Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Et in iis omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare. Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham, Habent Moyſen & prophetas, audiant illos. At ille dixit, Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait illi, Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

HOMILIA PRIMA.

NOn temerè eſt quicquid eſt, dilectiſſimi, quod Lucas initio huius euangelij non ait parabolam hanc eſſe, quoniam conſtans doctorum ſententia eſt, hiſtoriam hanc eſſe & reuera ſic, vt narratur, contigiſſe. Vnde & Ambroſius dicit, Narratio magis quàm parabola videtur, quãdo etiam nomen exprimitur. Nec deſunt qui non longè ante tempora Chriſti factum id eſſe putent. fert enim vt ait Theophylactus, Hebræorum traditio, Lazarum quendam per illud tempus extrema inopia & infirmitate laboraſſe, cuius dominus memor fuerit in hac parabola, vt pote noti & manifeſti. Tribus autem accidentibus diuitem hunc deſcribit. Primùm enim diuitem eum fuiſſe refert, eius (vt opinor) auaritiam deſignans. Deinde purpura & byſſo indutum, vnde eius ſuperbia atque ambitio colligitur. Poſtremò quotidie ſplendidè epulatum eſſe tradit, per quod immoderatus illius luxus, gula atque intemperantia declaratur. His notis atque circunſtantiis diues ille nobis quaſi carbone quodam delineatur, atque ob oculos ponitur: nominis verò nullam prorſus mentionem facit. Ita enim inquit Dauid, Non memor ero nominum eorum per labia mea. Dominus impiorum nomina ignorat, quemadmodum in parabola fatuis illis virginibus reſpondet, Amen dico vobis, neſcio vos. Lazarus autem Deo probè erat notus, ideo etiã nomen eius exprimitur. Iuſtorum enim nomina in libro vitæ ſunt deſcripta, vti Moyſes, apoſtoli, Paulique in negotio fidei cooperatores, ſicut ipſe in epiſtola ad Philippenſes profitetur.

Ambro. *Theoph.* *Pſal. 15* *Mat. 25.* *Exo. 32* *Luc. 10* *Philip. 4*

¶ At viciſſim attende quibus coloribus Lazarum depingat. Quod enim ad nominis rationẽ attinet, Lazarꝰ à Deo adiutum ſignificat. Erat is pauper, imo & mendicus. Quorum ſanè multi nullis corporis anguntur cruciatibus. At ille ne hac quidem commoditate fruebatur: ægrotabat enim & quidem grauiſſimè, plenus vlceribus, & ad veſtibulũ diuitis iacebat. Ecce alius dolor, videre alios in delitiis, ſe autem fame premi, qua quidem eò redactus eſt, vt ſaltem micis de menſa diuitis cadentibus exſaturari cuperet. ſed & illud fruſtra: nemo enim dabat, ex quo quidem non mediocris cumulus aliis eius ærumnis accedebat. Denique miſer ille Lazarus vſqueadeo omni auxilio ac ope deſtitutꝰ erat,

Theoph.

vt ab

vt ab omnibus negligeretur,prçterquam canibus,qui vlcera eius lingebant.Sed qui tribus potiſſimum in reb' diues à Chriſto taxatur,neque his plura enumerãtur,atque poſtea in inferno ſepultus eſſe dicitur,facilè patet eũ in his prçdictis reb' deliquiſſe. Atque hîc quidem ſpatioſus occurrit campus explicandi,quonam modo per veſtes, & cibum & potum ac diuitias peccetur. Nõ enim (vt ait Ambroſius) omnis ſancta paupertas,aut diuitię criminoſę:ſed vt luxuria infamat diuitias,ita paupertatem commẽdat ſanctitas. De diuitiis ſic inquit Gregorius,Hinc diues nõ abſtuliſſe aliena reprehenditur,ſed propria non dediſſe:nec dicitur,quia vi quẽquam oppreſſit, ſed quia in acceptis rebus ſe extulit. Hinc ergo ſummopere colligẽdum eſt,qua pœna mulctand' ſit,qui aliena diripit, ſi inferni damnatione percutitur, qui propria nõ largitur.Audiant hæc diuitum filij, qui ſuis ſe opibus neutiquam peccare poſſe putant, quoſcunque in vſus impendant:vt pote nec furto nec præda paratis. Vnde fit vt in grauiſſima peccata nonnunquam impingant, dum bonorum acceptorum immemores,dominum huius beneficij authorem nõ agnoſcunt.Damnat' eſt hic diues ꝓpter nimiã animi eius ob huiuſmodi fortunæ cõmoda inſolentiã,atq; quòd nulla erga proximũ miſeratione afficiebatur & quoniã cũ diues erat, peccata ſua nõ redemerat eleemoſynis:neq; amicos ſibi fecerat ex mãmona iniquitatis. Sic ſunt,qui veſtitu ſe non poſſe peccare putant quòd ſi autem omni peccato careret luxuria veſtium,hõ adeò propriè hîc dominus deſignaſſet diuitẽ, qui apud inferos cruciabatur, purpura & byſſo fuiſſe veſtitũ. Nimius enim veſtiũ apparatus honorẽ tantũ ambit & vanã gloriã:quamobrẽ & dominus dixit,Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regũ ſunt. & Sapiẽs ait,In veſtitu ne glorieris vnquã,nec in die honoris tui extollaris.Nanq; & Herodes cum regali veſtitu amictus loqueretur in cõcione ad populum,& hic illi acclamaret,Vox Dei,nõ hominis,percuſſit eum angelus domini,& inde corrodebatur à vermibus ad necem vſq;, ſicut ad lõgũ mortis ſuæ cruciatus deſcribit Euſebi'. Sed neq; hoc temerè cõmemorat domin',quòd iſte epulabatur quotidie ſplẽdidè raro enim cõuiuia habẽtur ſine peccato,inquit Grego. Quo nomine Iob quotidie deprecabatur dominũ pro liberis ſuis,ex ordine viciſſim cõuiuãtibus,vt quicquid illi luxu

Ambro. *Gregor.* *Luc.16* *Gregor.* *Matt. 11* *Luc.7* *Eccl.11* *Act.12.* *Lib.2 cap.9* *Matt.24* *lib.1.c.5. moral.* *Iob 1*

riando delinquerent, ipſe orando placaret: cùm etiã ſint vitia quædam quæ ægrè à gula ſeparatur, quoniam ex ciborũ ſingulari delectu voluptas ſequitur, ex qua dum corpus in refectionis delectatione reſoluitur, etiã cor ad inane gaudiũ relaxatur: ſicut ſcriptum eſt, Sedit populus mãducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. Plerũq; etiam multùm loquacitatis & temerariæ garrulitatis eſt in conuiuiis: quia tunc impleto vẽtre effrenis redditur lingua. Vnde & Gregorius dicit diuitem hunc ideo petiiſſe refrigerium linguæ ſuæ ex aqua apud inferos, quòd inter conuiuandum multis modis loquendo & garriẽdo deliquerat: quãuis initio huius euãgelij non cõmemoret dominus idipſum. Quando autẽ in menſa illius pœna ex linguæ cruciatibus deſignatur, argumentum inde datur nobis maximi etiam ſui peccati. Quid multa? diues hic talem ſe geſſit ſicut viri Sodomę, de quib⁹ propheta dicit, Hæc fuit iniquitas Sodomę ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundãtia, & otium ipſius & filiarum eius, & manũ egeno & pauperi nõ porrigebant. Quãdo verò diuitię & apparatus veſtium pro peccatis cõputentur, vide homilias de ſeptem peccatis capitalibus. 2 Simul cum hoc diuite erat & pauper quidã, nomine Lazarus. quæ ſanè volũtas Dei eſt, vt alij diuites, pauperes quoq; ſint alij: regnúmq; cœlorũ illi mereantur eleemoſynis & cultu Dei promouendo, ij aduerſitatibus patiẽter ſuſtinendis. Sic ſapiens ait, Diues & pauper obuiauerũt ſibi, vtriuſque operator eſt dominus. Nomen mendico huic erat Lazarus. Ecce quomodo cognouit etiã ex nomine illum Deus, nõ ſic autem diuitem ſtolidum. Iacebat ille prę forib⁹ diuitis. Quare duo iudicia impleuit Deus, alterũ diuiti, qui excuſationem habere nullam potuit, quò minus eum viderit: præ foribus diuitis iacuit, quo declaratur crudelis & impia diuitis parcitas. neq; enim dicere poterat, Equidem illũ non vidi, neſcio in quo angulo delituit, mihi eum cernere nõ licuit, nec quiſquam ipſius mihi miſeriã ſignificauit. Ad ianuam ſuam iacuit, expoſitus conſpectui illius ſiue ingrediẽtis, ſiue exeũtis: & ſi corpus vulneribus & vlceribus plenum videre non potuiſſet, tamen vocem & eiulatũ non potuit vtique nõ audire. Sic Greg. quoque, Habuiſſet, inquit, forſan aliquam excuſationem diues, ſi Lazarus vlceroſus ante eius ianuas non iacuiſſet, ſi remot⁹ fuiſſet, ſi eius inopia nõ eſſet

Exo.32 · *Gregor.* · *Ezec.16.* · *Prou.22.* · *Cryſoſt.* · *Gregor.*

oculis importuna: ſed dum egenum & vlceratum ante ianuam diuitis & delicijs affluentis poſuit, in vna eadem re, ex viſione pauperis non miſerenti diuiti cumulum damnationis intulit: rurſum ex viſione diuitis quotidie tentatum pauperem probauit. Alterũ itaque iudicium Dei fuit ſuper Lazarum, quẽ ille quotidie probauit, dum videret præ oculis ſuis diuitem tantis diuitiis & luxu affluentem. profectò etenim grauiter hic tentatus eſt, dum ipſe omnis boni indigus, cerneret iſtum in tantis v lupratibus laſciuiẽtem. Aut quantas hunc egenum & vlceribus obſeſſum tentationes creditis in ſua cogitatione toleraſſe, cùm aſpiceret ſe fame tantum non emorientem, pane etiam carentem, miſerè valere ex corpore, præter dolores, famem, ſitim & frigus nihil habere: rurſus iſtum nihil deſiderare, quod ad quamcũque corporis voluptatem pertineret. Cùm interim iſte quanuis ægrotus, quanuis famelicus, præter micas de menſa cadentes niſi requireret, & vel ſummis votis expeteret, neq; illæ tamen ſibi poterant cõtingere. Eſtq; hæc extrema diuitum tum inhumanitas, tũ durities, quod perire prius aliquid ſinunt, adeò vt etiam canes exhorreãt, quàm in vſum pauperum conferrẽt. Ex eorum numero intractabilis & immitis iſte fuit diues, nihil commune in hoc habẽs cum patre ſuo Abraham, cum Iob & Loth, qui nihil duxerunt antiquius quàm peregrinos hoſpitio excipere. Diſcant hinc mendici, neceſſaria tantũ ſibi petere, non cupedias, non vinũ: diſcant reliquias, non delicias, & fragmenta, nõ oblectamẽta quęrere. Quanuis autem petere huiuſmodi delicata nõ habẽt mendici, interim tamen eò nil peccant diuites, cùm pauperibus maximè ægrotis aliquid boni parari ſinũt & tribuũt. ſic enim Neemias dixit, Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes iis qui nõ præparauerunt ſibi. Lingebant autem huic noſtro Lazaro canes vlcera ſua cuius nec diues miſerebatur, neque ſerui ei condolent ecce canes, miſericordia ſuperiores hominibus. Neminem habebat bon⁹ ille, qui ſibi vlcera mundaſſet, ſaniémque derſiſſet, niſi canes. Vſqueadeo mirabiliter hoc vno facto virtus probatur pauperis, & cumulum ſibi diues acquirit damnationis.

Iob 31. *Gene. 18.* *Augu. de verbis domini.* *2. Eſd. 8.*

3 Sicut diſſimili modo vixerunt diues & pauper, ita inæqualem etiã ſortiti ſunt exitum. factũ eſt enim vt moreretur pauper, & ſepultus eſt ab angelis in ſinũ Abrahæ, vnde *Theophi.*

patientia ipſius colligitur. nanque ſi obmurmurator fuiſſet & blaſphemus, nentiquā tantū honorē fuiſſet cōſecutus, & angelorū comitatu ſtipatus. nō decet murmurare médicos, non peierare, nō indignari ſi diuitū videāt opes & fortuna: nā quicunq; hoc faciūt, nō ſtatim vt hic Lazarus perueniēt in cęlū. Et vide quā diuerſis modis domin⁹ loquitur de morte paupetis & diuitis: de illo dicit, factū eſt vt moreretur: de hoc inquit, mortuus eſt: ratio hui⁹ eſt, quod mors pauperis
Sapien. 4 mors nō erat, ſed ex morte trāſitus in vitā: iuxta illud Sapiē-
Ioan. 5 tis, Viſi ſunt oculis inſipiētiū mori, ipſi autem ſunt in pace. Lazar⁹ mortuus eſt, & omnis ſua infœlicitas deſiit, paupertas, vlcera, morbi vno momento finem acceperūt: & quod pro iis ſuſcepit gaudiū, æternū & immortale eſt. Mortuus inquam Lazarus, delatus eſt ab angelis in ſinū Abrahæ. Nolite itaq; cōtēnere mēdicos, pauperes & ęgrotos, nolite ſpernere creaturam, atq; ideo imaginē Dei animā ſanctā nolite deſpicere. Quis enim deſpectior Lazaro? quis pauperior? quis deniq; miſerior? quoniā niſi extremæ médicitatis fuiſſet, Chriſtus exēplo illius hic vſus nō eſſet, in tāta fuit nanq; homo inopia & paupertate, vt defuerit etiā corpori ſuo libitina: verū quādo ditiſſimus erat anima, multíſq; hic virtutibus redimitus, diuitiis ſpiritualib⁹, magnificētiſſimā ea parte habuit ſepulturam ex miniſterio angelorum, poſt tā-
Chryſoſt. tam infœlicitatem exactæq; vitę ærumnas deportat⁹ eſt ab angelis in ſinum Abrahę. Ecce nō ſufficiebat ad portādum pauperé vnus angelus, ſed propterea plures veniunt, vt chorum lætitię faciāt, gaudet vnuſquiſque tātū onus tangere, libēter talibus oneribus pręgrauātur, vt ducāt homines ad regna cęlorū. ¶ Diſcamus hic etiā noſmet cōmēdare in cuſtodiā & tutelā angelorū, illóſq; deprecari, quatenus & nos exutos corpore deferre dignēturin vitā æternā. O eni vos beati & ſanctiſſimi ſpiritus, cōmēdatos etiā nos vobis habetote homíes miſeros, & defūctos deducite in æterna gaudia, vbi cōciues veſtri facti, angelorū ruinas ſuppleam⁹. Sedulò recogitemus iſtud magnificū ſanctorū angelorū officiū: inde enim colligimus quātū ſit illorū de nobis gaudiū, ſi bene piéq; viuamus. Cōtrà, omni iſta lętitia priuam⁹ eos
Luca 15 peccatis noſtris, iuxta illud propheticū, Angeli pacis flebūt
Eſaia 33. amarè. Cogitem⁹ quā ſedulò aſſiſtāt nobis illi adminiſtratorij ſpirit⁹, miſſi in obſequiū eorū quibus hęreditariò de-

betur vita æterna. Quo auté deportarũt eũ?in ſinum Abra- *Hebr.1*
hę,nõ ait iuxta,ſed in ipſum ſinum Abrahæ. Cur autem?vt *Chryſoſt.*
illũ palparet & refocillaret,atq; vt clemẽtiſſimus pater ſinu
ſuo foueret. Cuiuſmodi auté ſin⁹ hîc fuerit, docet Auguſt. *Augu.*
cùm ait, Nõ eſt quòd vſqueadeo deſperes, vt arbitreris cor- *de orig.*
poreũ ſinum vnius hominis ferre tot animas. Si errare pue *animæ.*
riliter non vis, ſinũ Abrahę intellige remotã ſedem quietis
atque ſecretum, vbi eſt Abraham: & ideo ab eo dictam, nõ
quòd ipſius tantùm ſit, ſed quòd ipſe multarum gẽtium pa
ter ſit quibus ad imitandũ fidei principatum prępoſitus eſt.
In ſumma ſinus hic limb⁹ ipſe eſt, in quo patres illi ante ad-
uentũ Chriſti detinebãtur, planè hic locus, de quo dicimus *Lib. 20.*
in ſymbolo, Chriſtũ deſcẽdiſſe ad inferos. atque de eo ali- *cap.15.de*
bi inquit Auguſti. Nõ abſurdè credi videtur, antiquos etiã *ciuit.*
ſanctos, qui vẽturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem à *Dei.*
tormentis impiorũ remotiſſimis, ſed apud inferos fuiſſe, do
nec eos ſanguis Chriſti ad ea loca deſcendens erueret.

¶ Idipſum non paulò dilucidiùs expreſſit Gregor. cum ait, *Lib.4*
prius ante quàm redemptor noſter morte ſua humani ge- *moral.*
neris pœnam ſolueret, eos etiam qui cæleſtis patrię vias ſe- *cap.32*
cuti ſunt, poſt egreſſum carnis, inferni clauſtra tenuerunt:
nõ vt pœna quaſi peccatores plecteret, ſed vt ij in locis re-
motioribus quieſcerẽt, quos ab ingreſſu regni reatus pri-
mę culpę prohiberet. & lib.12.c.7. Quia ante aduentũ me-
diatoris Dei & hominis, omnis homo, quãuis mũdæ pro-
batæque vitę fuerit, ad inferna clauſtra deſcẽdit. Nec tamẽ
ita iuſtorum animas ad infernum dicimus deſcẽdiſſe, vt in
locis pœnalibus tenerentur, ſed eſſe ſuperiora inferni loca,
eſſe alia inferiora credẽda ſunt: vt in ſuperioribus iuſti re-
quieſcerent, & in inferioribus iniuſti cruciarẽtur. Porrò cũ
quidam ex Neochriſtianis in diſputatione Bernenſi nouis
artibus etiã limbum patrũ auſus ſit impugnare, eſt quod *Limbus*
hîc aliquot ſcripturæ locos afferã pro limbo patrum. Ecce *patrum*
Iacob ad filios ſuos dixit, Deſcẽdam ad filium meum plo- *Gene.37*
rãs in infernum, nõ vtique damnatorũ, quod hominis de-
ſperati fuiſſet, ſed in limbum patrum. Et inde, Deducetis ca *Gene.42*
nos meos cum dolore ad inferos. In hoc limbo orauit Iob,
quando dixit, In tenebris oraui orationẽ meã. Ex hoc lim-
bo liberauit domin⁹ animas patrũ: ſicut in ſpiritu Dei vidit
propheta, dicẽs, Eduxiſti in ſanguine teſtamẽti tui vinctos *Zacha.9*

tuos ex lacu, in quo nõ eſt aqua. Hæc illa captiuitas ſancta eſt, quam captiuã ſecum in cælum deduxit dominus, autho-
Pſal. 67 re Pſalmiſta, & teſtãtibus quoq; Petro & Paulo. Quòd igi-
Act. 2 tur nos cõmuniter limbũ dicimus, id hîc dominus ſinũ vo-
Coloſ. 2 cat Abrahæ: ſinum quidem, quòd in eo animę patrum con-
Ambro. quieſcebãt: ſicut Ambroſius ait Lazarũ in Abrahæ gremio, quaſi in quodam ſinu quietis & ſanctitatis receſſu locatũ: ne vel pręſentium rerum voluptate titillati in peccatis per-
Auguſt. ſeueremus, vel faſtidio & moleſtia victi, grauitatẽ laboris
Gene. 22 exhorreamus. Sinũ autẽ vocamus Abrahę, partim ob illam quam Aug. habet rationem, partim eò ꝙ Abraham primus extitit, cui promiſit dominus benedictionẽ omniũ populorũ in ſemine ſuo. In hac ſcilicet tũ promiſſione tum benedictione ſuſtinuerunt ſancti patres, firmiter ſperantes & expectantes quando tandẽ impleretur iſta promiſſio, vt iã meritò limbus iſte ſinus dicatur Abrahæ. eſt autem ille nũc ſanguine Chriſti planẽ euacuatus, dirutus & cõfractus, iãq; porrò nõ in limbũ commigrant animę beatorum, ſed euolant in ſinum Chriſti, fœlicitatem & vitam æternam: cuius nos quoq; cõſortes faciat, qui eſt benedictus in ſecula, Amẽ

HOMILIA SECVNDA
eiuſdem dominicæ.

Conſiderate obſecro, chariſſimi, qualẽ diſparitatẽ hominũ cõiungit hîc dominus, diuitẽ connectit cũ paupere. Magna inter vtrunq; diuerſitas vitæ, vnde maius cõſequutũ eſt etiã mortis diſcrimẽ. mortuus enim eſt Lazarus, & ab angelis deportatus in ſinum Abrahæ, ſcilicet limbum patrum, ante Chriſti aduentum & paſſionẽ, qui nunc tranſmutatus eſt in regnum cœlorum, in quo ſancti conſtituuntur in manſionibus à Chriſto ſibi paratis: qui ſinus & am-
Ioan. 14 pliſſimus & capaciſſimus eſt, quoniam omnes tum angelos tum homines ſanctos recipit, teſtante propheta, O Iſraël,
Bar. 3. 5 quàm magna eſt domus domini, & magnus locus poſſeſſionis ſuæ! Eſſeq; iam ſinum Abrahæ regnũ cœlorum, patet ex verbis illis domini, Multi venient ab ortu & occaſu ſolis, & recũbent cũ Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlo-
Mat. 8. rum. Mortuus autẽ eſt & diues, atq; ſepultus eſt in inferno. Ecce mortui ſunt ambo, ſed alterum tamen ſuſcipiũt angeli, alterum tormẽta manẽt: alter defertur manibus angelorum in ſinum Abrahæ, alter nil præter cruciatus expectat.

¶ Mendicus portatur in ſinum Abrahæ diues in infernum detruditur. O mortem inæqualem, ô inæqualem, exitum, ô quàm diſſimile vtrũq; diuerſoriũ! Mortuus eſt diues, mortuus inquam, quacunq; parte expendas, mortuus eſt animo per peccatum: ſicut de vidua inquit Paulus, quòd quæ viuit in voluptate, mortua eſt. Mortuus eſt & naturaliter, ſeparata anima à corpore, & fortè (propter peccatum) ante decurſum verum naturæ ſpatium, ſecundum illud Dauidis, Viri ſanguinũ & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Ad hæc mortuus quoq; eſt morte infernali, æternis iã deputatus ſuppliciis Etenim hæc triplex mors damnatorum, quòd moriũtur ĩ gratia, natura, & gloria Dei, ꝓ quib⁹ eis peccatũ mors & inferi cõtingũt. Atq; hoc illud eſt, quod dolenter exclamat beatus Ioãnes, Væ væ iis qui habitant in terra. Ita etiã væ diuiti huic, quoniã ſepult⁹ eſt ĩ inferno: qui loc⁹, quodcunq; cœmeteriũ eſt eorũ qui diaboli ſunt: quicunq; autem Chriſto gaudẽt parocho, cæleſti donãtur beatitudine. Diues ergo ſepultus eſt in inferno, nõ ꝙ ibi diues ſit apud inferos, vbi & pauperior & miſerior eſt quàm vnquã fuerit Lazarus ſuper terram: teſte Iob, Diues cùm dormierit, nihil ſecũ auferẽt: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Cui accedit etiã alter teſtis fidelis Dauid, inquiens, Dormitauerunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Iſte igitur qui hîc in ſummo rerũ omnium vixit affluxu, iã miſerrimus eſt, & ſepultus in infernũ: lautè vixit ſemper, veſtitus eſt ſplendidè, ſed reſpice finẽ. Ecce ſepult⁹ eſt in infernum. Aut nónne verus eſt Iob, qui enumerata malorum hominum voluptate cõcludit, quia dicunt in bonis dies ſuos, & in puncto deſcendunt ad infernum? Et hîc quidem finis atq; exitus eſt faſtuoſorũ ſuperbientium dinitũ iuxta illud Eſaiæ, Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuũ erunt vermes Ecce quanta rerũ viciſſitudo, q̃ admirabilis cõmutatio purpuræ & byſſi in flammas & tormenta. Neque erat quòd adderet dominus, qui eũ ſepelierit, in infernum enim quum ſit ſepultus, cõſtat id ita miniſterio factum dæmonum eſſe, vt Lazarus in ſinum Abrahæ deportatus eſt comitatu angelorum. Vſqueadeo mors peccatorum peſſima eſt: & qui oderunt iuſtum, delinquunt.

1. Tim. 5. *Pſal. 54.* *Apoc. 8.* *Iob. 27.* *Pſal. 57.* *Iob. 11.* *Eſa. 24.* *Pſal. 33.*

2 Sepultus autem in inferno diues, eleuatis oculis, vidit

Chryſoſt. Lazarum in ſinu Abrahæ. vnde Chryſoſtomus euincit factum hoc in veritate ſic eſſe, neq; tantùm parabolam exiſtere, quum parabola ſit vbi exemplum ponitur, & nomina tacētur. Verùm quia hîc nomina exprimūtur Abrahæ, La-
Gene. 11. zari, Moyſis, ideóque oportet & iſtum verū Lazarū fuiſſe, At quis fuerit Abrahā, ſatis nobis Geneſeos teſtatur hiſtoria: de Lazaro nihil certi conſtat, niſi quod ex hoc euāgelio liquet tamen idem ille qui Abrahamum cōdidit, etiam Lazarum creauit. Diues eleuat oculos ſuos in tormētis, vt videret Lazarum à longe: quem quum viueret, videre noluit præ foribus iacentem. Quę cōmunis peccatorū infœlicitas eſt, vt quandiu peccant, nil videāt, & poſt peccatum deniq; aperiantur oculi eorum: id quod in primis parentibus noſtris eſt videre, qui tum demū quum comediſſent de ligno vetito, aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt nuditatem
Gene. 3. ſuā: ita planè contigeret etiam huic diuiti, cui oculos. quos
Gregori⁹. clauſerat peccatum, aperuit pœna. Verùm iſta oculorum eleuatio non de oculis eſt intelligenda corporis, quod iam
Chryſoſt. erat ſepultū in terra, expectaturum diē iudicij: ſed ita, quòd eleuauit oculos mētis, & illis vidit Abrahamū. Sic igitur in maximis tormentis conſtitutus diues, ſolum adhuc liberū habebat oculorum ſuorum obtutum, quò alterius poterat inſpicere gaudium: neq; tamen ſibi incōmodū, ſed vt dum alterius gaudiū cōſyderaret, quò ipſe carebat, maiorē inde pœnā haberet. Quæ ratio eſt, cur Deus permittit etiā damnatos videre electos, & in die iudicij aſpicient iſti Chriſtū
Theoph. quoq;, ſed ad immēſam quā inde colligent pœnæ maioris acerbitatem. Sicut dominus, inquit Theoph. eiectū Adam collocauit ē regione paradiſi, vt continuò aſpectans, clariùs ſentiret à quātis bonis excidiſſet: ita etiā huic diuiti ob ocu
Chryſoſt. los poſuit Lazarum, vt videret quanta bona amiſiſſet, dum immitis adeò & durus fuerat in pauperem. Chryſo. quoque hîc expendit illud, quod dicit in tormentis, non in tormēto quoniā totus erat in tormentis. Et ſicut diues ille triſtat⁹ eſt, conſpicatus Lazarū in tāto gaudio, ita viciſſim Lazarus gauiſus eſt, vidēs tormenta diuitis, non quòd vel hic Lazarus vel quiſquā alius ſanctorum gaudium concipiat de tormentis & pœnis in ſe ſed quia tantum hic quoq; diuina relucet iuſtitia & manifeſtatur gloria Dei: iuxta illud domini
Ioan. 9. ad cęcū, Neq; hic peccauit, neq; parētes ei⁹, ſed vt manifeſte

tur gloria Dei:ſicut ad longum iſta verba explicat Gregor. *Gregor.*
¶Patres hîc triplicem expendunt & pertractant viciſſitudinem ſeu commutationem ſtatus huius diuitis. Primũ enim in ſublimi erat Lazarus,& diues in imo conſtitutus,quam obrem erat quod ſuſpiceret in alium:cùm econtra diues in hac vita ſedebat in ſublimi aula & ſella magnifica:pauper autem præ foribus iacebat cótẽptus omnibus.'Fieri autem ſic vt in iſto ſeculo omnia contrario modo eueniant,teſtatur & Sapiẽs, Iacebant mali ante bonos, & impij ante portas iuſtorũ.Deinde diues hic in ſumma voluptate vixit,Lazarus verò in extremis doloribus. Id quoque iam verſum eſt,nam mutata vice,diues in tormentis cruciatur, Lazarus in ſinu Abrahæ lætus exultat : ſicut dicit Eſaias , Serui mei comedent,vos autem eſurietis: & ſerui mei bibent , & vos ſitietis : & ſerui mei lætabuntur , & vos confundemini : & ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis:& vos clamabitis præ dolore cordis , & præ cõtritione ſpiritus vlulabitis, & dimittetis nomen veſtrum in iuramentum electis meis. *Prou. 14.* *Eſa. 65.*
¶Ad hæcLazarus in hac vita mẽdicabat ex diuite mendicas panis , iſthic diues mendicato petiit ex lazaro guttã aquæ Sicut autẽ hîc non exaudiuit diues Lazarum, ita illic mẽdicus quoq; diuitẽ nõ exaudiuit:iuxta illud Salomonis,Quicunque obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis , iterũ clamabit etiam ille,& non exaudietur.Moueãt hæc diuites omnes,vt miſericordes & mites ſint pauperibus. Commendatos ſedulò ſibi habeant pauperes domeſticos , cogitẽt & illos creatos ad imaginem Dei , atq; nobilẽ habere animã: in forte iſtos ſublimiorẽ habere in cælo ſedem iis , qui hîc ſibi videntur magnifici & ſplendidi. Credãt certóq; ſciant, quicquid hîc dederint pauperibus, Chriſtũ irremuneratum non dimiſſurum . Viciſſim quiſquis miſericors nõ eſt erga pauperes , norit ſe quoque miſericordiam non cõſequuturũ.Eſtote igitur liberales , & pauperibus affatim date eleemoſynã.nihilò enim minus ex hoc habebitis.Quin potius ſuperabundanter retribuet dobis vominus Deus . Eſtote (in quam)miſericordes,& miſericordiam conſequimini. *Prou. 21.* *Mat 5.*
3 Quum ergo diues ſic videret Abrahamum & Lazarum a longe(quãuis ſit hîc dubium quibuſdam. an damnati viſuri ſint beatus etiam poſt iudicium extremum , quũ dicat propheta,Auferatur & tolletur impius , ne videat gloriam *Eſa.26.*

Dei.) Et quod Abrahamum vidit, factũ eſt ad magnũ mœrorẽ ipſius, quin ille hoſpitalis fuit & liberalis erga pauperes. Quo nomine dicit & Paulus, Hoſpitalitatis & beneuolentiæ nolite obliuiſci. Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hoſpitio receptis. Diues autẽ hic planè illiberalis fuit erga pauperes, qui & Lazarum, quem videre dum viueret noluit præ foribus iacentem, tandem vidit in ſinu Abrahæ à longe. Vnde exemplum nobis datur & argumẽtum certum, quòd poſt hanc vitam omnes cõſpectui noſtro ſiſtentur, quoſcunq; hîc offenderimus. Abraham pater hîc fuit pauperum, atq; ideo illic in ſinu ſuo geſtarit Lazarum.

Hebr. 13

clamauit igitur diues, Pater Abrahã, miſerere mei. Clamauit inquam, neque id temerè: ſiquidẽ magnæ pœnæ vocem quoque magnam reddebant, ipſoque adeò clamore animi ſui pœnam more humano decelerabat, ſic Baruch ait, Anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius, clamat ad te. Neq; verò etiã hic clamor corporaliter accipiendus eſt, ſed ſecũdum illud ardens animi ſui deſyderium (ſcholis interim relinquamus iſta, quomodo angelus vel ſpiritus cum altero loquatur) quod Abrahæ ſignificabat. Quæris autem, cur Abrahamũ inclamarit pro mittendo Lazaro & non ipſum potius petierit Lazarum venire? Theophilactus reſpõdens ait, Quoniam confundebatur fortaſſis, exiſtimans forſitan & Lazarum vindictæ auidum, & ex ſuis cauſis iudicabat illum. Si ergo in tanta fœlicitate cõtẽpſi illum, & neq; micas ei cõmunicaui, non annuet, vt mihi iam beneficium cõcedatur.

Chryſoſt. *Baruc. 3.* *Theophy.*

¶ Pater, inquit, Abraham, miſerere mei. Vnde colligitur diuitem hũc Iudæum fuiſſe, qui patrem agnouerit Abraham, verè enim pater ſuus erat natura, ſed ſi meritum ęſtimes, patrem ille habebat diabolum. Miſerere mei. Oh quam ſerò ſapiunt Phryges. ſera nimis & tarda hæc fuit pœnitentia virginum fatuarum clamantium, Domine domine, aperi nobis. verũm non agnouit ille eas. Pater Abraham, dixit vt hoc placido nomine permoueret eũ: iuxta iſtud propheticum, Aut obliuiſci ne poteſt mater filij ſui, vt nõ miſereatur eius? Norat vtique miſericordiam Abrahæ diues, qui etiam pro malis rogauerat Deũ: ſicut ſexies orauit pro Sodoma & Gomorrha: exauditúſque fuiſſet, ſi modo in quinque ciuitatibus homines bonos inueniſſet decem. Pater Abrahã, ait miſerere mei. pœnitentiã iam tandem agit eo

Matt. 25 *Eſa. 45.* *Gene. 19.*

loco conſtitutus, quo nihil reliquum erat pœnitentiæ:quo
niã in inferno,ait Dauid ad dominũ, quis confitebitur tibi
Miſerere mihi. Ecce miſericordiã inclamat,qui ipſe paupe- *Pſal.6.*
rum noluit miſereri. Verũ iudiciũ ſine miſericordia,inquit
Iacobus,erit illi,qui non fecit miſericordiã. idipſum exper
tus eſt ſanè hic diues . qui ſi miſericordiã à Deo impetrare *Iacob.2.*
voluiſſet,antea miſereri debebat pauperis iuxta illud quod
dixit dominus,Nónne ergo oportuit & te miſereri conſer- *Mat. 18.*
ui tui,ſicut & ego tui miſertus ſum ? Attendite etiam hic
quod dicit Chryſoſtomus, diuitem hunc non rectè oraſſe:
ait enim,Neſcio an eius qui in inferno eſt valeat miſereri. *Chryſoſt.*
Creator creaturæ miſeretur ſuæ . Vnus venit medicus , qui
ſanaret morbos ,alij ſanare non poterant. Vult hic ſanctus
pater,propriè loquendo, ſanctos noſtri non miſereri , ſed
ſolum Deum. Quò facit illa continua praxis eccleſiæ, quæ
in Letaniis quum principiò diuinam implorat opem , con
cinit,Pater de cælis Deus , miſerere nobis : filij redemptor
mundi Deus,miſerere nobis:ſpiritus ſancte Deus, Miſerere
nobis . deinde quum ad virginem matrem & alios ſanctos
deſcendit,nõ iã amplius canit miſerere nobis , ſed ora pro
nobis. Nunc itaq; audite orationem diuitis. Mitte Lazarũ,
vt intingat extremũ digiti ſui in aquã , & refrigeret linguã
meam:quia crucior in hac flamma. Mitte (inquit) Lazarũ.
Hoc nõnulli tribuunt malitiæ diuitis , quaſi nõ petierit ad
Lazarum venire , ſed vt Lazarus ex regno deſcenderet ad
iſtum in flammam ignis,ex ſede magnifica in lacũ inferni,
è loco requietionis ſanctæ in locũ ſupplicij. Chryſoſtomus *Chryſoſt.*
ait etiam hãc diuitis petitionem ſtolidam fuiſſe:ſiquidem
Abraham ſuſcipere tantùm poteſt,mittere non poteſt Sũt
qui putent etiam temerarium nimis fuiſſe iſtud , quod hic
petiit,dum illum ſibi mitti poſtulauit , cui tam duriter im-
pius fuerat. Deinde petit extremum ſaltem digiti illius
intingi in aqua. Vide (inquit hîc Chryſoſtomus) cõſciẽtiã *Chryſoſt.*
peccatoris,non totum audet petere digitum . Hinc fratres *Gregor.*
colligite,quãta ſit diſtructio ſeueritatis Dei. Diues enĩ iſte
qui vlcerato pauperi,mẽſæ ſuæ vel minima dare noluit, in
inferno poſitus vſque ad minima quærenda peruenit:nam
& guttã aquæ petiit,qui micas negauit : in hac vita intueri
illum non poterat,cuius nunc extremum digiti petit.

4 Tandem oſtendit quid cum aqua hac agat , nimirum

vt refrigeret linguam. Ecce vbi peccatum, ibi & pœna eſt. multa ille inſolẽter & ſtolidè eloquutus fuerat. Minimum in homine mẽbrũ lingua eſt, ſed omniũ maximè nociuũ: ſicut pulchrè Iacobus arguit, quamobrẽ in lingua maximè torquetur. Atque hæc ſunt gulæ cõmoda, hæc illa ſunt lucra, hæc temerariȩ loquacitatis gaudia ſunt. Quia eĩm abũdare in conuiuis loquacitas ſolet, is qui malè conuiuat' dicitur, apud infernum grauiùs in lingua ardere perhibetur,
Gregor. ait Gregorius. ¶ Verùm ſicut antea de clamore diximus, ita hîc quoque ſciẽdum eſt, quia enim vtriuſque anima à corpore iam erat ſegregata, & hic diues linguam corporalẽ nõ habebat, & Lazarus ille huiuſmodi digito carebat. figuraliter itaque intelligẽda hæc ſunt in hunc modum. Quòd ibi virtutes animæ accipiuntur: & auxiliatrix quidẽ illa per digitum, quoniã ſentiẽs flammã ignis diues loquacitatis ſuæ
Aug. 21. pœnã, linguã iſtud ipſum appellauit. (vide ſi placet, Augu.
ca. 10. de in quæſt. Euã lib. 2. cap. 38. de orig. animæ, & de contempt.
ciui. Dei. mundi.) Quum itaque cruciaretur in flamma, auxilium petiit & recreationem linguæ ſuæ, qua voluptuarios & delicatulos prægustauerat cibos, qua honorem & famã præſciderat proximis ſuis, vt iam meritò illa primũ ſtatim affligeretur, petens aquã ſibi dari, ſed fruſtra iam enim illã plus mille & quingentis annis petiit. neque impetrauit in hunc vſq;
Prou. 24 diem, iuxta illud Sapientis, Qui tribuit pauperi, non indigebit: & qui cõtemnit rogãtem, defectum patietur. Et quid
Mundus theatrum Dei. mirũ obſecro, quod ſancti Dei homines mundũ ludo comico ſeu tragico conferunt, ipſumq; vocant theatrũ Dei. Ecce enim perſonati ſumus in mũdo plerique omnes: hic abitũ geſtat regis, ille perſonã diuitis gerit: iſte figurã ſenis, alius pauperis formã habet: dumq; perſonã quiſq; ſuã gerit, non facilè diſcernes diuitẽ à paupere. Quàm primum autẽ aduesperaſcit, & peracto ludo veſtes quilibet mutuatitias atq; aſſumptas deponit, tum demum apparet qualis quiſq; fiet. Ad eũdem plane modum quãdiu perſonati ingredimur in hoc mundo, egregiè laruati mũdanis honoribus & quibuſcunque conditionibus, iudicare nemo poteſt qui qualéſq; ſumus: quum autẽ veſper aduenerit ille mortis, tũc denique abiectis perſonis pompoſis opum & gloriȩ, apparet qui verè diuites, quis pauper & inops, quis glorioſus aut in glori' Deum immortalẽ, inclinata tũc die quotuſquiſque pauper

culus principes præcedet? quã multos etiã principes antei-bũt,iis qui hic fuére pauperrimi & pro miſeris habiti ſunt, prout quiſquis ſe in operibus bonis exercuit ſeduló,An nõ ne putas pleróſque mendicos venturos in cælũ, & qui hic purpura & ſerico amicti fuerũt,ex calido lecto adhuc calẽtes commigraturos ad infernum?O enim admirandam illã mutationem dexteræ excelſi! O quàm durum eſt iſtud ſapientis, quód potentes qui magiſtratu ſuo abutuntur, potenter tormenta patientur! Sed nos iã corde & ore oremus dominum,vt cor mite nobis concedere dignetur erga pauperes ſuos, quatenus dum nos eis miſericordiam exhibemus viciſſim quoque miſericordiam conſequamur à domino Deo poſt mortem noſtram:vnde deinceps etiam anima noſtra à ſanctis angelis ſubuehatur in ſinũ Abrahę,in gaudia fœlicitatis æternæ, Amen. *Pſal. 76.* *Sap. 6.* *Mat 5.*

HOMILIA III. EIVSDEM *dominicæ.*

MEndicus ille Lazarus mortuus ecce eſt,ab angelis deportatus in ſinum Abrahæ.Mortuus eſt & diues,atq; ſepultus in inferno. quum clamaret, pater Abraham, miſerere mei, & Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam,& refrigeret linguam meam:audiuit illud viciſſim ex Abraham:Fili,recordare quia recepiſti bona in vita tua,& Lazarus ſimiliter malá. Iam autem ille cõſolatur, & tu torqueris. O quam benignus fuit & mitis huic damnato Abraham,dum non aggreſſus eum eſt duriter, neque auarum,neq; crudelem,neque immitẽ, neque impudentem ſed filiũ appellauit,qui mores ſuos imitatus non erat.vnde docemur afflictis non addere afflictionẽ. dicit enim & Sapiẽs, Animam humiliatam ne turbaueris. Quanuis etiã id ipſum nomen filij,plurimũ doloris conciliauit diuiti, quod in hoc cogitare poterat,quãtũ bonorũ amiſiſſet, ad quę ex Abrahamo natus fuerat, & quæ per gratiã adeptus eſſet, ſi vitam Abrahæ moribus repreſentaſſet. ¶Recordare quia bona recepiſti in vita tua:vnde conſtat,authore Gregorio, & hunc diuitẽ aliquid boni habuiſſe, ex quo in hac vita bona receperit. Vſqueadeo etenim mitis & miſericors eſt Deus,vt etiã opera bona peccatorũ,quæ tãtũ in cõmune bona exiſtunt,irremunerata non ſina. Inde eſt quod ſæpenumero mali tantũ fœlicitatis habẽt: nã quum boni quid faciãt, *Theoph.* *Eccle. 4.* *Gregor.*

Matt. 6. recipiunt mercedẽ,iuxta illud euangelicũ.Receperunt mercedẽ ſuã.Sic Auguſtinus dicit, Deũ Romanis tantũ dediſſe
Au. li. 5 ca. 12. & 15. de ci. dei. poteſtatis & dominij, atq; adeò vniuerſi orbis monarchiã propter virtutes eorũ:quoniam naturaliter loquẽdo,bonis moribus & virtutibus ſemper ſtuduerunt. Idẽ nobis etiam ſcriptura teſtatur de Nabuchodonoſore,qui quia mandatũ domini impleuerit aduerſus Tyrũ & exercitum ſuum, nec aliquã inde accepiſſet mercedem,dixit dominus ad prophe
Hier. 29 tam,Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regẽ Babylonis,&c. Dedi ei terrã pro eo quòd laborauerit mihi Ecce hîc dominus Nabuchodonoſori victoriã promitti aduerſus regem Ægypti. Eſtque hæc quidẽ infœlix fœlicitas,breuis potiri voluptatula, & hinc damnari in perpetuũ. ne quiſquam ex hæc fortuna eſt odio proſequendus,qui tantuli gaudij pœnas inde luet æternas.Eſtq; hęc magna ratio,qua boni murmurare nõ debeant aduerſus malos,quũ vident illis fœliciter omnia,ſibi verò nihil ex voto ſuccedere.Quis enim cognoſcit arcana iudicia Dei? quis rationem ſcit, cur hoc aut illud faciat Deus?quid enim ſi ſic illum remuneret,vt diuitẽ iſtũ?Recepiſti bona in vita tua. Quæ ſentẽtia,vt ait Gre-
Grego. gorius,pauore potius indiget quã expoſitione Nã quicunque munus aliquod tẽporale recepit,meritò metuat,ne fortè hoc in retributionẽ meritorũ ſuorum illi iuſtus largitus ſit iudex,vt tandem æterna careat remuneratione.Ideoque exclamo ad vos potentes,& qui floretis in fortuna, timete Deũ,ne dicatur vobis,Euge, bona recepiſtis in vita veſtra. Legitur,ſanctum Ambroſium diuertiſſe apud quendã, qui quondã ſuus fuerat diſcipulus,ipſumque interrogaſſe,Sunt omnia ſalua?quum autẽ reſponderet ille ſe in ſumma rerũ omniũ fœlicitate vigere floridum totũ,citra omnẽ aduerſitatem, non ſecus atque illũ fœlicem & fortunatũ virum apud Dauidem, ſubiunxit ad hæc Ambroſius,& dixit ad ſu-
Pſal. 143 os,Aufugiamus celeriter hinc:neq; enim hîc habitat Deus, vbi fortuna eſt tanta,ſtatimque vt abiit Ambroſius,vidit ignem cadere de cælo, & totam illam conſumere domum. Neque tamen per hoc exterritos vos volo,chariſſimi: neq; quod dico,ſic dictũ exiſtimeris,quaſi quicũque huiuſmodi dona habẽt ex Deo,diuiti huic ſint ſociãdi. Multi ſancti viri diuites fuerunt:diues extitit Abraham,diues Iſaac, diues & Iacob,opulentus Iob fortunatus etiã Dauid,& alij com-

plures: Sed hoc vnũ dico vobis eò, ne in fortunis veſtris ſuperbiatis elati, nève in magnis opib' opera bona intermittatis: quin magis ſemper Deũ timete, illũ colite & præ oculis habete, vt turſus hic fœlicitatem vobis, iſthic gloriã largiatur æternã. Multum hîc ponderat Chryſo. quòd Abrahã dixit, bona tua, (ſic enim legit) quoniã bona illa ſua vera eſſe putabat, quæ tamẽ vera nõ erant: & interim iſta quæ bona arbitratus eſt eſſe, recepit in vita, Lazarus aũt ſimiliter mala. Semper itaque archetypũ hunc Lazarũ præ oculis habeamus, ſiue nos premũt morbi, vel dura vexat egeſtas, ſiue frigus vrget, ſeu fames moleſta eſt, aut quæcunque tribulatio grauat. Gaudeamus in hoc, omnemq; illam aduerſitatẽ offeramus Deo patientes ſimul & ſperãtes, quòd receptis malis iſtis, turſus cũ Lazaro refocillabimur. Quæ etiã efficax eſt medicina in omni aduerſitate. Tantùm memẽto te iſtorũ verborum Abrahæ, Lazarus mala recepit: nũc autem conſolatur. Ecquis non malit beatam illam & fœlicem Lazari infœlicitatem ſuſtinere, quàm omnes iſtas poſſidere diuitis opes? ille enim ad momentum malè habuit, & nũc ęterna potitur fœlicitate: & hoc illud eſt quod ait Paulus, Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum pondus glorię operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. *Chryſoſt.* *2. Cor. 4.*

2 Aliam iam porrò rationem proponit Abraham, quòd chaos magnum ſit inter vtrunque, ita vt neuter ad alterum prouenire poſſit. Quibus verbis deſignare ille voluit, etiam corporaliter chaos magnũ eſſe inter bonos & malos, interſtitiũ immenſum, vel vt Emſerus fœlicis memoriæ ſemper voluit, voraginẽ & hiatũ, atque caliginem horrẽdã. Et ſpatium quidẽ iſtud firmatum eſt graui ſeueraq; diuini iudicis ſententia. Segregatio autem illa huiuſmodi eſt, quòd Deus malos indurauit, bonos cõfirmauit, ita vt ij peccare ampli' nequeant: illi bene operati non poſſint: hoc eſt ergo quod dicit, Nemo à nobis puenire poteſt ad vos, neq; à vobis ad nos. Hoc etiã eſt qđ Ambro. inquit, Poſt mortem nequeũt merita immutari, ſed quocũq; ceciderit lignũ, ibi iacet, ſiue ad auſtrũ, ſiue ad aquilonẽ. vt iã nihil ſit, quod ſomniãt Origeniſtæ fore aliquãdo, vt omnes etiã dãnati ſaluẽtur. Verè enim dixit Propheta, quia ignis eorum non extinguetur, *Emſerus* *Ambro.* *Eccle. 11.* *Eſa. vlt.*

neque vermis morietur. Vnde & Theophylactus, Obſerua
Theophy. inquit, locū hunc cōtra Origeniſtas, dicentes quod tempus
erit quo finientur impiorum ſupplicia. Ecce enim audimus
Abraham dicentem, quòd ij qui volūt hinc ad vos vel illinc
ad nos tranſire, non poſſunt. Abraham ſanè fide dignior eſt
quā Origenes. ſemel diuiſit Deus inter eos, qui finaliter vel
boni vel mali ſunt & permenſerunt, iamque res aliter obti
neri aut immutari non poteſt. Ego, inquit, ſum dominus,
Exod. 8. egoque ponam diuiſionē inter populū meum & tuum. Au-
ditis quidē omnes euāgeliū hoc auribus, metuo antē ne nō
ſatis percipiatis corde. Equidē pro me ipſo curam gero, ne
quod vobis ore proclamo & prædico lingua, non ita vt de-
cer, conſtanti animo recolā. Aut quis eſt tā obfirmato ani-
mo qui nō exhorreſcat, totúſq; tremat pœnas audiēs infer-
nales, & æternas, & nunquā deſituras, & recreationem non
admiſſuras? Caue tibi, caue inquā & ſeduló tibi proſpice,
ne huc aliquādo perueniās captiuus, quiſquis iam vinculis
peccatorū cōſtringeris. Tuq; adeó noſtri miſerere, miſeri-
cors & miſerator domine. Cęterū prudens Abrahæ reſpon-
ſum hîc mihi conſydera. primum enim rationē aſſignat di-
uiti, cur illum adiuuare non debeat, quoniā bona ſua rece-
pit in vita: deinde quod nequeat eum iuuare: quum chaos
Gregor. interſit immenſum inter vtrunque. Quamobrem & Gre-
gorius dicit, Iuſtorū animę quanuis in ſuæ naturę bonitate
miſericordiā habeant, iā tūc authoris ſui iuſtitiæ coniūctæ
tanta rectitudine cōſtringūtur, vt nulla ad reprobos cōpaſ-
ſione moueantur. ¶ Vult dicere, In ſe non placet eis vtique
pœna damnatorū, verùm quādo cōformes ſunt iuſtæ & æ-
quiſſimæ voluntati Dei: videntque hîc etiā iuſtitiā relucere
diuinā, & cogitent in hoc miſericordiā quoq; Dei, qua ipſi
à ſuppliciis tantis ſunt præſeruati, nihil condolent dānatis,
quin poti' interueniēte iudicio iuſtitiæ diuinæ, gaudēt, vi-
Pſal. 57. dētes vindictā. Sicut ergo ex præſcripto iuſtitiæ nemo bea-
torum peruenit ad damnatos, ita viciſſim null' damnatorū
venit in cęlū ex innata malignitate, in qua adeò ſunt indu-
Pſal. 37. rati, vt ſic oderint Deum, vt nolint eſſe cum illo. ſed & quia
ſuperbia eorum qui oderunt Deū aſcendit ſemper, iſti ma-
gis vellent grauiores adhuc pœnas perpeti, quàm vt pœni-
Apo. 16 tētiam agerent: ſic etiā, teſtante Ioāne, & homines blaſphe
mârunt nomen Dei, habēti poteſtatē ſuper has plagas, neq;
egerunt

egerunt pœnitentiam,vt darent tibi gloriam. Non deſinũt iſti blaſphemiis laceſſere Deum.nũc enim blaſphemãt Deũ patrẽ,qui eos creauit:nunc filiũ,qui eos redemit:nũc ſpiritum ſanctũ,qui ſuper eos fuſus eſt in baptiſmo. Vſqueadeo magnum chaos intereſt obfirmatũ inter beatos & dãnatos.

3 Sequitur,Rogo autem te pater, mitte in domum patris mei. O hominem ineptum ſi patrem iam profiteris Abraham,cur non antea Lazarum cognouiſti fratrem, vt illi miſericordiam exhiberes,& eadem nunc quoq; tibi nõ negaretur? Sed vide hîc peruerſitatẽ,ſi pater eſt Abraham, quomodo dicit,mitte in domum patris mei? Atqui quàm ſapit piſcator ictus, tam iſte in ſuppliciis ſenſum alienæ infœlicitatis capit. Nã quid prius Lazarũ deſpexerat ante pedes iacentem,nũc aliorum abſentiũ curam gerit: atque cùm ipſe grauiter torqueretur, à longe etiam fratrum ſupplicia cernit:& q pro ſe impetrare nihil poterat, ad alios cõuertitur, petitque vt Abraham Lazarũ mittat in domum patris ſui. *Chryſoſt.* *Theophy.*

¶ Sanctus Auguſtinus dicit, Lazarum ille petit mitti, quia ſentit ſe indignum,qui teſtimonium perhiberet veritati:& quia non impetrauerat guttam aquę,multò minus credit ſe laxari poſſe ab inferno ad prædicationem veritatis. Neque verò ſimpliciter ex mortuis quẽcũque, ſed Lazarum mitti cupit, vt videant eum coronatum, & in gloria & incolumitate,qui viderant eum prius cõtemptum & infirmũ: ſicque futurum credidit,vt eſſet eis teſtis fidelis & certus,cuius exemplo mouerentur, & conuerſi à via ſua mala non venirẽt in iſtum locũ tormentorum,ſed ad Lazarũ pertingerent in ſinum Abrahæ. Vide autem inſignem diuitis hui⁹ malignitatem.nõ enim ait,Mitte Lazarum ad fratres meos,ne meo exemplo,modo & more viuentes offendãt Deum,quin magis de præteritis peccatis pœnitẽtiam agant:ſed tantùm ne veniant in locum iſtum tormenti.ſicque non faciebat hoc in laudem & gloriã Dei. Cõcluſionis loco eſt quòd obſeruemus hîc importunitatẽ diuitis,qui tot verbis inaniter & fruſtra ſanctum patrem defatigare veritus non eſt. Deinde vide etiam iniquitatem hominis,quoniã qui antea cum fratribus ſuis recuſauerat Lazaro dare micas panis ex menſa, nunc illum cupit requiem ſuam deſerere, ſinumque Abrahæ relinquere,& rurſus ad iſtos venire in mundum. Certò enim non petiit Lazarus reuiuiſcere,mortiſque amaritudi- *Auguſt.* *Theophy.* *Beda.*

nem denuò experij. Præterea ex hoc diuitis ſermone colligitur, fratres ſuos ſui plane ſimiles fuiſſe, iiſdemq; quib⁹ ille extiterat vitiis fuiſſe contaminatos. Ecce, inquit, fratres
Ioan. 4. quinq; habeo. quinq; etiã maritos habuerat mulier Samaritana. & qui ad nuptias inuitatus venire recuſauit, quinq; iu
Luc. 14. ga boum emit. Sunt qui velint hinc coniicere, patrẽ eorum adhuc fuiſſe ſuperſtitẽ, quoniã dixerit, in domũ patris mei: ſed hoc vt inualidius eſt quã vt perſuadeat, ita eadem facilitate cõtemnitur, qua aſſeritur. His omnib⁹ accedit inſignis ſtultitia diuitis, putantis nõ ſocios etiam eſſe debere pœnarum, qui in vita ſocij fuerãt vitiorum eorũdem participes, tum tamẽ viciſſim quicũque ſocij ſunt paſſionis, ſocij etiam futuri ſint conſolationis, vt ait Paulus. Ad hæc magnitudi-
2. *Cor.* 1. nem tormenti hinc cognoſcimus, quod diues Lazarũ videbat in tanta requie & dignitate eſſe: ſe contrà & torqueri & fratrum iniquitate angi, ne & ipſi cõdemnarentur, quos ad
Gregor. modum antea in vita dilexerat. vt ait S. Gregorius, Peccatores quò amplius in ſupplicio puniuntur, & eorum vidẽt requiem quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Viciſſim quoque beati gaudent de pœna & ſupplicio damnatorum, à quorum peccatis præſeruati ſunt ipſi, ſimulq; ex conſortio lætãtur beatorum, de quorum mutua communione quiſque effuſiſſimè gaudet, nõ minus ex aliorũ q̃ ſua gloria. Siquidẽ ibi dilectio eadẽ, eademq; voluntas, & vnus animus, atq; gaudiũ vnũ erit in ſecula: cui⁹ nos omnes participes faciat, qui ipſe eſt fœlicitas ſumma, & penes quẽ gloria ſempiterna, Amẽ.

HOMILIA QVARTA.

eiuſdem dominicæ.

QVilibet euangelium hodiernum primo aſpectu facilis eſſe intelligentiæ putat: & illud tamen in receſſu ſuo multa tum obſcura, tum difficilia cõtinet. Vt autem omnis illa moleſta & faſtidioſa prolixitas euitetur, vnam atque alteram quæſtionem circa hoc euangelium moueri
Mortui cognoſcũt viuos. ſolitam lubet excutere, quarum prima hæc ſit, Quo tãdem modo ſcire potuerit diues, quid fratres hîc ſui operati ſint in terra? Atque qui amplius hîc dubitare volet, ambigere poterit, an etiam defuncti curã gerant eorum quos hîc charos relinquerunt in terris, aut vndę id ſciant: vt ſi moriatur parens ſuperſtitibus liberis, an etiam norit quomodo cum

cum eis agatur, aut maritus defunctus ſciatne vxorem ſuam ſecundas nuptias celebraturam. Nam ignorare mortuos quid inter viuos agatur, videri cuiquam poſſet ex illo prophetico, Abrahã ignorauit nos, & Iſraël non cognouit nos *Eſa.63.* & manifeſtius ex iſto dicto Iob, Siue nobiles fuerint filij *Iob.14.* eius, ſiue ignobiles; nõ intelliget: attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit. Vbi Gregorius ſic dicit, Quemadmodũ qui in hac vita ſunt cõſtituti, ignorãt quid de animabus fiet defunctorum, ita neſciunt qui mortui ſunt vitam & opera viuentium. Vult igitur hîc Iob quòd cum cura filiorũ multum hîc hominẽ ſollicitarit, ille tamen demortuus non curat amplius quid de filiis ſuis agatur. Reſponſio, De beatis dubium nõ eſt, quin poſſint ſcire res mortalium: quoniã cognoſcere illud facilè poſſunt vel ex ſpeculo eſſentiæ diuinæ, vel per reuelationẽ angelorum. ſic enim Grego. Qui inquit, creatoris ſui claritatem vident, nihil in creatura agitur, quòd videre non poſſint. Verùm de damnatis itidem ambigimus, recordari illos eorũ quæcunque hîc ſciuerũt; ſicut Aug. credidit Nebridiũ mortuũ adhuc eſſe memorẽ ſui. Et quòd curam gerant ſuorum, ſatis nobis hoc declarat euangelium. Quòd autẽ ſciãt omnia quę hîc in mũdo eueniant liberis amiciſque ſuis, idipſum ſanè negam': neq; enim fit, niſi ſpecialiter eis reueletur à Deo, vel aliquis de cælo deſcendat qui ſignificet illis. Ita hîc quoq; rem intelligere debemus de diuite, qui oblit' nondũ fuerat ſe quinq; fratres hîc reliquiſſe in terra, ſed neque obliuio dũ cœperat illũ, vel Lazari, vel Abrahæ patris, quin potius adhuc nouerat vtrũquę. quòd autem ſcierit fratres ſuos adhuc eſſe ſuperſtites, colligitur ex illo quod dicit Auguſti. Habẽt mortui curã de viuis. Aliâs nãque verũ eſt quod habet Gloſſa ſuper Eſaiã, quoniã neſciũt mortui etiã ſancti, quid faciãt viui atque adeo eorũ filij. verumq; id eſſe, ex illo colligimus, quod dixit dominus ad Ioziam, Colligam te ad patres tuos, & collegeris ad ſepulchrũ tuũ in pace vt nõ videãt oculi tui mala omnia, quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum. Atque hoc modo reſpõderi poteſt ad locum Eſaiæ ſuprà adductũ, quòd Abrahã naturali cognitione Iudæos nõ cognouerit: deĩde dixit hoc Eſa. ante aduẽtũ Chriſti, quãdo nõdũ intuebatur Abrahã verbũ Dei, in quo illos cognoſcere potuiſſet: vnde clarè cernis, qũo diues

Gregor.
Grego.
Lib.9. cõfeſſ. cap.3
Super Pſal.108
4.Re.22

cognouerit fratres ſuos, partim enim virtute memoratiua id fiebat,partim ex æſtimatiua,qua iudicabat illos eandē vitā viuere quā ipſe egerat. Altera quæſtio eſt, Quo pacto diues hic petierit fratribus ſuis per Lazarum denunciari tormenta & ſupplicia ſua,ne & ipſi dānarentur,cùm tamen cōſtet dānatos omnes odiſſe homines quotquot viuūt in mūdo,imo & Deum ipſum: quoniam voluntatem habent conformem voluntati patris ſui diaboli,qui nihil magis in votis habet,quàm omnes homines condemnari:& ſicut Deus vult omnes homines ſaluos fieri,ita diabol⁹ omnes dānari. Quomodò ergo prǽcauere voluit diues iſte cōdemnationē

1.Tim.2. fratrū ſuorum?Reſpōdemus ad hoc, Quòd quāuis nonnulli inſani & vecordes tantârūt ex hoc homine diuite facere ſanctum,dixeruntq; illum in purgatorio tantùm fuiſſe,vnde iam fortè ſit exemptus:idque eo, quòd Abraham patrē ſuum,& ille rurſus ipſum filium appellauit:quodque miſericordiam petiit ex Abrahā,quam qui damnati ſunt nō petunt,ſed ſub inde blaſphemant dominū. Quò facit & illud quod Abraham dixit,Et tu iam torqueris.nō quòd pœnam paſſurus ſit ęternam: & hoc quod ipſe ſalutem deſyderat viuorum ne damnentur. Quæ forſitan ambiguū fecerunt hæreticū iſtū, quouis tum Vertumno tum Proteo inſtabiliorem Lutherum,quòd non audet affirmare torqueatúrne adhuc diues ille,an ſecus.

Lutherus diuitē ſanctum vocat.

Nam ſi diceret iſte eum iam ampli⁹ non cruciari, oporteret ipſum vel inuitum fateri purgatorium,in quo fuerit antea,& ex quo nunc ſit ereptus. Nos tamen dilectiſſimi, ne curemus quicquid deblaterent hæretici,ſed veritatem potius ipſam inquiramus,& quid Chriſtus dicat cōſideremus.ait enim,Diues hic ſepultus eſt in inferno Addit Abraham, chaos magnum obfirmatum eſt inter nos:quod ſanè interſtitium tantum nō eſſet, ſi diues hic dānatus non fuiſſet(quod ex Græco afferunt de inferno, non credo:dicēt lectionem noſtrā eſſe falſam. Porrò ſi in inferno leuauit oculos ſuos,ſtatim videmus vbi fuerit ſepultus, ſcilicet in inferno.)Cùm itaq; omnes ſacræ ſcripturæ interpretes veteres & recentiores conſentiunt diuitem hunc eſſe damnātū,idémq; verba euāgeliſtæ præ ſe ferāt,ne minimū quidē moueāt nos inſana hæreticorū derilamenta.

Diues petit mitti ad fratres

Ad quęſtionem autem vetandem veniamus, primum dicimus nōnullos velle idipſum non petiiſſe diuitem propter fratres

ſuos, ſed quia hac petitione aliud quiddã impetraturũ ſeſe ſperabat. Credebat enim & Lazarũ tam eſſe dilectũ Abrahæ, vt nõ mitteret eũ denuò in exiliũ: & Abrahã adeò eſſe miſericordem, vt nõ dehereret miſeros illos & errabundos: inde confidebat quòd Abraham ipſum ablegaturus eſſet diuitem ex tormentis. ſed falſus eſt ſpe ſua, quoniã operęprecium nõ erat, vt propter fratres ſuos Deus nouam aliquam viam inueniret couerſionis ad pœnitentiam. Et eſt hæc quidem bella beneq; colorata ſententia: verùm ego nõdum video quomodo vel ex ipſo cõtextu, vel ex cæteris circunſtãtiis defendi queat. Aliter itaq; vt plurimũ dicunt doctores, quòd, quia diues fratribus ſuis exemplũ malum reliquerat ſuperbiæ, auariciç, & gulæ, voluerit ille iam pręmonitos fratres nõ in eorum, ſed ſuum ipſius cõmodum. Nam ſi & ipſi in cruciatus tormentorum ſuorum peruenturi, erãt, quantò auctiorem pœnam ſibi futuram metuebat, tãtò magis præmonitos eos cupiebat, quando hęc cõmunis lex eſt omniũ, Qui aliis peccandi præbent occaſionẽ, vt quò quiſq; plures in ſua vita ſeduxit, eò cumulatiora maioráque ſubiturus ſit ſupplicia. Sic Auguſti. incertam ait eſſe pœnam Arrij, quando neſcitur, quod poſt eius errorem ſunt ſubuertẽdi. Proh, ſupreme Chriſte, quàm durũ erit Luthero ſuiſq; ſequacib⁹, qui tantóſque errores in fide ſeminanr: nanque ſi poſt ducentos adhuc annos aliqui Lutheranis dogmatibus ſeducti damnabuntur, tum quoq; grauior futura eſt pœna Lutheri. omnes enim hæretici vnã coaceruatam cõficiẽt cõgeriem, dicente Eſaia, Congregabuntur in cõgregatione vni⁹ faſcis in lacum. ¶ Atque hæc cõmunis ſanctorum patrũ ſententia eſt. Et tamen adhuc aliam inuenio quorundã doctorũ opinionem, eamq́; huiuſmodi, quòd in damnatis etiã non omnino extĩcta eſt affectio naturalis: atque ideo quãuis inuidi omnes ſint & maligni, ita quòd cuperẽt omnes in vniuerſũ homines eſſe damnatos: attamẽ cum primũ ad aliquas particulares perſonas ventũ eſt, ipſiſque interim nõ ignorãt voluntatem ſuam nõ impleri, ſed aliquos adhuc ex viuẽtibus beati. tũc ſanè fœlicitatẽ illam magis fãuent ſuis amicis & cognatis quàm alienis. Nãque & ſi vir aliquis aut mulier in omnem vanitatem, miſeriam, breuiter in omne flagitiorũ gen⁹ fuerit demerſus, nolit tamẽ aliquem liberorũ ſuorum in ſimiles ærumnas detrudi. Quãuis etiã liceat inuenire hõ

Auguſt.

Eſa. 24.

mines tam vindictæ cupidos, vt liberos quoq; & quoſcũq; impenderent amicos, dummodo ipſi ſe vlciſcerẽtur. Ita nimirum dãnati quoq; conſanguineis ſuis nõ parcũt, quò minus vellent eos etiã cum omnib⁹ aliis cõdemnari. Quũ autem vident tot homines ſaluari, adhuc cuperent amicos illi ſuos magis q̃ alios quoſcunque beati. Id adeò in hoc etiam damnato cernere licet: quoniã ſic ait Gregor. Reproborum mentem pœna ſua quãdoq; inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc & ſuos ſpiritualiter diligant, qui hîc dum peccata diligerent, nec ſe amabãt. Sero nimis ſuũ inchoabat magiſterium, cùm iam nec diſcẽdi tempus haberet miſerrimus iſte diues, neq; docendi, vt ait Ambroſ. Quòd ergo diues ille fratres ſuos voluit ab ĩfernalib⁹ pœnis præſeruare, nullo factũ eſt animo ſeu affectu bono, ſed tãtũ volũtate quadã naturali, quod nollet eos ad ſe venire in argumẽtũ ſupplicij: & quia tãtã pœnã fratribus ſuis nõ fauebat, maluiſſet pati & ſocium habere Lazarum in inferno, quàm fratres.

Gregor. *Ambr.*

3. Abraham vir planè mitiſſimus nihilò cõmotus tam importunis precibus diuitis, benignũ ei dat reſponſum & ait, Habent Moyſen & prophetas, audient illos. O præclarum reſponſum, & quod multa cõplectitur in ſe & magna! primùm enim inde colligere potes, concordiam Móyſi & prophetarum, cõtra Samaritanos, qui tantùm acceptis quinq; libris Moyſi, ꝓphetas noluerũt recipere. Abrahã illi Moyſen obiicit & ꝓphetas, ex Moyſe præcepta vt diſcerent moralia: in ꝓphetis vt inuenirẽt quę ſint myſteria fidei. Quare docere voluit Chriſtus vetus teſtamentũ ſtabilimentum eſſe fidei, quo nomine & in glorioſa illa Chriſti tranſfiguratione Moyſes & Helias viſi ſunt. Voluit ergo hoc verbo declarare ſatis proſpectũ eſſe fratribus diuitis cũ doctrina ſana, ad effugiendum infernum, ſi modò ſequi vellent. Theophy. verba iſta hoc modo expendit, Nõne ſicut tu diues curã geris fratrũ, ita & Deus qui illos fecit? innumeros enim illis præfecit doctores. Petis tu mitti eis Lazarũ tãtum. ecce Lazarũ habent Moyſen, prophetas quoq; habẽt Lazaros, nam & Lazarus fuit Moyſes, quia pauper & nud⁹ magis dilexit paupertatẽ Dei q̃ diuitias Pharaonis, Hieremias etiã fuit Lazarus, vt qui tam diu panẽ tribulationis comederit captiuus, ſic ergo prophetæ omnes, omnes ſancti Lazari ſunt & doctores fratribus tuis, neque illo indigent Lazaro.

Mat. 17. *Theophy.*

¶ Sed prohdolor,inuenias etiam huiuſmodi iam chriſtianos crudos & ſemicoctos, qui nolunt accipere & Moyſen nec prophetas,imo & Chriſtum cum apoſtolis ſuis explodunt omneſque veteris & noui teſtaméti, prædicatores: atque Lazarum ſibi dari cupiũt, mitti aliquem ſibi volunt ab inferis. O vocem infœlicẽ,ô infernale dictum ex faucibus diuitis huius profectum! Ecce enim dicit ille, Non pater Abraham,ſed ſi quis ex mortuis reſurgens tranſierit ad eos, pœnitentiam agent. O hominem temerarium & præſumptuoſum,qui etiam Abrahamum docere tentat! & cum nō rat dictante id ſibi conſciẽtia,nihil ſe ſuis meritis tribuere, quoniam nil boni fecerat, patrem tamen ſemper inclamat Abraham,quem ſequutus nũquam fuerat, vt iam potuerit ei dici hoc quod Chriſtus Iudæis dixerat,Si filij eſtis Abrahæ,opera Abrahę facite. Pulchrè examinat hęc verba Chryſoſtomus,& dicit Moyſen & prophetas non ſuffeciſſe ſeruando homini,ſed operępretium fuiſſe,vt ex mortuis reſurgeret vnus,qui eſt Chriſtus Ieſus:quanuis ignorabat diues, qui ſuam iturus eſſet ex mortuis. Venit autem Chriſtus in quem quotquot crediderunt, audientes ipſum, ſalui facti ſunt,pœnitentiã egerunt,ne cum hoc diuite damnarentur: ſic ad Chriſtũ cõuerſa ſunt ſtatim die Pẽtecoſtes tria milia hominũ ad vocẽ piſcatoris, neq; multò pòſt quinq; milia. Iudæi autem qui illũ noluerunt recipere,cæci & obſtinati, ideóque cum hoc diuite torquebũtur. Quanuis intellectũ verborum ſuorum tam abditum & ſublimen nõ habuit diues,ſed eò tãtũ reſpexit ꝙ ſi reſurgens aliquis mortuorum veniret ad fratres ſuos,illi plꝰ ei credituri eſſent: quia enim audiendo ſcripturas cõtẽpſerat ipſe, & fabulas eſſe putauerat ex iis quæ paſſus fuerat, iam quoque ſimiliter iudicabat de fratribus. Mirũ ni ſic quoque ſentiũt iã ſtolidi quidam. qui quicquid agitur aut prædicatur in eccleſia ſacerdotum, commenta & deliramenta vocant monachorum. Et quàm ineptè iſte mortuos cupit reſurgere, ratꝰ illos plus fidei habituros eis quàm viuentibus, nõ ſecus ac rex Saul optabat Samuelem audire mortuum,cui credere viuo recuſârat.

Ioan. 8. *Chryſoſt.* *Act. 2.4* *Chryſoſt.* *1. Reg. 18*

4 Ad extremum iam cõcludit Abraham:& ait, Si Moyſen & prophetas nõ audierunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credẽt. quaſi diceret, Quòd ſi maioribus nõ credunt, neque inferioribus credent. Reſponſionẽ hanc veram eſſe. *Ioan. 11*

Heb.11 cerũt Iudęi, dum etiã conſpicati iam reſurrexiſſe Lazarum, non deſierunt perſequi Chriſtum: tantùm abfuit vt crederent in eum. Sed & mulieres acceperunt viros ſuos à reſur-
Ioan.5. rectione. Quid quòd Chriſtus ipſe quoque reſurrexerit, cui tamen non crediderunt Iudæi? ſi autem Moyſi & prophetis
Matt.27 rectè fidem habuiſſent, vtique in Chriſtum etiam crediđiſſent. Multa etiam corpora mortuorum reſurrexerunt ſub paſſione Chriſti, atque ingreſſi ſunt in ciuitatem ſanctã, & apparuerunt multis. Verũ quid hoc profecit in fide Iudæorum? ſanè ſi quid cõmodaret iſta mortuorũ reſuſcitatio fidelib', dominus Ieſus, vt eſt mitiſſimus, idipſum quoq; nõ intermiſiſſet: ſed nihil perinde promouet & commẽdat fidem ac frequens ſcripturarum meditatio. Ecce enim venit Chriſtus de cœlo, & hominibus prædicauit quãtum in illo eſſet, tum bonorum, tum gaudiorum, neq; tamẽ creditũ eſt ei. Deſcendit ad inferos, reſurrexit & dixit quid ibi ſit malorum, neque ſic creditũ eſt illi. Obteſtor itaque & iam aliquanto liberius admoneo vos, vt euangeliũ iſtud crebrò in oculis habeatis. & firmiter animo cõcipiatis. Pauperes quidem ideo, vt nudi nudum ſequantur Chriſtum in patientia & ſpe bona, in manſuetudine, non murmurantes, non indignantes, rebus inhoneſtis ſe nõ onerantes, diuitibus nõ inuidentes: quod quiſquis facit, recipietur in ſinum Abrahæ. Diuites autem eſtote prudentes, neq; ex fœlicitate inſolentes, neq; diuitiis veſtris abutamini ad ſuperbiã, laſciuiam, gulam, & luxum veſtiarium: ſed bona veſtra impartiamini Lazaro huic, vt illic vos viciſſim adiuuet. Memẽtote obſecro diuitiarum trãſitũ, ne in morte miſeriores Lazaro efficiamini. Recordemini quòd hic diues ex Lazaro guttulam aquæ petiit, & non impetrauit, eò ꝙ ipſi in hac vita eleemo
Chryſoſt. ſynam denegarat (vide locos quoſdã cõmunes, & optimas diuitũ admonitiones apud Chryſoſt homi.64. ſuper Mat.
Tob. 4 & homi. de diuite & paupere.) Subinde animo veſtro & cogitatione ſedula reuoluite illud Tobię ad filium ſuum. De ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & ne auertas faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet, vt neque à te auertatur facies domini. Quomodo potes fac ſis miſericors: ſi multum tibi
Luc.16. fuerit, abũdãter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiã exiguum libenter impartiri ſtude, &c. Ita nos dominus quoq; docet vt amicos faciam' nobis ex mãmona iniquitatis, vt cũ de-

fecerimus, recipiāt nos in æterna tabernacula, in fœlicitate perpetua. Quam nobis concedat dominus Deus, qui viuit & regnat in ſecula. ¶ Gregorius & Theophylactus proſequūtur ſymbola, ex quibus facilè poies quatuor aut quinque ſermones cōficere. nō proſequor, quia ſunt faciliima.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM.

LVCÆ 14.

IN illo tempore, dixit Ieſus parabolam hanc, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: & miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes ſe excuſare. Primus dixit ei, Villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam: rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit, Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus, nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamiliàs, dixit ſeruo ſuo, Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus, Domine, factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo, Exi in vias & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quia nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

HOMILIA PRIMA.

CHariſſimi, hoc euangelio ducemur ſubinde cogitare vocatos nos eſſe ad vitam æternam, neque plus opere *Mat. 6* abſumere in rebus terrenis quàm cœleſtibus. Inſtruimur quoque geminam eſſe viam, qua Deus vocat hominem: alteram in benignitate, cum horrore & coactione alteram. Et quanuis hîc doctores variam explicant cœnam, nos tamen eos potiſſimum ſequamur, qui eam referunt ad fœlicitatem æternam, non neglecturi interim ea quæ hîc habet *Ambro.* Ambroſius. Rationem porrò & occaſionem huic euangelio Iudæus quidam dedit ſermone ſuo: nam quum in ſabbato dominus inuitatus eſſet à quodam principe phariſæorum, & ibidem hydropicum curaſſet, atque ſuper hæc tamē dominus docet illos humilitatem in acubitu & modū inuitandi pauperes, vnde eis retribueretur in reſurrectione iuſtorum, ſublata voce dixit quidam recumbens in menſa, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Ex hoc tan- *Luc. 14* dem pane mitiſſimus dominus cœnam totam inſtituit, de

qua hoc euangelium iam omiſſis omnibus circunſtantiis breuiter explicamus.

¶Homo,inquit,quidam fecit cœnam magnam,Hęc narratio quum ſit parabola quædam, expoſitionem quo ad literam tantum habet ſpiritualem. At quis eſt iſte homo,niſi ille de quo per prophetam dicitur,Homo eſt,& quis cognouit eum?(ſecundum ſeptuaginta,quia in tranſlatione Hie-

Hiere.17 ronymi non ſic legitur.) Homo igitur ille Deus ipſe eſt,vel etiam Chriſtus verus Deus & homo. & homo quidē Deus dicitur,ob immenſam ſuam tum bonitatem tum miſericor-

Theoph. diam: cuius rei hîc rationem reddens Theophylactus ait, Quando vindicatiuam Dei virtutē ſcriptura ſignificat,pantheram,vrſum & pardum eum vocat: quando autem miſericordiam vult inſinuare,hominem inducit. Quando igitur miris modis bonitatem ſuam dominus declarat in ſacramento altaris, quò participes nos facit corporis & ſanguinis filij ſui,atque eandem adhuc vberiorem exhibiturus eſt in cœna fœlicitatis æternæ meritò cum ſcriptura hominē vocat,qui naturaliter animo eſt placido & benigno, mul-

Sap.1.7. túmque ſociali. Quamobrem & Sapiens ſpiritum Dei,ſanctum,modeſtum,humanum,benignum etiam vocat & ſecurum. Neque multò antè dicit, Quia benignus eſt ſpirit' Dei. Quādo autem ad Chriſtum hoc referimus,facile collectu eſt,quomodo ſit ille homo,qui homo natus, qui hominem redemit,qui cœnam hāc inſtruxit:iuxta illud, Ego diſpono vobis,ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper mēſam meam in regno Dei: ſiue au-

Luc.22 tem de Chriſto, ſiue de Deo patre intelligatur, vterque ſanè is eſt,qui fœlicitatē nobis præparat,qui cœnam inſtruit. Atque in hoc filius Dei deſcendit de cœlo,vt ad hanc cœnā nos reuocaret,quatenus & nos hoſpites ipſius eſſemus. Sic enim Deus dilexit mundum,vt filiū ſuum vnigenitum da-

Ioan.3 ret Atque de huius cœnæ præparatione dicit propheta, O-

Eſa.61 culus non vidit abſque te Deus, quæ præparaſti expectan-

1.Cor. 2. tibus te. Quò alluſit Paulus,inquiens,Oculus nō vidit, neque auris audiuit,neque in cor hominis aſcendit quod pręparauit Deus diligentibus ſe. Sed & Chriſtus cœnam hanc parat,quia manſiones parat,ſicut ipſe teſtatur,quum ait,In

Ioan.14. domo patris mei manſiones multę ſunt:ſi quò minus,dixiſſem vobis,quia vado parare vobis locum. Omnia ita para-

ta ſunt,vt quæ inſtructiſſima. ſiquidem in dulcedine para- *Pſal.76.*
uit Deus,vt ait Dauid.
2 Neque verò temerè ſumma Dei ſapientia dixit,quia cœ- *Gregor.*
nam fecit, quoniam ſatietatem nobis internæ dulcedinis
præparauit.Cur autem cœnam,non prandium commemo-
rat?ſanè hinc conſtat parabolam hanc non eandem eſſe cũ
illa Matthæi de prandio,vbi & quæ in hoc mundo fit,inſi- *Matt.22*
nuatur manducatio,à qua multi recluduntur, idque adhuc
manè eſt Hîc autẽ æternæ gloriæ ſaturitas proponitur no-
mine cœnæ,poſt quam aliud nõ cõmeditur.ſic enim & bea *Chryſoſt.*
ti nullus alterius cibi guſtum,niſi glorię Dei expectant.Il-
lic ex prandio quidam reiiciebatur in tenebras exteriores,
quoniam multi eccleſia excidunt per hęreſes & alia pecca-
ta:hîc autem nemo retrudițur, ſed quotquot ſunt in fœlici
tate,confirmati ſunt,nec vnquam excidunt.De potu cœnæ
huius loquitur dominus apud Matthęũ,dicẽs,Amodo non *Matt.26*
bibam de genimine vitis huius,donec bibã illud nouũ vo-
biſcum in regno meo.Porrò qui parabolam hanc referunt
ad ſacramentum,etiam facili ducuntur perſuaſione, cur il-
lud cœnæ nomine accipiatur: ſiquidem extremis tempori-
bus,atque omnino ſub veſperum mundi huius venit Chri-
ſtus ſicque nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis Deus in *Hebr.1*
filio ſuo.Sic Ioãnes,Iam inquit,hora nouiſſima eſt.vſque- *1. Ioan.2*
adeò commodè ſacramentum cœnæ confertur, quando &
agnum illum typicum Iudæi veſperi manducabant.Tũ de-
mum exorta eſt lux euãgelica,cùm lex Moſaica occidit: & *Mat. 4*
quando Ioannes carceribus clauſus eſt, Chriſtus prædicare *Apoc.19.*
cœpit:ſic beatitudinem quoque Ioannes cœnam appella-
uit,dicens,Beati qui ad cœnam agni vocati ſunt. Neque e-
tiam abſolutè cœnam vocat,ſed & magnam. Magna enim
cœna illa eſt venerabilis ſacramenti,vbi Chriſtus ipſe man
ducatur.Quamobrem & Sapiens inquit, Ad menſam ma-
gnam ſediſti:ſcias itaque talia te pręparare debere.Sed hęc
materia in die cœnę domini iam ſuprà abſoluta eſt.Magna
etiam cœna eſt vitæ æternæ,vbi tantum gaudij eſt,vbi am-
plius neque labor erit,nec vllus dolor,quoniã priora trãſie
runt.De hac lætitia dicturi ſumus in homilia de fœlicita- *Apoc.21.*
te perpetua,quæ ſane cœna magna erit, quia rex ibi diſcũ- *Luc.12*
bere faciet inuitatos,& circumiens miniſtrabit eis,quod e- *Heſter*
tiam per illud Aſſueri conuiuium iam olim eſt deſignatũ. *Gregori⁹*

2 Sequitur, Et vocauit multos. pauci autem venerũt, quoniam nõnunquam ipſi qui domino per fidem ſubiecti ſunt æterno eius conuiuio malè viuendo contradicũt. Vocauit.
1.*Tim*.2. inquã, multos, quia vult omnes homines ſaluos fieri. Omnes nos Vocauit ad vitam æternam, quando in hũc mundũ
Matt.11. natus homo clamauit, Venite ad me omnes qui laborati & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Per ſeipſum vocat Deus totum mundum ſuo inſtinctu alliciẽs: per miniſtros quoq; prædicatores vocat homines ad hanc cœnã. Totumq; adeò mũdum audiuiſſe euangelium Chriſti, teſtatur Paulus, quũ ait, Nónne audierunt? quia in omnem terram exiuit ſonus
Roma.10 eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Sic itaque mul-
Pſal.18. tos vocauit, puta vocatione communi, qua multi vocantur pauci tamẽ eliguntur. Neque enim hic dominus de illa ſingulari & glorioſa vocatione loquitur, qua ſoli boni vocantur: & de qua Paulus, quos inquit, prædeſtinauit Deus Con
Mat.20. formes fieri imaginis filij ſui: & quos prædeſtinauit, hos &
Rom.8. vocauit. ¶ Et miſit ſeruum ſuum hora cœna dicere inuitatis vt venirent. Sed quis eſt ille ſeruus? is nimirum, qui forma
Theophy. ſerui aſſumpta filius Dei homo factus, & vt homo miſſus
Philip.2. eſſe dicitur. Diceres autem, Atqui dominus ipſe eſt Chriſt⁹ quomodo igitur ſeruus erit! ſanè domin⁹ ille eſt, quia fili⁹ Dei atque adeò Deus ipſe: ſed tamen Chriſtus Deo patri non ſolummodo placuit vt filius vnigenitus, verum etiam ſecundum humanam naturam, qua omni caruit labe peccati, paternóq; concilio paruit & voluntati: & quum omnem impleuerit iuſtitiam, dicitur ſeruire Deo patri quamobrem & hîc tantùm filius Dei appellatur. Vnde etiam dicit dominus, quia miſit ſeruum ſuum hora cœnæ, quoniam non initio mundi natus eſt Chriſtus, ſed nouiſſimis demũ temporibus filius Dei homò fact⁹ eſt. Gregor. hîc per ſeruum totũ
Grego. intelligit ordinem prædicatorum, qui niſi mittantur, quoquæſo modo prædicabũt: ſic primum apoſtolos, deinde ſe-
Rom.10. ptuaginta duos emiſit dominus ad prædicandum, dixítq; il
Lu 9. 10 lis, Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Seru⁹ itaque totum repræſentat ordinem eorum, qui prædicant verbum Dei: qui quum primò cœpiſſet in patriarchis, per prophetas ad Chriſtum vſque peruenit: is deinde officium illud apoſtolis demandauit, vnde ad doctores promanauit, in quibus cõſummabitur vſq; ad conſummationem ſeculi.

Vbi populum adhortatur Gregorius, ne intueatur vitam *Grego.*
prædicantium,& indignitatem exequendi muneris, dicẽs:
Quanuis adhuc indigni exiſtimus, quanuis peccatorum põ
deribus,grauamur,& tamen cum vobis de ædificatione ve-
ſtra aliquid loquor, hoc eſt quod ago:ſeruꝰ enim ſum ſum
mi patris familiâs,nemo me propter me hoc in loco deſpi-
ciat.etſi ad inuitãdum non ſum dignus,magnę tamen ſunt
delitiæ quas promitto. Quo potius ſic facite, vt in aliis re-
bus euenit, quando enim dominus aliquis ſeruum ad vos
mittit,non vtique ipſius perſonam cõſyderatis,ſed magni-
ficentiam domini,qui miſit illum. De miſſione autem præ-
dicatorum multa habemus in ſcriptura,quoniam huiuſmo
di ſeruus Hieremias erat, quem dixit, dominus iturum ad
omnem populum, quocunque miſerit illum,& locuturum
quicquid iuſſerit ipſe. Dices nunc neminem à Deo mitti.
Imo quanuis non immediatè prædicandi poteſtatem acci- *Hiere. 1.*
piũt à Deo, tamẽ à vicariis illius mittuntur, qui iis ſucceſſe
rũt,quos citra mediũ miſit dominꝰ: ſicut apoſtoli immedia
tè miſſi ſunt à Deo,quibus dixit Chriſtus. Quẽadmodũ me *Ioan.20.*
miſit pater, ita viciſſim mitto vos. Apoſtoli deinceps alios
miſerunt.ſic enim Paulus ait, Titũ ideo ſe in Creta reliquiſ
ſe,vt in ciuitatibus preſbyteros ordinaret. Id nũc quoq; fa- *Tit.1.*
ciunt ſucceſſores apoſtolorũ epiſcopi,qui preſbyteros vndi
que ordinant,iuxta inſtitutũ Pauli & ſpũs ſãcti inſtinctũ.
Agnoſcere itaque & venerari debetis ab eis miſſos, nõ ſecꝰ
ac ſi Deus illos miſiſſet. Quia ſic Deus Aaronẽ ipſe elegit
in exordiũ legalis ſacerdotij,electionẽq; per virgã miracu- *Num.17*
loſè cõfirmauit:quod deinceps neceſſariũ nõ erat, ſed ſuffi-
ciebat ordine & modo ſemel cepto ordinari ſacerdotes. Ita
nũc quoq; chariſſimi, vos ſeruos illos tanquã à Deo miſſos
accipite,quicũq; à legitimis magiſtratibꝰ ad vos veniũt iu
xta ritũ eccleſiæ à Chriſto inſtitutũ. Quotquot aũt per hoc
oſtiũ nõ intrẽt,ſed aliunde aſcẽdunt,aut vi irrumpũt, fures *Ioan. 10.*
ſunt & latrones. quod nũc faciũt Neochriſtiani,qui ad præ
dicãdum antè currunt quàm mittantur. non igitur ſunt mi *Hiere.23*
niſtri Dei,ſed mãcipia diaboli,& præcurſores Antichriſti.

4 Quando ait dominus, quòd miſit ſeruũ ſuũ hora cæ-
næ,ſi per ſeruũ Chriſtũ ipſum intelligimus,horã cœnæ iam
ante explicauimus. Sin autẽ prædicatores accepimus,tũc ſa
nè hora illa eſt,qua homines ſe ad cœnã parare debẽt,eáq;

Grego. hora tota hæc eſt vita. Si itaq; iam hora cœnę eſt quam vocamur, tantò minus nos debemus excuſare à conuiuio Dei. Pręcipuè autem ablegauit & emiſit dominus ſeruum ſuum
1. Cor. 10. hac extrema mũdi ętate, ídq; à Chriſto nato vſq; ad finem mundi. Nos enim ſumus, ait Paulus, in quos ſeculorũ fines deuenerunt Atque ideo ab origine mundi omnes homines vocati ſunt ad hãc cœnám & inuitati: verũ poſt Chriſtum, tandem venerunt ſerui diuinitùs miſſi, atq; inuitatis annũciârunt omnia eſſe parata. Vocati ſunt omnes, alij quidem per legem naturalẽ, alij verò per ordinatiſſimam illam rerum viſibilium diſpoſitionẽ. Sic enim dicit Apoſtol⁹, Inui-
Roma. 1. ſibilia Dei à creatura mũdi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciũtur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Atq;
Roma. 2. deinceps, Gentes quæ legem non habẽt, naturaliter quæ legis ſunt faciunt. Neque tamen paulò manifeſtiùs inuitati ſunt ad hanc cœnam Iudæi, qui ſuam habuêre legem, parriarchas quoque & prophetas? ſed cœna parata nondum erat, tantiſper dum veniret Chriſtus, appropinquante iam hora
Matt. 4. cœnæ: ſicut dixit dominus, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ. Neq; ſic tamen parata cœna erat, quare adhuc deinceps Chriſtus promiſit diſcipulis ſuis ſe paraturum locum: ſicq; omnia demũ paſſione, morte, reſurrectione & aſcenſione Chriſti ſunt parata. Et tandẽ emiſit ille ſeruos, qui inuitatis dicerẽt omnia eſſe parata: quod antea internuncius nullus, quãtũuis vel patriarcha, vel propheta præſtare potuiſſet: ſed apoſtoli denique dicere potuerunt, quãdo Chriſtum audierunt ſibi dicentẽ. Ite in orbem vniuerſum, & prædicate euãgeliũ omni creaturæ. Ecce miſſionẽ. Quoniam autẽ parata ſint omnia. Sequitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ecce cœnã inſtructiſſimã. Nos modò curemus, vt parati ſimus ad illam. Aliunde nãq́e docemur virgines rantũ & prudentes, & eas quoque paratas introiiſſe cũ ſpõſo: reliquis verò exclauſis dictũ eſſe
Mat. 25. à domino, Neſcio vos. At quã neſcit dominus? quiſquis nõ
Ioan. 10. eſt ouis illius, quiſquis vocem eius non audit, nec ſequitur illum. Vos itaq; dilectiſſimi, quum videtis omnes nos eſſe inuitatos: ìdque adeò auditis prędicatores vobis deunciare, & parata eſſe omnia: vos inquam metipſos parare, ne cænam hãc negligatis, quam omnibus nobis lætam fœliciter contingere ſinat, penes quem eſt fœlicitas ſumma, quique

eſt benedictus in ſecula, Amen.

HOMILIA II EIVSDEM *dominicæ.*

VItæ æternæ gaudia, fratres ardēti animo concupiſcere nos docet dominus, propoſita in hoc parabola cœnæ, ad quam ille omnes homines vocauit, ſeruúmque ſuum miſit, qui inuitatos venire iuberet, & denunciaret omnia eſſe parata: quatenus ſic nos quoq; ad cœnam illam venire mereamur agni immaculati: & ſubito qui inuitati fuerant recuſarunt venire, & ſinguli ſe excuſare cœperunt. Ecce hîc dominus verè potentiſſimus pauperculos inuitauit, & iſtì venire abnuunt. Vnde & Grego. dicit, Offert Deus quod rogari debuerat: nō rogatus dare vult, qvod vix ſperari poterat, & tamē contemnitur. Ad dei inuitamur cōuiuium, & nos excuſamus. Audio autē, aut certè ex vobis nōnullos mihi audire videor dicētes, Nolumus nos excuſare, ad cœnam illlā æternā cupim⁹ venire cū gaudio. Audio & verū quidē eſt, quod bene ab Auguſtino cuiuſdā Mimi facetiſſimi prædicatur vrbanitas, qui quū ſe promiſiſſet in theatro quid in animo haberēt & vellēt oēs dicturū, atq; ad diē conſtitutū ingenti expectatione maior multitudo cōueniret, ſuſpenſis & ſilētibus omnibus dixiſſe ꝓhiberur, Vili vultis emere, & carè vēdere? Qui ſi dixiſſet, fœlices oēs eſſe vultis, miſer nemo, quāto rectiùs ſenſiſſet? Planè enim ſic ego quoq; facile crediderim oēs vos cupere quidē ad hanc cænā venire, ſed operari bonū oportet. & (vt ait Chriſtus) ſeruare mandata Dei. ſi vitā ingredi vultis. Mētes igitur veſtræ verū dicūt, ſi nō plus terrena quā cœleſtia diligūt, ſi nō ampli⁹ rebus corporalibus quā ſpiritualibus occupantur: ne & vos excuſetis cum rebus nihil quas chariores habeatis vita æterna. Qui enim ſe excuſare conantur ipſo facto ſe magis in culpa eſſe teſtātur: ſiquidē huiuſmodi homines ideo ſe excuſant, quia nemini intercluditur regnum, niſi ei quem profeſſio vocis ſuæ excluſerit. ¶ Malè fit, ſi quis peccat, deteriùs fit, quum peccatū excuſat, cuius rei exēplar viuū habemus in primis parētibus noſtris, quibus nō ſatis fuit Deum offendiſſe, niſi inſuper irā Dei magis concitarent aduerſus ſe offenſam ex purgando. Adam peccati culpā reiiciebat in Euam Mulier, inquiēs, quā dediſti mihi cōiugē, dedit mihi de ligno, & māducaui. Eua ne crimen ſineret ſuæ ceruici imminens, in

Grego. — *Li.13.c.3 de Trini. Dei.* — *Mat.19.* — *Grego.* — *Ambro.* — *Gene.3.* — *Excuſare peccatum.*

ſerpentem illud coniecit. Vnde gloſſa quædam ſuper pſal-
Pſal.14. 14 ſic habet, Peſſimum omnino vitium eſt excuſare. & alia,
Pſal.70. Malum eſt peccare, peius in peccato perſeuerare, peſſimum velle peccatum excuſare, vel in Deum coiicere. Nanque niſi iſta peccati excuſatio peccatũ magnum eſſet, non adeò ſolicitè oraſſet Dauid dominũ, ne declinaret cor ſuũ in ver
Pſal.140 ba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Multa ſuper hoc vitio dici poſsẽt, quãdo ſæpe mulúmq; cõtingit, quòd peccata noſtra purgare conamur: idq; innata iſta malignitas facit in nobis, vt ſemper fucum & prætextũ quæramus peccato. Atq; viciſſim dici non poteſt, quàm temerarij
Luc.6. ſimus in iudicandis proximis noſtris, quàmq; oculati ſimus in oſtendẽda feſtuca & eiiciẽda ex oculis proximi, atque in trabe oculi noſtri plus quàm lamiæ & talpæ. Aliter
Sup Cãt. nos docuit ſanctus Bernardus: Noli, inquiẽs, iudicare proximũ tuum, ſed magis excuſare excuſa intentionẽ, ſi opus non poteſt. Verùm nos nobis indulgentiſſimi, aliis ſum' duriſſimi. 2 Priuſquam autẽ progrediamur in textu, pauca adhuc ſuper excuſatione peccatorum dicenda ſuperſunt
Greg.lib. 22.mora. cap.13. vt ſic doceamini illam magis euitare. Innatũ enim ſibi vitiũ hoc habet natura noſtra iam inde à protoplaſto ſtatim infecta, libendò peccatum committere, commiſſum negãdo abſcondere, & conuictum defendendo excuſare. Quapropter Gloſſa quædam ſuper Eſaiam hominẽ hericio cõfert, qui quum fugatur, capud & pedes conſpiciũtur: ſed ap-
Eſa.34. prehenſus in ſphæram colligitur, Ita homo tantiſper dum bene viuit neminem veretur, caput & pedes manifeſtè geſtat: quum primum autem in peccato aliquo captiu' deprehenditur, erubeſcit ſtatim & inuoluit ſe doloſa implicãs ex
Gene.3. cuſatione. ¶ Huiuſmodi hericius fuit Adã in paradiſo: fuit
Exo.32, & Aaron. dum excuſaret ſe de vitulo cõflatili. Talis fuit hæ
1.Reg.12 ricius etiam Saul ſacrificans antequam veniret Samuel: ſicque per omnem ſcripturam ſacram inuenies huiuſmodi hericios, quibus nunc vniuerſus mundus abundat. Corripe iuuenem, argue virginem de malo, & ſtatim inuoluunt ſe, malis aliorum exemplis excuſantes ſuam prauitatem, vſqueadeo omnes ſuis vitiis prætectum quærunt. Vis autem habere huius excuſationis radicem? En tibi ſuperbiã, quæ vt plurimum abſtrahit homines à gratia Dei, à pœnitẽtia vera & cognitione ſui, atq; nó rarò pertingit vſq; ad blaphemiam Dei.

Dei.nam quum ſuperbit homo huiuſmodi, ſtatim excuſat nolens haberi pro eo,qui tale quid committat. Sic Bernar. ait., Quũ ſuperbo imputatur,culpa,creſcit, nõ amputatur: quia quũ argutus fuerit,cor eius declinat ad excuſanda pec cata. Quilibet enim dicit ſe non feciſſe,aut feciſſe affirmat, ſed iniquum non eſſe aſſerit:aut certè intentionem excuſat qua via ſi nihil proficit,in alios culpam trãsfert. Hinc iam patet quòd ratione radicis excuſatio iſta peccati peccatum eſt: atque vt ouum nidi refert fœtorem,ita excuſatio ſecũ vitium trahit ſuperbiæ: vt quum quis peccati ſui noxam in Deum cõiicere nititur,aut aliam creaturam, peccat iam de nuò:vel quum aliquis vitiorum ſuorum cauſam in Deũ cõditorem,ſeu influxum cæleſtem transferre conatur. Iniquũ eſt autem huiuſmodi ſibi quærere prætextum,quod & Dauid prohibuit,dicens:Nolite extollere in altẽrum cornu ve ſtrum,nolite loqui aduerſus Deũ iniquitatẽ Sic Caſſiodorus quoque,Hoc,inquit,maximum vitium eſt,quò laborãt homines,vt quòd poſt peccatũ ſuum maximè ad excuſatio nis confugiunt,quaſi plenitudinis ſe cõfeſſione proſternat: quod peccatũ inter ſumma peccata conſtat numeratũ eſſe quia inde naſcitur,vnde ad pœnitentiam reus tardius venit *Pſal.* 74. *Caſſio.*

¶ Quid qđ geminatur peccatũ,ſi peccatum excuſetur:iuxta illud Gregor Peccatum peccato addit,qui culpæ quã facit, patrocinia defenſionis adiũgit? Cuiuſmodi erãt, de quibus hic dominus lquitur in euãgelio,aliiq; omnes, qui per hos deſignãtur:quæſierũt enim ſibi folia ficus,ſicut Adã & Eua vt tegerent ignominiã peccati ſui.ſic enim text' habet,Cæperũt omnes ſimul ſe excuſare. Omnes ſe excuſarũt,cõmunis illa loquutio eſt, quum plures ſignificare volumus, vt quãdo Matthæus dixit vniuerſam Iudæam & regionẽ circa Iordanem exiuiſſe ad Ioannem.quũ vtique plures domi re mãſerint. Sic Hieremias,Omnes à minimo vſque ad maxi mũ intentos eſſe ait in auaritiã:quãuis enim liceat reperire nónullos qui auari nõ ſint.magna tamẽ turba& immẽſa co hors eſt eorũ,qui per auaritiæ ſtudiũ præcipites ruũt ad ĩferos. Et vt maximè de omnib' hominib' loquatur hîc Chriſtus,omnes etiã ſub peccati iugo detinẽtur:eóq; ipſo quòd peccatores ſunt,ad cœnam non veniunt, dicẽte Pſalmiſta, Omnes declinauerũt,ſimul inutiles facti ſunt. Cui cõſonat & Paulus,cùm ait,Omnes peccauerunt & egẽt gloria Dei. *Li.* 22 *moralium.* *Gene.* 3. *Matt.* 3. *Hiere.* 8. *Pſal.* 13. *Roma.* 3.

3 Iam porrò cõmemorat domin⁹, quæ cuiuſq; fuerit excuſatio. prim⁹ enim dixit, Villã emi eam, eſt quod inuiſam, rogo te habe me excuſatum. Excuſationẽ hanc ad ſuperbię

August. reprehenſionẽ refert Auguſti. quoniam in villa empta dominatio notatur, ideóq; & hîc ſuperbia caſtigatur, cùm ferè in dominum & potẽriã ſuperbia ſe quoq; ingerat, teſte Sapiẽte, Dominatur homo homini, ſed ſibi tantũ in detrimẽ-

Eccle.8. tum. Villam hanc olim licitatus eſt & emit Lucifer primus

Eſa.14. illæ ſuperbiæ filius: qui dum affectat dominiũ, regnũ amiſit

Gen.ſ.1. cælorum Emit eandẽ & primus homo in paradiſo, & quãuis antè potentiſſimus eſſet rerum omniũ domin⁹, tamẽ cũ nollet eſſe Deo ſubiectus, ſed illi æqualis, eò profunditatis demerſus eſt, vt & dominiũ omne amitteret, & à pulicibus

Eccle.10. pediculiſq; impeteretur. Et benè hîc orditur dominus à ſuperbia, quòd ea initiũ eſt deficiendi à Deo & qua homines grauiſſimè peccant. Vt rectè filiũ ſuum admonuerit Tobias

Tob.14. ne vnquã fineret ſuperbiam dominari ĩ animo ſuo: quoniã in illa exordiũ ſumpſit omnis perditio. Hieronymus, Ambroſius, & Gregorius hîc auaritiam intelligunt. Sunt enim qui villas emant ex auaritia, vt inde cenſus & redditus magnos colligant. Sunt etiã qui dominationis maioris gratia emant: & quãuis ſuperbia maior grauiorque ſit q̃ auaritia

1.Tim.6. tamẽ hęc neſcio quomodo magis irretit animum hominis,

Ambro. peccatáq; & plura & maiora parit: ſiquidẽ malorũ omnium radix eſt auaritia. Hinc illud Ambro. Neque ille qui ſtudiis intẽtus inferiorib⁹, poſſeſſiones ſibi terrenas coemit, regnũ cæli poteſt adipiſci, eũ dominus dicat, Vẽde omnia tua, & ſequere me. ¶ Quàm propriè autẽ mores hîc depingit ſuperborũ & auarorum, Ait enim Neceſſe habeo exire, & videre illam. Neceſſe, inquit, habeo, quaſi neceſſarium ratus ſe in ſuperbia & auaritia ſua permanere debere: iuxta illud

Sap.17. Sapientis, Exiſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & cõuerſationem vitæ cõpoſitam ad lucrum, & oportere vndecũ

Gregor. que etiam ex malo acquirere Deinde ait, neceſſe habeo exire. Ecce quia ſuperbi & auari exeunt. Exit autem, quiſquis ſola exteriora cogitat propter ſubſtantiam: faſtidiunt namque ſpiritualia omnia, & quæcũque animæ ſaluti conducũt inſipida videntur & ingrata: gratũ autẽ nihil credunt, niſi ſordidũ iſtud mundi huius lutum & quæſtum. Ad hæc temeritatem & pręſumptionẽ hominis vide, ait enim, neceſſe

habeo videre villam. Lubentiùs aſpiciũt auari pecuniam, & quicquid eſt bonorum temporalium, quam ſolẽ hũc lùcidiſſimũ, nec quicquam eis ſuauius eſt, neq; acceptius eſt bonis iſtis, in quæ tota mẽte incumbunt Quia vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuũ eſt, dicit dominus. & Sapiẽs, Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernat diuitias oculis ſuis? ¶ Et tamen cum omni iſta tum inſolentia tũ auaritia, ait ad ſeruũ, Rogo te, habe me excuſatũ. Bene quidẽ hũilitas hîc ſonat in voce, ſed ſuperbia interim relucet ĩ actiõe. Sic omnes faciũt vſuratij, principes pauperum, peſtis rèipub. putãt enim poſt lõgi temporis vel etiam totius vitæ vſuram, egregiè ſe placituros ſatiſque facturos Deo, ſi imaginem aliquam crucifixi erigãt in monaſterio, túncq; bonos illos fratres obnixè rogant, vt pro ſe Deum orent: neque tamẽ ab auaritia & fœnore deſiſtunt, quaſi re bene geſta ſic ſe excuſatos putãt: ſed fruſtra id agunt, nihil efficiẽt. oportet rem iniuſtè partã reſtituere, oportet cõcupiſcentiam & illicitam iſtam habẽdi libidinem abiicere, oportet ſalutaria magis deligere quã hæc terrena. Verùm hac de te aliâs quoniam multi diuites ſunt etiã ſine peccato. 4 Alter dixit, Iuga boũ emi quinque, & eo ꝓbare illa. vbi Auguſt. intelligi vult cõcupiſcentiam oculorũ & auaritiæ ſtudiũ, quãuis & infidèlitas hîc poteſt intelligi. cũ enim quinq; ſint ĩ nobis ſenſus exteriores, quicũque audire nõ vult, niſi quod ſenſibus percipit, is iam iuga boum emit. bobus enim aratur terra, & iſti terrena tãtùm credere volunt. vt nũc quoq; faciũt noſtrates ſacramẽtarij, qui ideo etiã cœnam æternæ fœlicitatis negligẽt. Gregorius curioſitatẽ hîc intelligit. nãque & nos per quinq; iuga boum, quinq; accipimus corporis ſenſus, paria quinq; in vtroq; ſexu: iſti dũ exteri⁹ oblectare ſe cupiũt curioſiùs, bonorum cęleſtium obliuiſcũtur. Graue nãque eſt curioſitatis vitium, quæ dũ cuiuſlibet mentẽ ad inueſtigãdã vitam proximi exteri⁹ ducit, ſemper enim ſua intima abſcõdit, vt alienа ſciẽs, ſe neſciat: & curioſi anim⁹ quãtò peritus fuerit alieni meriti, tãtò fiat ignarus ſui Et hoc eſt quod dicit, Vado probare illa: quæ proprietas vna hominum eſt curioſorum tẽtare & experiri omnia. Vitium iſtud hæreditariũ habem⁹ ex Eua, quæ quia per curioſitatem credidit ſerpenti, miſerè decepta eſt. Dina quoq; filia Iacob cũ curioſula cuperet videre mulieres regionis iſtius, à Sichem violenter tractata &

Matt. 6. *Eccle 5.* *Lõge vſure redemptio per imaginem crucifixi.* *Auguſt.* *Gregori⁹.* *Curioſi.* *Gene. 3.* *Gene. 34.*

Luc. 23. deflorata cauſa extitit magnæ cladis. Herodes etiam ex curioſitate petebat ſignũ videre a domino. Quid multa? curioſitas in hodiernũ vſq; diem multas perdit & virgines & mulieres. ſed iam olim vitium hoc prohibuit Paulus iuuenculis viduis, dicens: Sunt quædam viduæ adoleſcentiores quę otioſæ diſcunt circumire domos, non ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ. Neque tamen mulieribus tantùm proprium eſt hoc mali genus: ſunt enim & viri in ſuo genere ſatis curioſi. de cuiuſmodi viris Paulus, Audiuimus, inquit, inter vos quoſdã ambulare inquietè, nihil operãtes, ſed curioſè agentes: iis denunciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panẽ manducent.

1. Tim. 5.

2. Theſſ. 3

Ambro. Ambroſius ait ſententiã hanc ſibi non diſplicere, quod quidam per iſtos tres hîc ſe excuſantes, intelligunt populũ triplicem, Gentium, Iudæorum, & hæreticorum. Primus iſte qui villam emit, Gẽtes repræſentat quæ cum auaræ fuerint & immundę. indignæ quoq; extiterunt quæ cœna illa fruerentur. Omnis enim immundus & auarus (eſt autẽ auaritia hæc idolorum ſeruitus) non habet partem in regno Chriſti & Dei. Is autem qui iuga boum emerat, Iudæos refert Moſaicæ legis, iugo ſubiectos, quę quinque iugis (hoc eſt libris) cõtinentur Sic & Petrus legem iugum vocauit in concilio, dicens: Quid tẽtatis Deum, imponentes ceruicibus diſcipulorũ iugum, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuerunt? Et quãuis ægrè ac duriter tulerint iugum iſtud Iudæi, fruſtra tamẽ laborãrunt, quia nõ peruenient ad cænam agni noſtri immaculati: quãuis in primitiua eccleſia cõplures relinquerunt iugum legis vt peruenirent ad vitam æternam. Sic itaque & nunc omnes chriſtiani liberi ſunt à iugo Iudaico, clamãtes ad dominum, Diſrumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iuga ipſorum. (De hęreticis vide homilia ſequẽti.) Et quãuis iſte quoque obſtinatus eſt, petit tamen ſe excuſari, ſed fruſtra: neque enim expurgabit illum ſeruus apud dominum ſuum quin potiꝰ hoc faciet ei quod Samuel Sauli, quãdo dicebat hic ad Samuelem, Nũc porta quæſo peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem dominum, Reſpondit autem Samuel, Nõ reuertar tecum, quia proiecisti ſermonem domini, & proiecit te dominus, ne ſis rex ſuper Iſraël. Verùm miſereatur noſtri Deus noſter, neque abiiciat nos à facie ſua, Amen.

Ephe. 5.

Act. 15.

Pſal. 2.

1. Reg. 15

HOMILIA TERTIA
eiuſdem dominicæ

DEus omnes homines vult ſaluos fieri cunctóſque ad cœnam regni cælestis conuocar: parata ſunt omnia, *1.Tim.2.*
non ſolùm ad eam pertinentia, ſed etiam viam ad hanc cœnam ſternentia. ſ. naturales commoditates & diſpoſitiones lex euangelica, ſalutifera ſacramenta, paſſio domini, exempla ſanctorum, qui albis induti, ſtolis agni cœnam adierũt. Faſtidiũt hanc tam benignam inuitationem immanes Turcæ ac Tartari: reliquæque fere nationes deſpiciunt obſtinati Iudæi, Moyſi iugo nondum exoluti: aſpernantur peruerſi hæretici. Hæreſis enim (vt præclarè ſcribit Ambroſ.) *Ambro.*
velut Eua, fœmineo affectu fidei tentat rigorem, & lubrica facilitate prolabens, lenocinia falſi decoris affectat, intemeratam negligens veritatis pulchritudinem: quemadmodum fœmina blandiloquentia ſua viri etiam fortiſſimi pectus ad quoduis facinus perpetrandum expugnat: ſicut ex Adam ab Eua decepto paret, & (vt inquit Sapiens) nequitia mulieris immutat faciem ei⁹. Quidam etiam chri *Gene.3.*
ſtianorum conuiuium iſtud arrogantia præpediti, accedere *Eccle.25.*
grauantur: ij ſunt qui villam emerunt, eamq; vanã quadam voluptate pellecti, videre cupiunt. Alij nimia habendi cupiditate detinẽtur, & ij ſunt qui quinq; iuga boum emerunt, atq; ea probare cupiunt. Alij propter ductã vxorem venire nõ poſſunt, per quos intelliguntur voluptuarij alij, lautè opiparéq; perpetuò victantes: carni vſqueadeo affixi, vt ab illa nulla ratione diuelli queant, veluti mariti vxoribus adherent. Hoc articulo taxantur ſocordes ac pigri, qui immodicè ſibi indulgentes, corporis curam diuino cultui præferunt notantur & fornicatores, atq; ventri gulæque dediti, qui carnem loco ſponſę habent. Neq; verò exiſtimes dominum hiſce verbis matrimoniũ iniuſtum eſſe ſignificare, ſicuti cauillantur hæretici Tatiani, quorum opinioni tali via occurit D. Amb. inquiens dominũ hæc non in matrimonij *Ambro.*
cõtumeliã, ſed vt ea occaſione maiori laude attolleretur virginitas, locutum eſſe. Mulier enim innupta & virgo cogitat *1.Cor.7.*
quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu: quæ aũt nupta eſt cogitat quę ſũt mũdi, quomodo placeat viro. poteſt & hoc, hoc modo refelli Chriſtũ nõ oẽs matrimonij viculo cõſtrictos, cœna æternę beatitudinis excluſiſſe: ſed illos tan

tũm,qui Veneris voluptatiſq; ſuæ explendæ gratia vxores ducunt.nam per rem iuſtã, ſignificari poteſt nó incongruè res iniuſta Simili modo apud Lucam de vſura & villico, in quo virtutẽ per vitium deſignat,quod hoc in loco dilucidè

Grego. explicat Grego. Sed eſt quiddã hîc peculiare. Suberb⁹ enim

Luca. 19. & auar⁹ ſeruos rogabãt,vti ſeſe apud dominũ excuſarẽt:lu-

Luc. 16. xurioſus verò non itidẽ,vtpotè adeò cuius voluptatum ge- neri addictus ac immerſus, vt prorſus omni vitæ in melius comutandæ ſpe atq; fiducia excidiſſet. Itaque ſimpliciter ſe venire poſſe negat. Nã animalis homo,iuxta dictum Pauli,

1. Cor. 2. non percipit ea quæ ſunt Dei,ſtultitia enim eſt illi. Cũ igitur illi mons Dei oſtenditur,quò niſi per corporis voluptatum abſtinẽtiam perueniri nõ poteſt, totus perhorreſcit illumq; nimirũ prærupitũ ac editũ excelſumq; eſſe cauſatur:

Gene. 19. dicitq; cum Loth, Non poſſum in mõte ſaluari. Pater quidem cæleſtis cunctos pariter ad cænam vitæ æternæ inuitauit. Verũ huic ſuperbia,illi verò auaritia, alij voluptas acceſſum ꝓhibet. 2 Animaduertendũ eſt & hoc quod ſequitur,ſeruũ reuerſum nũciaſſe hæc domino ſuo, Euãgelij præcones ſępe apud dominũ cõquerũtur de cõtumacia eo-

Act. 4. rũ,q illis obedire nolũt:ita Petrus & Ioãnes expulſi è cõci-

Num. 16. lio Iudæorũ:ita & Moyſes cùm Datham & Abiron à propoſito abducere nõ poſſet,dominũ,ne ſacrificia eorũ reſpi-

3. Re. 19. ceret orabat:ita Helias dicebat ad dominũ, Altaria tua deſtruxerunt,& prophetas tuos occiderũt gladio,& derelict⁹ ſum ego ſolus, & quærunt animã meam. vt auferãt eã Reditum autẽ ſeruorũ explanat dominus apud Lucã,cùm di-

Luca 9. cit, Quicunq; nõ receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerẽ pedũ veſtrorũ excutite in teſtimoniũ ſupra illos. per quod indicauit. vt teſtarẽtur apud Deũ ſeſe incaſſum laboraſſe. ¶ Cõmotus itaq; grauiter paterfamiliâs, di-

Grego. xit ad ſeruũ,Exi in vicos. quo verbo deſignare voluit dominus,quoniam ſuperbi venire cõtempſerunt, pauperes eligi ſeruus hic renũciauit domino ſuo excuſationem malorum, & iratus eſt dominus. Intelligi tamẽ hoc ipſum ſanè debet, nõ quòd in Deo ſit cõmotio talis, neque enim in ipſum cadit paſſio,ſed ſic,quia vel Deus ita agit quaſi irraſceretur, vel quaſi in ira cõcitata ſint opera ſua: ita etiam quãdo dicitur de Deo,quòd ſit triſtis,quod pœnitudine ducatur, & in vniuerſum quando dicimus iratũ eſſe Deũ peccatorib⁹,ſicut

ait Eſaias, Ecce tu iratus es, & peccauimus, in peccatis fuimus ſemper. Planè enim ita hîc quoq; eodē modo iratus eſt pater familiâs inuitatis venire nolentibus, quòd tam ingrati eſſent, omniſque illa ſeruorū inuitatio inanis. Aut quomodo ait per Eſaiā, In vacuum laboraui ſine cauſa & vanè fortitudinem meā conſumpſi? Denuò hinc cōmittit paterfamiliâs ſeruo, vt exeat in vicos & plateas ciuitatis, ad eos qui ampla & lata iſta peccatorum ſemita ambulabāt. de qua Chriſtus etiam dixit, lata eſt porta & via ſpatioſa quę ducit ad perditionem, & multi intrant per eā. Sunt qui nō temerè dixiſſe hîc dominū putēt vicos & plateas, quoniā platea lata & ampla Gentes ſignificet, quæ ſine lege in ampliſſima omnium vitiorū via viuebant: quibus apoſtolos ſuos Chriſtus miſit: ſicut Paulus ad Iudæos dixit, Vobis oportebat primū loqui verbū Dei, ſed quia indignos facitis vos vita æterna, ecce cōuertimur ad gentes. Vici anguſtiore miſerā ſignificant plebeculam Iudęorū, idq; adhuc magis liquet ex ſequentibus. *Eſa. 64.* *Eſa. 49.* *Mat. 7.* *Act. 13.*

3 Commiſſionem namq; ipſe ſuam porrò explicat paterfamiliâs: & ait, Exi & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Quam partem totam Theophylactus de Iudæis intelligit, qui ad Chriſti fidem peruenerunt. Principes enim Iudæorum eiecti ſunt, nec crediderūt, imo & de infidelitate ſua gloriati ſunt, dicentes. An & principum aliquis in eum crediidiſſet? Sic nimirū legiſperiti & ſcribæ infatuati ſunt, gratiamq; Dei neglexerūt: ſed qui ex vulgo erāt homines ſimplices & indocti, qui hîc cęcis, claudis & debilibus comparātur, ſubinde admirati ſunt ſuper doctrina & miraculis Chriſti, ideoq; ad cœnam hāc peruenerunt, vt Petrus, Ioannes, aliiq; apoſtoli, & multa hominū milia, qui baptizati ſunt, & crediderunt in dominum: vbi impletū eſt iſtud dictum Pauli, Elegit Deus infirma mundi, vt cōfundat fortia. Pontifices & principes Iudæorum obſtinati perierunt, multi autem pauperes & publicani gratiam Dei conſequuti ſunt, atque ad cœnam domini peruenerunt. Ita ad eos dixit etiam dominus, Amen dico vobis, publicani & meretrices præcedēt vos in regnum Dei. ¶ Quando autem triplices hîc perſonæ commemorantur, Gregorius eas ſic exponit, Pauperes & debiles ſunt, qui iudicio ſuo apud ſemetipſos infirmi ſunt. Cæci verò, qui nullum ingenij lumen habent. Claudi, qui rectos greſſus in operatione non habent. *Ioan. 7.* *Mat. 7.* *1. Cor. 1.* *Mat. 13.*

Si ita penitus iam introſpiciamus, quo pacto vitia morum morbis huiuſmodi deſignẽtur, videbimus peccatores fuiſſe, qui primùm vocati venire noluerũt: peccatores quoque extitiſſe, qui deinde poſtremi ĩ vicis & plateis inuitati ſunt.

Grego. Quid igitur dicendum ad hoc? ſanè reſpondet Gregorius, & dicit peccatores ſuperbos condemnari, humiles autem elegi. Fit enim ſæpe, vt qui pauper eſt & in mundo cõtemptus habetur, in ſeipſum digreſſus conuertatur ad dominũ: ſicut filius iſte prodigus, cùm videret ſibi etiam ſiliquas deeſſe, dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus, & ego miſer hîc fame pereo? Gregor. in hoc etiam inducit figuram illam, quãdo Dauid inuenerat puerum Ægyptium, cùm perſequeretur Amalechitas ſed ego miſſum hoc facio. Poſſunt etiã hîc induci verba iſta, quòd vocarit pauperes, de quibus apud Matthæũ, Beati, inquir, pauperes ſpiritu. cuiuſmodi ſunt omnes, qui ſe in hoc mundo pauperes exiſtimãt, cùm nequeant bona aſſequi cæleſtia: ſicut & Iacobus inquit, Nõne Deus elegit pauperes, diuites in fide, hæredes regni: quod promiſit Deus iis qui diligũt illũ? Sic etiam vocauit Deus debiles & imbecilles corpore, ſed fide & ſpiritu fortes: quomodo ſe Paulus cũ ægrotat, fortiorem atque potentiorẽ eſſe affirmat. Quod ad cæcos attinet, bona ſanè & fœlix eſt ſanctitas eius, qui videre nõ vult vanitatem mũdi huius. Sic nimirũ cæcus fieri cupiebat Dauid, dicens, Auerte oculos meos, ne videant vanitatẽ. ſic Iob pepigit cum oculis ſuis, vt etiam virginẽ ne videât Qui ergo cæci ſunt, & tamen vident, veniunt ad cœnam: eò ꝙ illuminãtur. Sicut cęcus iſte apud Lucã, cui dixit dominus, Quid vis vt faciam tibi? Qui reſpondit, Rabboni, vt videã lumẽ. ¶ Quotquot autem cæci ſunt, neq; cæcitatem ſuam agnoſcunt iſti ſanè ad cœnam nõ veniunt. ſicut obſtinati & perfidi Iudæi, quibus dixit dominus, Si cæci eſſetis, peccatum non haberetis: iam autem cùm dicatis vos videre, peccatũ veſtrum manet. Et paulò antè, In iudicium ego veni in mũdum iſtum, vt non vidẽtes videant, & qui vident cæci fiant. Sic etiam qui claudicant in operibus bonis, ad cœnam hãc venire nõ poſſunt, niſi prius recti fiant: iuxta illud Elię, Vſquequo claudicatis in vtranq; partem? Si dominus Deus veſter eſt, ſequimini illum. Hoc facit etiam illud quod Paulus ait, Remiſſas manus & ſoluta genua erigite, & greſſus

Luc. 15.
1. Re. 30.
Mat. 5.
Iacobi 1.
1. Cor. 12
Pſal 118.
Iob. 31.
Luc. 18.
Ioan. 9.
3. Reg. 18
Heb. 12.

rectos facite pedibus veſtris, vt nō claudicās quis erret, magis autem vt ſanetur. Spiritualiter enim loquendo, cū primum quis peccatum mortale opere complet, claudicat coram domino: illud vero quando rurſus declinat per pœnitentiam & cōtritionem, rurſus ſanatur & fit rectus, vnde & Dauid ſic orauit ad dominum, Perfectos fac domine greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea. *Pſal. 16.*

4 Reuerſus itaq; ſeru°, dixit domino. Factū eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt. Iſraëlitæ, inquit Theoph. fuerūt intra ciuitatem, vt ij qui legē receperant & ciuiliorē vitā ſortiti: Gentiles verò à lege Dei alieni erant, & ruſticitate magna verſabantur, teſte Apoſtolo. ideoq; per eos deſignātur qui inter ſepa iacebant. ſepem autē, diſcrimen inter Deū & Gētiles accipimus, quod quid aliud eſſe putas q̃ peccatum? Greg. quoq; ferè ad hunc modum intelligit, & ait, Multi ad cœnam dominicā ex Iudęa collecti ſunt, ſed locum ſuperni conuiuij multitudo illa nō impleuit, & locus adhuc vacuus gētibus remanſit. Id ita intelligunt ſancti patres: quia enim tertia angelorum pars corruit, vt ait Ioānes, Draco iſte magnus cauda ſua trahebat tertiam partem ſtellarum cęli, hoc eſt angelorum: iam ruina iſta per Chriſtū in homine reſtituta eſt, dicente propheta regio, Iudicabit in nationib°, implebit ruinas. Atqui impletio illa ruinæ nō ſatis cōſummata eſt in Iudæis: ideoq; & gentes vocatæ ſunt ad implendū numerū beatorū, qui ſoli Deo cognitus eſt: & de quo Ioannes, modicum, inquit, adhuc tempus eſt, donec compleātur conſerui eorū & fratres eorū, qui interficiendi ſunt vt illi. *Theophy.* *Roma 2.* *Gregor.* *Apo. 12* *Pſal. 109* *2. Tim 2.* *Apoc. 6.*

¶Exi itaque, inquit paterfamiliās, in vias & ſepes, & compelle intrare. Atq; hæc tertia eſt vocatio, vt ait Ambroſius, Prima enim facta eſt per patriarchas & prophetas: ſecunda per Chriſtum, & apoſtolos & Ioannē: tertia poſt diuiſionē apoſtolorum inter Gentes, de qua prædixit Dauid, Exultabūt ligna ſyluarum à facie domini, quia venit Ligna ſyluarum Gentes ſunt: ligna vtique rudia, craſſa & non leuigata, planeq́ue ſterilia ratione infidelitatis, quòd ſi etiam fructus produxiſſent, acidi & ſtyptici fuiſſent, ingratiſſimiq; ſaporis. Quotquot igitur ex gentibus venerunt ad cognitionē Chriſti, velut ex horridis ſepibus prodeuntes accurrerunt. *Ambro.* *Pſal. 95.*

¶Conſidera tamen quomodo inuitatio iſta omnino noua quadā forma ꝓponitur, ita enim habet, & cōpelle intrare. *Theophy.*

Siquidem quanuis planè voluntarium ſit credere,tamen vt ſciamus magnæ virtutis Dei eſſe,credidiſſe Gẽtes, in tanta verſantes ignorantia,ideo dixit,Compelle. Quoniam niſi præclara quædam virtus prædicata fuiſſet, & ingens verbi diuini veritas,quo tandem modo fieri potuiſſet,vt Gentes, quę pene vſq; ad rabiem & inſaniam in cultu idolorũ erant impediti,& ſecundum carnem viuebant,tam citò conuerſę fuiſſent ad cõfeſſionem nominis Chriſti & vitã ſpiritualẽ? Poteſt etiam compulſio iſta non ad virtutem tantùm verbi & prædicationis extendi,ſed etiam ad efficaciam operum& ſignorum, quibus Gẽtes omnium validiſſimè ad fidẽ Chri-

Gregor. ſti ſunt impulſæ,Greg.hoc ad vniuerſalem omnium hominum vocationem refert, & ait, Alij enim vocantur, & veniunt:alij autem compelluntur,vt intrent. Nam ſunt nonnulli,qui facienda intelligunt,ſed hæc facere deſiſtunt: his plerunq; contingit,vt eos in carnalibus deſyderiis ſuis mũdi huius aduerſitas feriat: cumq́; ſe frangi in deſyderiis ſuis conſpiciunt,quid de ſe authori ſuo debeant, cõmemorant,

Pſal. 82. ſic inquit Dauid,Imple facies eorum ignominia,& quærẽt

Eſa. 20. nomen tuum.& itẽ Eſaias,Sola vexatio dat intellectũ. Sępe enim aduerſitates ꝓſunt, & à peccatis auertũt homines, atq; ad viam ſalutis conuertunt. quomodo nõ raro impelluntur homines multi ad operãdum bonum, authore Pſal-

Pſal. 31. miſta,In chamo & freno maxillas eorũ conſtringe, qui nõ approximant ad te.Vulgus quidem ſic loquitur,ſed tamen verè,Quiſq; cùm ſe mergi ſentit,& aquã ore haurit,natare diſcit.Aut quid aliud eſt quod verbis tantum diuerſis,re ea-

Pſal. 119 dem diuinus ille pſaltes ait,Ad dominum cũ tribularer cla-

& 24. maui?O itaq; domine libera à neceſſitatibus animam meã. Et hoc eſt quod ait Grægorius, ſæpe nonnulli ad temporalem gloriam proficere volẽtes, aut longa ægritudine tabeſcunt,aut afflicti iniuriis concidunt, aut percuſſi grauibus damnis affliguntur,vt in mundi dolore videant, quia nihil confidere de eius voluptate debuerunt, ſeq́ue ipſos in ſuis deſyderiis deprehendentes,ad Deum corda conuertunt.

¶Atque hi iſti ſunt, quibus dicit dominus per prophetam,

Oſeæ 2. Ecce ego ſepiã vias tuas ſpinis. Tũc enim ſpinis obſepit dominꝰ vias noſtras, quãdo in eo quod iniquè cõcupiſcimus, ſtimulos inuenimus dolorum : quando malis cõcupiſcẽtiis multa in mundo occurrunt aduerſantia, quando vetamur

acquirere quod nequiter appetimus. Requiris eius rei exẽplum? En Paulum tibi, de quo dicit Augu. Cùm Petrum & alios ſolo verbo vocaſſet, Paulum non ſolùm voce compeſcuit, ſed etiã poteſtate poſtrauit: & primùm quidem cæcitate corporis corripuit, vt ad deſideratũ animæ lumen veniret. Vbi eſt igitur quod iſti clamare cõſueuerũt, liberum eſſe credere vel non credere, cui vim Chriſtus intulit, quem coegit? Ecce habẽt Paulum apoſtolũ, agnoſcant prius in eo cogẽtem & poſtea docentẽ, cùm Petrum & alios apoſtolos ſuo verbo vocaſſet, Paulum non voce cõpeſcuit, ſed etiam poteſtate proſtrauit, prius ferientẽ, & poſtea conſolantem. Et quanuis ille ſic compulſus intrauit in eccleſiã, in eadẽ tamen plus aliis omnibus laborauit. Nonnulli per ſepes Gentes intelligũt, quæ pro ſuis legibus vixerunt ciuiliter, vt Romani, Græci, Spartani, & Athenienſes: per vias autem Barbaros accipiunt, qui ſine legibus vixerunt, vt Scythę & alij. 23.q.4. quu nos Augu. 1.Cor.15.

5 Rationem, cur ad ſepes & vias mittat, dominus aſſignat huiuſmodi, vt impleatur domus mea. potens ille & magnificus dominus impleri vult domũ ſuam, vtut ſit patẽtiſſima, dicente propheta, Magna eſt domus Dei, & ingẽs locꝰ poſſeſſionis eius. De immenſo illo numero ſcribit idẽ iſte, qui & vidit, Ioãnes dilectus Chriſti apoſtolꝰ, cùm ait, Vidi aliã turbam quam dinumerare nemo poterat, ex omibus populis, nationibus & linguis, ſtare ante thronum agni. Et deinceps concludit dominus, dicens, Dico vobis quod nemo virorum illorũ, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meã. Vbi tu principiò animaduerte, quòd dominus ſeſe oſtendit eſſe patremfamiliâs illum, qui cœnam parauit fœlicitatis æternæ. Bar.5. Apoc.7

¶ Deinde horrẽdam iſtam audi vocem Chriſti, quòd nemo eorum qui vocati ſunt, venturus ſit ad cœnã: non ſecus, atq; illorum quotquot egreſſi ſunt Ægyptum: (fuerunt autem virorum ſexcenta tria milia quingenti quinquaginta, extra filios Leui, qui erant viginti duo milia hominum) ex omnibus illis terram promiſſionis tantùm ingreſſi ſunt Ioſue & Chaleph: ita hîc quoque de inuitatis ſentiendum: non ſic tamen, quaſi nemo eorum qui vocati ſunt, venerit ad cœnam, ſed quia exiguus eorum qui venturi ſunt, numerus erit, ſi conferas condemnatis (ſic enim multi ſunt vocati, pauci electi) dicit neminẽ veniſſe. Vel certè de iis loquitur, qui aut infidelitate, aut peccatorum amore venire noluerunt, Nu.1.14 Mat.22.

quoniam cœnam illã non guſtabũt,atque ex iis Iudęi præcipuè,quorum quãtula obſecro pars credidit in Chriſtum?
Eſa.1 quando etiam Eſaias dicit, Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma & Gomortha facti fuiſſemus.
Gregor. Quando itaque audiſtis,dilectiſſimi,quàm clementer nos dominus ad cœnam inuitarit ſalutis æternæ,ne negligamus ipſi. Ecce enim ille vocat per ſe, vocat per angelos,vocat per patres,vocat per prophetas,vocat per apoſtolos,vocat per paſtores,vocat etiam per nos,vocat plerunq; per miracula,vocat plerũque per flagella, vocat aliquando per huius mundi proſpera, vocat aliquando per aduerſa.

¶Nemo igitur,cùm vocatur contemnat, nemo ſe excuſet, quis ſcit enim an denuò ipſum vocatur' ſit domin', an nõ?
Prou 1 Ecce per Salomonem dicit dominus, Tunc inuocabũt me,
Heb.12 & ego non exaudiã:mane exurget,& nõ inueniẽt me. Sic, ſic inquam accidit Eſau,qui cùm vendidiſſet primogenita, factum eſt inde,vt petens ex patre benedictionẽ, repulſus ſit,neque inuenerit pœnitentiæ locum,quanuis illam cũ lachrymis quæſierat.Sic etiam quinque fatuis virginibus euenit,quæ quum ſero nimis venirẽt,clauſa iam ianua,clamã-
Mat. 25. tes quoque,Domine domine,aperi nobis:nihil aliud audierunt,niſi hoc vnum, Neſcio vos. Sequamur igitur & vltrò ſuſcipiamus vocationem Dei,feſtinanter & ardẽter diligamus cœleſtia,atque fugiamus mala,omniũque iſtorum adiutorem ſedulum habemus mediatorẽ illum Dei & hominum,per quem imperrare cuncta poſſumus,dum modo noſtra in eum feruẽter exardeſcat charitas,qui viuit & regnat Deus cum patre & ſpiritu ſancto per ſecula,Amen.

¶EVANGELIVM DOMINICÆ IIII. A FESTO PENTECOSTES. LVCÆ 15.

Mar.2.9 *IN illo tempore, Erant approbinquantes domino Ieſu publicani & peccatores,vt audirent illum. Et murmurabant phariſei & ſcribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis Et ait ad illos,parabolam iſtam dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum*
Mat.18. *oues,& ſi perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouem in deſerto,& vadit ad illam quæ perierat,donec inueniat eam? Et cùm inuenerit eam,imponit in humeros ſuos gaudens:& veniens domum,cõuocat amicos & vicinos,dicens illis,Congratulamini mihi, quia inue-*

ni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Aut, quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat eam? Et cùm inuenerit conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

HOMILIA PRIMA.

VErbo ſimul & opere declarauit dominus veniſſe ſe ad conuertendum ſaluandúmque peccatores: ideo enim publicani etiam appropinquabant ad illum, qui in hoc natus erat homo, vt peccatores reuocaret, atque ob eam rem facilè paſſus eſt eos ad ſe accedere. Huiuſmodi autem erant iſti peccatores, qui parati erant à peccatis recedere, & ad cœnam agni venire, vt Magdalena, Matthęus, Zachæus, & illi de quibus hîc dicitur, quia appropinquabant ad Ieſum, vt audirent eum. Ecce itaque geminos tibi in hoc euangelio peccatores: alij audire cupiebant dominum, alij etiam murmurabant: alij boni, hi damnati erant, quanuis & hos dominus ſalutaribus doctrinis cupiebat ad ſui cognitionem adducere ¶ Appropinquabant ergo ad dominum peccatores, non pedibus tantùm corporis, ſed & mentis, vt iam poterat de eis dici, Vos qui à longe fuiſtis, prope facti eſtis: quando igitur Deo appropinquârunt, gratiam conſequuti ſunt: iuxta illud, Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. Quanuis enim diu Chriſto cohabitaſſent corpore, animo ab eo alienato & alibi peregrinãte, nihil profuturũ eis erat: ſicut neque Iudæ nec phariſæis profuit quicquam: ſicut propheta dixit, Prope es tu ori eorum, ſed longè a renibus ipſorum. & alius quoque, Populus hic labiis appropinquat, cor autem eorum longè eſt à me. Quiſquis autem toto corde accedit ad dominum, ad illum viciſſim dominus venit per gratiam ſuam, imo & trahit illum, & obuiam venit ei: ſicut pater filio iſti prodigo. ſic Gregorius de Maria Magdalena, Quid, inquit, miramur magis, peccatricem quæ venit, aut dominum qui attraxit, aut potius vtrumque? dominũ per charitatem attrahentem, & peccatricẽ per pœnitentiam contritionémque cordis venientem: iuxta illud

Mat. 9
Ephe. 2
Iacob. 4.
Hiere. 12
Eſa. 29
Luc. 15
Grego.

Hiere.3 Charitate æterna dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Cui ſuf-
Oſeæ 11 fragatur alterum iſtud, Funiculis traham eos, vinculis cha-
ritatis. Contrà autem peruerſis Iudæis dixit dominus, Non
Ioan.5. vultis venire ad me, vt habeatis vitam. Cõſidera tamen ex-
actiùs non ſimplices peccatores, ſed publicanos veniſſe ad
dominum, qui tributa coemerant, & in illorum exactioni-
bus miſerè homines excruciabãt, autore Hieronymo. Quã
Super uis quidam eius fuerunt ſententiæ, vt publicanos illos telo
Mat. narios Gentiles fuiſſe putarent, vt Tertullianus, quod Hie-
tom.4 ronymus reprobat in epiſtola quadã ad Damaſum, eò quòd
Luc.18. dominus in euãgelio parabolã poſuit de publicano & pha-
riſæo ſimul aſcendentibus in templum. Profectò ſi Ethni-
cus ille fuiſſet, neq; in templum oraturus aſcendiſſet, neque
iuſtificatus deſcendiſſet. Ad hæc Matthæus quoque Iudęus
extitit & publicanus. Vos itaque etiam appropinquate do-
mino, vt ſaluemini. Extende vt placet.

Gregor. 2 Aſcendentibus ad dominũ peccatoribus, ſcribæ & pha-
riſęi murmurare cœperũt. vnde Gregorius dicit, Vera iuſti-
tia compaſſionem habet, falſa indignationem: quomodo
phariſæi fucata ſua pietate, iis qui conuertebantur ad domi
num indignabantur. Indignatur ecce peccator iuſto, & iu-
ſtus iraſcitur peccatori, ſed diuerſis modis: hic amore iuſti-
tiæ, ille pompa ſuperbię. Iuſtus enim quamuis exterius ver-
ba indignationis accumulat intus tamen charitatis dulce-
dinem ſeruat: peccator tantum ſuperbit ex falſa iuſtitia, a-
lios præ ſe contemnit, neque infirmis quicquam compati-
tur: & quò minus ſe peccatorem agnoſcit, eò maior effici-
tur peccator. Huiuſmodi erant homines iſti phariſæi, qui
ideo dominum contempſerunt, quòd peccatores reciperet.
¶ Peſſimum autem quid eſt, & Deo vel maximè exoſum,
murmurare aduerſus peccatores, cum conuerti volunt ad
Sap.1. dominum. Hinc Sapiens ait, Cuſtodite vos à murmuratio-
ne, & parcite linguæ à detractatione. Os enim quod men-
titur, occidit animam. Verùm de iis plura in ſequenti do-
minica. Phariſæi autem gemina de cauſa murmurabãt, par-
tim quòd tanta pietate Chriſtus peccatores reciperet, par-
tim quòd cum eis manducaret: quod ille ſanè diuina facie-
bat benignitate & miſericordia. Quãuis enim Deus odio
habet peccatorem, humanam tamẽ naturã non odit, quam
etiam ad imaginem ſuam creauit. Hinc ille longanimis &

patiens diu ſuſtinet pœnitentiam eorum, venientes etiam *Oſea* 2.
placidus aſſumit, conuerſos ad ſe paterno fouet affectu. Sic
propheta inquit, Benignus eſt & miſericors, patiens & mul
tum miſericors, præſtabilis ſuper malitia (præſtabilis hîc
placabilem ſignificat conſolatorem, planéque eum qui in-
dulget & miſericors eſt, nacham hebraicè.) Hic etiam im-
mẽſa Chriſti pietas cognoſcitur. quãuis enim phariſęi exo-
ſum habebãt Chriſtũ, eandem tamẽ ille eis quoque quã pu
blicanis exhibere paratus eſt miſericordiam: neque duriter
adoritur eos ſed mitiſſimè docet vt ſanarentur, propoſita
in hac parabola, qua declarat, quonã modo ille vellet pec-
catorẽ ſeruare hîc in terra. 3 Eadem quoque parabola do
cere eos voluit non murmurare aduerſus peccatores pœni-
tentes. Si enim ſuper oue perdita, rurſúſque inuẽta, animali
vtique bruto & ad imaginẽ Dei non creato, gaudium tan-
tum concipitur, quantò magis ex homine pœnitentiã agẽ-
te, creatura rationali, & qui ad imaginem Dei conditus eſt, *Theoph.*
per peccatũ tamen ſubſequens deperditus, iuxta illud, Erra- *Gene.* 1.
ui ſicut ouis que periit, require ſeruũ tuũ, quia mandata tua *Pſal.* 118.
nõ ſum oblitus. Miraris autẽ quid ſibi dñs cũ iis cẽtũ ouib⁹,
& ex illis vna deperdita velit. Audi, quando cẽtenarius nu-
merus eſt perfectionis, oues centum rectè habuiſſe dicitur
Deus, qui angelos & homines poſſedit: ex quo grege ouis
vna tunc periit, quãdo homo per peccatum paſcuis excidit
æternæ ſalutis. Et eſſe quidem homines oues, teſtatur Pſal. *Pſal.* 74.
cùm ait, Nos populus eius, & oues paſcuæ eius. ſic Deus per
prophetam inquit, Vos eſtis oues mei gregis, vos homines *Hier.* 34.
dicit dominus. Ex ouibus electis nimirum Dei creaturis,
deperiit vna primùm ſtatim in paradiſo, Adam cum vniuer *Eſa.* 53.
ſa poſteritate ſua, ſicut Eſaias omnes nos errare dicit inſtar
ouium, & quemlibet declinare in viam ſuam Angeli qui-
dem permanſerunt in perfectione ſua, miſer autem homo
excidit numero illorum. Et tamen vide hũc quoque adhuc
eſſe in numero. dicit enim dominus, Q uũ amiſerit vnã ex
illis. Ecce quod & homo adhuc in numero cẽtenario eſt, &
inueniri poteſt, quanuis ſit perditus, atque ad gregem redu
ci. Nõ ſic autem diabolus, qui planè iam hoc numero exci-
dir, & irreuocabiliter deperiit: filius autẽ Dei ideo deſcẽdit
de cœlo, vt ouem perditã, quæ iam erat extra numerũ, quæ-
reret, hominẽ ſcilicet, nõ autem diabolum: quem, vt ſemel

Heb. 2. periit, ita deperditum ſinit cum omni cōſortio ſuo. ſic Paulus ait, Angelos non apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehēdit. filius enim Dei homo factus eſt, vt homines redimeret, nō vt angelos lapſos reſtitueret. ¶ Quaniam itaque habeat charitatem erga ouem deperditam oſtendit, cum ſubdit, Nónne relinquit nonagintanouem oues in deſerto? Oues illę nonagintanouē, nouem ſunt chori angelorū, quos in cœlo reliquit. Quæris autem cur hîc dominus cœlū deſertum vocitet in quo tāta eſt angelorum multitudo, vt dixerit Propheta, Mille milia miniſtrabant ei, & decies cētena milia aſſiſtebāt ei. Reſpondetur verum quidē eſſe, quòd hic in terra loc' aliquis cùm deſeritur, deſertus iacet & corruit non tamen hoc modo Chriſtus deſeruit cælum, in quo Deus verus ſemper erat: ſed ideo etiam cœlum locus deſertus appellatur, quod homo, cùm peccaſſet, ipſum deſeruit: vel etiam ſolitudo dicitur, quòd procul ab omni mundana turbatione longè ſegregatum eſt, nō ſecus, ac cœnobium, licet à ſexcètis (vt olim res erant) fratribus inhabitetur, eremus tamen dicitur. Quando itaque cælum pace & trāquillitate pleuū eſt, reſtè deſerti nomine intelligitur. Sunt qui antiqua conſuetudine cœlum hìc deſertū dici putent, quoniā olim veteres in nemoribus & deſertis magis pauerint oues, vt filij Iacob cum pecoribus ſuis ex ſylua in ſyluam commigrabant, quando Ioſeph eos quærebat in Hebrō & Dothaim: ſicut & Moyſes oues ſoceri ſui in vaſtitatem deſerti agebat, vbi & paſcua ſunt meliora, & lupi deſunt ac ſures. Quum ergo in cælo paſcua ſint optima diuinę amœnitatis, ſicut teſtatur Chriſtus, cùm ait, eum qui per ipſum ingrediatur, beatum fore, intraturum quoque & egreſſurum, atque paſcua inuēturum, rectè cœlum deſerto comparatur: de quo & Dauid, Pingueſcēt, inquit, ſpecioſa deſerti, & colles vbertate. Poſſent conſimiles rationes plurimæ congeri: verùm ego iis ſuperſedeo, quoniam & Chriſtus in deſerto quinque milia, & iterum quatuor milia hominum pauit, qui beatos omnes paſcit in æterna patria. 4 Relictis itaq; nonagintanouem, vadit quæſitum vnicam illam ouē, quæ perierat Ita nimirū dominus noſter Ieſus Chriſtus per Incarnationem ſuam venit in hunc mundum quærere ouem perditam, ſicut ipſe dixit ad apoſtolos, Exiui à patre & veni in mundum. Et apud Matthæum, Tantùm ego miſſus ſum ad oues

Margin notes: *Heb. 2.* — *Theoph.* — *Gregor.* — *Dan. 7* — *Gregor.* — *Gene. 37* — *Exo. 3* — *Ioan. 10* — *Pſal. 64.* — *Ioan 6* — *Matt. 15*

ad oues perditas domus Iſraël. Idipſum prædixerat prophe
ta, inquiẽs, Ecce ego viſitabo oues meas, ſicut paſtor viſitat *Ioan.16.*
gregem in die, quãdo erit in medio ouium ſuarum diſſipa- *Mat.15.*
tarum. Atque hæc immenſa illa bonitas eſt & miſericordia *Ezec.34*
Dei, qui nos oues ſuas tam clementer viſitare dignatus eſt.
Et hoc eſt quod Zacharias inſtinctu ſpirit' ſancti dixit, per
viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos o- *Luc.1*
riẽs ex alto. Quiſquis verè viſcera illa diuinæ erga nos pie-
tatis contemplatus fuerit, admirari ſatis non poterit, quòd
diligenter adeò nos Deus quæſiuit, vt filium etiam ſuum, *Ioan.3*
quem habebat vnicum, pro nobis impenderet. ¶ Vide ergo
iſtius noſtri in quærendo ſedulitatẽ quod non deſinit quæ-
rere tantiſper dum inuenerit. Quò reſpexit Eſaias, quũ ait,
In brachio ſuo cõgregabit agnos & in ſinu ſuo leuabit, fœ- *Eſa.40*
tas ipſe portabit. Ecce quàm propriè propheta aſſiduitatem
illius quaſi depinxit. congregat enim oues diſperſas à lupo
& à peccatis ſuis, cõgregat etiam in iuſtificatione: quia qui
cum Chriſto non eſt, diſpergit. Et idipſum congregare, eſt *Matt.23*
iuſtificare, ſicut alibi dixit, Hieruſalem, Hieruſalẽ, quoties
volui congregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos
ſuos ſub alis, & noluiſti? Iuſtificatus igitur homo per gratiã
Dei, defertur in ſinum Dei, hoc eſt, in illius pace & conſo-
latione, adeò vt in cõſcientia ſua tam ſit quietus, quàm qui
caput puluillo imponit. Nam quod ſinus requiem ſignifi-
cet, vel ſolus nos docere poteſt Lazarus in ſinum Abrahæ *Luc.17*
deportat'. & quia quies ſpiritui tribuatur, arguit illud Eſaię *Eſa.11*
Requieſcet ſuper eum ſpiritus veritatis. & deinceps, Super
quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quie-
tum? quoniam nihil eſt in mundo irrequietius conſcientia
mala. Ad hæc cùm iam iuſtificatus quis eſt & quietus, tunc
paſtor oues fœtas ipſe portat. Quænam illæ ſunt fœtæ? ho-
mines ex piis operibus bonis velut prægnãtes: quum enim
illi ea ſibi conceperint animo, iuuantur à Deo, vt perficere
poſſint: iuxta illud quod canit eccleſia, Actus noſtros quæ-
ſumus domine inſpirando præueni, & adiuuãdo proſeque-
re. Et hoc eſt quod dicere voluimus, de iſta diligenti inqui-
ſitione, quã facit paſtor de ouibus, quas adeò diligit, vt ad
gregem centeſimum ſanctorum angelorum adducere mo-
dis omnibus percupiat, quibus vtinam nos adiungamur in
cœlis, Amen.

MVrmurantibus contra dominum phariſæis,eo quod miſericorditer adeò peccatores reciperet pœnitẽtes, ipſe per parabolam docet ſe ideo veniſſe de cœlo, vt oues quæreret deperditas:quas vbi inuenerit, ait ſe cum gaudio humeris ſuis impoſitas reportare ad reliquum gregem. O-
Gregor. uem illam perditam dominus tunc humeris ſuis impoſuit, quando in illis crucem portauit, quando naturam aſſumpſit humanam,& peccata noſtra tulit, infirmitates ſimul &
Eſa.53 dolores noſtros geſtauit,attrit⁹ ꝑpter ſcelera noſtra. Verè enim animam ſuam & dedit in mortem, & cum iniquis deputatus eſt. Verè inquam peccata multa pertulit, qui & pro malefactoribus rogauit. Petrus quoque clarè teſtatur,
1.Pet.2 quomodo paſtor ille noſter ouẽ ſuam geſtarit. ait etenim, Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ,hoc eſt, peccati noſtri pœnam & ſupplicium ſuſtulit. Sequitur ergo vt nos mortui peccatis,iuſtitiæ viuamus,cuius liuore ſana-
1. Cor.6. ti ſumus. Meritò igitur nos glorificare viciſſim dominum debemus,portantes dominum Deum in corpore noſtro.

¶Ambroſius hæc Chriſti verba præclarè inducit, inquiens Gaudeamus,quia ouis quæ in Adã perierat,in Chriſto rur-
Ambro. ſus tollitur. Humeri Chriſti, ipſa ſunt brachia crucis,& illuc repoſui ego peccata mea, ibidem etiã requieuit anima mea:quãuis ergo domin⁹ magnis circũdatus erat dolorib⁹ & mœroribus, ſicut ſuus teſtatur ſermo, Triſtis eſt anima
Matt.26 mea vſq; ad mortẽ,tamẽ cũ gaudio ſuſtinuit omnia:quique ex ſupplicij grauitate dolebat, de redẽptione hominũ dici non poteſt quã ſit gauiſus,teſte etiã Paulo,quãdo ait, Propoſito ſibi gaudio,ſuſtinuit crucem, cõfuſione contempta.
Hebr.12 atque Dauide,Exultauit vt gigas ad currẽdam viam ſuam.
Pſal.18 Dices quî fieri poſſit,vt quis ſimul gaudeat & triſtetur? Sanè,neq; enim cõtraria ſunt hęc,gaudere aliquẽ ex re alia,& ex alia triſtari.ſic Paulus quoq; ait, Excipiẽtes verbũ in tri-
1.Theſ.1 bulatione multa,cum gaudio ſpiritus ſancti.ſic & Iacobus, Pro gaudio,inquit,ducite, cùm in tẽtationes incideritis varias.Id in omnib⁹ martyrib⁹ cõtingit,qui licet dolores ma-
Iaco.1. ximos ſuſtinuerint,inter omnia tamẽ hęc tormẽta ex cõſolatione interna ſpiritus ſancti gauiſi ſunt. Sic cũ gaudio ad crucem feſtinauit,eámq; ſalutauit Andræas,Laurẽtius prunas ardẽtes roſas eſſe reputauit. Eſtque hoc naturale, quòd

vir bonus & fortis pro patria conſtanter occumbens,quanuis dolore non careat,tame quia ex virtute mortem pro patria oppetit,idipſum cum gaudio facit:ſiquidem(iuxta Philoſophum)etiam omnis virtuoſè agens,delectabiliter operatur.Sic volunt doctores, quòd quãuis animæ in purgatorio detentæ,in immenſum torqueantur,multum tamen habent gaudij,dum & voluntatem diuinã agnoſcunt,& ſe illi per charitatẽ conformant: gaudẽtes etiam illam impleri, certæ interim ſalutis æternæ.Ita hîc inquit dominus, Cum gaudio imponit ouẽ humeris ſuis. Gauiſus eſt Chriſtus in paſſione ſua,& tamẽ dolenter triſtatus eſt,quoniam noſtra fortitudo gaudiũ eſt Deo. Aut quomodo nõ gauiſus eſſet domin' de humani generis redẽptione, de victoria angelicæ ruinæ,& de paterni mãdati impletione? In ſumma gaudium & triſtitia non contrariantur de diuerſis obiectis, *1.Ethic.* *Neem.8.*

2 Quúmq; ouẽ inuentã domũ retulerit,cõuocat ille amicos:ſic Chriſtus quoq; oue per paſſionẽ ſuam inuẽta,rurſus aſcẽdit in cœlũ:ibiq; amicos ſuos inuenit,totos choros angelorum:qui amici vtiq; ſunt Dei,quoniã ſeruãt voluntatẽ ipſius cõſtanter:vicini etiã ſunt,eò q̃ fœlici obtutu claritatem diuinæ eſſentiæ vidẽnt ſemper. Ait autẽ ad illos. Gaudete & congratulamini mihi,quia inueni ouem meam quę perierat.Ecce nõ dicit,Cõgratulamini oui perditę, iam rurſus inuẽtę,ſed mihi, quoniã gaudium illius vita noſtra eſt. Quòd ſi Paulus gratulatus eſt probitati Philippẽſiũ,quantò magis nobiſcũ gaudet Deus de fœlici pietatis profectu? Sic enim dixit Paulus,fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi,gaudium meum & corona mea.¶ Obiiciet aliquis hîc quomodo angelos dicam' iam amicos eſſe & vicinos,quos iam ſuprà diximus eſſe nonagintanouẽ oues in deſerto relictas,aut qua ratione ex ouibus tam rẽpẽte amici & cognati facti ſunt?Reſpõdet Theophylact', & dicit nos poſſe angelos gemina ratione cõſiderare:altera, vt creaturam Dei, quomodo omnis creatura Deo cõparata,vana eſt & beluina,atque ſic etiã angeli oues Dei ſunt:altera verò, quando creaturæ ipſæ inter ſe conferuntur:& tunc creatura aliquid eſt,quæ cõparata Deo,nihil eſſet : ſicut & ſi creaturã vnam alteri conferas,ipſa bona eſt : quæ ſi cõferatur ad eſſentiam Dei,verum erit illud euangelicum, Nemo bonus eſt niſi ſolus Deus.Ita hîc angeli comparati Deo, oues ſunt & ouib' *Gregor.* *Philip.4* *Luc.18.*

etiam inferiores:collati autem hominibus,amici ſunt & vicini Dei.Quid multa?Angeli cum à ſummo paſtore paſcantur foueãtur & cuſtodiãtur,meritò oues ducũtur: & tamen quando tã ſublimi modo donati & coronati ſunt à Deo,ipſius etiã glorię facti participes,& cohæredes exiſtunt æternæ ſalutis,verè vicini ſunt & amici Dei,ſicut & ad apoſtolos ſuos dixit dñs, Vos ego dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo,nota feci vobis: ſicq; omnes amici Dei ſunt,quotquot mandata illius ſeruant:iuxta illud,Vos amici mei eſtis,ſi feceritis ea quæ præcipio vobis.Et iam tandẽ parabolã iſtã cõcludit dominus.Dico vobis, quòd ita gaudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitẽtiã agente,quã ſuper nonagintanouem iuſtis,qui non indigẽt pœnitẽtia.

Ioan.15

Gregor. Intelligit hoc Grego.de peccatoribus, qui acta pœnitentia tam ardentes fiunt in operibus bonis & feruẽtes, vt præſtẽt iis qui ſic lapſi non ſunt. Cuius generis extitit illa peccatrix

Luc.7. Maria,cui ideo dimiſſa ſũt peccata multa, quia dilexit mul-

Ambro. in ſer. 47 de fide Petri. tum.ſic Ambroſ.Fidelior,inquit, factus eſt Petrus poſtquã fidem ſe perdidiſſe defleuit,& ideo maiorẽ gratiam reperit quàm amiſit.Quò pertinet & iſtud Pauli,Vbi ſuperabũdauit delictum,ſuperabũdauit & gratia. Neq; verò pauci ſunt

Roma.5. qui præterita delicta cõſequenti lucro compenſant,vbi qui

Gregor. nõ cecidit, nullo tãto ducitur operum bonorũ ſtudio & amore:ſicq; ille prior pl' gaudij affert domino Deo,ſicut & agricola illã terrã ampli' amat, quę poſt ſpinas vberes fruges profert,quã eam quę nunquã ſpinas habuit, & nunquã fertillẽ meſſem produxit.Atq; ad hũc ſenſum nõ eſt verbũ hoc mere vniuerſalẽ,quoniã nõ eſt gaudiũ mai' ſuper quocunq; peccatore pœnitẽtiã agente,quàm ſuper quocunque iuſto.Quot enim ſunt veſtrũ,qui pœnitentiã agitis diligenter de peccatis cõmiſſis: hîc ſanè quãuis ideo de pœnitẽtia veſtra gaudent angeli,& omnes ſancti in cœlis nõ adeò tamen vt de virginibus nõ peccantibus:tantũ abeſt vt magis gaudeant,vt ſuper Ioanne baptiſta qui in ipſo vtero matris eſt ſanctificatus,ſed maius gaudiũ habent de peccatoribus, qui magno animi feruore cõuertuntur, quàm ſuper iis qui in magna delicta prolapſi non ſunt: & tamẽ ſe cum hoc nõ exercent in præclaris operibus miſericordiæ:tunc ſanè plus gaudent angeli ex illis,quam iis Atque hoc eſt quod dicit

Ambr. Ambroſius,Proficere illud debet cuique ad inſentiua pro-

bitatis,ſi vnuſquiſque conuerſionem ſuam gratam fore cre dat cœtibus angelorũ: quorũ vt interceſſionem petere, ita offenſam vitare quiſque debet. Cura igitur quiſquis in pec cato iaces,gaudio ſis angelis Dei de tua ad illũ conuerſione. ¶Sunt qui velint hîc Chriſtum non loquutum de eſſentiali gaudio,quaſi iſtud maius ſit ſuper peccatore qui conuertitur,quàm iuſto qui pœnitẽtia non eget:ſed de accidentiali gaudio,de externa gratulatione & ſigno lætitiæ:ſicut clarè *Luc.15* patet ex ſequẽti parabola de filio prodigo,cui iam reuerten ti occurrit pater,veſtiríque eum iuſſit & calceari,& annulo inſigniri:ídque totũ tanto applauſu tãtáq; omnium aggratulatiõe,vt ſenior etiã iſte indignaretur de gaudio,quod ſibi pater nunquã exhibuerat. Sicq; cõcluſio iſta cum priore expoſitione facilè cõcordat, quoniã effuſius gaudium habet Deus ſuper homine lapſo,& per paſſionẽ Chriſti reuocato,atque pœnitentiam agẽte,quàm ſuper nonagintanouem,hoc eſt, ſuper nouem choris angelorũ qui nunquã ceciderunt,pœnitentiæ nullius indigi. Quanuis abſolutè loquendo,Deus nõ ideo ex quouis homine gaudiũ maius habet,quàm ſuper omnibus angelis:ſed ſicut mater quę decẽ habet filios,ex quibus cęteris bene valẽtibus decim⁹ ægrotare incipit,tunc ſanè plus curæ habet de illo reſtituendo, quàm reliquis cõſeruandis:& maius gaudium cõcipit ſuper ipſo iam reualeſcente,quàm de cæteris qui nõ ægrotârunt: non quod verè & eſſentialiter vnũ iſtum decimũ plus nouem diligat,ſed quia morb⁹ in cauſa eſt,cur magis illi curę ſit decimus vnus:quoniam voluntas materna maiori tũ affectu,tum deſiderio fertur in ſanationem filij. Significantiùs etiã ſic dici poterit:quòd ſit maior charitas in affectu, nõ in effectu:quia maiori dilectione etiam quis poteſt munus facere. ¶Conſimile huic eſt, Si fortè vicini tui filiolus frequens ſit tecum,& plurimus tibi cohabitet, ita vt aſſueſcas illius,fit vt cum ille per ſe placidus ſit & gratus omnibus,tibi quoq; charior efficiatur aliquo cognato:reuera tamen cognatus hic tibi charior eſt, quoniam propter illum plus quàm pueri iſtius nomine faceres:& tamen ſi fortè cõtingeret apud te mori puerum,futurum eſſet, vt plus ex illius quàm cognati morte doleres,ob illam diuturnam con ſuetudinem pueri,plus mouẽtem animũ tuum,quàm faciat cognatus à te ſemotus. Atque ex hoc fundamento intelligi

poteſt,quomodo Chriſtus Petrum quadã ratione plus aliis dilexerit apoſtolis,& quo pacto Ioannem, ſed hæc aliâs.

¶Gaudiũ itaque erit in cœlis ſuper vno peccatore pœniten
Iob vlti. tiam agẽte,gaudium inquam erit, quia noua gaudij materia & ratio gaudẽdi: ſicut Iob poſt multas tribulationes & ærumnas ad extremum opulentior,& cum magno gaudio magnificentior factus eſt, quàm ſi miſer nunquam fuiſſet: quoniam quęcunque habuerat,Deus illi dedit duplicia Similiter & cũ Tobias reuerſus eſſet ex Rages, maius factum
Tob.11 eſt parenti vtrique gaudium,quàm ſi nũquam abiiſſet Ipſi quoque Tobię à cęcitate reſtituto lętitia maior erat,quã ſi cæcus non fuiſſet. Sed nũc iam rationes aliquot ſubnectamus,cur angeli de noſtra cõuerſione tantopere gaudeant.
Pſal.109 1 Eo quòd vident per homines ruinas ſuas impleri, ſicut
Augu. in ſoliloq. iã ſuprà ex Dauide induximus. 2 Quoniã ciues ſunt, ait Auguſt.beatæ ciuitatis perpetuæ Hieruſalem, in hoc miſſi ad nos,vt confortẽt & muniant nos, atque orationes filiorum offerãt in cõſpectu Dei. Quando igitur anima relicto inſtinctu diaboli ſpiramen bonum ſui angeli ſequitur,atq; pœnitentiam agit,tunc ſanè gaudet ille,miniſterium ſuum atque cuſtodiã bene ſucceſſiſſe.Et ſicut angelus de homine ſuo triſtatur,quum peccat,iuxta illud, Angeli pacis flebant
Eſa.39. amarè:ita dum reſurgit, lætatur rurſus, dicente propheta,
Eſa.vlti. Gaudete omnes qui doluiſtis ſuper eam. Atque hoc modo in cœlis angeli gaudebũt de fœlicitate hominis,qui ſua cuſtodia ſit ſaluatus. Qua de re plura in feriis Michaelis.

3 Conſtat militiam & bellum eſſe inter Chriſtum & diabolum,vtrinq; igitur exercitus eſt; quia vtrinque prælium mutuúſque cõflictus,bonorũ apud Chriſtum, & malorum qui partes diaboli tuentur:vt iam meritò chriſtianũ homi-
2.Tim.2 nem Paulus iubeat laborare,vt bonũ Chriſti militẽ.In cohorte ergo malorũ cùm ſit peccator,hic ipſe quũ pœnitentiã agit,ad Chriſti vexillũ conuertitur:hinc gaudiũ angelis
Prou.14. eſt,exercitũ ſuum augeri videntibus,& iſtum diminui,quę
Eſa.26 nõ parua etiã gloria Chriſti eſt:quia in multitudine populi
Ioan.1. dignitas eſt regis.Eſt eadẽ quoq; gloria magna patris,dũ videt in anima hominis enaſci ſpiritũ ſalutis, ſicq; illum fieri filium Dei per gratiam ſuam,cuius nobis poteſtatem dedit dominus.Gaudet & lætatur Deus filius, vidẽs efficaciã ſuæ paſſionis & effuſi ſanguinis virtutem, ſicut in hac parabola

docemur exemplo ouis deperditæ. Gaudet inquã ille imaginem ſuã in anima pœnitentis rurſus reformari & agnoſci,quòd in parabola drachmæ inuentæ inſinuatur.Lętatur & ſpiritus ſanctus,dum in conuerſione peccatoris templũ denuò acquirit pene dirutũ,nũc reſtauratũ,quod & Paulus obſeruauit,dicens:Neſcitis quia tẽplũ Dei eſtis vos,& ſpiritus Dei habitat in vobis? Nõ poteſt autẽ ſpiritus ille ſanctus habitare in anima,niſi prius expulſo inde diabolo per pœnitẽtiã. Magno quoque gaudio inſuper ducitur ſpiritus ſanctus,eò ꝙ membrũ denuò adipiſcitur quòd viuificet, dicente itidẽ apoſtolo, Neſcitis quia membra veſtra templũ ſunt ſpiritusſancti,qui eſt in vobis?Sic ergo membrũ quod per peccatũ ſegregatũ erat à corpore Chriſti per pœnitẽtiã & gratiã ſpiritusſancti reuiuiſcit,rurſuſq; viuificatur, quãobrẽ Paulus omne peccatũ extra corpus Chriſti eſſe perhibet:cuius quidẽ ratio hęc eſt,quòd peccator amplius nõ eſt (idq; per peccatũ) de myſtico & ſpiritali corpore eccleſiæ, quod per ſpiritum ſanctũ viuificatur. Iámne igitur videtis chariſſimi,quàtum gaudiũ, q̃ læta gratulatio, q̃ feſtiua ſolennitas ſit in cælo ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente?Et vos itaque conuertimini ad dominũ, vt de pœnitẽtia veſtra angeli ſanctiq; omnes lætentur, ipſeq; adeò gaudeat Deus pater,Deus filius,Deus ſpiritusſanctus, Amen.

Luc.15. *1.Cor.6.* *1.Cor.6.* *Ibidem.*

HOMILIA TERTIA
eiuſdem dominicæ.

MAgni & graues erant peccatores phariſæi, ſed tamen vitã egregiè fucatam, à cæteris ſeparatã hominibus, & ſcilicet ſpiritualem viuebant, ipſi ſibi optimi planéque ſanctuli,viſi, reliquos præ ſe homines omnes contemnebant, neminem meliorem rati iis, qui ſuæ farinæ eſſent & ſortis. Quamobrem murmurarunt, & conſpicati peccatores & publicanos appropinquare ad dominum. Quibus ille rurſus per parabolas oſtendit, eos congaudere ſibi debere,quòd ouem perditam, hoc eſt, hominem lapſum rurſus inueniſſet.& iterum in alia,Quæ mulier habens drachmas decem,ſi perdiderit drachmam vnam,nónne accendit lucernam & euertit (Vaticanum habet euerrit, licet Gregor.conſtanter legat euertit) totam domum,& quærit donec inueniat illam?Vult dicere dominus, Si tanta diligentia mulier quærit drachmam vnam deperditam, tantóque

Luc.15.

gaudio ducitur quum inuenerit illam, quantò reſtius filius Dei ſumma cum diligentia hominem quæſiuit deperditũ? & ſicut nemo aduerſus mulierem de ſua diligentia remurmurat,ita neq; erga Chriſtum murmuret quiſquam, quòd tam operosè peccatorem ad ſe attraxerit,ſed illi potiùs gratuletur. Qui ſignatur per paſtorem,inquit Gregorius, ipſe & per mulierem, Chriſtus Ieſus, qui & Deus verus & Dei ſapientia eſt. Atque quanuis Ambroſius per mulierem eccleſiam intelligit,eiuſdem tamen cum Gregorio ſententiæ eſt & Theophylactus. ait enim, per mulierem ſapientiam accipe & virtutem Dei patris, dominum Ieſum, qui nimirum mulier illa eſt,de qua Sapiens,Multæ,inquit,filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.

Grego. *Ambro.* *Theophy.*

¶Habet autem mulier hæc drachmas decem. Drachma ſeu numiſma iuſtum habeat pōdus, verã imaginem, & inſcriptionem. atq; iis quidem creaturæ rationales ſignificãtur, quæ ſecundum intellectum & voluntatem cōditæ ſunt ad imaginem Dei,ſicut de homine expreſsè teſtatur Geneſeos historia Et angeli itaq; & animæ hominum ſupremi regis continent imaginem,quæ principio quidem ponderoſa ſatis erat. Indiderat enim ei Deus verum pōderis gradum:ſiquidem iuxta ſeipſum veſtiuit omni virtutũ genere hominem. Cuiuſmodi verò ſit hæc īſcriptio,ſatis (vt opinor) nō plectitur in ſe lex naturæ omnibus nobis innata, cognitio Dei inſcripta cordibus noſtris:iuxta illud, Signatum eſt lumen vultus tui domine ſuper nos multum enim tum ſcientiæ tum ſapientiæ inſcripſit Deus huic ſuo numiſmati:fuerunt autem drachmę decem,angelorum nouem,vna hominum,eamq; vnicã amiſit mulier, quãdo homo ad imaginē Dei creatus,per peccatum recedit à ſimilitudine Dei, tūcq; impreſſum ille amiſit inſigne, tūc etiam ſcriptura eius obſcurata eſt:planéq; factũ eſt huic drachmæ, quod filiis Siō, qui (vt ait propheta) quũ eſſent inclyti & amicti auro primo,reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuũ figuli. Et hoc eſt quod dicit Aug. Si homo ſeruaſſet bonum quod in illo creauit Deus,hoc eſt imaginem,ſemper laudaret Deum.

Gene. *Eccle. 15.* *Pſal. 4.* *Thre. 4.* *Auguſt.*

¶Obiicies autem, Quãuis peccatores ſimus, manet tamen in nobis anima,neq; illa amittit imaginem,manente vtiq; eſſentia animæ:intellectu & voluntate. Reſpondeo & dico geminam eſſe imagiuem Dei, alteram perfectã, integram,

beneq; formatã: & ea in bonis tantũ eſt, vbi imago Dei per charitatem & gratiam formatur, redditúrque pulcherrima ¶ Verum hãc, prohdolor, amiſit homo per peccatum, ſicut ait Dauid, imaginem eorũ ad nihilũ rediges. Et de hoc Paulus, Sicut inquit, portauimus imaginẽ terreni, hoc eſt, Adæ præuaricatoris: ita portemus & imaginem cæleſtis: & de hac Auguſtinus loquitur, quoniam illam amiſit Adam. Altera eſt eſſentialis imago, ſiue formata ſiue informis, nõ refert, illamque habemus omnes: veruntamen & ipſius inſignè obſcuratum eſt, neque ita patet in peccatoribus, & adhuc minus in damnatis: & hoc eſt illud Dauidicum. In imagine pertranſiit homo. Licet enim quis peccet, animã tamẽ adhuc ſuam habet, adhuc intellectu & volũtate non caret quæ tria ſunt ipſa eſſentialis imago Dei, de qua plura in homiliis de Trinitate. De imaginis autem huius deformitate inquit propheta, Denigrata eſt ſuper carbones facies eorũ. *Pſal. 72.* *1. Cor. 15.* *Pſal. 38.*

2 Quum itaq; amiſerit mulier drachmam, lucernam accendit, quod & ſpiritualiter factitatum, eſt quando Dei ſapientia apparuit in humanitate, lucerna ſiquidem lumẽ in teſta eſt lumen verò in teſta eſt diuinitas in carne: quoniã & Chriſtus ipſe corpus ſuum teſtam appellat, dicẽs per Dauidem, Aruit tanquam teſta virtus mea. ſicut enim teſta in fornace paratur ad ignem, ita Chriſtus corporis ſibi teſtam vſſit igne paſſionis, vnde & confirmatus eſt ad robor reſurrectionis. Theophylactus, Accẽdit, inquit, lucernam, ſuam carnem: ſicut enim lucerna quãuis ſit ex terra, illuminat tenebroſa per lucẽ quã recipit: ita & caro domini, licet terrena eſſet lumine deitatis ſuæ, quam in ſe recepit, apparuit. *Grego.* *Pſal. 21.*

¶ Reliqui doctores ſimilitudinem hanc adhuc pulchriùs illuſtrant, dicũntq; lampadem eſſe corpus Chriſti: filium ardens, animam: & plenitudinem gratię oleum: lumẽ, diuinitatem, vt inquit Eſaias, Egrediatur ſicut ſplẽdor iuſtus eius & ſaluator eius vt lampas accẽdatur. ídq; adeò neceſſarium erat, quoniam homo qui iam lumen amiſerat proprium, inueniri niſi alieno lumine nõ poterat, Euertit autem mulier domum quàm poteſt diligentiſſimè, tãtiſper dum inueniat drachmam atque hoc eſt quod omnis mundus velut Augię ſtabulũ repurgatus eſt à peccato, quoniam cùm primũ diuinitas manifeſtata eſt per carnem, omnis noſtra conſcientia perturbata eſt agnitione noſtrę culpæ, eò quod Chriſtus *Eſa. 62.* *Theophy.* *Ioan. 1.*

ille eſt agnus Dei,qui tollit peccata mūdi. Sic & nos expurgare debemus conſcientias noſtas vera confeſſione & pœnitentia,atq; ad iſtius mulieris exemplum,diſquirere ſingulos angulos diligētiſſimè, quatenus imaginē Dei in nobis immaculatam cōſeruemus. Quod etiam facilè, fit accenſo tārùm prius lumine.quò poſſim⁹ deſpicere vias omnes, actiones quoq; & rationes ſimul ac circunſtātias peccatorū:

Ephe.5. ſiquidē quod à lumine arguitur, ab eodē & manifeſtatur. Sed & Chriſtus ipſe drachmam hāc quæſiuit accuratiſſimè,

Luc.11. vt q; in quærendo melius colluſtraret omnia, lumen quod accendit ipſe,etiā ſuper candelabrū poſuit, vt cæteri quoq; melius viderent:lumē quoq; diuinitatis ſuę quod in humana natura abſconderat,in crucē erexit Chriſtus, vt ſic vltra omnes eleuatus,ab omnib⁹ videretur. Vſq; adeò nos ille dilexit,vt ne proptio quidem parceret ſanguini ſuo, quin effunderet. Poteſt etiā per lumen lux intelligi euangelicę doctrinæ quando enim antehac tenebræ penes Gentes, legis

Ioan.1. autem vmbra tātùm fuerat apud Iudæos,rectè Chriſtus lu-

Mala. 4. men accēdit ſuæ diuinæ veritatis:vnde & Ioānes dixit,Lex per Moyſen data eſt, gratia autē & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.atq; hinc etiā fili⁹ iuſtitia à propheta dicitur

3 Sequitur, Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas,dicens:Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdiderā. Mulier hæc,ſapiētia Dei,filius Dei, quum drachmam inuenerit perditam,hominem miſerum,peccatorem iſtum infœlicē, gaudet ſanè & gratulatur:neq; immeritò,ſiquidem non mediocris eſt drachma, in qua principis eſt figura, atque ideo imago regis cenſus eſt eccleſiæ.

Ambro. Oues autē nos ſumus,atq; in hoc rogare Deū debemus, vt clementer nos reuocet ad aquas reparationis. Oues inquam ſumus,& ideo pro paſcuis clamemus ad dominum. Drachmæ ſum⁹,quapropter nos decet habere pretiū redēptionis:filij ſumus,feſtinemus itaq; ad patrem, ſicut hîc de

Gregor. inceps parabola inducitur duorū filiorum. Gregor. Euerſa, inquit,domo inuenitur drachma:quia dum purgatur conſciētia hominis,reparatur in homine ſimilitudo creatoris, purgatur,intellige per pœnitentiam. Cōuocat illa amicas, hoc eſt,ſpiritus angelicos, cōgaudentes vtiq; ſapientiæ diuinæ,de inuenta drachma deperdita, in reuocata & vitam æternam. Neq; multum hæc explicatio diuerſa eſt à ſupe-

rioris parabolę declaratione. Gaudiũ enim fuit & Chriſto, & ſupernis virtutibus, quæ amicæ eius & vicinæ ſunt, quia & ipſæ incorporeæ, & aſſiſtunt ante thronũ ſapientiæ Dei: teſtãte Daniele. Omnes igitur illæ lætãtur ob drachmã inuentam, hoc eſt, quod miſeri iſti & exules filij Euæ, gratia Dei adiuuante, ex hac valle lachrymarum ad gloriam reuocati ſunt ſalutis æternæ. ¶ Per iſtam mulierem nonnulli eccleſiam ſanctam intelligũt, quoniam & ea oues deperditas, drachmam quoq; quærit amiſſam: accẽdit etiam luminaria tum ſalutaris prædicationis, tum piæ orationis, tum bonorum exemplorũ. iſtis enim tribus nos quærit eccleſia. Qui autem ita ſentiũt, textum hunc ſic tractant, quod in priore parabola ſignificetur. quomodo Chriſtus oues ſuas quærat redemptione ſuæ paſſionis: poſteriore autẽ quo pacto ſancta mater eccleſia filios ſuos perditos quęrat prædicatione, oratione & exemplo. Et deinceps in tertia iſta filij prodigi, quomodo pro ſe quiſque ſuam quærat fœlicitatem. *Theophy.* *Dan. 7.*

Eſtque hæc expoſitio piæ meditationi commodiſſima. Nam ſi fundamentum inſpicias, tria hæc neceſſaria ſunt ad conuerſionem peccatoris, quæ hîc continuè ſine vlla alia intermixtione dominus cõiũxit. (habes hîc materiam prædicãdi per totam quadrageſimã.) Siquidem ante omnia oportet præcedat meritum paſſionis Chriſti, ſine quo opera noſtra, quãtumuis in ſe bona, vana futura ſunt. ſiquidem ad patrem niſi per Chriſtum peruenire nemo poterit, qui vnꝰ eſt mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus, qui ſemetipſum dedit in redemptionem pro omnibus. Quum itaque vnus ille mediator ſit redemptionis, quid mirũ ſi ſe ipſum prima ſtatim parabola propoſuit, quãdo & ipſe præcipuus eſt, qui oues ſuas inquirit, imo & oſtiũ ouiũ exiſtit, quò quiſquis ĩgreſſꝰ fuerit, ſaluabitur? Quòd ſi igitur ipſe oſtium eſt meritò de iuſtificatione dicturus, à ſe ipſo exorſus eſt. Quòd autem de muliere ſequitur, facilè ad eccleſiã catholicam referri poteſt, ſponſam Chriſti, ex cuius etiam latere in cruce nata eſt, ſicut in multis locis tum Paulus tũ Auguſtinus clarè teſtãtur. Quòd ſi itaq; mater illa eſt, vtiq; filiorum ſuorũ ſalutem deſyderat, atq; ideo drachmã quærit amiſſam. Cuius quidẽ tam efficax eſt oratio, vt mundus totus, quã eſt impius & ſceleratus, periret, ſicut tẽpore Noe & ſicut quinque illę ciuitates tempore Abrahę, niſi tam piè *Ioan. 14.* *1. Tim. 2.* *Ioan. 10.* *Ioan. 19.* *Ephe 5.* *Apoc. 11.*

& diligenter ſancta mater eccleſia pro ſuis filiis oraret. Etſi autem iã Chriſtus pro peccatoribus mortuus ſit, & eccleſia pro iiſdem orauerit, tamẽ neceſſariũ adhuc eſt, vt peccator qui rationis eſt cõpos, etiã quod ſuum eſt, faciat. Qui creauit te ſine te, nõ iuſtificabit te ſine te. Atque ideo prioribus duab' tertiã adhuc parabolã adiũxit dominus de filio prodigo, qui hominis pœnitentis quidã velut archetypus eſt, aptiſſimè repræſentãs, quomodo ille peccãdo alienatus ſit à Deo, quomodo in ſeipſum digreſſus, pœnitẽtiã meditet̃, & qũo ad patrẽ veniens, ſit peccata confeſſus: Pater, exclamans, peccaui in cælũ & coram te. His itaq; tribus parabolis bene penſatis, habes quicquid neceſſariũ eſt ad agẽdum pœnitentiam. Verè enim ouis perdita eſt peccator, amiſſa drachma filius prodigus. Quem vt quærẽdo inueniret Chriſtus, factus eſt ouis, & quidẽ huiuſmodi, quæ nõ aperiat os ſuum dum ducebatur ad ſuppliciũ. Et ſicut filius Dei inſtar ouis pro peccatore oblatus eſt, ita etiã factus ille eſt drachma quędam: homo enim qui iam ſemet diabolo obſtrinxerat, vt iterum redimeretur, hac ipſa opus habebat drachma. Vnde & Petrus ait. Nõ corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incõtaminati Chriſti. Tribus quoq; iis parabolis, tria vitia capitalia declarare voluit domin', oue perdita inſinuãs ſuperbiã, amiſſa drachma auaritiam, filio aũt prodigo luxuriam. Neque hic finis, verùm & pluribus modis exponi poſſent illa Chriſti verba, quæ quidem tam ſucculenta & omnino ſunt vberrima, vt nemo illa vel ſatis perſcrutari, vel planè enucleare poſſit. (potes itaque ſuperiora latiſſimè extẽdere, & plures ex iis facere ſermones) ſed nos iam claudamus riuulos, dicamúſque cum domino, Sic gaudium erit angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Atque ideo oremus dominum, vt ipſe quoque nos oues ſuas perditas clementer viſitare dignetur, humeriſque ſuis imponere, & ad gregem deferre angelorum in æterna gaudia. Deinde incendere etiam velit lumen gratiæ ſuæ cœleſtis: qua adiuti, expurgemus omnes conſcientiæ noſtræ angulos: ſicq; iterum inueniamus drachmam deperditam, vera omnipotentis Dei imagine inſignitã, vt ſic & angeli nobiſcum & viciſſim nos cũ illis perpetuò gaudeam' in æterna ſecula, Amẽ.

Auguſt. *Eſa. 53.* *1. Pet. 1.*

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, LVCÆ 6.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date & dabitur vobis. Menſuram bonam & cõfertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & ſimilitudinem, Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, perfectus autem omnis erit, ſicut magiſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt, non conſyderas? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eiiceam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

Mat. 7. Ma. 7. 15 Mat. 4. Ma 7. 10 Ioã. 13. 15 Ioan. 15.

HOMILIA PRIMA

PAVLO ante hoc euangelium retulit Lucas Chriſtum elegiſſe duodecim apoſtolos, & iiſdem nomina indidiſſe, vt nouo quodam & priſcis quondam ſeculis inaudito nomine vocarentur apoſtoli. Poſt hæc multa ſalutaria documenta, quæ illis dedit Chriſtus tanquam futuris prælaris, & vniuerſis mundi doctoribus, inter hæc omnia illud quoque, dilectiſſimi in domino, continetur euangelium, quo multa docentur, quę pauculis verbis explicari non poſſunt, adeò enim ſunt vberrima. Et nos ita illa ſingulatim decerpamus. Eſtote, inquit dominus, miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Multa iam antea dixerat dominus de dilectione proximi, de diligendis etiam inimicis, de benedicendis qui nobis maledicunt, de orando pro iis qui nos contemnunt, de dando quibuſcunque petentibus, de commodando & mutuando ſine vſura, & quòd hoc modo filij Dei futuri eſſemus, qui & ipſe mitiſſimus eſt. Atque ſuper iis omnibus ita concludit, Eſtote miſericordes, &c. Quæ ſanè verba, vt ſunt breuiſſima, tamen duo maxima complectuntur, miſericordiam ſcilicet Dei, & noſtram: de vtraque nos pauca dicamus. ¶Et principiò quidem, exhibere proximo noſtro miſericordiam, non tantùm bonum

eſt & ſalutare,ſed & neceſſarium & Deo beneplacitum : ſiquidem opus iſtud eſt ex ſummis virtutibus , quanuis contemnatur ab omnibus. Beatus enim qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Quid multa? Omnis ſumma diſciplinæ chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt. Et ſuper Lucam, Miſericordia eſt plenitudo virtutum ideo non publicanus, non miles excipitur,nō agricola vel vrbanus,non diues vel pauper omnes in communi admonentur,vt conferant non habenti.Euolue vniuerſam ſcripturam,& non inuenies ſpiritum ſanctum aliquod opus tam diligenter admonuiſſe,vt orationem & miſericordiam , atque nulli operi toties tum remiſſionem peccatorum tum vitam promiſiſſe æternam.

Ambro. ſuper epiſto.ad Titum.

Oſee 6. Ecce enim per prophetam clamat dominus, imo & per ſeipſum,Miſericordiam volo,non ſacrificium. Clamat quoq;
Mat 9.
Eſa.58. per Eſaiam,& ait,Cum effuderis eſurienti animam tuam & animam afflictam repleueris,orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies : frange eſurienti panem tuum,& egenos vagóſque induc in domum tuam: cùm videris nudum,operi eum,& carnem tuā ne deſpexeris.Multa etiam alia reperies ibidē.Quo nomine eccleſia hunc locum propheticum per totum tempus quadrageſimæ vſurpat in Primis & Completorio, quaſi dicere velit, Non placebunt Deo veſtra ieiunia,nō oratio,non pœnitentia quoque ipſa,niſi & miſericordes ſitis . Atque hoc eſt quod Sa-
Eccle.7. piens dicit,Ne contemnas dare eleemoſynam. Nullum diē ieiunij ſinat abire quilibet chriſtianus , quò non elargiatur eleemoſynam & oblationem ſuam,Neque diem dominicū quiſquam prætereat,quò nō pauperibus det eleemoſynam. O quā ſalubre foret pauperi quotidie dare eleemoſynā,die quidem dominico in honorē trinitatis,die Lunę pro ſalute omnium animarū,die Martis in gloriā angelorū & ſanctorum omniū,die Mercurij ob miſericordiam & æternam ſapientiā Dei,die Iouis propter venerabile ſacramentum,feria ſexta ad honorandā paſſionem Chriſti,& vulnera eiuſdem glorificāda. ſabbato autē, ad gloriam virginis matris, Annæ & Ioſeph . Eſſe verò eleemoſynam tam frugiferam, age,paucis explicemus propter vulgus hominum ſimpliciorum, quoniā ex diuitibus nō eſt quòd ſperemus in hac parte ſalutem, ita clauſæ ſunt manus illorum pauperibus. Audiamus ergo immenſam eleemoſynę virtutē & efficaciam.

1 Per eleemoſynam acquirimus liberationẽ ab omnibus malis & periculis huius vitę. Hinc enim eò lubentiùs exordior, vt videatis hîc quoque tam nihil deperire ex eleemoſyna veſtra, vt ſummum ex illa lucrũ ſperare debeatis. Ecce enim inquit Dauid, Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Domin⁹ conſeruet eum, & viuificet eum: & beatũ faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectũ doloris eius, vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Vnde ſcutum quoque dicitur eleemoſyna aduerſus omne malum. Super ſcutũ, ait Sapiens, potentis & ſuper lanceã aduerſus inimicum tuum pugnabit eleemoſyna. (ecce quòd & milites debent dare eleemoſynam) Cõclude igitur eleemoſynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. In morte quoque conſeruat hominẽ eleemoſyna, ita teſtante Auguſtino cùm ait, Non memini me legiſſe, mala morte mortuũ, qui libenter opera charitatis exercuit: habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt preces multorũ non exaudiri. Contrà quiſquis durus eſt, & nihil minus quã immiſericors, duriter memoria mala emoritur. Quò facit iſtud Dauidicũ, Pereat memoria eius de terra, quoniã nõ recordatus eſt facere miſericordiã. Diuitiæ, inquit Ambroſi⁹, hominis nõ ſunt, quas ſecum ferre non poteſt: tãtùm miſericordia comitatur mortuos. Poſt mortẽ quoq; conſeruat hominẽ eleemoſyna ab omni malo iudicij nouiſſimi. Sic enim Tobias ait, Si multũ tibi fuerit, abũdanter tribue: ſi exiguũ tibi fuerit etiam exiguum libẽter impartiri ſtude. præmiũ enim bonũ tibi theſaurizas in die neceſſitatis, qm̃ eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Eleemoſyna in extremo iudicio nos tuebitur, imo & aduocata noſtra erit teſte Dauide qui dicit, Iucũdus homo qui miſeretur & cõmodat: diſponet ſermones ſuos in iudicio, & in æternum nõ commouebitur, In memoria æterna erit iuſt⁹, ab auditione mala non timebit. A qua auditione? ab illo, inquit Auguſtinus, tremendo iudicio Dei, quod qui à ſiniſtris ſiſtẽtur, audiẽt; Ite maledicti ĩ ignẽ ęternũ. Quod vt audituri nõ ſunt boni, ita hîc tãtũ horrẽt tremũntq; mali & immiſericordes: quoniam iudicium ſine miſericordia erit illi, qui hîc non facit miſericordiã. 2 Neque verò tan-

Pſal. 40
Aug. ad eremi. & Hiere. ad Nepotianum.
Pſal. 108
Ambro.
Tob. 4.
Pſal. 111.
Auguſt.
Iacob. 2.

tùm ad vitãda mala conducit miſericordia, ſed & per illam conſequitur homo bona temporalia, & fœlicitatẽ quoque huius ſeculi. Id ideo repeto, vt magis pungam animos auarorum, qui quas corraſerunt diuitiolas nolunt expendere, metuentes ne fortè fiant pauperiores. dicunt enim, Qui bona ſua etiã propter Deum elargitur pauperi ante meridiẽ, poſt meridiem mendicabit ipſe. Eſt autem hoc extremę diffidentię argumentum, quam iſti erga Deum habent & verbum illius ſanctum: cum in propatulo ſit, Chriſtum toties contrarium docuiſſe. Ecce enim dicit, Date, & dabitur vobis, & apud Matth. Centuplum inquit, accipiet. Dico ergo contra auaros iſtos & lucripetas, Quiſquis in hac vita libẽter eleemoſynam impartitur pauperibus, ei nihil deficiet quicquid neceſſarium habet ad vitæ ſuſtentationem. Idque adeò apertè teſtatur Salomõ, cùm ait, Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. & deinceps, Qui pron' eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. Sed & Sapiens ait, Qui facit miſericordiam, fœneratur proximo. Præclarum autem eſt illud verbum Salomonis. Alij diuidũt propria, & ditiores fiunt: alij recipiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Et in alio loco, Qui dat pauperi, nõ indigebit: qui deſpicit deprecãtem, ſuſtinebit penuriam. Et vos itaque chariſſimi, date eleemoſynam: ecce enim ſponſorẽ habetis certiſſimũ Chriſtum ipſum, à quo quicquid expoſueritis, fide optima recipietis, modò ne nimiũ contrahatis manus pauperibus, neq; nimis parci ſitis pauperibus. Quin potius eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Date pauperibus, rurſúſque dabit vobis Deus. Eſtote miſericordes, & miſericordiam conſequemini: neque enim Deus eleemoſynæ veſtræ obliuiſcetur, teſte Sapiente, Eleemoſyna patris non erit in obliuione. Ita nec reliquæ eleemoſynæ. 3 Sed neque mediocriter poteſt eleemoſyna ad redemptionem peccatorum & ſatisfactionem pro iiſdem. Ita Chriſtus ait, Date eleemoſynam, & omnia munda erunt vobis. Et Tobias multis quoque modis declarans idipſum filio ſuo, inquit, Eleemoſyna redimit à morte, mundat à peccato, & facit inuenire vitam æternam. Atque iſtiuſmodi locis tota vndiq; abundat ſcriptura. ſicut enim initio diximus, cõſtat Deo nihil perinde placere ac piam orationem & eleemoſynam. ita Daniel

Luc 6. *Mat. 19.* *Prou. 19.* *Prou. 22.* *Eccle. 29* *Prou. 28.* *Prou. 11.* *Luc. 6.* *Matth. 5.* *Eccle. 3.* *Luc. 11.* *Tob. 4.*

Daniel ad Nabuchodonoſorē inquit, Placeat tibi cōſilium meū, peccata tua eleemoſynis redime & miſericordiis pauperum. Forſitan agnoſcet Deus dilectis tuis. ſic quoque Sapiens ait, Ignem ardentē extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiā: & ſicut in ſereno glacies, ita ſoluētur peccata tua. Ideoque & Chryſoſto. hoc fortiſſimū eſſe in pœnitentia medicamētum affirmat. & Ambroſ. dicit, Medicina miſericordiæ tollit magna peccata. Habemus plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimim⁹. pecuniā habes? redime peccata tua, nō venalis eſt domino, ſed tu venalis es, & quidē venditus peccatis: redime igitur te operibus bonis & pecunia tua, quoniā crimina etiam grauiſſima eleemoſynis redimuntur. Habēt autē iſta Ambroſij verba fundamentū ex euangelio, vbi dicit domin⁹, Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis vt cū defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Eleemoſyna enim, vt inquit Augu. mūdat peccata, & ipſa interpellat pro nobis ad dominum: quia quicquid dederimus, ipſū integrè poſſidebimus. Date itaque eleemoſynā abundãter, pauperes vobis habere commēdatiſſimos, quia vt maximè multa expoſueritis illis, decedet vobis, authore & aſſertore Sapiēte, cū ait, Honora dominū Deū tuū de tua ſubſtãtia, & de primitiis frugū tuarū da pauperibus, & implebuntur horrea tua vbertate, atq; torcularia tua vino abundabunt. *Dan. 4.* *Eccle. 3.* *Chryſoſt.* *Ambro.* *Luc. 16.* *Augu.* *Prou. 3.*

4 Porrò cùm ab homine humanū nihil ſit alienum, tum verò maximè humanum eſt illud, vt proximis ſuis egentib⁹ miſericordiā exhibeat, quando nihil eſt quod perinde Deo & hominibus hominē reddat acceptum vt eleemoſyna. Sic Tobias filium ſuum docuit, Ex tua ſubſtãtia fac eleemoſynam, & ne auertas faciē tuam ab illo paupere: ita fiet vt nec à te auertatur facies domini. Hocq; vel maximè liquet hinc quòd dominus iudicaturus tãtū proponet opera miſericordiæ. Nã cùm interrogabūt benedicti, Domine, quãdo pota uimus te, &c. reſpondebit ille, Quod minimo ex meis feciſtis mihi feciſtis. Vnde ſatis liquet, Chriſtū ſic acceptare qđ pauperibus fuit factum, vti ſibi eſſet exhibitū. Quò reſpexit & Sapiens. cùm ait illum contēnere creatorē ſuum, quiſquis egenum ſpreuerit. honorare autē Deum, qui miſeretur pauperis. Quoniã omnes eleemoſynæ aureis literis inſcribuntur libro memoriæ à ſanctis angelis: ſicut Raphaël com *Tob. 4.* *Auguſt.* *Mat. 25.*

Tob.12. mendet eleemoſynam Tobiæ & orationem. Cogitate itaque vos dilectiſſimi in domino, quotieſcunque eleemoſynam datis pauperi, illam deferri manibus angelorū & pauperū in cælum. Quapropter Auguſtinus inquit, Ante fores
Auguſt. gehennæ ſtat miſericordia, & nō permittit aliquem in carcerem mitti. Ecce enim id cōpertum habes in Cornelio, qui cū multas diſtribueret eleemoſynas, audiuit ſibi dici ab an-
Act. 10 gelo, Orationes & eleemoſynæ tuæ aſcēderūt in memoriā in cōſpectu Dei: & nūc mitte viros in Ioppen, & acceſſe Simonē: hic dicet tibi quid te oporteat facere. hinc Sapiēs ait,
Eccle. 8. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propiciatio & benedictio tua, gratia dati in conſpectu omnis viuentis.
¶ Cōtrà, Quicūque nō audit mendicū, neque audiet illum Deus, quādo orabit in neceſſitate ſua, teſte Sapiente qui di
Prou. 21. cit, Quiſquis obturat aures ſuas ad clamorē pauperis, & ipſe clamabit, nec exaudietur. Quod luce clarius eſt cernere in di
Luc. 14. uite iſto, qui, quia Lazarū noluit audire, vt micas ſaltem de menſa cadentes ei porrigeret, viciſſim exauditus non eſt petens vt Abrahā ad ſe Lazarum mitteret, qui linguā ſuam refrigeraret. Cōmendatos itaq; vobis habete pauperes, & ipſi quoq; eritis Deo cōmendatiſſimi, illiq; ſimul & hominibus
*Eccle.*29 dilectiſſimi, vt ait Sapiens, Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.
Ad Demetrium. Menſulā igitur tuam, inquit, Hieronymus pauperes & peregrini nouerunt, & tu cum illis Chriſtum conuiuam noueris.
5 Quòd ſi hæc nondū vos mouent, moueamini ſaltē im menſa illa eleemoſynæ tum vtilitate, tum remuneratione, quam ex ſumma miſericordia præparauit Deus facientibus
*Matth.*5. miſericordiā. ſic enim ait Chriſtus, Beati miſericordes, quoniam miſericordiā conſequentur. Quoniam cū eleemoſynam dare opus ſit tam pium & beneplacitū Deo, ille quoq; abundanter remunerabit iſtud. Et audi largiſſimam Chriſti promiſſionē, Quicūq; potū dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidę in nomine diſcipuli, Amen dico vobis,
*Mat.*10. nō perdet mercedē ſuam. Quòd ſi hoc ita eſt, quātò magis remunerabit eleemoſynā largiorem? qua quidē remuneratiōe tota vndiq; ſcriptura pleniſſima eſt. Ecce enim eleemoſyna facit inuenire vitā ęternā. Et Chriſtus ait, Congregate
*Tob.*12. vobis theſauros in cælo, vbi nec ærugo aſſumit, nec tinea
Mat. 6. demolitur, & fures nō effodiūt neq; furātur. Atqui theſau-

rum hũc tibi per eleemoſynas cõgregare poteris. Hinc ille dixit, Manus pauperis ærarium eſt Chriſti, totúmque illud quod mẽdicus accipit, accipit Chriſt⁹. Exiguũ igitur da pauperi, vt accipias multũ. Da illi terrã, (quid enim aliud eſt pecunia, q̃ terra vel alba vel flaua?) & dabit tibi cœlũ. Sic enim quicquid pauperi dederis, tibiipſi dederis. quodcũque autẽ mendico ſubtraxeris, & tibi & illi perierit. Vis ſcire quæ ſit efficacia eleemoſynæ, quantáque ſit miſericordiæ virtus? Ecce illud Sapiẽtis animaduerte, Omnis miſericordia faciet locum vnicuiq; ſecundũ merita operum ſuorũ. En hic tibi, quomodo ordines & locos diſtribuit miſericordia, vt iã minus ſit mirũ, cur Chriſt⁹ in iudicio nouiſſimo in remuneratione bonorũ ſit dicturus, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratũ eſt vobis ab initio mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi quod mãducarem. Aut non vides quomodo hîc Chriſt⁹ remunerationis rationẽ reddit miſericordiã? quę tantũ habet efficaciæ, vt authorem ſuum ſine præmio eſſe non patiatur. Cæterũ qui linguam angelorum Seraphim lapide attigit, præclarè ille ſanè fructum deſcripſit miſericordię, Frange, inquiens, eſurienti panem tuũ: cum videris nudum, operi eum, & ſanitas tua citius orietur (ecce bona corporis) & ante faciem tuã anteibit iuſtitia (ecce ſpiritualia bona animę) iuſtitiã enim & reliquas virtutes impartitur Deus meſericordiã facientibus. Sequitur, Et gloria domini cõgregabit te. Quo verbo declarare voluit propheta fœlicitatẽ æternã cõtingere iis, qui opera miſericordiæ exercẽt diligẽter: cùm interim immites homines & immiſericordes diabolus deiiciat in barathrum damnationis. Deinceps formã oſtendit propheta, qua Deus cõgregatur⁹ ſit illos in vitã æternã: & ait, Tũc inuocabis, & domin⁹ exaudiet te: clamabis, & dicet, Ecce adſũ: ego enim ſum miſericors domin⁹ De⁹ tuus. Multa alia præclara & egregiè conſolatoria verba habet ibidem propheta, quæ nunc miſſa facio: vt tandẽ finiam. Quando autem ex iis omnibus cõſtat, tam ſalutarẽ & planè diuinã eſſe eleemoſynam, vt per eam cõſeruemur in morte, & poſt illam: vt per eam multa bona tẽporalia Deus largiatur hominibus, vt inde remiſſionem cõſequamur peccatorũ, vt ex illa Deo pariter & hominibus efficiamur accepti, vt inſuper præter bona temporalia fortunæ, corporis & animæ, æternę conſequamur gaudia vitę.

Eccle. 16 *Mat. 25.* *Augu.* *Eſa. 6.* *Eſa. 58.*

Admonitos vos per chriſtum omnes volo,ne cui rei pareatis, quin largiter detis eleemoſynam omnibus qui indigẽt illa.cogitate immenſos quos iam audiſtis fructus, dum nō potes in terra tantulis bonis quicquã lucrari vel melius,vel excellentius.Expẽdite,ſi neglexeritis facere eleemoſynam,
Eccle.3. quàm durum ſubituri ſitis ſupplicium. Verè enim malè habebit cor durum in die nouiſſimo. Cōſiderate deniq; illud
Augu. quod bene ponderauit Auguſt.cùm ait,Dicit tibiChriſtus, da mihi ex eo qđ dedi tibi:de meo quęro,da& redde.habuiſti me largitorẽ,fac me debitorẽ:tẽporalia mihi exhibe, & ego tibi dabo æterna.Bona tua mihi da, & pauperib' meis, atq; hinc ego dabo tibi meipſum Ecce quomodoChriſt' ſe & regnũ ſuum cœleſte venum ꝓponit,daturus tantùm pro eleemoſyna Et vos itaque alacres eſtote, date hilariter pauperibus,atque vltro dabit vobis Deus vitam æternã, Amẽ.

HOMILIA SECVNDA.

STatim poſt apoſtolorum electionem multa illis ſalutaria præcepta dedit dominus, & vitæ euangelicæ dogmata ſaluberrima, quæ omnia concluſit hoc epiphonemate, Eſtote miſericordes,ſicut& pater veſter miſericors eſt.Vnde nos quoque monemur bona noſtra miſericorditer impartiri pauperibus, ſicut nobis Deus largiſſimè communicauit bona temporalia & ſpiritualia: quoniã qui habet bona totius huius mũdi,& viderit fratrem ſuum neceſſitatem
1.Ioan.3. patientem,& clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo manet charitas Dei in eo? Quicunque autem pauperibus miſericors eſt,piè quoque & miſericorditer ſuſcipietur à Deo:vt
Eſa.54. ait ipſe per prophetam, In magna miſeratione ſuſcipiã te. Atqui quantum fructus & vtilitatis habeat miſericordia,& ex huius operibus cum primis eleemoſyna,integra iam homilia explicauimus:nunc reliqua diſpiciamus Dominus ad miſericordiam nos cohortatur, eò miſericors ſit etiam pater noſter:non iſte terrenus, ſed ille ad quem clamam' quo
Matt.6. tidie,Pater noſter qui es in cælis. Quòd ſanè argumentum eſt efficaciſſimum, dum modo benè expendatur: quoniam inde vel maximè monemur eleemoſynam facere, & miſericordiam exhibere proximis noſtris.Quãdo enim Dei erga nos miſericordia ineffabilis eſt, debemus eadem & nos
Augu. vti erga pauperes:vt inquit Auguſt.Beati illi qui ſubueniũt miſeris,quoniã eis rependitur, vt per miſericordẽ dominũ

de miſeria liberentur. Siquidem ęquiſſimum hoc eſt, vt qui à potentiori adiuuari deſyderat, ille etiam opituletur inferiori. Quàm ſit autem Deus miſericos, nónne vbique ſcriptura teſtatur, à capite ad calcem vſque? Ecce enim ad Moyſen dicit dominus, Ego ſum dominus Deus tuus, qui facio miſericodiã in mille iis, qui diligunt & cuſtodiũt præcepta mea. Quò facit & iſtud in oratione Manaſſes, Immenſa verò & íueſtigabilis eſt miſericordia ꝓmiſſionis tuę, quoniã tu es dominus Deus altiſſimus ſuper omnẽ terram, lõganimis & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitia hominum. Et vere idipſum cognouit Iudith quoque, cũ diceret, Dominus patiens eſt, indulgẽtiã eius fuſis lachrymis poſtulemus. Verùm quis melius vel agnorit, vel expertus ſit eandem niſi Dauid, qui ſubinde clamauit ad dominũ, Reminiſcere miſerationũ tuarum domine, & miſericodiarum tuarum quæ à ſeculo ſunt. Secundũ miſericordiã tuam memento mei tu, propter bonitatẽ tuam domine, quia tu dulcis & rectus es. Atqui hic patres ſancti dum magnitudinẽ & amplitudinem cõſyderant miſericordiæ diuinæ, pulchrè ponderant in eãdẽ altitudinem, profunditatem & latitudinem. Vſqueadeo enim ꝓfunda eſt miſericordia Dei, vt pertingat vſque in limbũ & purgatorium, ibiq; liberet patres clamãtes cum gaudio, & dicẽtes cũ Dauide, Miſericordia tua magna eſt ſuper me, quoniã eruiſti animã meã ex inferno inferiori. Sublimis quoq; eſt illa: ſiquidẽ erigitur vſque in cælum, dicente Dauide, Magnificata eſt miſiricordia tua vſq; in cælũ. Dices, quãdo nec paupertas neq; miſeria in cælo aliqua eſt, quis illic vſus eſſe poterit miſericordiæ Dei? Reſpõdeo ego, In cælo quoq; miſericordiã ſuã declarare Deum, dum gloriã largitur iis, qui propriũ meritum nõ habuerũt: illi enim per gratiam ſeruãtur & miſericordia atque merito Chriſti, vt paruuli, qui à baptiſmo moriuntur, ſola gratia & merito Chriſti Ieſu ex baptiſmo ſaluãtur. Quid quod miſericordiã Dei euidenter ſentiũt beati in cælis, etiam ratione ſua vſi, dum vltra meritũ omnes remunerãtur? Aut nónne hęc ſũma in Deo miſericordia eſt, quã rectè agnouit Dauid quãdo dixit, Domine, in cælo miſericordia tua? Quæ autẽ ſit latitudo illius, nõne qui latiſſimè patet, mũdꝰ iſte cognoſcit? Quoniam miſericordia domini plena eſt terra, miſericordia eiꝰ à ſeculo vſq; in ſeculũ ſuper timẽtes eũ. Dies nos

Exo. 20.
2. Par. 36
Iudith. 8
Pſal. 24
Pſal. 85.
Pſal. 56.
Pſal. 25.
Pſal. 118.

antè deficeret,quã omnes aut potiores ſaltem ſcripturæ locos ſuperhac re conferremus. Quos tamen vniuerſos velut vno faſce cõplexa eccleſia,orat De⁹,cuius miſericordiæ nõ eſt numerus ſuſcipe ꝓpitius preces humilitatis noſtræ.Refert autẽ plurimum ſubinde meditari immenſitatẽ miſericordiæ Dei,vt ſic quilibet plus feruoris cõcipiat ad orandũ
Pſal. 32. eum cũ maiori fiducia,cum Dauide, Fiat miſericordia tua
39.& 50 domine ſuper nos,quẽadmodũ ſperauimus in te. Ne longe facias domine miſeratiões tuas à nobis. Miſerere mei De⁹,
Thren. 3. miſerere mei quoniã ĩ te cõfidit anima mea. Quãdo igitur tãta eſt erga nos miſericordia Dei,vt ſi tanta non eſſet, abſorpti eſſemus nos,neq; ad momẽtũ ſubſiſteremus, niſi ſuſtẽtaret nos miſericordia ſua: qa ſic nõ iuſtificabitur in cõ-
Pſal.142 ſpectu ſuo omnis viuẽs,ſi ĩ iudiciũ ille nobiſcũ ĩtraret. Sola ergo immẽſa illius miſericordia cõſeruamur,quoniã di-
Titum 1. ues in miſericordia dominus.Hinc nimirũ diſcam⁹ miſericordiã exhiberepauperib⁹,ſicut miſericors eſt cõditor,adiutor & redẽptor noſter. Atq; hoc illud eſt quod ait domin⁹,
Ephe.2. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. At nos ſatis hactenus digreſſi,rurſus reuertamur ad textum.

2 Sequitur ergo,Nolite iudicare,& nõ iudicabimini:nolite cõdemnare,& non cõdẽnabimini. Regula hæc pulchra
Hierony. quidẽ,ſed grauis & ſeria eſt,& vt nũc ſunt in mũdo homines,explicatu perquã neceſſaria,quò faciliùs quiſque poſſit ſibi à temerario iudicio proſpicere : & vt diſcant inde mali nõ adeò ſolicitè quærere malis ſuis prætextũ & fucũ. Non tamẽ hîc iudicare ꝓhibet domin⁹:aliâs quomodo deinceps
1.Cor.5. Paulus in Corintho fornicantem iudicauit, & Petrus Ana-
Act.5. niam & Saphirã mẽdacij coarguit? Non ergo prohibet hîc iudicare,ſed formam & modũ iudicãdi docet : quod ex ſequentibus ſatis conſtat,quando dicit, Quacunque mẽſura
Mat.7. menſi fueritis,eadẽ remetietur & vobis. & alibi apud Matthęum,Quocunque iudicio iudicaueritis,eodẽ & iudicabimini. Vt itaq; poſſitis in hac etiã parte ſaluare cõſcientiam veſtram membratim rem totã,& in partes concidã,& dico.

1 Nõ vtiq; ꝓhibet hîc dominus iudicium illud,quo qs ſe ipſum factaq; ſua diiudicat.ſic enim vſqueadeo non prohibemur iudicare,vt etiam iubeamur.quoniã ita inquit Pau-
1.Cor.11. lus,Si nos iudicaremus,non iudicaremur. Et in huiuſmodi iudicio ſi quis nolit nimiũ ſibi ĩdulgere,poteſt homo recto

vti proceſſu & modo:ſiquidē ſecum habet teſtem,qui reiici non poſſit,ſuper facto & facti rationibus,teſtē inquam cōſcientiā. Ex verbis itaq; præcedētibus & ſequētibus ſatis cōſtat,Chriſtū hîc eſſe loquutū de iudicio ꝓximi,de illo quidem iudicio ſuipſius difficile eſt dicere. O enim fœlicem & beatū hominē,qui poſſit dicere cū Paulo,Ego meipſum nō iudico:nihil enim mihi cōſcius ſum,ſed nō in hoc iuſtificatus ſum. & ibidem,Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Atq; hîc pricipiò profiteor me nihil dictū de publicis iudiciis & forēſibus,vbi quis ratione ſui officij ſui tenetur nōnunquā ſontes cōdēnare:ſed de illo tātū qđ quis apud ſeipſum cōcepit & pronūciat de ꝓximo ſuo. *1.Cor.4*
2 Poſſumus autē loqui de facto manifeſto proximi,quod negari nequeat,& de huiuſmodi quoq; iudicio hîc domin⁹ non loquitur. quū enim facta eiuſmodi ſunt, vt bono animo fieri nequeāt,tunc ſanè nos oportet bonū bonū,& malū malū dicere. Quoniam ſic Chriſtus ait,Ex fructib⁹ eorū cognoſcetis eos ſiquidē arbor mala non poteſt fructus ferre bonos. Fruct⁹ malę arboris ſunt,publica fornicatio,adulterium,furtum,blaſphemia,homicidium,ebrietas,&c. Vbi ſi quis malum nō iudicauerit eſſe malum, peccabit vtique: iuxta illud Sapientis,Qui iuſtificat impium,& qui cōdemnat iuſtum,abominabilis eſt vterq; apud Deum. Huiuſmodi enim opera dies domini declarat per ſcripturas ſacras, decernens,quid ſit iniuſtū. Et nos itaq; iudiciū noſtrum cōformantes ſcripturę rectè facimus,offenſuri Deū ſi contrariū fecerimus In hoc tamē caſu obſerua hæc duo. Primum, malè facit quiſquis nimiū curioſè & temerē ſcrutatur peccatum proximi:pei⁹ adhuc facit, qui huiuſmodi perſcrutatione peccatum per ſe occultū manifeſtat. Quò facit illud Bernardi,Noli eſſe alienę vitæ temerarius iudex aut curioſus explorator,niſi idipſum qui in magiſtratu poſit⁹ eſt ex officio faceret,vt malum puniret. Alterum eſt,quòd peccatū proximi hominis etiā manifeſtū iudicare non debemus cū aliqua amaritudine,adeò etiam elati,vt quę in tergo noſtro eſt mantica,eā nec conſideremus neq; videamus: ſicut hîc ſequitur,Quid vides feſtucā in oculo fratris tui,trabem autem in oculo tuo non conſideras? Idem & Paulus iam olim docuit,inquiens,Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite *Matt.7.* *Prou.17.* *Bernard.* *Mat.7.* *Luc.6* *Galat.7.*

in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Atq; ſic aduerſus ſeueros alienæ vitæ Momos & iudices inuehitur Chryſo. dicẽs, In alienis delictis ſeueri & amariſſimi iudices reſidem᷑, noſtras autẽ trabes oculis infixas propriis nõ videmus, dum nemo noſtrũ cõſiderat ſe vel in grauiorib᷑ eſſe peccatis, vel in maiora potuiſſe prolabi, niſi adiutus fuiſſet gratia Dei. Hanc itaq; perpetuã velut amuſſim adhibe ad omne iudiciũ proximi tui: quotieſcũq; iudicaturus es alterũ, incipe à te ipſo. Regulã hanc colligimus ex dictis factiſq; Chriſti domini, qui in cauſa adulterij accuſantib᷑ mulierculã Iudęis dixit. Qui ex vobis ſine peccato eſt mittat primum lapidẽ in illam. Ait ibi Greg. Ad aliena peccata punienda ibãt, & ſua reliquerant: reuocẽtur itaque intus ad conſcientiã vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Quiſq; igitur ſibi proſpiciat, ne amariùs duriuſque corripiat proximũ ſuum, ne illi dicat Paulus quod Romanis, in quo alium iudicas, teipſum condemnas: eadẽ enim agis quæ iudicas. Atque hæc dicta ſint vobis ad eruditionẽ & inſtructionẽ vitę veſtrę, ne etiã in manifeſtis operib᷑ malis, nimiũ acerbè adoriamini proximos veſtros: ſed dũ alios iudicatis, veſtri quoq; vos non capiat obliuio peccati.

Chryſoſt. *Ioan. 8* *Gregorius* *Roma. 2.*

3 Sunt adhuc opera quædam media, ſic dicta, ꝗ tam bono quàm malo animo fieri poſſint: atq; in iis iudicare neminẽ debemus, ſed omnia in optimam partẽ referre. Sic enim & Paulus ait, Qui non manducat, manducãtem non iudicet. Diuerſum quiſquis facit delinquit, Deiq; ſibi vſurpat iudicium: quoniam cum opus illud ex effectu faciẽtis pendeat, quicunque cor hominis iudicare pręſumit, diuinũ ſibi arrogat iudicium, dicente propheta, Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutãs cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta viã ſuam. Homo videt ea quæ apparent ab extra, Deus autem intuetur cor. Atque ideo Auguſtinus ſacerdotem noluit iudicare, dicẽs, Ne diuinæ poteſtati ſub cuius examine cauſa adhuc pẽdet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellem iudicio præuenire. Quid multa? in rebus ambiguis nemo iudicare debet proximum ſuum, niſi fortè circunſtantię rem illuſtrarent & patefaecrent, cuius rei exempla nonnulla prębet Auguſtinus in hunc modũ, Vides aliquem ſæpius ieiunare? ne nimium hinc laudes eũ, ne fortè extollatur. Vides

Rom. 14. *Hier. 17.* *1. Re. 16.* *Ad Hip.* *Augu.*

alium die prohibito manducare,& morbum in hoc cauſari? caue diiudices eum:fortè enim vitio gulæ id facit,aut animo bono. Vides inſuper quendam durum ſubditis ſuis, & ad gratiā tardum?noli iudicare illum,quia tam vitio poteſt tyrannidis hoc facere,quā zelo iuſtitię. In iis & cõſimilibus caſibus quātò ſatiùs eſt nos inclinare ad dextrā hanc & mitiorem partē,quā iſtam ſiniſtram:quoniā meli⁹ eſt nos malos reputare bonos,quàm bonos malos: quemadmodū ſatius eſt liberari nocētem,quàm puniri inſontem. Atque in hoc caſu dicit hîc dominus, Nolite iudicare. Nam in manifeſtis licitū eſt iudicare,ſed cū dilectione & ſolo odio peccati,hominis verò amore:odio morbi,ægrotantis amore. *L. abſentē ff de pœni ten.*

4 Hinc ſequitur, nos iudicare pro dānato neminem nec poſſe,neq; debere ante obitū ſupremáq; funera. Quis ſcit enim an non qui hodie peruerſus eſt, cras cõuerſus efficiatur? Atque ideo Gregorius ad Imperatorē Mauritium, Neſcimus,inquit, qualis quiſque erit in horrendo & tremēdo illo iudicio Dei. Nolite ergo, ait Apoſtolus, iudicare ante tempus quoaduſque veniat dominus, qui & illuſtrabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.& alibi, Non amplius inuicē iudicemus. loquitur enim ibi de hoc iudicio. Quoniam quis ſcit, quomodo & quādo Deus det gratiam? Ecce enim Paulus cum peſſimè cœpiſſet,finem tamen optimū fecit. Iudas, Saul & Nicolaus diaconus bene cœperunt,finierunt peſſimè. Neminem itaque finaliter iudicemus,cogitantes etiam latroni in cruce miſericordiā cõtigiſſe. Quamobrem neminem, vt iam dixi,iudicemus, quomodo quiſque in multo fine inuenietur: quin poti⁹ rogemus Deum,vt illi gratiam ſuam nō neget, ſanctaque ſacramenta efficaciter cõcedat inſtante iam mortis articulo: quatenus verè contritus,cõfeſſus,abſolutus,& viatico corporis Chriſti prǽmunitus, cõmigret ex hoc exilio in vitam æternam. Id adeò omnibus nobis concedat Deus, Amen. *Greg. lib. 4. epi. 75. 1. Cor. 4 Rom. 14. Luc. 23.*

5 Si quando etiā opus proximi manifeſtum non ſit, circunſtantiæ tamen & coniecturæ prævalidæ multæ ſint quæ vrgeant,ita vt quis inficiari nequeat:tūc ſanè itidē iudicare licet. Vt ſi duæ perſonæ ſuſpectæ cohabitent ſimul,etiam ſi opus malū vel non faciāt,vel aliis nō appareat, fortis tamē præſumptio vrget. Sic Salomon,quum infantulū iuſſiſſet in duas partes diſſeccari,cõſentiēte muliere vna,altera ma- *3. Re 3*

tre vera reluctante, ex graui coniectura iudicauit Salomon illam filij matrẽ non eſſe, quę infantulũ paſſa fuerat diuidi, factũ & opus occultũ, ſed præſumptio multũ erat violenta.

6 Etiamſi præſumptio ſit grauis, ſed coniecturæ leues extrinſecus, quãuis homo ſine peccatori ſuſpicionẽ malã delabi poſſet, ſicq; illud etiã fieret ſine peccato: iudicare tamẽ non debet, quoniã duo hæc ſunt & diuerſa, iudicare, & ſu-
Ec.13.19 ſpicari. Atq; hoc etiam Sapiens docuit, dicẽs, Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bono, ſiue in malo, & iterũ, Ex viſu cognoſcitur vir. Amictus corporis & riſus dẽtium, & ingreſſus hominis enunciant de illo. Hæc itaque ſuſpi-
1.Cor.10 cionis ſigna ſunt & argumenta, ſed ad iudicãdum non ſufficiunt, dicente Paulo, Tentatio vos nõ capiat niſi humana. Humanã ille vocat tẽtationem iſtam volucrem & ſubitam ſuſpicionem, quam, quia homines ſumus, vitare non poſſumus, vt ſi quis mulierem videat viſu vagabundam, ſuſpicatur vtiq; illam non ſatis eſſe pudicã: atq; hæc tẽtatio eſt humana & ſuſpicionẽ illã Sapiens quoq; nõ reticuit, dicens,
Eccl. 27. Fornicatio mulieris in extollẽtia oculorũ, & in palpebris illius agnoſcetur. Et tamẽ ex huiuſmodi argumẽto iudicare
1.Cor.2 nemo debet, ne iudicetur & ipſe. ſiquidẽ ex illo nõdũ perfectè poteſt animũ ipſius cognoſcere, vt inquit Paulus, Quis
Act.1. enim hominũ ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Quãdo itaq; negatũ nobis eſt animũ proximi intueri, arcana quoq; illius ne iudicemus: ſicut apoſtoli orabãt in electione Mathię, Tu domine qui vniuerſorũ noſti corda. Eſtque hæc cõmunis doctorũ concluſio, quotieſcunque non ſufficientes quis habet coniecturas & præſumptiones, atq; interim malũ ſuſpicatur de proximo ſuo peccat venialiter: ſin autem inſuper etiam iudicet, mortaliter.

7 Poſſunt autẽ ſuſpiciones ex obiecto oriri in ſe, vt in ſuperiori exẽplo de muliere. Aliæ originem trahunt ex lõga
Ariſtot. experiẽtia ſic Ariſtoteles, Senes, inquit, ſunt ſuſpicioſi, neq; facilè credũt, quoniã ſæpe ſunt decepti. Quique hoc modo facilè ſuſpicantur, ſic habentur, vt ſuprà articulo ſexto indicauim⁹. Sũt alij ſuſpicioſi ex affectu malo, puta inuidię aut ſuperbię. Sic ait Aug. Hi maximè temerè iudicant, qui ma-
Augu. gis amant vituperare & damnare, quàm corrigere & emendare. Atque qui ſic ſcrutantur omnia, gaudẽtes ex ſuſpicione aliorum, & peccant, & abſtinere ab illo debẽt, quoniam

cõſuetudo iſta vitioſa eſt & infecta iã inde ab Eua parente. Preterea leuiter ſuſpicantur nõnulli, eò quòd ipſi defectum habeãt: ſicque ex ſuapte malitia iudicãt alios oẽs, vt ait Sapiẽs Stult⁹ ambulãs in via ſua, quũ ſit ipſe fatuus, oẽs ſui ſimiles iudicat, Sic fœnerator omnes alios emẽdo & vẽdẽdo imponere hominibus putat, quoniam ipſe id facit. Amator ex ſuo ingenio omnes diiudicat. Atque iſti ſunt, qui omnia peſſimè interpretãtur, vitio vertũt omnibus omnia, cõſuetudine impia & diabolica: bonus enim chriſtianus & cãdidus nõ facilè debet ſuſpicionẽ ſibi cõcipere de ꝓximo ſuo, ſed neque credere eiuſmodi ſuſpiciones mouentibus, ita enim Aug. Homo, inquit, malus ſuſpicatur in alio, quod ſentit in ſeipſo. Diabolo hoc peculiariter proprium eſt, vt omnia in peſſimam rapiat partem. Quò facit illud Chryſ. cum ait, Sunt aliqui, qui de omnibus malè iudicãt. dicũt enim, ſi quis ſtudet & vacat humilitati, hypocrita eſt: ſi recreationi, guloſus eſt: ſi patiẽtię, timidus eſt: ſi iuſtitię, impatiẽs eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi prudẽtię, malitioſus eſt: ſi maturitati, melancholicus eſt: ſi iucunditati, diſſolutus eſt: ſi religioni, ſingularis eſt: ſi ſocietati, ſecularis eſt: ſi ſilẽtio & paci, diſſimulator eſt. & ſic in omnibus aliis. Vobis autẽ expẽdendum relinquo, cũ grande adeò ſit peccatum, ita temerè iudicare proximum, quot milia animarum ſibi per hoc arripiat diabolus, in æternã damnationẽ detrudens: verè enim in huiuſmodi iudiciis quò maius piculũ eſt, eò minus nos illud in nobis agnoſcimus. Vos itaque dilectiſſimi in dño, cauete vobis ſolicitè: & ſi hactenus malè iudicaſtis proximũ, deinceps abſtinete: & iſtud quod hactenus feciſtis deponite per pœnitẽtiã, contritionẽ, cõfeſſionẽ & ſatisfactionem. Sed neque temerè ſuſpicemini quicquã de proximo veſtro, ſubinde in auribus veſtris tinnitum audientes illorum verborum Chriſti, Nolite iudicare, & non iudicabimini in condemnationem, probate vos accuratè ante horam illam, quotquot cupitis æternam fugere damnationem. à qua nos cuſtodiat qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Eccl. 10 *Aug. ſup. Pſal. 118.* *Chryſoſt.*

HOMILIA TERTIA.

DOMINVS noſter IESVS CHRISTVS inter reliqua ſalutaris ſuæ doctrinæ præcepta, etiam hoc Euangelium propoſuit diſcipulis ſuis Eſtque illa non exigua legis euangelicæ portio, quam euangelium

hoc continet. primùm enim hîc docemur facere eleemoſy-
nam, quod non fallax eſt chriſtiani hominis argumentum
Deinde prohibemur temerè iudicare, ne & ipſi iudicemur:
quod & dilectio mutua chriſtianorũ, exigit, ne quis de pro-
ximo ſuo malum vel cogitet vel ſuſpicetur, niſi certa facti
argumenta aſſint: tũc enim licitum eſt iudicare, ſicut apud
Ioan. 8. Ioanem Chriſtus ait. Porrò iam dominus idipſum planiùs
declarat, dicens: Nolite condemnare, & non condemnabi-
mini. ſiquidem & non iudicare, & non condemnare, opera
Matt. 6. ſunt miſericordiæ. Deinde dicit ille, Dimittite, & dimitte-
Mat. 18. tur vobis. quæ etiam ſpiritualis eſt eleemoſyna erga proxi
mos noſtros, vt ſic nobis etiã Deus remittat debita noſtra:
quomodo nos deus docuit orare. Quãobrẽ in euãgelio do
minus ſeruum ſuum corripit, qui exiguum debitum noluit
remittere conſeruo. vide dominicam 23. poſt Pentecoſten,
4 Sequitur, Date, & dabitur vobis. Nõ ſatis eſt nõ iudica-
re, dimittere quoq; & nõ condemnare ſatis nõ eſt. inſuper
etiã dare ꝓximis noſtris nos aliquid boni oportet. hoc eñ
argumentũ euidens eſt, te proximo tuo dimiſiſſe, quod ad-
uerſus te deliquerat, ſi quid ei dederis. Atque hoc eſt quod
1. Ioan. 3. Ioannes ait, Diligere debemus nõ verbo & lingua, ſed ope
re & veritate. In vniuerſum etiam hoc dicit dominus dan-
do vt alacres nos faciat ad eleemoſynã, quæ & ipſa ſine dã-
no ſit: quoniam ſi multum dederim⁹, perinde multũ nobis
dabitur: & cùm ille de remuneratione certos nos facit, etiã
diligẽtiores & cordatiores nos efficit ad eleemoſynã dãdã
¶ Addit itaque dominus, Dabitur in ſinum veſtrũ, ſic enim
quod in ſinu habemus, certò poſſidemus. Ecce ergo quanta
ſecuritate poſſidemus, quanta dilectione & charitate con-
ſeruabimus remunerationem, quam nobis dominus datur⁹
eſt pro eleemoſyna noſtra in vita æterna. ¶ Illam autem in
quatuor rebus hîc dominus declarat. quum dicit, Mẽſuram
bonam & confertam & coagitatã & ſupereffluentẽ dabunt
in ſinum veſtrum. O quàm verum eſt iſtud Pauli, Qui par-
ce ſeminat, parce & metet: & qui in benedictione ſeminat,
in benedictione etiã metet. Quòd ſi bene feceritis, & pau-
peribus menſuram dederitis bonam, Deus viciſſim vobis
Theophy. nõ ſimilem tãtùm reddet, ſed & vberiorẽ. Atq; in hoc funda
tum eſt illud cõmune dictũ doctorum, quòd Deus ſemper
præmiat vltra condignum, Sunt qui hæc menſurarũ genera

referunt ad ſuperiora illa miſericordiæ opera:ſicq; Chryſo ſtomus dicit, Supereffluens menſura datur ei, qui non iudicat:conferta ei quidem qui iudicat, ſed non cõdemnat:bona ei qui cõdẽnat, & tamen dimittit. Equidem crediderim hîc Chriſtũ voluiſſe declarare plenitudinẽ remunerationis in æterna patria:quæ tanta erit, vt eam nec oculus viderit, neque audierit auris, nec in cor hominis aſcenderit:quoniã non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriã cæleſtis Hieroſolymæ. At quæres quinam illi ſint, qui dabunt menſuram hanc nobis? Sanè pauperes ij ſunt, quib⁹ eleemoſynam impendimus, illi menſuram nobis bonam retribuunt:non quòd cæli liberam habeant facultatem: ſed quia autores nobis ſunt vitæ æternæ, quam ideo nobis dat Deus: qui quia propter illos nobis eam largitur, dicitur quaſi illam nobis dent ipſi. Ita enim alibi dicit dominus, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ecce cùm Deus illos recipiat, ipſe tamen ait pauperes eos ſuſcipere. *Chryſoſt.* *1.Cor.2.* *Roma.8.* *Luc.16.*

2 Porrò dominus ſermonẽ iam ſuum huiuſmodi parabola confirmat, Nunquid poteſt cæc⁹ cæcũ ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Similitudo hæc ſic inducitur, Quando iam dominus iudicium temerarium prohibet, rationem porrò declarat illius. Quia qui alium cõdemnat, & ipſe interim in eadem incidit peccata, cæcus vterq; eſt, vterq; peccator, & neuter oculum habet gratiæ Dei:quoniam qui alterum iudicare præſumit, ductoris ſibi arrogat officium:& tamen cæcus ille quoque eſt, quia peccator. Plerunque induci hoc ſolet aduerſus prælatos, curatores animarum & prædicatores, ſicut hîc facit Gregorius, quando enim phariſæi hypocritæ erant, & phariſæis nemo ſatisfacere poteſt in bonitate, dum iudicant omnes, cõtra eos dixit dominus, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Atque ideo cæci erant illi, cùm interim iſti quoque quos iudicabant, nihilo eſſent oculatiores:ſicq; nec ij, neque illi promouebantur. Id alibi etiã Chriſtus monuit diſcipulos ſuos, dicens, Sinite eos, quia cæci ſunt & duces cæcorum. Cùm autem cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. Atque huic communi intellectui conſonat iſtud. quod ſtatim in ſequentibus dixit dominus Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Nunquid ait ille, poteſt cæcus cæcum ducere? quaſi diceret, nihil minus. Quãuis *Theophy.* *Grego.* *Mat. 15.*

autem hoc ad omnes in vniuerſum homines dictum eſt, peculiariter tamen aduerſus prædicatores & prælatos refertur, quos non oportet eſſe cæcos, ſed vtroq; oculo pl' quàm lynceos. Oculus illorum alter ipſius intellectus, illuminatus ſit multa ſcientia: alter voluntatis quàm plurimis virtutibus, & harum omnium præcipuè charitate. Sicq; ille demum verus erit ductor, qui ſubditis ſuis veram poſſit ſemitam monſtrare, dum ipſe quoque temerè non iudicat, ſed ꝓximo ſuo facilè dimittit, eleemoſynas largiter diſtribuit. Aliâs ſi prælati talibus virtutibus adornati non eſſent vidẽtes eorũ vitam ſubdit, facilimè eis conſentirent, ſeq; vitę illorũ conformarẽt & morib' Quoniã nihil facilius, nihilq; leuius eſt quã quòd ſubditi ſuperiorũ ſuorũ vitã ſequantur

Seneca. in malo. Sic enim Seneca ait, Error ſapientis facilè trahitur in exemplũ. Prohdolor autẽ, quã plurimi iã ſunt in eccleſia cæcorũ duces, quoniã hoc nobis euenit quod de Iudæis. E-

Eſa.56. ſaias dixit, Speculatores eius cæci oẽs, neſcierunt vniuerſi, canes muti, nõ valentes latrare. Prædicator enim & animarũ curator quicunque ignarus atque inſcius eſt, cæcus eſt, vt inquit Eſaias, Ideo popul' meus captiu' ductus eſt, eò quòd

Oſeæ.4. nõ habet ſcientiam. Atque præcipuè qui ſcientiã nõ habet ineptus eſt ad ſacerdotij dignitatẽ. teſte Oſea, Quia tu ſciẽtiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. O

Collatio prebendarum. quã miſerè nũc parochi cõſtituũtur, quorũ nec cæcitas conſyderatur neque viſus. Quòd ſi à principe ſit parochia aliqua conferenda, nihil ille aſpicit nihil conſyderat, videntíne conferat an cæco. Tantùm hoc attenditur, Ecce hîc ſecretarij filius, ille ſcribæ filius, iſte venatoris filius. Iſti ſunt illi pręclari, qui curãdi ſunt, horũ cõmodo cõſulendum eſt mgais quàm eccleſiæ profectui. Si & in ciuitate præbenda vacet, prouidendũ eſt filiis ciuiũ etiã cæcis: ſitque hîc planè quod feciſſe legũtur Iebuſæi, ad quos cũ veniſſet Dauid, di-

2.Reg.5. xerunt ei. Nõ ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos, quos illi in muro collocauerunt in ignominiam Dauidis, Sic multi ſunt, qui cum ſacerdotia habeãt: ſuper muros eccleſiæ cõſtituunt cęcos & claudos in ignominiã Dauidis, hoc eſt, Chriſti. Verùm hîc in ciuitatem nõ venit, niſi prius amoris cæcorũ doctoribus. aliâs enĩ ſubditi nullo modo ad

Gregor. duci poſſunt ad vitam ęternã. quoniam ſic & Gregori' ait, Cũ paſtor per abrupta graditur, ad præcipitiũ grex ſequa-

tur oportet. Hieronimus, aũt, Saluator inquit, pręcidit doctores peſſimos dimittẽdos arbitrio ſuo, ſciens eos difficulter ad veritatẽ poſſe trahi, & cæcos eſſe, & cecũ populũ in errorẽ trahere. Deũ immortalem, quot iam cæcorum duces ſunt in mundo, Lutherani, Sacramẽtarij, Catabaptiſtæ? qui nõ ipſi tantũ cæci ſunt, ſed & alios ſecũ cæcos efficiũt. Vtrique igitur in foueam cadẽt damnationis æternæ, Aut nõne qui noſtra memoria ante paucos annos habiti ſunt ſapientes, ſubitò facti ſunt cæci, adeò, vt meritò miremur omnes id ita fieri poſſe? Verũ nos interim eis dicere poſſum' illud quod Paulus Iudæo dixit, Confidis teipſum eſſe ducem cæcorũ lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorẽ inſipientium magiſtrũ infantiũ, habentem formã ſcientiæ & veritatis in lege: qui ergo aliũ doces, teipſum nõ doces. Sed quã planè verus propheta extitit Chriſtus! quàm verum eſt illud Chriſti verbum, quod dixit ad Nicodemũ, Lux venit in mundũ, & homines magis dilexerũt tenebras quã lucẽ! Aut nõne veram chriſtianæ fidei lucẽ accepimus. vidimus, agnouimus? & tamen quod ſunt qui malint tenebras hęreſeos errorum omniũ? Deus nobis gratiã ſuã donare dignetur, qua adiuti, rurſus congregemur in vnitatem fidei, Amen. *Hierony. ſuper Matt. 15.* *Roma. 2.* *Ioh. 3.*

3 Nũc iam deinceps probat dominus verum eſſe quod dixerat, cæcus cæcum ducit. Nam poterat quis dicere, Etiam ſi quis ducit, cadat: is tamen qui ducitur, non cadit. Id ille iam confirmat, dicens, Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Magiſtro itaque cadente, non poteſt non cadere & diſcipulus. Quoniam in via morum oculi diſcipulorum exempla reſpiciunt prælatorum. Atque ſic etiam Gregorius inquit, Nemo plus in eccleſia nocet, quam qui peruerſè agẽs, nomen vel ordinem ſanctitatis habet: deliquẽtẽ nanque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum vehementer culpa extenditur, cùm pro reuerentia ordinis peccator honoratur. ſunt qui hoc ſingulatim & ſuperiori ſeparatũ intelligant: tuncque Chriſtus de ſeipſo loquitur, hunc in modum, Chriſtus communis omnium noſtrũ magiſter (vnus eſt enim magiſter noſter, & nos inuicẽ oẽs fratres ſumus) patienter ſuſtinuit opprobria & cõtẽptũ: neque ægrè tulit, ſed à deò dimiſit perſequentibus ſe, vt etiam pro iiſdẽ oraret. Quòd ſi hoc magiſter ille noſter fecit, quid nos facere æquum erit, qui diſcipuli illius, qui chriſtiani ſumus? ſic *Grego.* *Matt. 23* *Luc. 23.* *Act. 7.*

Stephanus & quidam alij fecerunt: ſic Chriſtus apoſtolos
Ioan 13. ſuos docuit, dicens. Vos vocatis me magiſter & domine, &
bene dicitis, ſum etenim. Quód ſi ergo ego laui pedes ve-
ſtros magiſter & dominus, & vos debetis alter alterius laua
re pedes. Exemplum. enim dedi vobis, vt quemadmodum
ego feci, ita & vos faciatis. Sic apud Matthæum quoque ſa
tis eſſe perhibet diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter ſuus.

4 Cæterùm quò magis à iudicio proximi nos deterreat
dominus, aliam parabolam proponit & ait, Quid vides fe-
ſtucam in oculo fratris tui? Similitudinē hanc explicat Au-
guſtinus, dicens feſtucam eſſe ſubitam & breuiuſculam irā,
August. trabem autem iram inueteratā. Vult itaque Chriſtus, quo-
modo qui iram habet in corde ſuo, poteſt reprehēdere qui
vix feſtucā habet in illo? feſtuca enim moleſtat quidē ocu-
lum, trabes autem plane excæcat. Idipſum Dauid quoque
profitetur, Turbatus eſt, inquiens, in furore oculus meus.
Pſal.6. Ecce feſtucam. de trabe ait Ioānes, Quicunq; odit fratrem
1.Ioan.2. ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò
eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. ¶ Hoc eſt er-
go quòd iudicare non debemus proximum noſtrum in re
bus ambiguis: quæ tam bono quàm malo animo fieri poſ-
1.Tim.4. ſunt. In manifeſtis autē vtere hac regula Pauli, Argue, ora,
hortare eum in omni patientia & doctrina. Quid multa?
hoc commune humanæ fragilitatis vitiū eſt, clauſum ocu-
lum alterum habemus in conſyderādis noſtris vitiis, in alie
nis carpendis latiſſimè patentem. Per oculum autem inten-
Theophy. tionem mentis accipe, qua quis quid facit. Quando itaque
Luca, 10. aliquis grande peccatum habet in corde ſuo, quomodo re-
prehendere poterit alterum minori ſcelere grauatum? Au-
diant hoc tum omnes homines, tū verò maximè qui in ma-
giſtratu poſiti ſunt & alios docent, quiq; ſubditos ſuos gra
uiter reprehendunt ex leui delicto, ſeque & ſua iſta immen
ſa facinora nec vident, neque conſyderant, tantum abeſt vt
diiudicent & arguant. Sunt qui in hoc quoque iuſti & ſan-
ctuli volunt haberi, dum alios corripiunt de malo, ipſique
interea boni nil faciunt. Conſentiūt quoque doctores, vo-
Luca 10. luiſſe hîc Chriſtum prælatos omnes erudire & monere, ne
nimium ſint duri in arguendo: ſic enim & Samaritanus, vul
neribus faucij iſtius, qui in latrones inciderat, oleum infu-
dit cum vino. Oportet amara dulcibus & melli miſceri ab-
ſynthium:

ſynthium:ita tamẽ hic, vt in omni reliqua vita, Nequid nimis. Nõ ergo omnino hîc dominus vel iudicium vetat, vel correctionem alterius tãtùm vult, qui quiſquis ſe primum corripiat: ne dicatur illi, Medice cura teipſum. Sed nos nimis in vitium credula turba ſumus, nimis noſmet nobis indulgemus, & interim proximo noſtro nihil nec credimus, neq; indulgemus. Quidã hîc expẽdunt diligẽtiùs illud, de trabe in oculo, ídque manifeſtũ eſt. Quàm diu enim prælatus etiã occulta habet in ſe peccata, corripere adhuc poteſt & arguere: vbi verò in oculo peccatum fuerit manifeſtum omnibus, iam non ſibi ſumat arguẽdi munus. Sunt qui volunt illum vel peccatum intermitere, vel à poteſtate debere recedere. Atqui videmus bonam partem prælatorum maximas habere in oculis trabes, neque rarò propterea gloriari & alios interim de minutulis feſtucis carpere, iudicare atque duriſſimè punire in nobis nonnunquam & corpore: cuius rei poſsẽt hîc quãplurima enumerari exempla, ſed quia hæc ſunt odioſa, oremus dominum, vt exempta & trabe & feſtuca ex oculis omnium noſtrũ, clara lucæ conſpiciamus tandem lumen æternæ gloriæ, Amen. Luca 4.

¶DOMINICA SEXTA POST PENTECOSTEN, EVANGEL. LVCÆ 5.

IN illo tempore, Cùm turbæ irruerent in dominum Ieſum, vt audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth, & vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum: & ſedens, docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt ſociis qui erant in alia naui, vt venerint & adiuuarent eos. Et venerũt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me domine, quia homo peccator ſum: ſtupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Et ait Marc. 4. Ioan. 21. Mat. 4. Mar. 1.

ad Simonem Ieſus, Noli timere. ex hoc iam homines eris capiens. Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

HOMILIA PRIMA.

Ambro. PRæclarè, inquit Ambroſius, dilectiſſimi in domino fratres, quod ibi Chriſtus iam multis impartiuit varia genera ſanitatum, nec tempore nec loco cœpit à ſtudio ſanandi turba cohiberi. Ita paulò ante hoc euangelium idem hoc Lucas commemorauit: & cùm dominus turbam populi fugeret, venit ille tamen ad eum, & tunc prædicauit eis in ſynagoga. Hinc iam hodiernum ſequitur euangelium. vbi di-
Theophy. cit Theophylactus, fugit dominus gloriam, quæ eum ob hoc magis ſequebatur. Principio autem conſyderanda nobis hîc venit magna populi tum pietas, tum feruor vehemens audiendi verbum Dei, Ait enim Lucas, factum eſt cũ turbæ irruerent in eum vt audirent verbum Dei. Hi nimirum boni erant & pij, quoniam non omnes vtique Chriſtũ ſecuti ſunt bono affectu, ſed alii ex temeraria præſumptione, alij ob ſui commodum, alij vt eum comprehenderent, in ſermone. Simplices autem quærebant doctrinam illius,
Ioan.6. & cogitabant illud, quod Petrus dixit ad dominum, Domine, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes. Tam ſuauis erat Chriſti doctrina, tam ſuauis ſpiritus, tam ſuauia verba illi⁹:
Eccle.24. ſed iuſtis tantùm & bonis, quibus gratus extitit ſermo eius.
Cant.4. Sic Sapiens, Spiritus, inquit, meus ſuper mel dulcis. Et in
Pſal.118. Cant. Dulcis eſt & ſuauis ſermo tu⁹. Poterát ergo dicere ad dominum illud Dauidis, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo?

¶ Matthæus ait illum egreſſum ex ædibus, ſediſſe iuxta ma-
Matt.13. re. Vbi ſanctus Hieronymus dicit domũ non potuiſſe capere populũ tãtum: nimis enim anguſta erat illa, in qua diſcipuli audiebant myſteria Dei. Miſericors itaq; domin⁹ exiit domũ, & ſedit iuxta mare mundi huius. Neq; ſcrupuloſum eſt, quod ſtetiſſe eum Lucas ait & Matthæus ſediſſe, quoniá vtrũque fieri potuit, vt qui paulò antè ſteterit, nũc ſederet Mare autẽ Genezareth volũt quidam idem fuiſſe ſtagnum cum mari Galileæ. alij geminum fuiſſe dicunt. Qua de re aliâs nunc ſufficiat monuiſſe, quòd & ſtagna Iudæi maria vocant, quo loquendi modo hîc quoq; vtitur ſcriptura. Et vi-

dit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum:piſcatores autẽ deſcẽ
derant,& lauabant retia. Hæc quia ad literam patent, expo
ſitione non indigent.¶Verùm quia in euãgelio nõ tantùm *Auguſt. tract. 44.*
facta,ſed & factorum ſignificationes conſyderare debem', *& 49. ſu*
conſtat hoc quoque ſine myſterio factum nõ eſſe. Quoniã *per. Ioan-*
mare mũdum ſignificat in ſactis literis, eò quòd ſicut illud *nem.*
fluit & refluit,ſurſum deorſumq́ue iactatur & fluctuat, eii-
citur in litus,ſterile eſt & periculoſum, monſtris plenum,
ventoſum,& multùm amarum:ita planè in hoc mundo ni-
hil ſtabile eſt nihil perpetuum:hoc enaſcitur,illud deperit:
hic eueuitur in rota fortunæ, iſte planè per præceps corruit
Mundus quoque hic bonos omnes,recuſantes vlulare cum *Mundus*
ipſo,euomit. Nec eſt quòd ex eo fructum ſperes:ſterilis e- *mare.*
nim eſt,curis & ærumnis pleniſſimus periculoſus, totus la-
queis inuolutus,abundãs malis tum hominibus tum dæmo
nibus. Ibi dici nõ poteſt,quantum ſit ventorum,hoc eſt tẽ-
tationum:quanta amaritudo,& quàm planè nullum ſynce
rum gaudium. (reliqua vide in Kayſerſpergio) Nauiculæ
porrò duæ ſignificant ſynagogã & eccleſiam, vel duos iſtos
in eccleſia vnitos populos Iudæorũ & Gentium. Quando-
quidem mare mundi huius transfretare propriis viribus nõ
poſſumus,quod Pelagiani crediderũt:naui indigem', quã
nobis dedit Deus:& ea in paradiſo quidem fuit innocẽtia,
quam Eua cõfregit:deinde lex naturæ.mox ſynagoga exti
tit vſq; ad Chriſtum::qui deniq; nauiculã nobis dedit eccle
ſiam. In eam cõgregati ſunt Gẽtiles & Iudæi,quoniam qui
operatus eſt Petro in apoſtolatum circũciſionis,operat' eſt
& Paulo inter Gentes:ſed & Paulus inquit, Qui enim ope- *Galat. 2.*
ratus eſt Petro in apoſtolatum circũciſionis, operatus eſt
& mihi inter Gentes. Et Iacobus & Cephas & Ioannes,qui
videbantur columnæ eſſe dexteras dederunt mihi & Barna
bæ ſocietatis,vt nos in Gentes,ipſi autem in circunciſionẽ,
tantùm vt pauperũ memores eſſemus. Quòd etiam ſolicit'
fuit hoc ipſum facere. Morali ſenſu ſolent nauiculæ iſtæ ad
pœnitentiam quoq; referri,ſed nos id iam miſſum facimus.
2 Aſcendit autẽ dominus in vnam nauim quæ erat Simo-
nis. Neq; etiam temerè,authore. Ambro. ſibi nauicula Petri *Ambro.*
Chriſtus elegit,quæ adhuc fluctuat,ſecundũ Matthæũ,ſecũ
dum Lucam repletur piſcibus, vt & principia eccleſiæ flu-
ctuantis,& poſteriora exhurberantis cognoſcas. Nauis enĩ

Petri ipſa eſt eccleſia Chriſti. qui eam illi primùm commẽdauit regendam. Et bene dicit, qui aſcendit in vnam nauim vnitatem declarare volẽs, eccleſiæ, extra quã nemo ſaluabitur. Nanque vna illa eccleſia eſt, quæ à ſpiritu ſancto ſanctificatur mouetur, viuificatur & regitur: ſic enim de illa ſponſus inquit, Vna eſt colũba mea perfecta mea, vna eſt matris ſuę, electa eſt genitricis ſuę. Fruſtra ſperant itaque Neochriſtiani, ſpiritum ſanctum gubernaturum etiam eorũ nauim ſciſſam & ruptam vndique, & tot hæreſibus diſſectam: tantùm enim ille gubernat nauiculã Petri, accleſiã chatolicam iſti omnes diſpergũt, & ſectas faciunt, quod nõ eſt opus ſpiritus ſancti, ſed diaboli, qui Neochriſtianorũ gubernat eccleſiam. De hac noſtra autem eccleſia inquit Paul⁹, Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Et iam olim in exordio. eccleſiæ naſcentis, vna tãtùm erat nauicula: ſiquidem multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Præclarè autẽ Epheſios ſuos, & in illis nos quoq; docet Paulus, quomodo viuendũ ſit in vnitate eccleſiæ catholicæ, cũ ait, Veritatem autem facientes in charitate, creſcam⁹, in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus cõpactum eſt, & cõnexum per omnem iuncturã ſubminiſtrationis ſecundum operationem in mẽſuram vniuſcuiuſque membri augmẽtũ corporis facit, in ædificationẽ ſui in charitate. Ecce quomodo oporteat eſſe vnitatem mẽbrorũ in corpore eccleſiæ Chriſti, & adminiſtrationẽ in illis opemq; mutuam. Verũ id nõ faciunt hęretici, qui ſe ſegregãt, & ſub inde noua moliuntur, non cõformãtes ſe cæteris membris Vnde hoc quæris? nõ aliunde ſanè, niſi quia nõ ſedent in nauicula Petri, ſed in iſta Iudæ proditoris. Nõ turbatur autem iſta quæ Petrum habet, turbatur quæ habet Iudã, quoniam non habet firmamẽtum eccleſiæ Chriſtum. Ecce attendite hoc Neochriſtiani omnes, geminam vidit Chriſtus nauiculam, & vnam tantùm ingreſſus eſt, vt vnitatem cõmmendaret, & ſectiones cõdẽnaret. Quid ita inſanitis furioſi, quòd ingredi ſimul omnes, imo præcipitari mauultis ĩ alterã iſtã quam & rimis totam eſſe ſiſſam cernitis, & in qua dãnationem ipſi veſtrã operamini: Sedit inquam Chriſtus in nauicula Petri, cui ille commendaturus erat eccleſiam, ſicut promiſit antea, dicens, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã edificabo eccleſiã meã. ꝓmiſſum hoc impleuit ei apud Ioãné,

Cant. 6. *Eccleſia vna.* *Ephe. 4.* *Act. 4.* *Ephe. 4.* *Ambro.* *Mat. 16.*

inquiens, Paſce oues meas. Quod tu require in homiliis de festiuitate ſancti Petri. Atq; hoc illud eſt, quod Chriſtus tãtùm nauiculam ingreſſus eſt Petri, quanuis enim nauiculæ plures ſint, plures etiam eccleſiæ & earundem rectores plures ac gubernatores, illi tamẽ omnes in vnam tantùm vocati ſunt partem ſolicitudinis. Petrus autem vniuerſam eccleſiæ curam ſuſcepit. 3 Sequitur, Rogauit eum à terra reducere puſillum Vide hîc manſuetudinem Chriſti, quomodo obſecrat Petrũ, vt à terra abducat. Ecce Deus hominẽ, creator obſecrat creaturam, dominus ſeruum, magiſter diſcipulum. Qua in re immenſam cõſyderamus Chriſti, tum miſericordiam, tum humilitatẽ. Dominus cæli & terræ ex creatura ſua tantulum petit obſequium, vt abducatur pauliſper à terra, vt ſic eum plebs cõmodiùs audire poſſet. Tanta tãq; exquiſita in Chriſto fuit diligentia promouendæ vtilitatis humanę & ſalutis animarum. Secundũ literam quidẽ ſatis patet, quomodo Petrus, vt erat nauium peritus, Chriſtũ abduxerit à terra: myſticè autem ſiue moraliter domin⁹, cùm eſſet populo prædicaturus, voluit à terra abduci, vt ſic declararet eos qui doctrinam ſuam ſequi vellent, abſtrahere ſeſe debere à terrenis affectibus & concupiſcentiis, ab auaritia, voluptate carnis & ſimilibus. Atqui puſillum tantùm à terra abduci paſtulat nauim, eo ipſo quoq; docere nos volẽs, quòd nullus tantæ ſit fœlicitatis prædicatorũ, qui ſemel ſtatim & primo, quod aiũt, impetu poſſit homines auocare à reb⁹ terrenis. Quis enim ſubitò adeò mundũ relinquat? Sic nimirum condeſcendere moribus hominum potuit Paul⁹, cùm diceret Corinthiis, Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non ſolidum cibum. Sic & Petrus noluit graue iugũ imponere chriſtianis. Omnia igitur hęc portare cũ modeſtia, ordinatio bona eſt. puſillanimitatis enim foret, non poſſe ſuſtinere diuitias: impatientiæ: nõ poſſe ſuſtinere paupertatem. Prædicator itaque moraliter abducat paulatim auditores ſuos à terra & cupiditatibus terrenis.

¶ Sicq; dominus docuit plebẽ ex naui. Etiãnũ hodie ex hac naui docet domin⁹ homines, dũ authoritate eccleſiæ (vt ait Beda) ſuæ docet, extra quam nulla eſt ſana doctrina: & ſic quicquid Huſs, Vuickleph, Pirckardi, & Lutherani docent, nihil eſt, quoniã nõ ſunt illi viri eccleſiæ. Ne audiatis itaq;

Ioan. 21. *Parte 3.* *Theophy.* *1. Cor. 3.* *Act. 19* *Grego.* *Beda.*

iſtos profugos & in omnibus regionibus vagabũdos erro-nes, propriorum ſomniorũ côiectores: tantùm illos audite prædicatores, qui cum Chriſto è nauicula Petri docent. ſic

Eccle. 51. Sapiẽs ait, Appropinquate mihi indocti, & cõgregamini in domo diſciplinæ. Sed quænã eſt hæc domus diſciplinæ? ipſiſſima, vt ſic loquar, eccleſia Chriſti, extra quam quod iam ſæpe diximus, nõ eſt ſalus, neq; vlla beata veritas. Quanuis autem & Chriſti dicatur nauis. id tamen lubens prætereo.

Eccle. 3. 4 Vt ceſſauit autẽ loqui, dixit ad Simonẽ, Duc in altũ, & laxate retia veſtra in capturam. Non ſemper docuit dominus, ſiluit interdũ ſic enim omnia tempus habent. Cùm ergo iamdiu docuiſſet, voluit ſermonẽ ſuũ etiam miraculo cõfirmare, & myſtica quadã ſignificatione, quod verbũ ſuũ inſigni quadam virtute tot eſſet capturũ homines, Petrum & coadiutores ſuos apoſtolos, atq; deinceps per prælatos eccleſiæ & prædicatores: idque etiam nunc operatur verbum Chriſti, non tantùm in auribus audientium, ſed & in cordib9 apoſtolorũ. Ita enim myſticè & ſpiritualiter in-

Pſal. 23. telligitur Pſalmiſta, cùm ait, Verbo Dei firmati ſunt cæli, hoc eſt apoſtoli: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Illa porrò Chriſti verba, quæ dixit Petro, in ſe quidã exigua videntur, ſed multa in virtute complectuntur. Duc, inquit, in

Ambro. altum. Ambro. ait, Et ſi aliis imperatur vt laxẽt retia ſua. ſoli tamẽ Petro dicitur Duc in altũ. Et bene apoſtolica inſtrumenta piſcandi, retia ſunt, quæ nõ perimũt captos, ſed reſeruant, & de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis ad ſuprema perducũt: ſic omnes apoſtoli verbo Dei homines ceperũt, ne perirent. Sed tamẽ Petrus ex omnibus vnus peculiarẽ adhuc habuit piſcandi cõmiſſionẽ, de qua Mattheus, Mitte hamum, & eũ piſcem qui primus aſcẽderit, tolle, Sed de iis plura in feſto ſancti Petri: tãtùm hæc nunc eò cõmemoraui, vt magis cõſyderatis immenſam illam Chriſti ſapientiam, cuius nõ uerba tantùm, ſed & facta ineffabilem habẽt ſignificationem. Duc in altum. Hoc vni dictum eſt Petro. ſequitur. Et laxate retia veſtra in capturã, idq; multis loquutus eſt dominus. Quòd quis eſt, obſecro, qui nõ videat & intẽto animo cõtẽpletur, dominum ſingularem prærogatiuã dediſſe Petro? Myſticè tamẽ doctores altum iſtud ſic exponũt, quòd vbicũque profundi ſunt gurgites, ibi & piſces plurimi ſunt. Ita hic Chriſtus Petro com

miſit & ſucceſſoribus, vt nauiculam eccleſiæ in altum duce rent ſecularis dignitatis: ita ſcilicet vt reges, imperatores & principes conuerterent ad fidem, & caperét retibus prædicationis ſuæ: quomodo deinde Conſtãtinum, Theodoſium & alios complures Cæſares conuerterunt ad fidem. Nauiculam quoque duxerunt in altum ſecularis ſapiĕtiæ, dum doctos & ſapientes mundi huius ceperunt in fide. Aut nónne in altũ duxit nauim Ambroſius, quando Auguſt. in mundo doctiſſimum retibus ſuis attraxit ad fidem? Et Paulus, quãdo Dionyſium Areopagitam conuertit? Petrus quoq; nonne quòd hic iuſſus erat in altum duxit nauim, quando conuertit Clementem? Atque hoc deinceps ſequuti ſunt prędicatores alij omnes, qui nauim adduxerunt in altũ humani conuictus, quando magnæ authoritatis homines cõuerterunt ad fidẽ, Cornelium, Centurionem, Eunuchum reginæ Candacis, &c. Sed cur ſermonem illorum retia vocat? ideo nimirum, quando rete huc illuc vndiq; cõtextum eſt, atque id ĩ prędicatione quoq; eſſe debet: ille enim quãta maxima poterit induſtria intexere debet nouo teſtamento vetus illud, & epiſtolas Pauli euãgeliis, atq; omnib⁹ illis velut emblemata iniicere ſanctorum patrũ ſcripta. Hinc & Ambro. ait, Quænam ſunt apoſtolorũ, quę laxari iubẽtur retia, niſi verborum cõplexiones, & quaſi quidam orationis ſinus & diſputationũ receſſus, qui eos quos cœperint non amittãt? ¶ Atqui ſunt qui inter hæc prædicatoribus obgãniãt, quid ita ſacerdos omnia cõfundat, quid hæc illis miſceat, perturbet? Quiſquis hoc apud ſe cogitat, meminerit Chriſtũ hîc concionem reti comparare, ſicut ergo cõtextum hoc eſt, ita quoque concionem comparatam eſſe decet. Aut quod obſecro iam veſtrũ hîc ſunt, & quàm iniquè cõparati eſtis omnes? q̃ inæqualib⁹ morib⁹, vita & intellectu? Hinc opus eſſet me cuique aliquid dicere, quod ex concione ſibi peculiariter ſeruet. Verùm hîc mirabili textura oportet me ſingula ſingulis ĩſerere, vnde cuiq; ꝓ ſuo captu aliquid cedas, Qui ergo minus valent intellectu, ne ferãt moleſtiùs, ſi prædicator ſublimè dicat, & quod eorũ capacitatem excedat. fortè enim aſſunt, qui illud exactè intelligant. Viciſſim quoq; ſi quid humile ille prædicat, qui ſapiẽtes ſibi videntur, ne contemnant. Concio enim rete quoddã eſt, neq; magnos tãtũ, ſed & paruos piſculos capere debet. Quo nomine regnum

Augu. Act. 17. Act. 10. 8 Ambro. Auguſt. Mat. 13.

cælorũ ſagenæ miſſæ in mare confert dominus: qua omnis generis piſces capiuntur. Dominus Deus & mihi loquendi, gratiã & vobis cum fructu audiẽdi donare dignetur, vt ſic verbo Dei piſces quam plurimos capiam: vos inquã, quib⁹ vnà mecũ requiẽ & vitam tandẽ concedat æternam, Amẽ.

HOMILIA SECVNDA

IRruentibus vndiq; turbis ad dominum, & iam verbum illius vix audire valentibus, vt audire eum poſſent cõmo diũs, aſcendit in nauiculam: & finito ſermone, præcepit Petro vt nauim duceret in altũ, & laxarent retia. Atq; tunc reſpondet ei Simon, Præceptor, per totam noctem laborãtes nihil cepimus, nũc autẽ in verbo tuo laxabo rete. adhuc illum euangeliſta Simonem vocat, id enim erat ei nomẽ iam inde ab infantia & tẽpore ſuæ circunciſionis, ſicut iam paruulis in baptiſmo nomina induũtur. Et benedictus ille fuit Simon, hoc eſt, obediens, quoniam ſemper ille hoc vnũ in primis votis habuit, vt obediret Deo. Quod autem nũc Petrus appellatur, idipſum ei Chriſtus promiſerat apud Ioan-

Ioan. 1. nẽ, Tu vocaberis Cephas Mutatio autẽ illa facta eſt apud

Mat. 16. Matthæum, quando dixit illi dominus. Tu es Petrus, &c.

¶ Præceptor, inquit Petrus, Ecce quo honore Chriſtum habet Petrus, & quàm efficax fuerat verbum domini in corde Petri, vt ſtatim illum præceptore vocaret. Et verè quidem ille præceptor eſt, qui præcepta nobis dedit euangelica, atque ipſe viciſſim quem præceptorem dixerit, eius non contemnit ſequi præceptum: alias enim ille piſcaturus amplius non erat, quãdo tota nocte, quod tempus piſcationis aptiſſimum eſt, nihil ceperat: ſiquidem nunc planè periculum erat, ne nihil porrò caperet. Verum hîc planè Simon erat, quia obediẽs domino. Myſticè tamen tota nocte nihil ceperat, nocte inquam veteris teſtamenti, quando adhuc nox eſſet, nondum exorto ſole iuſtitiæ: tunc enim tantùm exercebãtur cæremoniæ, neq; vlla habebatur ſanctimõia ſacramentorum, quæ nos nunc habemus. Quòd autem tempus illud ante Chriſtum nomine noctis ſignificetur, & ipſe ſatis

Roma. 13 magnus teſtis Paulus adeſt, qui dicit, Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Atq; hac ipſa nocte nihil eſſe captũ,

Heb. 7. quãtũuis longa piſcatione, idem ille teſtatur: quũ ait, Nihil ad perfectum adduxit lex. Aut nõnne piſces illi fuerunt ve-

rè magni & magnifici? Abraham ipſe magnanimus Moyſes, Dauid quoq; & alij complures, qui ſola gratia Dei, non obſeruatione legis magni facti ſunt. Per noctẽ etiam peccatum mortale intelligitur, quod opus hominis planè iteri le facit. Sic enim peccator indignus eſt pane quo veſcitur, ita dicente Chriſto, Si quis in nocte ambulat, facilè impingit, quia lumẽ in eo non eſt. Magnum ſanè damnum pecca tũ eſt, quod omnem hominis laborẽ perdit & interimit: neque illum tantùm quẽ facit in peccato mortali cõſtitutus, ſed & iſta opera bona quæ antea fecerat, ſicut dominus dicit per Ezechielẽ, Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nũquid viuet? omnes iuſtitię eius, qua fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione quas præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis moritur. *Ioan.* 11. *Eze.* 18.

¶Ecce quàm horridã nobis noctem peccatũ ingerit mortale, in quo nõ tantũ nullum opus meritorium fieri poteſt, ſed & quod antea factum eſt, hic perit. Hæc iſta nocentiſſima nox eſt, de qua Iob ait, Noctẽ illã tenebroſus turbo poſſideat, expectet lucẽ & non videat. Idem quoq, Paulus docet, quod in nocte peccati nihil operemur boni: quum ait, Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nũc erubeſcitis? nam finis illorũ mors eſt. Noctẽ quoq; tribulationis adducunt hîc nonnulli mundi huius. Verũ equidẽ illã noctẽ eſſe non crediderim, in qua Chriſtus ipſe lux clariſſima tãtopere relucet: quoniã ĩ hac nocte plura opera meritoria cepit Iob, quàm vel Saul, vel Salomon in ſumma rerũ omnium fœlicitate. Vtiq; enim verum eſt illud, quod per multas tribulationes ingredi oportet regnum cælorũ. Sic Paulus ſanctorum perſequutiones & tribulationes cõmendat: atq; Theſſalonicẽſibus gloriatur, propter fidem eorũ & patientiã in perſequutione effuſiſſimè gaudẽs. Vnde fit vt tẽporum horũ proſperitatẽ magis noctẽ reputẽ, quã vel perſecutionem, vel quãcunq; tribulationẽ. Bona ſiquidẽ temporalia vix magnis demum laboribus acquirũtur: multa cura vix quoq; cõſeruãtur, & vehemẽti dolore amittũtur: quod & Sapiens teſtatur, inquiẽs, Vnus eſt, & ſecũdũ non habet, non filium, non fratrem: & tamẽ laborare nõ ceſſat, nec ſatiãtur oculi eius diuitiis. Quibus autẽ curis poſſideãtur, ecce nobis teſtis adeſt Iob, & ait, Sonitus terroris ſemper in *Iob* 3. *Rom.* 6. *Iob.* 1. *Act.* 14 *Diuitiæ.* *Eccle.* 4. *Iob.* 15.

auribus illius:& quum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpica-
Eccle. 5. tur. Quãtis doloribꝰ amittãtur, declarat Eccleſiaſtes, dicẽs, Eſt alia infirmitas peſſima, quã vidi ſub ſole, diuitiæ cõſeruatæ in malũ domini ſui: perierũt enim in afflictione peſſima. Hinc ego ambulãtes in proſperitate, nocte operari arbitror magis quã eos, qui in perſequutione & tribulatione vix extremũ retinent ſpiritum. Namq; & mali duriter laborant, & operoſi aliquãto in ædificanda ſui gehenna, quàm
Sapien. 5. boni in emendãda ſalute: ſicut ipſi fatẽtur. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimꝰ vias difficiles.

2 Etſi itaq; Petrus tota nocte nihil ceperat piſciũ, iam ta-
Pſal. 102 men magna fiducia dicit ad dominũ, In verbo tuo laxabo
Beda. rete. Niſi enim ædificauerit dominus ciuitatẽ, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam: ſic etiã, niſi dominus cor illuſtrauerit auditorum, doctor in nocte laborat: niſi in verbo gratiæ ſupernæ laxata fuerint inſtrumenta diſputationũ, fruſtra, vocis ſuæ prædicator iaculum mittit: qui fides populorũ non ſapientia verbi compoſiti, ſed diuinæ vocationis munere prouenit. Diſcant hîc prædicatoses nõ laxare retia ſermonis in fabulis hominum, ſed vt hîc Petrus in verbo Chriſti. Norit igitur hoc quilibet prædicator Quandiu ſibi nõ magis placent ſacræ literæ quàm alia ſcripta, ſic vt peculiariter afficiatur ac veluti rapiatur, dum illas verbatim commemorat, certam eſt eum non habere gratiam Dei ad prædicandum. Sed qui in veritate verbi Dei laxat retia ſua, piſces capit plurimos domino Deo. Curet itaque prędicator verba ſcripturè propriè (quod aiunt) in forma citare, ſciens verbum illud ſanctum ſpiritus ſancti plus operaturum in cordibus hominum, quàm ſi tua vel aliorum hominum verba
Hier. 23. recitet. Sic enim & Hieremias diſcrimen ponit prophetarum, Propheta qui habet ſomnium, narret ſomniũ: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè.
Verbum Dei. Sed aliàs plura de efficacia & virtute verbi Dei. Satis ſit hîc admonuiſſe, efficax eſſe verbum Dei, quoniam omnia ille portat verbo virtutis ſuæ, inflammat illud etiam corda ho-
Hebr. 1. minum. Siquidem ſic Dauid ait, Ignitum eloquium tuũ ve-
Pſal. 118. hementer, & ſeruus tuus dilexit illud. & Deus per prophetam, Nũquid nõ, inquit, verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi
Hier. 23. malleus conterens petram? Nihil validius, nihilque potentius eſt verbo Dei ſecundum ſpiritum ſanctum intellecto.

Recté igitur Petrus, quanuis adhuc recens & penè ſemicrudus neophytus in fide, dicit, In verbo tuo laxabo rete. Adeò ille feruebat in fide etiam ante fidem: vnde & tot & tantos piſces comprehendit, vt rete ſolus extrahere non poſſet. *Theophy.*

3 Laxato itaque reti, concluſerunt magnam multitudinem piſcium. Vbi pulchrè in perſona Petri ait Ambroſius, Et ego domine ſcio quia nox mihi eſt, quãdo non imperas: nemo adhuc nomẽ ſuum dedit, adhuc noctem habeo, ô fructuoſa humilitas! qui nihil ante ceperant magnam in verbo domini concludunt piſcium multitudinem. Nõ hoc humanæ facundiæ opus, ſed ſupernæ vocationis & munus. Cedũt diſputationes hominum, fide ſua plebs credit. *Ambro.*

¶ Diſce hinc, prædicator, non extolli, ſi quos videas verbo oris tui cõuerti & fieri meliores: neq; enim loquacitas tua id operatur, ſed gratia Dei, huic id omne feras acceptũ. Multos piſces concluſit Petrus. O ſalutarẽ capturam in reti apoſtolico, in quo quiſque ſe optet eſſe! iuxta illud Sapientis, Iniice pedem tuum in cõpedes illius, & in torques illius collum tuum. O fœlicem capturam, capi & concludi hoc ipſo reti! ſic enim de captiuis etiã Propheta loquitur, Poſt te ambulabunt vincti manicis, pergẽt & te adorabunt. Sic omnes tum prælati tum prædicatores rete Petri eiicere debent in verbo Ieſu Chriſti, & cõplures capiant piſces, hoc eſt, multas conuertent animas hominũ in mari mundi huius natantium: quo nomine rectè piſces dicũtur. Sunt autẽ ex iis mali, alij multi etiam boni, vt teſtatur parabola euangelica. *Prædic.* *Eccle.6.* *Eſa.45.* *Mat 13.*

4 Euidẽs quoq; argumentũ tantæ multitudinis piſcium deinceps oſtendit euãgeliſta, quos ceperat Petrus. Rumpebatur enim rete. Præ multitudine piſcium, inquit Beda, rete rumpitur, quia nunc ad cõfeſſionẽ fidei etiã cum electis reprobi intrant qui ipſam etiã eccleſiam hæreſibus ſcindãt. Porrò quòd Petri rete rumpitur, caue intelligas factũ propter ipſum Petrum: quoniã ſic cõſtans eſt promiſſio Chriſti, Ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua, ſed piſces in cauſa ſunt, quòd rumpitur, quoniã in eo manere noluẽt. quomodo rete ſciſſum eſt in circũciſione propter quorundã Iudæorũ infidelitatẽ. Nauigãs enim in Iudæa Petr⁹, pauciſſimos reti ſuo cõcludit Iudæos, ſed multitudo Gẽtiũ ingreſſa eſt. Et tamen ad finem reliquiæ Iſraël ſaluabuntur. Sic itaq; rupturã retis duobus modis intelligere poſſumus: *Beda.* *Luc.22.* *Roma. 11* *Eſa.18.*

Beda altero, vt Beda de hæreticis, qui latera matris eccleſiæ contundunt, atq; ſcandalis & erroribus ſcindũt: vnde & Augu-
Auguſt. ſtinus rupta retia ait multas hæreſes ſignificaſſe. Altero au-
Gloſſa. tem, vt hîc Gloſſa quæ intelligit de eccleſia circuncifionis,
Act. 2. 5. in qua ſciſſum eſt rete, quia non tot intrant de Iudæis quot ex Gẽtibus, qui alia naui vecti ſuccedũt. Quid quòd oportuit rumpi rete in malis? Nõne enim antè Iudas retroceſſit, & Simon magus, Ananias atque Saphira perierunt, quàm Paulus & Barnabas peruenirẽt in rete fidei? Porrò quod ad mores attinet, ſcindunt rete illud non raró prædicatores ip
Gregor. ſi ſuis exemplis malis & vita peruerſa. Sic Gregorius air,
ſuper Ezech. Ad hoc vt ſeruetur veritas prædicandi, teneatur neceſſe eſt altitudo viuendi. & in prima parte Paſtoralis, Rete rumpunt, qui quod verbis prædicant, moribus impugnã͛. Rumpunt quoque retia qui piſcantur noctu, carẽtes lumine ſcripturæ ſanctæ, & verſantes in tenebris ignorantiæ & errorum: quoniam qui huiuſmodi ſunt, alios quoque ſeducunt, tantum abeſt, vt conuertant. De iis loquitur Paulus, & ait,
1. Tim. 1. Volunt eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Idque adeò nunc faciũt neochriſtianorum prædicatores. Quiſquis itaque eſſe cupit bonus piſcator Chriſti, videat vt inſtrumenta armáq; precationis ſuæ bona habeat, doctrinam ſanã, & vitam ſanctam. Quòd ſi autem ſciſſum habet rete, declinet ad portũ:
Mat. 4 & deſcendens reſarciat illud cum Ioãne & Iacobo. ¶ Cúnque conſideramus omnia ad piſcationem hãnc ſpectantia, hoc quoq; adiicere debemus, vt prædicator ſit iuſtus & doctus, atq; omni errorum cõtagione immunis. Rete quoque ſit integrum, & non ſciſſum exemplorum ſcandalo, & vitæ malignitate Atque ſic fiet, vt facilè capiantur piſces. Sunt enim ex iis quidã, qui metuãt, nolíntque ſibi dici veritatẽ, quo nomine ſuggeſtum & cõcionẽ cane peius oderunt & angue: iſti nunquam capiẽtur reti fidei & verbi Dei, nimiũ enim implicati ſunt reti diabolico. Sunt alij quoque nimiũ magni, vnde & rumpunt rete. Atque iſti ſunt qui magna potentia freti, mandatis Chriſti & eccleſiæ parere recuſant, adeò vt etiam contemnant. Et de iis inquit propheta, Con-
Hiere. 5 fregerunt iugum, ruperunt vincula. Quamobrem & domi-
Ioan. 3 nus non multos ex potentioribus conuertit, ſed ex ſapien-
Act. 5. tibus mundi huius Nicodemum tantùm & Gamalielem, ex

diuitibus Zachęum & Ioſeph ab Arimathia, ex principibus *Luc.19.*
Cêturionem & Regulum, Atque hoc eſt quod dicit Paulus, *Mat.27.*
Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapien *1. Cor.1.*
tes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobi
les: ſed quę ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſa-
pientes, & infima mundi. Multi quidem iam ſunt piſcato-
res, prædicatores multi ſunt in eccleſia, ſicut dominus dicit
per prophetam. Ecce ego mittam piſcatores multos, & pi- *Iere.16*
ſcabuntur eos. ¶ Sed hoc vnum mihi diligentiùs paulò con *Ambro.*
ſidera, quod ait Ambroſius, Rumpuntur retia, nec labitur
piſcis. Idque adeò ſcrupulũ alicui mouere poſſet, eò quòd
paulò ſuperius diximus nonnullos diſrumpere rete per ſe-
ctas & hæreſes: quo rupto, iſti vtique excidunt reti eccleſiæ
Chriſti. ſic enim Ioannes ait, Ex nobis prodierunt, quia nõ *1. Ioan.2*
erant ex nobis. non ergo manẽt piſces iſti in reti. Verũ qui- *Matt.13*
dem hoc eſt, quod hæretici non manẽt in hoc reti, & tamẽ
quidam mali permanebunt in illo vſque ad conſummatio-
nem ſeculi, quando tãdem ſegregabuntur mali à bonis. At-
que ideo etiam mali piſces nõ ſemper excidũt reti ex quo-
cunque peccato, ſed ad intellectum verborũ Ambroſii ſen-
ſus hic eſt, quod piſces etiam ſciſſo reti non excidunt, ſcili-
cet electi, quos Deus conſeruat inter ſcandala perſecutorũ.
Nos itaque iam dominũ deprecemur, vt nobis quoque ille
gratiam ſuam donare dignetur, mihi loquendi, vobis audi-
endi, quatenus ego reti verbi Dei ex vobis quoque piſces
bonos capere poſſim quàm plurimos, qui colligãtur ad fi-
nẽ mũdi in vaſa fœlicitatis æternæ, quã omnibus nobis cõ-
cedat Deus pater, Deus filius, & Deꝰ ſpiritus ſanctus, Amẽ.

HOMILIA TERTIA.

POſt multa quę diſcipulis ſuis dixerat dominus, tandem
iuſſit Petrum laxare rete, qui & cepit magnam multitu
dinem piſcium, ita vt rumperetur rete. Annuerunt itaque
ſociis ſuis, qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent
eos. Sed quæ eſt illa alia nauis, niſi fortè Iudæa? Facta eſt
enim Iudæa ſanctificatio eius. Sic ergo & iſti ex ſynagoga *Ambr.*
venerunt ad nauiculam Petri eccleſiam, vt implerent na- *Pſal.133.*
uim vtranque, quoniam omnes curuant genua ſua in nomi
ne Ieſu. Beda etiã ferme ad hunc ſenſum exponit, niſi quod *Beda.*
per alteram nauiculam ſignificari putat eccleſiam ex genti-
bus collectam. Sic enim dominus qui ſunt eius, eſtque a-

2.*Tim*.2 pud illum definitus electorum tuorum numerus. Quando igitur non fideles inueniebantur apud Iudæos, quos nouerat ille prædeſtinatos ad vitam, quæſiuit etiam corda gentium, quæ velut alteram nauiculam piſcibus, ſic gratia diuina repleuit & perfudit. Obſeruabis autem hîc, quod quum prælatus vnus extrahendo reti nõ ſufficit, poteſt ille etiam alios extra ſuam nauiculam aduocare, ſicut coadiutores & & prædicatores conſtitui videmus: quoniam & Petrus hîc ſocios ſuos ex altera naui ad ſe vocauit. Per hoc tamen nihil minus volo, quàm excuſatos habere eos, qui rete hoc ne digitulo quidem minimo tangere volunt, nec quicquam in eo trahere: totum autem illum trahendi laborem in alios reiiciunt, atque interim auidiſſimè piſces, quos non ceperunt, deuorant. Hi nimirum iſti ſunt, qui nec prædicãt, nec quicquam aliud agunt circa curam animarum, tantùm cenſus quærunt & redditus. curandi autem animas laborẽ omnem mercenariis relinquunt, iniquiſſimè, ſanè, & iniuſtè.

Luc.10 Rectiùs faciunt, qui in partem ſolicitudinis quoſdam aduocant, vt hîc Petrus ſocios ſuos, & Chriſtus duodecim vocauit apoſtolos, atque deinceps ſeptuaginta duos diſcipulos.

Theophy. Idipſum ſanè iniquum non eſt, coadiutores accire.

2 ¶Nutu igitur ſocios ſuos vocat Petrus, quia propter ſtu-

Beda. porem magnum loqui nequibat. Atque venerunt illi, & vtranque nauiculam impleuerunt. Harum impletio nauium adhuc ſemper & vſque in finem ſeculi creſcit, nóſque adeò omnes quotquot prædicamus, hãc nobis ſumimus implendam. Sed quid hoc, quod pene mergebantur? Sanè Ambro-

Ambro. ſius merſionem hanc eò refert, quòd in multitudine tanta

1.*Cor*.1 plures futuri ſunt mali, quoniã oportet hęreſes eſſe, vt probentur iuſti. Alij ſic intelligunt, quòd quanuis non ſubmerſæ ſunt naues, in graui tamen periculo extiterunt. Ita Beda

Beda inquit iuxta prophetiam Pauli, ꝙ nouiſſimis diebus erunt

2. *Tim*.3 tempora periculoſa, & homines ſui amantes. Aut nonne illud hoc noſtro ſeculo ita fit, quãdo hæretici iſti nauiculam ita huc agitârunt, vt periculum ſit de merſione, niſi Chriſtus fauore ſuo eã ſuſtentaret? Vos aũt ne moueamini, neq; metuite quicquam, ſi ſæuiant Neochriſtiani, eſtote cordati & fortes. Certum eſt illud, quod ſæpe adduximus Pij papę, Fluctuat & nũquã mergitur illa ratis. Fides iſta Petri antiquiſſima nõ deficiet, quin magis triũphabit, hęreſes omnes

deſinent,ſicut & nulla hactenus hęreſis per mille quingentos annos præualuit aduerſus eccleſiã Chriſti. ¶Poteſt autem illa merſio ſic intelligi, quãdo homines rurſus recidũt in mundum per peccatum, vnde per fidem educti fuerant. Prior tamen illa expoſitio magis cum ſacris literis conſpirat. Siquidem ſic & apud Matthęũ legimus, quomodo venti impellebant nauiculam prius, quàm ingrederetur in eam dominus: ſtatim autem cùm conſcendiſſet ille in eam, ceſsârunt venti. Neque nouum eſt illud, periclitari nonnunquam eccleſiam & fidem noſtram. Ecce enim Cain perſequutus eſt Abel & occidit, Eſau inſectatus eſt Iacob, ipſiq; adeò fratres Ioſephum Saul, Dauidem, & Abſalõ eundem patrem ſuum, Iudæi ſimul & Gentiles conati ſunt fidem hanc noſtram extinguere, lapidibus, gladiis, rotis, lanceis, crucibus, igni aqua & quid aliud reſtabat, quod in ſupplicium verti poſſet: Vſqueadeo ſemper nauis hæc graues ſuſtinuit ventorum turbines, neque tamẽ merſa eſt vnquam, eò quòd habeat gubernatorem ſapientiſſimũ ſpiritum ſanctum: hic enim eſt qui cuſtodit eam. Mergi autem in profundũ oportet hæreticos omnes. Iam olim in Scyllam impegit Arrius. Neſtorius offendit in Charybdi, & parum vigilans iſte Dormitaurius, ſed quid aio? Vigilãtius dicere volebam, ad maleam legens, dũ quę domi habet obliuiſcitur, inſigne fecit iã olim naufragium. Atq; iſte anſer hæreticus Huſs, & alter ille Oecolampadius, necnõ Zuinglius iſte, & alij innumeri, profunda ſubmerſi ſunt voragine: quique ex iis ſuperſunt, mergentur adhuc atra caligine infetorũ, niſi pœnitẽtiã egerint. Et ſuſtinere interim atq; tolerare oportet eccleſiã iſtos hęreticorũ inſultus: quoniã omnes qui piè volunt in Chriſto viuere perſequutionẽ patientur. 3 Videns itaq; hoc Petrus, tanquam peritus piſcator, colligere poterat id naturaliter nõ fieri, atque ideo procidens ad genua Ieſu, dixit, Exi á me domine, quia homo peccator ſum Quos, inquit Ambroſius, in verba capit, verbo credit. negat ſuam prædam, negat ſuũ munus. Exi, inquit, à me domine. Admirabatur enim dona diuina, & quò plus mirabatur, præſumebat min⁹. Tu tamẽ vide quã egregiè miraculũ hoc Chriſti expenderit Petrus, quãque honeſtè ſe corã Chriſto exhibuerit, dum & ad genua illius procidit, & verbis indignum ſe declarauit, qui ſecum haberet dominũ. Itaq; dixit,

Mat. 14.

Hæretic. naufrag.

2. Tim. 3.

Ambro.

Exod 5 Exi à me domine,quia homo peccator ſum:ad alium vade,
Matt.17 qui me dignior ſit. ſic Moyſes etiam fecit, dum dominum
Luc 9 in ardenti illo & incóbuſto rubo cóſpiceret. Sic admirabũ-
dus obſtupuit Petrus in monte Thabor. Et quum dominus
Ioan.13 de paſſione & morte ſua diceret,ſic ille cupiuiſſet cognoſce
Auguſt. re etiam proditorem Chriſti,vt eum occideret. Quãdo ita-
que peccator erat Petrus,vtique domino indigebat, vt iu-
ſtificaretur: vnde & Auguſtinus dicit, Vt piſcator loquitur
Petrus Dominum & Deum ſalutis ſecum habebat,& ei di-
cebat,Exi a me domine,ac ſi infirmus medico curanti dice
ret.Exi à me,quia ægroto. Domino auté dixit hoc Petrus
amore humilitatis.Atque idipſum etiam oés debent facere
prædicatores,qui quum reti ſuo multos ceperint homines,
ſuperbire non debent, ſed dare gloriam Deo,& procidere
ad genua Chriſti. ¶Neque ſic iam corripuit dominus Pe-
trum vt alibi,ſed magis cõfirmauit: adhuc enim incipiens
Beda. & neophytus erat in fide, cuiuſmodi homines leniùs ſem-
per ſunt tractãdi. Sic & Beda ait, confortat dominus timo-
rem carnalium,animóſque fragilium cóſolando erigit: ne
quis vel de ſuæ conſcientia culpæ tremens, vel de aliorum
innocétia ſtupés,ſanctitatis iter formidet aggredi. Noli ti-
mere,inquit ad Petrum,ne verearis puſillanimis,infirmus,
indoctus. Ego te magnũ adhuc faciam, quoniam homines
capies. ait Ambroſi. Noli timere,indulgenti domino pecca
tum fateri,noli timere etiam quę tua ſunt domino deferre
quia quę ſunt,ipſe nobis cõceſſit. Ecce quàm ille planè mi-
tiſſimus eſt,qui tot hominibus poteſtatem dedit viuificãdi
homines. Ex hoc,inquit,iã homines eris capiens. Atq; hec
ad ipſum Petrum ſpecialiter pertinet. Exponit enim ei do-
minus,quid hæc captura piſcium ſignificet: quòd videlicet
Beda. ipſe ſicut nunc per retia piſces,ſic aliquãdo per verba ſit ca-
pturus homines. Ruſus hîc prędicatores docentur,qualem
habere debeãt affectum,ſcilicet capiẽdi homines & acqui-
rendi Deo: neque enim animus eorum præcipuus eſſe de-
bet in bonis téporalibus,in opimis ſacerdotiis,ſed in ſalu-
te animarum. Quomodo autem apoſtoli nauiculas iſtas re
duxerint ad litus,& relictis omnibus ſequuti ſint dominũ,
Ioan 21 illo eodem fortunante dicturi ſumus in feſto Andreæ, aut
alterius apoſtoli. Quanuis autem pene conſimilis hiſtoria
apud Ioannem deſcripta eſt de multitudine piſcium, quos
cepit

cepit Petrus,eadem tamen non eſt, ſicut nec vna vtriuſque ſignificatio,quod Auguſtinus multis de cauſis affirmat.
1 Quoniam piſcatio hęc primò facta eſt anno ſuę prædicationis,illa poſt reſurrectionem, deniq; ante aſcéſionem. *Aug.ſup. Ioannem.*
2 Hîc Chriſtus in naui ſedet,illic in littore ſtat.
3 Hîc iubet ſimpliciter retia laxari, illic etiam,in dexterā partem eiici.
4 Rumpuntur hîc retia,illic non item.
5 Hîc pene dimerſa eſt nauis,illic non.
6 Hîc geminam habent nauiculam,illic vnicam.
7 Hic vtranque implent, iſthic retia ſimul cum piſcibus pertrahunt ad littus.
8 Hic nullus exprimitur piſciū numerus,iſthic capti commemorantur 153.magni piſces.¶Hinc luce clarius apparet, duplicem illam fuiſſe piſcationem.Quòd autem & gemina vtriuſq; ſit ſignificatio,idem ille teſtatur Auguſt.Quandoquidem hæc deſignat quomodo animarū curatores piſcari hîc ſoleant animas,vt eaſdem in nauiculam adducūt eccleſiæ.Illa porrò apud Ioānem hoc repręſentat,quomodo tādem piſces boni capientur,& ad finem mundi eligentur in vitam æternam.Atq; hinc iam octo illa diſcrimina ſatis patent.Siquidē quia vltima iſta fuit piſcatio,Chriſtus cōmémoratur ſtare in littore fœlicitatis ęternę,poſt reſurrectionem iam ſuam glorificatus, vbi & piſces in idē littus attrabuntur. Atque hoc eſt quod piſcatio prima facta in terris, nauigāte tum Chriſto quoq; in mari. Et cur abſolutè laxari iuſſit retia,quoniā hic in eccleſia boni & mali ſunt piſces zizania quoq; & ſilices cum tritico creſcunt. In die autē nouiſſimo rete illud tantū in dexteram iacietur ad eos,quibus dicet dominus, Venite benedicti patris mei. &c. Rumpitur hîc rete quoniā multi ſunt in eo,nulli(vt eſt in prouerbio) magni & mali piſces,neq; pauci ipſi per hęreſes ſe inde pręcipitant in mediam maris voraginem:illic autem boni tantùm erunt,qui rete nō rumpunt. Hîc merſionem minantur naues,quoniam illa nauicula eccleſię multos ſuſtinet impetus:ad hęc,plurimùm in ea eſt indigeſtæ plebis,quæ vitam & ordinem bonorum non ſeruat: iſthic verò abſterget Deꝰ omnem lachrymā ab oculis ſanctorum , & amplius nō erit neque luctꝰ,neque clamor,ſed nec vllus dolor. Ideóque & hîc piſces ſub aqua trahūtur ad littꝰ,ſiquidē boni homines

Duplex piſcatio.

Mat.13.

Mat.25.

Apo.21

iſtos profugos & in omnibus regionibus vagabũdos erro-
nes,propriorum ſomniorũ cõiectores: tantùm illos audite
prædicatores,qui cum Chriſto è nauicula Petri docent. ſic
Eccle. vl. Sapiẽs ait,Appropinquate mihi indocti,& cõgregamini in
domo diſciplinæ. Sed quænã eſt hæc domus diſciplinæ? ip-
ſiſſima,vt ſic loquar,eccleſia Chriſti,extra quam quod iam
ſæpe diximus,nõ eſt ſalus,neq; vlla beata veritas. Quanuis
autem & Chriſti dicatur nauis. id tamen lubens prætereo.
Eccle.3. 4 Vt ceſſauit autẽ loqui, dixit ad Simonẽ, Duc in altũ,
& laxate retia veſtra in capturam. Non ſemper docuit do-
minus,ſiluit interdũ ſic enim omnia tempus habent. Cùm
ergo iamdiu docuiſſet, voluit ſermonẽ ſuũ etiam miracu-
lo cõfirmare,& myſtica quadã ſignificatione, quod verbũ
ſuũ inſigni quadam virtute tot eſſet capturũ homines, Pe-
trum & coadiutores ſuos apoſtolos, atq; deinceps per præ-
latos eccleſiæ & prædicatores: ídque etiam nunc operatur
verbum Chriſti,non tantùm in auribus audientium, ſed &
in cordib⁹ apoſtolorũ. Ita enim myſticè & ſpiritualiter in-
Pſal.23. telligitur Pſalmiſta, cùm ait, Verbo Dei firmati ſunt cæli,
hoc eſt apoſtoli:& ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Illa
porrò Chriſti verba,quæ dixit Petro,in ſe quidã exigua vi-
dentur,ſed multa in virtute complectuntur. Duc,inquit,in
Ambro. altum. Ambro. ait, Et ſi aliis imperatur vt laxẽt retia ſua. ſo-
li tamẽ Petro dicitur Duc in altũ. Et bene apoſtolica inſtru
menta piſcandi,retia ſunt, quæ nõ perimũt captos, ſed re-
ſeruant,& de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes
de infernis ad ſuprema perducũt: ſic omnes apoſtoli verbo
Dei homines ceperũt,ne perirent. Sed tamẽ Petrus ex om-
nibus vnus peculiarẽ adhuc habuit piſcandi cõmiſſionẽ, de
qua Mattheus, Mitte hamum, & eũ piſcem qui primus aſcẽ
derit,tolle, Sed de iis plura in feſto ſancti Petri: tãtùm hæc
nunc eò cõmemoraui, vt magis cõſyderatis immenſam il-
lam Chriſti ſapientiam,cuius nõ uerba tantùm,ſed & facta
ineffabilem habẽt ſignificationem. Duc in altum. Hoc vni
dictum eſt Petro. ſequitur, Et laxate retia veſtra in capturã,
ídq; multis loquutus eſt dominus. Quòd quis eſt,obſecro,
qui nõ videat & intẽto animo cõtẽpletur, dominum ſingu
larem prærogatiuã dediſſe Petro? Myſticè tamẽ doctores
altum iſtud ſic exponũt,quòd vbicũque profundi ſunt gur-
gites,ibi & piſces plurimi ſunt. Ita hic Chriſtus Petro com

miſit & ſucceſſoribus, vt nauiculam eccleſiæ in altum duce
rent ſecularis dignitatis:ita ſcilicet vt reges, imperatores &
principes conuerterent ad fidem, & caperẽt retibus prædi-
cationis ſuæ: quomodo deinde Conſtãtinum, Theodoſium
& alios complures Cæſares conuerterunt ad fidem. Nauicu
lam quoque duxerunt in altum ſecularis ſapiẽtiæ, dum do-
ctos & ſapientes mundi huius ceperunt in fide. Aut nónne
in altũ duxit nauim Ambroſius, quando Auguſt. in mundo *Augu.*
doctiſſimum retibus ſuis attraxit ad fidem? Et Paulus, quã- *Act. 17.*
do Dionyſium Areopagitam conuertit? Petrus quoq; non-
ne quód hic iuſſus erat in altum duxit nauim, quando con-
uertit Clementem? Atque hoc deinceps ſequuti ſunt prędi-
catores alij omnes, qui nauim adduxerunt in altũ humani
conuictus, quando magnæ authoritatis homines cõuerte-
runt ad fidé, Cornelium, Centurionem, Eunuchum reginæ *Act. 10. 8*
Candacis, &c. Sed cur ſermonem illorum retia vocat? ideo
nimirum, quando rete huc illuc vndiq; cõtextum eſt, atque
id í prędicatione quoq; eſſe debet: ille enim quãta maxima
poterit induſtria intexere debet nouo teſtamento vetus il-
lud, & epiſtolas Pauli euãgeliis, atq; omnib⁹ illis velut em-
blemata iniicere ſanctorum patrũ ſcripta. Hinc & Ambro. *Ambro.*
ait, Quænam ſunt apoſtolorũ, quę laxari iubẽtur retia, niſi
verborum cõplexiones, & quaſi quidam orationis ſinus &
diſputationũ receſſus, qui eos quos cœperint non amittãt?
¶ Atqui ſunt qui inter hæc prædicatoribus obgãniãt, quid
ita ſacerdos omnia cõfundat, quid hæc illis miſceat, pertur-
bet? Quiſquis hoc apud ſe cogitat, meminerit Chriſtũ hîc
concionem reti comparare, ſicut ergo cõtextum hoc eſt, ita
quoque concionem comparatam eſſe decet. Aut quod obſe
cro iam veſtrũ hîc ſunt, & quàm iniquè cõparati eſtis om-
nes? q̃ inæqualib⁹ morib⁹, vita & intellectu? Hinc opus eſſet
me cuique aliquid dicere, quod ex concione ſibi peculiari-
ter ſeruet. Verùm hîc mirabili textura oportet me ſingula
ſingulis íſerere, vnde cuiq; ꝓ ſuo captu aliquid cedas, Qui *Auguſt.*
ergo minus valent intellectu, ne ferãt moleſtiùs, ſi prædica
tor ſublimè dicat, & quod eorũ capacitatem excedat. fortè
enim aſſunt, qui illud exactè intelligant. Viciſſim quoq; ſi
quid humile ille prædicat, qui ſapiẽtes ſibi vidẽtur, ne con-
temnant. Concio enim rete quoddã eſt, neq; magnos tãtũ,
ſed & paruos piſculos capere debet. Quo nomine regnum *Mat. 13.*

cælorũ ſagenæ miſſæ in mare confert dominus: qua omnis generis piſces capiuntur. Dominus Deus & mihi loquendi, gratiã & vobis cum fructu audiẽdi donare dignetur, vt ſic verbo Dei piſces quam plurimos capiam: vos inquã, quib⁹ vnà mecũ requiẽ & vitam tandẽ concedat æternam, Amẽ.

HOMILIA SECVNDA

IRruentibus vndiq; turbis ad dominum, & iam verbum illius vix audire valentibus, vt audire eum poſſent cõmodiùs, aſcendit in nauiculam: & finito ſermone, præcepit Petro vt nauim duceret in altũ, & laxarent retia. Atq; tunc reſpondet ei Simon, Præceptor, per totam noctem laborãtes nihil cepimus, nũc autẽ in verbo tuo laxabo rete. adhuc illum euangeliſta Simonem vocat, id enim erat ei nomẽ iam inde ab infantia & tẽpore ſuæ circunciſionis, ſicut iam paruulis in baptiſmo nomina induũtur. Et benedictus ille fuit Simon, hoc eſt, obediens, quoniam ſemper ille hoc vnũ in primis votis habuit, vt obediret Deo. Quod autem nũc Petrus appellatur, idipſum ei Chriſtus promiſerat apud Ioannẽ, Tu vocaberis Cephas. Mutatio autẽ illa facta eſt apud

Ioan. 1.

Mat. 16. Matthæum, quando dixit illi dominus. Tu es Petrus, &c.

¶ Præceptor, inquit Petrus, Ecce quo honore Chriſtum habet Petrus, & quàm efficax fuerat verbum domini in corde Petri; vt ſtatim illum præceptore vocaret. Et verè quidem ille præceptor eſt, qui præcepta nobis dedit euangelica, atque ipſe viciſſim quem præceptorem dixerit, eius non contemnit ſequi præceptum: alias enim ille piſcaturus amplius non erat, quãdo tota nocte, quod tempus piſcationis aptiſſimum eſt, nihil ceperat: ſiquidem nunc planè periculum erat, ne nihil porrò caperet. Verum hîc planè Simon erat, quia obediẽs domino. Myſticè tamen tota nocte nihil ceperat, nocte inquam veteris teſtamenti, quando adhuc nox eſſet, nondum exorto ſole iuſtitiæ: tunc enim tantùm exercebãtur cæremoniæ, neq; vlla habebatur ſanctimõia ſacramentorum, quæ nos nunc habemus. Quòd autem tempus illud ante Chriſtum nomine noctis ſignificetur, & ipſe ſatis

Roma. 13 magnus teſtis Paulus adeſt, qui dicit, Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Atq; hac ipſa nocte nihil eſſe captũ,

Heb. 7. quãtũuis longa piſcatione, idem ille teſtatur: quũ ait, Nihil ad perfectum adduxit lex. Aut nõme piſces illi fuerunt ve-

rè magni & magnifici? Abraham ipſe magnanimus Moyſes, Dauid quoq; & alij complures, qui ſola gratia Dei, non obſeruatione legis magni facti ſunt. Per nocté etiam peccatum mortale intelligitur, quod opus hominis planè iteri le facit Sic enim peccator indignus eſt pane quo veſcitur, ita dicente Chriſto, Si quis in nocte ambulat, facilè impingit, quia lumẽ in eo non eſt. Magnum ſanè damnum peccatũ eſt, quod omnem hominis laborẽ perdit & interimit: neque illum tantùm quẽ facit in peccato mortali cõſtitutus, ſed & iſta opera bona quæ antea fecerat, ſicut dominus dicit per Ezechielẽ, Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nũquid viuet? omnes iuſtitię eius, qua fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione quas præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis moritur. *Ioan. 11.* *Eze. 18.*

¶Ecce quàm horridã nobis noctem peccatũ ingerit mortale, in quo nõ tantũ nullum opus meritorium fieri poteſt, ſed & quod antea factum eſt, hic perit Hæc iſta nocentiſſima nox eſt, de qua Iob ait, Noctẽ illã tenebroſus turbo poſſideat, expectet lucẽ & non videat. Idem quoq, Paulus docet, quod in nocte peccati nihil operemur boni · quum ait, Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nũc erubeſcitis? nam finis illorũ mors eſt. Noctẽ quoq; tribulationis adducunt hîc nonnulli mundi huius. Verũ equidẽ illã noctẽ eſſe non crediderim, in qua Chriſtus ipſe lux clariſſima tãtopere relucet: quoniã ĩ hac nocte plura opera meritoria cepit Iob, quàm vel Saul, vel Salomon in ſumma rerũ omnium fœlicitate. Vtiq; enim verum eſt illud, quod per multas tribulationes ingredi oportet regnum cælorũ Sic Paulus ſanctorum perſequutiones & tribulationes cõmendat: atq; Theſſalonicẽſibus gloriatur, propter fidem eorũ & patientiã in perſequutione effuſiſſimè gaudẽs. Vnde fit vt tẽporum horũ proſperitatẽ magis noctẽ reputẽ, quã vel perſecutionem, vel quãcunq; tribulationẽ Bona ſiquidẽ temporalia vix magnis demum laboribus acquirũtur: multa cura vix quoq; cõſeruãtur, & vehemẽti dolore amittũtur: quod & Sapiens teſtatur, inquiẽs, Vnus eſt, & ſecũdũ non habet, non filium, non fratrem: & tamẽ laborare nõ ceſſat, nec ſatiãtur oculi eius diuitiis Quibus autẽ curis poſſideãtur, ecce nobis teſtis adeſt Iob, & ait, Sonitus terroris ſemper in *Iob 3.* *Rom. 6.* *Iob. 1.* *Act. 14* *Diuitiæ.* *Eccle. 4.* *Iob. 15.*

auribus illius:& quum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Quãtis doloríb' amittãtur, declarat Eccleſiaſtes, dicẽs, Eſt alia infirmitas peſſima, quã vidi ſub ſole, diuitiæ cõſeruatæ in malũ domini ſui: perierũt enim in afflictione peſſima. Hinc ego ambulãtes in proſperitate, nocte operari arbitror magis quã eos, qui in perſequutione & tribulatione vix extremũ retinent ſpiritum. Namq; & mali duriter laborant, & operoſi aliquãto in ædificanda ſui gehenna, quàm boni in emendãda ſalute: ſicut ipſi fatẽtur. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauim' vias difficiles.

Eccle. 5. *Sapien. 5.*

2 Etſi itaq; Petrus tota nocte nihil ceperat piſciũ, iam tamen magna fiducia dicit ad dominũ, In verbo tuo laxabo rete. Niſi enim ædificauerit dominus ciuitatẽ, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam: ſic etiã, niſi dominus cor illuſtrauerit auditorum, doctor in nocte laborat: niſi in verbo gratiæ ſupernæ laxata fuerint inſtrumenta diſputationũ, fruſtra, vocis ſuæ prædicator iaculum mittit: qui fides populorũ non ſapientia verbi compoſiti, ſed diuinæ vocationis munere prouenit. Diſcant hîc prædicatores nõ laxare retia ſermonis in fabulis hominum, ſed vt hîc Petrus in verbo Chriſti. Norit igitur hoc quilibet prædicator Quandiu ſibi nõ magis placent ſacræ literæ quàm alia ſcripta, ſic vt peculiariter afficiatur ac veluti rapiatur, dum illas verbatim commemorat, certam eſt eum non habere gratiam Dei ad prædicandum. Sed qui in veritate verbi Dei laxat retia ſua, piſces capit plurimos domino Deo. Curet itaque prędicator verba ſcripturè propriè (quod aiunt) in forma citare, ſciens verbum illud ſanctum ſpiritus ſancti plus operaturum in cordibus hominum, quàm ſi tua vel aliorum hominum verba recitet. Sic enim & Hieremias diſcrimen ponit prophetarum, Propheta qui habet ſomnium, narret ſomniũ: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè. Sed aliâs plura de efficacia & virtute verbi Dei. Satis ſit hîc admonuiſſe, efficax eſſe verbum Dei, quoniam omnia ille portat verbo virtutis ſuæ, inflammat illud etiam corda hominum. Siquidem ſic Dauid ait, Ignitum eloquium tuũ vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. & Deus per prophetam, Nũquid nõ, inquit, verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram? Nihil validius, nihilque potentius eſt verbo Dei ſecundum ſpiritum ſanctum intellecto.

Pſal. 102 *Beda.* *Hier. 23.* *Verbum Dei.* *Hebr. 1.* *Pſal. 118.* *Hier. 23.*

Rectè igitur Petrus,quanuis adhuc recens & penè ſemicrudus neophytus in fide,dicit,In verbo tuo laxabo rete.Adeò ille feruebat in fide etiam ante fidem: vnde & tot & tantos piſces comprehendit,vt rete ſolus extrahere non poſſet. *Theophy.*

3 Laxato itaque reti, concluſerunt magnam multitudinem piſcium. Vbi pulchrè in perſona Petri ait Ambroſius, Et ego domine ſcio quia nox mihi eſt,quãdo non imperas: nemo adhuc nomẽ ſuum dedit,adhuc noctem habeo,ô fructuoſa humilitas!qui nihil ante ceperant magnam in verbo domini concludunt piſcium multitudinem.Nõ hoc humanæ facundiæ opus,ſed ſupernæ vocationis & munus.Cedũt diſputationes hominum,fide ſua plebs credit. *Ambro.*

¶Diſce hinc, prædicator, non extolli,ſi quos videas verbo oris tui cõuerti & fieri meliores : neq; enim loquacitas tua id operatur,ſed gratia Dei,huic id omne feras acceptũ.Multos piſces concluſit Petrus. O ſalutarẽ capturam in reti apoſtolico, in quo quiſque ſe optet eſſe ! iuxta illud Sapientis, Iniice pedem tuum in cõpedes illius,& in torques illius collum tuum.O fœlicem capturam , capi & concludi hoc ipſo reti!ſic enim de captiuis etiã Propheta loquitur,Poſt te ambulabunt vincti manicis,pergẽt & te adorabunt.Sic omnes tum prælati tum prædicatores rete Petri eiicere debent in verbo Ieſu Chriſti,& cõplures capiant piſces,hoc eſt, multas conuertent animas hominũ in mari mundi huius natantium:quo nomine rectè piſces dicũtur. Sunt autẽ ex iis mali,alij multi etiam boni, vt teſtatur parabola euangelica. *Prædic.* *Eccle.6.* *Eſa.45.* *Mat 13.*

4 Euidẽs quoq; argumentũ tantæ multitudinis piſcium deinceps oſtendit euãgeliſta,quos ceperat Petrus. Rumpebatur enim rete.Præ multitudine piſcium,inquit Beda, rete rumpitur, quia nunc ad cõfeſſionẽ fidei etiã cum electis reprobi intrant qui ipſam etiã eccleſiam hæreſibus ſcindãt. Porrò quòd Petri rete rumpitur, caue intelligas factũ propter ipſum Petrum : quoniã ſic cõſtans eſt promiſſio Chriſti,Ego pro te rogaui,Petre,vt non deficiat fides tua,ſed piſces in cauſa ſunt,quòd rumpitur, quoniã in eo manere nolũt.quomodo rete ſciſſum eſt in circũciſione propter quorundã Iudæorũ infidelitatẽ.Nauigãs enim in Iudæa Petr9, pauciſſimos reti ſuo cõcludit Iudæos, ſed multitudo Gẽtiũ ingreſſa eſt.Et tamen ad finem reliquię Iſraël ſaluabuntur. Sic itaq; rupturã retis duobus modis intelligere poſſumus: *Beda.* *Luc.22.* *Roma. 11* *Eſa.18.*

Beda altero, vt Beda de hæreticis, qui latera matris eccleſiæ contundunt, atq; ſcandalis & erroribus ſcindũt: vnde & Augu-
Auguſt. ſtinus rupta retia ait multas hæreſes ſignificaſſe. Altero au-
Gloſſa. tem, vt hîc Gloſſa quæ intelligit de eccleſia circuncíſionis,
Act.2.5. in qua ſciſſum eſt rete, quia non tot intrant de Iudæis quot ex Gentibus, qui alia naui vecti ſuccedũt. Quid quòd oportuit rumpi rete in malis? Nône enim antè Iudas retroceſſit, & Simon magus, Ananias atque Saphira perierunt, quàm Paulus & Barnabas peruenirẽt in rete fidei? Porrò quod ad mores attinet, ſcindunt rete illud non rarò prædicatores ip-
Gregor. ſi ſuis exemplis malis & vita peruerſa. Sic Gregorius ait,
ſuper Ezech. Ad hoc vt ſeruetur veritas prædicandi, teneatur neceſſe eſt altitudo viuendi. & in prima parte Paſtoralis, Rete rumpunt, qui quod verbis prædicant, moribus impugnãt. Rumpunt quoque retia qui piſcantur noctu, carẽtes lumine ſcripturæ ſanctæ, & verſantes in tenebris ignorantiæ & errorum: quoniam qui huiuſmodi ſunt, alios quoque ſeducunt, tantum abeſt, vt conuertant. De iis loquitur Paulus, & ait,
1.Tim.1. Volunt eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Idque adeò nunc faciũt neochriſtianorum prædicatores. Quiſquis itaque eſſe cupit bonus piſcator Chriſti, videat vt inſtrumenta armáq; precationis ſuæ bona habeat, doctrinam ſanã, & vitam ſanctam. Quòd ſi autem ſciſſum habet rete, declinet ad portũ:
Mat.4 & deſcendens reſarciat illud cum Ioãne & Iacobo. ¶ Cúnque conſideramus omnia ad piſcationem hanc ſpectantia, hoc quoq; adiicere debemus, vt prædicator ſit iuſtus & doctus, atq; omni errorum cõtagione immunis. Rete quoque ſit integrum, & non ſciſſum exemplorum ſcandalo, & vitæ malignitate. Atque ſic fiet, vt facilè capiantur piſces. Sunt enim ex iis quidã, qui metuãt, nolíntque ſibi dici veritatẽ, quo nomine ſuggeſtum & concionẽ cane peius oderunt & angue: iſti nunquam capiẽtur reti fidei & verbi Dei, nimiũ enim implicati ſunt reti diabolico. Sunt alij quoque nimiũ magni, vnde & rumpunt rete. Atque iſti ſunt qui magna potentia freti, mandatis Chriſti & eccleſiæ parere recuſant, adeò vt etiam contemnant. Et de iis inquit propheta, Con-
Hiere.5 fregerunt iugum, ruperunt vincula. Quamobrem & domi-
Ioan.3 nus non multos ex potentioribus conuertit, ſed ex ſapien-
Act.5. tibus mundi huius Nicodemum tantùm & Gamalielem, ex

diuitibus Zachęum & Ioſeph ab Arimathia, ex principibus *Luc.19.*
Cẽturionem & Regulum, Atque hoc eſt quod dicit Paulus, *Mat.27.*
Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapien *1. Cor.1.*
tes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobi
les: ſed quę ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſa-
pientes, & infirma mundi. Multi quidem iam ſunt piſcato-
res, prædicatores multi ſunt in eccleſia, ſicut dominus dicit
per prophetam. Ecce ego mittam piſcatores multos, & pi- *Iere.16*
ſcabuntur eos. ¶ Sed hoc vnum mihi diligentiùs paulò con *Ambro.*
ſidera, quod ait Ambroſius, Rumpuntur retia, nec labitur
piſcis. Idque adeò ſcrupulũ alicui mouere poſſet, eò quòd
paulò ſuperius diximus nonnullos diſrumpere rete per ſe-
ctas & hæreſes: quo rupto, iſti vtique excidunt reti eccleſiæ
Chriſti. ſic enim Ioannes ait, Ex nobis prodierunt, quia nõ *1. Ioan. 2*
erant ex nobis. non ergo manẽt piſces iſti in reti. Verũ qui- *Matt. 13*
dem hoc eſt, quod hæretici non manẽt in hoc reti, & tamẽ
quidam mali permanebunt in illo vſque ad conſummatio-
nem ſeculi, quando tãdem ſegregabuntur mali à bonis. At-
que ideo etiam mali piſces nõ ſemper excidũt reti ex quo-
cunque peccato, ſed ad intellectum verborũ Ambroſi ſen-
ſus hic eſt, quod piſces etiam ſciſſo reti non excidunt, ſcili-
cet electi. quos Deus conſeruat inter ſcandala perſecutorũ.
Nos itaque iam dominũ deprecemur, vt nobis quoque ille
gratiam ſuam donare dignetur, mihi loquendi, vobis audi-
endi, quatenus ego reti verbi Dei ex vobis quoque piſces
bonos capere poſſim quàm plurimos, qui colligãtur ad fi-
nẽ mũdi in vaſa fœlicitatis æternæ, quã omnibus nobis cõ-
cedat Deus pater, Deus filius, & De⁹ ſpiritus ſanctus, Amẽ.

HOMILIA TERTIA.

Poſt multa quę diſcipulis ſuis dixerat dominus, tandem
iuſſit Petrum laxare rete, qui & cepit magnam multitu
dinem piſcium, ita vt rumperetur rete. Annuerunt itaque
ſociis ſuis, qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent
eos. Sed quæ eſt illa alia nauis, niſi fortè Iudæa? Facta eſt
enim Iudæa ſanctificatio eius. Sic ergo & iſti ex ſynagoga *Ambr.*
venerunt ad nauiculam Petri eccleſiam, vt implerent na- *Pſal.133.*
uim vtranque, quoniam omnes curuant genua ſua in nomi
ne Ieſu. Beda etiã ferme ad hunc ſenſum exponit, niſi quod *Beda.*
per alteram nauiculam ſignificari putat eccleſiam ex genti-
bus collectam. Sic enim dominus qui ſunt eius, eſtque a-

2.*Tim*.2 pud illum definitus electorum tuorum numerus. Quando igitur non fideles inueniebantur apud Iudæos, quos nouerat ille prædeſtinatos ad vitam, quæſiuit etiam corda gentium, quæ velut alteram nauiculam piſcibus, ſic gratia diuina repleuit & perfudit. Obſeruabis autem hîc, quod quum prælatus vnus extrahendo reti nõ ſufficit, poteſt ille etiam alios extra ſuam nauiculam aduocare, ſicut coadiutores & & prædicatores conſtitui videmus: quoniam & Petrus hîc ſocios ſuos ex altera naui ad ſe vocauit. Per hoc tamen nihil minus volo, quàm excuſatos habere eos, qui rete hoc ne digitulo quidem minimo tangere volunt, nec quicquam in eo trahere: totum autem illum trahendi laborem in alios reiiciunt, atque interim auidiſſimè piſces, quos non ceperunt, deuorant. Hi nimirum iſti ſunt, qui nec prædicãt, nec quicquam aliud agunt circa curam animarum, tantùm cenſus quærunt & redditus. curandi autem animas laborẽ omnem mercenariis relinquunt, iniquiſſimè, ſanè, & iniuſtè.

Luc.10 Rectiùs faciunt, qui in partem ſolicitudinis quoſdam aduocant, vt hîc Petrus ſocios ſuos, & Chriſtus duodecim vocauit apoſtolos, atque deinceps ſeptuaginta duos diſcipulos.

Theophy. Idipſum ſanè iniquum non eſt, coadiutores accire.

2 ¶Nutu igitur ſocios ſuos vocat Petrus, quia propter ſtu-

Beda. porem magnum loqui nequibat. Atque venerunt illi, & vtranque nauiculam impleuerunt. Harum impletio nauium adhuc ſemper & vſque in finem ſeculi creſcit, nóſque adeò omnes quotquot prædicamus, hãc nobis ſumimus implendam. Sed quid hoc, quod pene mergebantur? Sanè Ambro-

Ambro. ſius merſionem hanc eò refert, quòd in multitudine tanta

1.*Cor*.1 plures futuri ſunt mali, quoniã oportet hęreſes eſſe, vt probentur iuſti. Alij ſic intelligunt, quòd quamuis non ſubmerſæ ſunt naues, in graui tamen periculo extiterunt. Ita Beda

Beda inquit iuxta prophetiam Pauli, ꝙ nouiſſimis diebus erunt

2. *Tim*.3 tempora periculoſa, & homines ſui amantes. Aut nonne illud hoc noſtro ſeculo ita fit, quãdo hæretici iſti nauiculam ita huc agitârunt, vt periculum ſit de merſione, niſi Chriſtus fauore ſuo eã ſuſtentaret? Vos aũt ne moueamini, neq; metuite quicquam, ſi ſæuiant Neochriſtiani, eſtote cordati & fortes. Certum eſt illud, quod ſæpe adduximus Pij papę, Fluctuat & nũquã mergitur illa ratis. Fides iſta Petri antiquiſſima nõ deficiet, quin magis triũphabit, hęreſes omnes

deſinent, ſicut & nulla hactenus hęreſis per mille quingentos annos præualuit aduerſus eccleſiã Chriſti. ¶Poteſt autem illa merſio ſic intelligi, quãdo homines rurſus recidũt in mundum per peccatum, vnde per fidem educti fuerant. Prior tamen illa expoſitio magis cum ſacris literis conſpirat. Siquidem ſic & apud Matthęũ legimus, quomodo venti impellebant nauiculam prius, quàm ingrederetur in eam dominus: ſtatim autem cùm conſcendiſſet ille in eam, ceſſârunt venti. Neque nouum eſt illud, periclitari nonnunquam eccleſiam & fidem noſtram. Ecce enim Cain perſequutus eſt Abel & occidit, Eſau inſectatus eſt Iacob, ipſiq; adeò fratres Ioſephum Saul, Dauidem, & Abſalõ eundem patrem ſuum, Iudæi ſimul & Gentiles conati ſunt fidem hanc noſtram extinguere, lapidibus, gladiis, rotis, lanceis, crucibus, igni aqua & quid aliud reſtabat, quod in ſupplicium verti poſſet: Vſqueadeo ſemper nauis hæc graues ſuſtinuit ventorum turbines, neque tamẽ merſa eſt vnquam, eò quòd habeat gubernatorem ſapientiſſimũ ſpiritum ſanctum: hic enim eſt qui cuſtodit eam. Mergi autem in profundũ oportet hæreticos omnes. Iam olim in Scyllam impegit Arrius. Neſtorius offendit in Charybdi, & parum vigilans iſte Dormitantius, ſed quid aio? Vigilãtius dicere volebam, ad maleam legens, dũ quę domi habet obliuiſcitur, inſigne fecit iã olim naufragium. Atq; iſte anſer hæreticus Huſs, & alter ille Oecolampadius, necnõ Zuinglius iſte, & alij innumeri, profunda ſubmerſi ſunt voragine: quique ex iis ſuperſunt, mergentur adhuc atra caligine inferorũ, niſi pœnitẽtiã egerint. Et ſuſtinere interim atq; tolerare oportet eccleſiã iſtos hęreticorũ inſultus: quoniã omnes qui piè volunt in Chriſto viuere perſequutionẽ patientur. 3 Videns itaq; hoc Petrus, tanquam peritus piſcator, colligere poterat id naturaliter nõ fieri, atque ideo procidens ad genua Ieſu, dixit, Exi à me domine, quia homo peccator ſum Quos, inquit Ambroſius, in verba capit, verbo credit. negat ſuam prædam, negat ſuũ munus. Exi, inquit, à me domine. Admirabatur enim dona diuina, & quò plus mirabatur, præſumebat min'. Tu tamẽ vide quã egregiè miraculũ hoc Chriſti expenderit Petrus, quãque honeſtè ſe cotã Chriſto exhibuerit, dum & ad genua illius procidit, & verbis indignum ſe declarauit, qui ſecum haberet dominũ. Itaq; dixit,

Mat.14.

Hæretic. naufrag.

2.Tim.3.

Ambro.

Exod 5 Exi à me domine,quia homo peccator ſum:ad alium vade,
Matt.17 qui me dignior ſit. ſic Moyſes etiam fecit, dum dominum
Luc 9 in ardenti illo & incōbuſto rubo cōſpiceret. Sic admirabū-
dus obſtupuit Petrus in monte Thabor. Et quum dominus
Joan.13 de paſſione & morte ſua diceret,ſic ille cupiuiſſet cognoſce
Auguſt. re etiam proditorem Chriſti,vt eum occideret. Quādo ita-
que peccator erat Petrus,vtique domino indigebat, vt iu-
ſtificaretur. vnde & Auguſtinus dicit, Vt piſcator loquitur
Petrus Dominum & Deum ſalutis ſecum habebat,& ei di-
cebat,Exi a me domine,ac ſi infirmus medico curanti dice
ret. Exi à me,quia ægroto. Domino autē dixit hoc Petrus
amore humilitatis. Atque idipſum etiam oēs debent facere
prædicatores,qui quum reti ſuo multos ceperint homines,
ſuperbire non debent, ſed date gloriam Deo,& procidere
ad genua Chriſti. ¶ Neque ſic iam corripuit dominus Pe-
trum vt alibi,ſed magis cōfirmauit: adhuc enim incipiens
Beda. & neophytus erat in fide, cuiuſmodi homines leniùs ſem-
per ſunt tractādi. Sic & Beda ait, confortat dominus timo-
rem carnalium,animóſque fragilium cōſolando erigit: ne
quis vel de ſuæ conſcientia culpæ tremens, vel de aliorum
innocētia ſtupēs,ſanctitatis iter formidet aggredi. Noli ti-
mere,inquit ad Petrum,ne verearis puſillanimis,infirmus,
indoctus. Ego te magnū adhuc faciam, quoniam homines
capies. ait Ambroſi. Noli timere,indulgenti domino pecca
tum fateri,noli timere etiam quę tua ſunt domino deferre
quia quę ſunt,ipſe nobis cōceſſit. Ecce quàm ille planè mi-
tiſſimus eſt,qui tot hominibus poteſtatem dedit viuificādi
homines. Ex hoc,inquit,iā homines eris capiens. Atq; hoc
ad ipſum Petrum ſpecialiter pertinet. Exponit enim ei do-
minus,quid hæc captura piſcium ſignificet: quòd videlicet
Beda. ipſe ſicut nunc per retia piſces,ſic aliquādo per verba ſit ca-
pturus homines. Rurſus hîc prędicatores docentur,qualem
habere debeāt affectum,ſcilicet capiēdi homines & acqui-
rendi Deo: neque enim animus eorum præcipuus eſſe de-
bet in bonis tēporalibus,ſu opimis ſacerdotiis,ſed in ſalu-
te animarum. Quomodo autem apoſtoli nauiculas iſtas re
duxerint ad littus,& relictis omnibus ſequuti ſint dominū,
Ioan 21 illo eodem fortunante dicturi ſumus in feſto Andreæ, aut
alterius apoſtoli. Quamuis autem pene conſimilis hiſtoria
apud Ioannem deſcripta eſt de multitudine piſcium, quos
cepit

cepit Petrus, eadem tamen non eſt, ſicut nec vna vtriuſque ſignificatio, quod Auguſtinus multis de cauſis affirmat.

1 Quoniam piſcatio hæc primò facta eſt anno ſuę prædicationis, illa poſt reſurrectionem, deniq; ante aſcẽſionem. *Aug. ſup. Ioannem.*

2 Hîc Chriſtus in naui ſedet, illic in littore ſtat.

3 Hîc iubet ſimpliciter retia laxari, illic etiam in dexterã partem eiici.

4 Rumpuntur hîc retia, illic non item.

5 Hîc pene dimerſa eſt nauis, illic non.

6 Hîc geminam habent nauiculam, illic vnicam.

7 Hic vtranque implent, iſthic retia ſimul cum piſcibus pertrahunt ad littus.

8 Hîc nullus exprimitur piſciũ numerus, iſthic capti commemorantur 153. magni piſces. ¶ Hinc luce clarius apparet, duplicem illam fuiſſe piſcationem. Quòd autem & gemina vtriuſq; ſit ſignificatio, idem ille teſtatur Auguſt. Quandoquidem hæc deſignat quomodo animarũ curatores piſcari hîc ſoleant animas, vt eaſdem in nauiculam adducũt eccleſiæ. Illa porrò apud Ioãnem hoc repręſentat, quomodo tãdem piſces boni capientur, & ad finem mundi eligentur in vitam æternam. Atq; hinc iam octo illa diſcrimina ſatis patent. Siquidẽ quia vltima iſta fuit piſcatio, Chriſtus cõmemoratur ſtare in littore fœlicitatis ęternę, poſt reſurrectionem iam ſuam glorificatus, vbi & piſces in idẽ littus attrahuntur. Atque hoc eſt quod piſcatio prima facta in terris, nauigãte tum Chriſto quoq; in mari. Et cur abſolutè laxari iuſſit retia, quoniã hîc in eccleſia boni & mali ſunt piſces zizania quoq; & filices cum tritico creſcunt. In die autẽ nouiſſimo rete illud tantũ in dexteram iacietur ad eos, quibus dicet dominus, Venite benedicti patris mei. &c. Rumpitur hîc rete quoniã multi ſunt in eo, multi (vt eſt in prouerbio) magni & mali piſces, neq; pauci ipſi per hęreſes ſe inde pręcipitant in mediam maris voraginem: illic autem boni tantùm erunt, qui rete nõ rumpunt. Hîc merſionem minantur naues, quoniam illa nauicula eccleſię multos ſuſtinet impetus: ad hęc, plurimùm in ea eſt indigeſtæ plebis, quæ vitam & ordinem bonorum non ſeruat: iſthic verò abſterget Deus omnem lachrymã ab oculis ſanctorum, & amplius nõ erit neque luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor. Ideóque & hîc piſces ſub aqua trahũtur ad litt', ſiquidẽ boni homines

Duplex piſcatio.

Mat. 13.

Mat. 25.

Apo. 21

poſt mortem abſcōditi latent in ſomno pacis, donec perdu
cantur ad littus reſurrectionis. Hîc nauiculę duę ſunt ex Iu
dæis & Gentibus collectę, illic vna tantùm, quoniā & ouile
Apoc. 3. vnicū erit in vita æterna. Eóq; nomine illic piſces magnos
tantum ceperunt, ſiquidē ſancti omnes reges magni ſunt &
Matt. 7. ſacerdotes. Vnde dominus quoq; dixit, Quiſquis fecerit &
docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Atqui hîc
in mari mundi huius piſces capimus magnos & paruos, bo-
nos malóſque, & pars quidem in reti permanēt, pars rupto
reti excidunt, alios quoſdam tādem ad conſummationem
mundi eiicient. Deus & dominus noſter gratiā nobis ſuam
impartiatur, quatenus & nos hîc capiamur in terris reti ver
bi Dei, ſicque permaneamus in nauicula eccleſiæ, & in die
nouiſſimo cū aliis magnis piſcibus concludamur ad dexte-
rā, pertrahamúrque ad littus fœlicitatis æternæ: quā omni-
bus nobis cōcedat Chriſtus Ieſus dominus noſter, Amen.

DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEN, EVANGELI. MATTH. 5.

Exo. 20 *IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Niſi abūdauerit iuſtitia*
Deut. 5. *veſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in re-*
Iacob. 5 *gnum cœlorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides: qui*
Leuit. 22 *autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui*
Eccle. 35 *iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo racha*
Deut. 15 *reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Si er-*
Malac. 1. *go offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater*
Luc. 12. *tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare,*
& vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus
tuum.

HOMILIA PRIMA.

Auguſt. IN ſaluberrimo hoc ſermone, chariſſimi, quē in mōte ha-
buit domin⁹, & ſuper quē Auguſt. libros duos cōſcripſit,
Mat. 5. inter reliquas etiam docuit ille perfectionem legis euāge-
licæ ſupra Moſaicam iſtam, vnde & dixit, Non veni ſolue-
re legem aut prophetas, ſed implere. Quicquid ergo defe-
Hebr. 7. ctus extitit in lege veteri, Chriſtus in noua cōſummauit &
perfecit; lex enim ad perfectionem adduxit neminem. Et
quanuis diſcrimen legis & euangelij magnum quid eſt, &

per vniuerſam ſcripturam latiſſimè extendi poſſet, nunc tamen animus non eſt à contextu euangelico diſcedere. Dicit ergo dominus. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quā ſcribarum & phariſæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Dictum hoc eſt prælatis eccleſiæ, apoſtolis, & ſucceſſoribus eorundem, ſucceſſoribus inquam in poteſtate, honore & dignitate, atque vtinam etiam in vita. Eos nimirum iuſtiores eſſe voluit prælatis ſynagogæ. Atqui expoſitio illius videtur non parum difficilis. Auguſti. quidem ſic intelligit, Quādo antea dixerat dominus de impletione magnorum & paruorum præceptorū: cuiuſmodi eſt illud, Nō occides, addit Chriſtus, vt perficeretur lex, nō tantùm nō occidendum eſſe proximum, ſed ne iraſcendum quidem illi ſine cauſa. Atq; ſic iuſtitia euangelica ſuperare debet phariſaicam iſtam Minimū itaque illud eſt non occides, quod quiſquis ſeruat, non ſtatim ideo magnus erit in regno cœlorum: ſin autem conſurgat in gradum ſublimiorem, & ne ſuccenſeat quidem illi temerè, tunc ſanè & perfectior erit, & multùm alienus ab homicidio Sicque illud quaſi declararet ſuperiora, quando dixit dominus, non veniſſe ſe ſoluere legem, ſed implere. Ecce enim præcepit lex, Non occides: impleuit dominus & adiecit quod deerat, nec indignaberis illi ſine cauſa: quod quātò perfectius eſt illo, quod ex ira aut ſimilibus affectibus prouenit? ¶Alio portò in loco Auguſti. ſic inquit, Niſi abūdauerit iuſtitia veſtra ſuper ſcribarum & phariſæorum, id eſt ſuper iuſtitiā eorum, qui ſoluunt quod docent. De ſcribis autē & phariſęis dicit alio loco, quoniā dicunt & nō faciunt. Niſi ergo ſuper eos abūdauerit iuſtitia veſtra, id eſt, vt vos non ſoluatis, ſed faciatis potius quod docetis. Vult dicere Auguſtinus; Omnis iſtorum iuſtitia in ſola cōſiſtebāt doctrina, eáque ſana quidem erat, ſed tamen illam operę non implebant, ſicut alibi dicit dominus, Super cathedram Moyſi Chryſoſt. inquit, Docere abſque operibus, condēnat docentem. Cùm itaq; primū ſe aliquis ipſe correxit, tunc eundem etiam erga alios congruit eſſe diligentem: ideóq; ille putat Lucā de domino loquentem, præpoſuiſſe operationē verbo, quum ait cœpiſſe eum facere & docere. Ecce quomodo præcedit opus. Quia tunc poteſt quis ad docēdum venire, quum ipſe impleuerit opere quod ſit docturus. Conſonat & Hieronymus, dicens,

Libro 20 cap. 9. de ciui. Dei.

Matt. 23

Chryſoſt.

Actu. 1.

Hieron. Magiſtri eruditio, etiã ſi paruo peccato obnoxius ſit, deducat eum de gradu maximo: nec proſit docere iuſtitiã, quam minima culpa deſeruit. Et beatitudo perfecta ſit, quæ ſermone docuerit opere complere. Vtraq; hęc expoſitio bona vtique eſt, ſed tamen prior illa aliquanto melior, & textui accommodatior. Adhuc tamen plures inuenio iſtorum verborum expoſitiones, & inter reliquas hæc etiam vna eſt. Quandoquidem enim lex Moſaica manum tantùm (quod aiunt) prohibebat, opúſque illud externũ vetabat, inſuper euãgelium animũ quoque & cogitationes reſtringit, eò ꝙ in lege pœna poſita non erat iis, quæ quiſque in animo ſuo perpetrauerat: ſiquidem qui legem iſtam tulerat, homo purus erat, nec cogitationes hominũ cognoſcere poterat. Euangeliũ autẽ peccatũ punit tam cordis quàm operis: quoniam qui illud nobis dedit, verus Deus & homo eſt, ſicque renes ſcrutatur & corda. Iudæi porrò perſuaſam iſtam habebant opinionem peruerſam, ſe animo & cogitatione nõ peccare, ſi opere nõ implerent. dicebant enim, Occidere hominem, peccatũ eſt: velle occidere, non item, ſi nõ occidas
Lib.12 cap.16 facto. Teſtatur idipſum ex Iudęis nõ infimus Ioſephus, qui
1.Mac.6 cùm de morte ſcribit Antiochi, cõtra quem Machabęus pugnauit, quę́que Polybius hiſtoricus eò refert miſerius eſſe demortuum, quod in ciuitate Pſidia (vel vt alij legũt Pręſidia aut etiam Perſide) templum Dianę ſpoliare voluerit, idipſum refutans Ioſephus, dicit, Qui nullatenus egit peccatum, ſed tantùm cogitauit, nullo reatu tenetur. Conceptam itaque iſtam vanam Iudęorũ perſuaſionẽ hîc dominus voluit refellere: quoniam nõ opere tãtùm, ſed & animo & cogitatione grauiter peccari ſolet. Atque hoc eſt quod dicit dominus, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum. Nõ quòd per hoc dominus legem cuperet reiicere, quoniam interroganti adoleſcenti, quid faciendum ſibi eſſet ad poſſidẽdã vitam æternã, reſpondit, Si
Matt.19 vis vitam ingredi ſerua mandata. Sed quia hîc & alibi homines ad ſeruanda pręcepta maximè decalogi ſubinde adhortatꝰ eſt, illa planiùs explicauit in vero ſenſu, & errores Iudæorũ reiecit, ſicut ipſa etiam litera clarè teſtatur. Atque hæc ipſa etiam expoſitio licet ab illa priori Auguſtini multum aliena, in ſe tamen eſt veriſſima. Quartam inſuper verborum illorum inuenio expoſitionẽ, eámq; huiuſmodi, ꝙ

domin' exiſtimarit ſcribas & phariſæos adhuc rudes fuiſſe in præceptis diuinis, quod nimiũ inhærerent externis cære moniis: hîc autem Chriſtus veritatem oſtẽdit, verámque lu cem euangelij dedit hominibus: vbi veteres vix vmbrã habuerant futurorum. Atque illa hîc ſententia eſt Chryſoſtomi, qui multis etiã verbis cõtra Manichæos docet Chriſtũ non reieciſſe legem: quoniam licet imperfecta à Deo tamẽ fuerit. Quòd ſi ergo Iudæus aliquis bene geſſit in circunciſione ſua, circa ſacrificia & tẽplum, decet chriſtianum adhuc eſſe perfectiorem, vt vltra hoc in corde ſuo ſacrificium offerat domino, ſimúlque myſticã legis ſignificationẽ expendat & bona æternæ ſalutis. Quando igitur præputium circuncidetũt Iudæi, Chriſtiani circunciſionem hanc obſer uârunt in ſpiritu, nõ ſecundũ literam: & pro agno paſchali atque oblationibus & ſacrificiis boum, vitulorum & ouiũ: nos iam offerimus Deo agnum immaculatum Ieſum Chriſtum. Porrò Chryſoſt. etiam de iuſtitia ſic ait, Quod illa hîc vniuerſam dicit virtutem, ſicut de ſancto Iob dicitur, Erat homo iuſtus & ſine querela: nõ quòd ille iuſtus tãtũ fuerit, quoniam multas etiam alias habuit virtutes, prudentiã, cõſtantiam, patiẽtiam, pudicitiam, pietatem, &c. Quũ itaque lex euangelica præſtãtior ſit & ſuperior quã Moſaica, idq; in multis donis domini, in ſacramentis, in ſacerdotio, in oblationibus, in remiſſione peccatorũ, in apertione cęli: vtique etiã capita eccleſię, apoſtoli, euãgeliſtæ, martyres & doctores maiorem habuêre ſanctimoniam, quàm patriarchæ & prophetę veteris legis Abraham, Noe, Moyſes, Dauid, Eſaias, &c. ſicque reliqui chriſtiani in iuſtitia ſuperent & excedant Iudęos, plebs plebẽ. Quid autẽ mirum, ſi illi iis fuerint inferiores, qui & illuminati nõdũ erant, & rudes adhuc erant diſcipuli. neq; verum illum doctorem habuerant ſpiritum ſanctum, quem diſcipuli demũ ſuis miſit Chriſtus, qui eos omnẽ doceret veritatem? Dixit itaq; apoſtolis domin', quod iuſtitia eorum abundãtior eſſe debeat, quàm ſcribarũ & phariſæorum: ita nimirum, quia (vt ait Gregorius) quum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Quãdo igitur in noua lege vberior ꝓmiſſa eſt remuneratio, & gratia ſpirit' ſancti eminẽtior, oportet etiam in eã pugnã eſſe magis arduã difficilioréq;. Nõ enim iam lacte & melle manans terra ꝓmittitur, nõ ſenectus vberior, nec numeroſitas

Hebr. 10
Roma. 9
Chryſoſt.
Iob 8.
Ioan. 16
Grego. ſuper.
Mat. 25
Chryſoſt.

filiorum, non frumenti viniq́ue copia, non ouiũ atque armentorum greges: ſed cœlum & ea quæ ſunt in cœlo bona & filiorum adoptio, ac cum vnigenito iuncta fraternitas & ſocietas hæreditatis, & glorificari conregnare, & pręmia illa quæ promittuntur innumera. Merito igitur iuſtitia noſtra abundare debet vltra iſtam phariſæorum & ſcribarum.

3 Accedat in omnibus ſententia quinta. Iudæi enim conſtitutiones quaſdam fecerunt, quæ partim aduerſabãtur legi diuinæ, partim licet non erant illi cõtrariæ, ab eis tamen magis diligẽtiúſque obſeruabãtur, quàm mãdata domini: ſicut ob id increpauit eos dominus, dicens, Quare & vos

Mat. 15 tranſgredimini mãdatum Dei propter traditionem veſtrã? Nam Deus dixit, Honora patrẽ & matrẽ: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificauerit patrẽ ſuũ aut matrem ſuam, & irritum feciſtis mãdatum Dei propter tradi-

Matt. 2 tionem veſtrã. & alio in loco, Væ vobis duces cæci: qui dicitis, Quicunque iurauerit per tẽplum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro tẽpli, debitor eſt. Stulti & cęci, quid enim maius eſt aurum, an tẽplũ quod ſanctificat aurũ? Ecce qua maturitate dominus corripit Iudęos, qui contẽpta lege domini, proprias ſanctiones cõfirmabant, inutiliter vtique & fruſtra, dum quod in lege minimum erat, non ſeruabãt. Eſt

Hieron. illa etiam hic ſentẽtia Hiero. Voluit ergo dominus prælatos & apoſtolos noui teſtamẽti perfectiores eſſe phariſæis, atq; nec parua, nec magna negligere mãdata. Habetis itaq; iam chariſſimi variam illorum verborum expoſitionem, quomodo iuſtitia apoſtolorũ, imo & Chriſtianorũ omniũ abũdantior eſſe debeat, quàm vel ſcribarum vel phariſæorum. Non tamen hæc intelligi ſic debẽt, quaſi lex Moſaica etiam chriſtianis ſit ſeruanda ſecundum literam, dẽptis moralib'. Cæremonialia namq;, vt de ſacrificiis, de purgationibus, de cibis prohibitis, de non edendo lepore aut porco, & ſimilia innumera: quia nõ continẽt in ſe perfectionẽ eſſen-

Act. 15. tialem, ſunt abolita. Sic & iudicialia eorum mandata, quoniam & nimis erant grauia, & charitatem offendebãt, corruerunt. Quamobrẽ ait Petrus, Quid tẽtatis Deum, impo-

Exod. 17 nere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, nec patres noſtri portare potuerũt? Et hoc eſt quod manus

Moyſi graues fuerunt, ad ſignificandã legis immodicã duritiẽ. Eodem pertinent & tabulæ legis lapideæ, lapis enim durus eſt & grauis: lex autẽ euãgelica deſcripta eſt in cordibus hominum molliſſimis: quæ etiam ratio, quòd Christus ipſe nil ſcripſit. Cauſa autem grauitatis legis Moſaicę, acerbitas eſt pœnarum, quoniã illic lex valebat talionis oportebàtq; dentẽ pro dẽte, oculũ dare pro oculo. graues etiã erãt manus illæ, quòd intellectus ſpiritualis ibi obſcurus & abſcõditus latebat. Sicque quòd agnus paſchalis aſſus Chriſtũ ſignificauit, obſcurũ quid erat, & Iudæis incognitũ. Quòd mare rubrum deſignauit baptiſmũ, nónne obſcurum erát? Quod hirci duo geminã in Chriſto naturam ſignificarũt, itidem latebat Iudæos, & ſic in ſimilibus. Grauis quoq; erat lex Moyſi propter ingentem iſtam mandatorum multitudinem. prohibitiua enim tantùm erant trecentaſexagintaquinq;, & præceptiua ducenta quadraginta octo. quæ ſi cõiugas, habebis præcepta ſexcenta tredecim. Quibus nónne putas multùm oneratos eſſe ſimplices? neq; verò in hoc numero conſtiterunt præcepta, ſed alia ex aliis ſubinde ſubnaſcebãtur noua. Atqui lex iſta omnis ex dilectione depẽdet Dei & proximi, quam quis dubitet fuiſſe feruẽtiorẽ in apoſtolis & martyribus, quàm in patribus veteris teſtamenti?

Hiere. 31 *Deut.* 19. *Exod* 12. *Leui.* 16.

4 Bene expendit Auguſtinus illud, quod dicit dominus, Nõ intrabitis in regnum cælorũ: hoc inquam illud, quod toties in euangelio reperitur, regnum cælorum. Ait ergo, Deniq; quòd non temerè dixerim, neſcio vtrum quiſquam in illis libris (veteris teſtamenti) inuenit nomen regni cælorum, quòd tam crebrò nominat dominus. Hoc enim propriè pertinet ad reuelationẽ noui teſtamenti, quod ori eius nominandũ ſeruabatur; quem regem ad regẽdos, & ſacerdotem ad ſanctificandos fideles ſuos, vniuerſus ille apparatus veteris inſtrumẽti parturiebat. Sed & illud quod ait, Intrabitis, temerè dictũ nõ eſt. Vult enim dominus miniſtros ſuos ſemper ire debere de virtute in virtutẽ, atq; creſcere in operibus bonis, in meritis, & tandẽ in remuneratione vitæ æternæ. Sic inquit Hieremias, Venite, nolite ſtare: recordamini procul domini, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. Quiſquis ſeruire vult Deo, ne moretur, neq; ſiſtat, ſed procedat ſemper: quoniã legiſlator dabit benedictionem, & ibunt de virtute in virtutẽ. Quò facit illud Bernar. Stare

Contra Fauſtum *Hiere.* 51 *Pſal.* 83. *Bernard.*

in via Dei,eſt retrocedere: quoniam qui in gratia Dei eſt. quicquid tunc facit,id omne ei meritorium eſt, dicēte Paulo, Diligētibus Deum omnia cooperantur in bonum. Ad monitos itaque vos omnes volo,vt ſolicitè & diligēter ſtudeatis & inuigiletis volūtati diuinæ,efficiatis præſidio gratiæ Dei:vt iuſtitia veſtra abundet plus quàm Iudæorum veterum,ſicq; vos intrare tandem poſſitis regnum cælorum, quod omnibus nobis concedat Deus,Amen.

Rom.8.

HOMILIA SECVNDA.

IN mōte excelſo ſublimia etiā loquutus eſt domin' myſteria,& magna præcepta dedit apoſtolis: ac deinde minus magna & grauia docturus plebē, deſcendit de monte. Vnde & Beda dicit, Quibus in monte aperit, vt magna ſublimiter audiant,in eos oculos ſtans in campo dirigit, vt audita patenter intelligant. Inter illa ergo ardua & excelſa, docuit ſe eū eſſe,qui legem impleturus erat, non ſoluturus ideóque & apoſtolis commiſit, vt iuſtitiam haberent abūdantiorem quam phariſæi. Idipſum iam porrò pleniùs explicat in quibuſdam ſpecialibus mandatis. Audiſtis, inquit quia dictum eſt antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis, Quicūq; occiderit,reus eſt iudicij. Admiratur hîc Chriſo. ſummam illam ſapientiam Dei, quod dicit hîc Chriſtus, Dictum eſt antiquis, non autem, ego dixit antiquis. neq;ſic,Pater me' dixit antiquis,& ego dixi uobis. Poterāt enim inde ſibi anſam arripere diſcipuli cogitādi,quid ita ille ſibi nimium tribueret: ſiquidē adhuc erāt nouitij in fide, & inde oportebat dominum nonnihil parcere ipſis, ne fortè offenderentur. Quoniā licet mentiri nemo debet,nemo tamē ſemper tenetur dicere veritatē:ſic nanq; vbi vel nihil prodeſt,vel plus obeſt q̄ proſit, celāda veritas eſt. Sunt quidā rudes homines,qui videtur ſibi præclarè feciſſe, ſi quouis in loco citra omne diſcrimē veritatē dicant. Malè ſanè, & in multis caſib' iniquè ſatis. Sed hęc aliâs. Dictū eſt antiquis,Non occides. De hoc pæcepto nō eſt anim' iam multa dicere, ſed differam vſq; in materiā decē præceptorum. Pulchrè autem ſuper hoc ſcribit Auguſt. ſed & illud mitto, Dictum,ait,eſt antiquis. Quo verbo declarat ille multum iam temporis abiiſſe, quo præceptū hoc datū ſit per Moyſen. Orditur itaque de antiquis dicere hiſtoriis, vt animos diſcipulorū faceret attentiores, ſicq; audirent diligentiùs.

Beda.
Chryſoſt.
Li.1.c.20 de ci. Dei.
Exo.20.

quid deinceps eis dominus eſſet dicturus. Neque id tamen temerè factum eſt quod ille hîc ab eo præcepto orditur, à quo lex cœperat in moralibus, authore Chryſoſtomo. *Chryſoſt.*

¶ Quæras autem, quando veterem illam legem implere voluit dominus, cur non præcipuis illis tribus primis exorſus eſt? Reſpondeo, quia primum mandatum pertinet ad diuinam eſſentiam in ſua veritate, tertium autem in ſua bonitate. ideóque & colẽdus ille vt Deus verus eſt, & propter bonitatem ſuam peculiare aliquod tempus ei ſanctificãdum. Iſtud verò in omni lege fuit commune. ſtatim enim omnibus creatis, ſanctificauit Deus diẽ ſeptimum, quamobrem non ſunt hîc gradus vt in reliquis præceptis. Secundũ autẽ mandatum de iuramento, quia ſpecies varias habet, ideo in ſequentibus etiã cõmemoratur. Cæterũ quartũ de honore parentũ non proponit hîc dominus: ſi quidẽ natura ad hoc inclinamur, & gratia Dei deinde perficit quod deerat naturę. Non fuit itaq; neceſſarium ſingulatim illius meminiſſe quando enim & natura hoc iubeat, & charitas Dei minus quoq; in eo erit defect⁹: atq; hac de cauſa à proximo præcepto exorſus eſt hîc Chriſtus, & dixit, Nõ occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio, Iudiciũ hoc habem⁹ in Exodo, Quį percuſſerit hominẽ volens occidere, morte moriatur. huiumodi ferè iudicium dedit dominus Petro, Qui gladio pugnat, gladio peribit. 2 Tribus iam porrò gradibus mãdatũ hoc dominus implet, quorũ prim⁹ hic eſt. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, re⁹ erit iudicio. Vidiſti, inquit Chryſoſt. perfectã vtriq; poteſtatem Vidiſti dignitatẽ, quæ latorẽ certè legis deceret. quis enim prophetarũ ita vnquam loquutus eſt? quis iuſtorũ? quis patriarcharum? Nullus omnino. nã illi per ſingula ſępius inferebant. Hæc dicit dominus, ſed nõ ita loquitur & filius: illi enim domini verba, hic verò patris annũciat. Dices, An ne ſemper ira peccatũ eſt? Diffiteor nam & Dauid dixit, Iraſcimini, & nolite peccare. Quãdo autẽ ita peccatũ ſit, aut nõ, ſtatim audiemus. Hoc iam admoneamus, quod Auguſt. & Chryſoſt. hîc legunt, Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, vel temerè, quoniam cum ratione & ex cauſa indignari ſuum modum habet (exemplar Vaticanum habet, ſed in Latino nihil eſt quod illi reſpondeat) & Auguſtinus quidem vult iſtud ipſum ſine cauſa, in ſequẽtib⁹ omnib⁹ intelligi debere

Exod. 21. *Chryſoſt.* *Pſal. 4.* *Augu.* *Chryſoſt.* *Auguſt.*

Hierony. (quanuis Hieronymus cēſet radendum eſſe illud, ſine cauſa) ſic vt accipias eum, qui ſine cauſa iraſcitur, ſine cauſa dicit Racha vel fatue, Hîc per iram communiter intelligunt doctores rancorem conceptum in corde, iracundiam iſtam cōmotionem animi. Quiſquis ergo iram ſuam & animum concitatum declarat extrinſecus geſtibus vel verbis furorē ſpirantibus, reus erit conſilio: ſed qui etiam verba cōtumelioſa addit, reus erit gehennæ ignis. Ecce tres in ira gradus primum in animo, ſecundum in geſtibus, poſtremū in verbis ignominioſis. Atque iis tribus gradib' dominus opponit tres etiā ſuppliciorum gradus, quorum primus eſt, reus erit iudicio: ſecundus, quia reus erit cōſilio: tertius, reus erit gehennæ ignis. Hinc etiam patet, peccatum peccato graui' eſſe, atq; ideo etiā illis grauioribus ſupplicia acerbiora de-
Auguſt. beri. Quod ad voculam racha attinet, ait Augu. ſe quendam Iudæum interrogaſſe, illumq; reſpondiſſe, uocem eam eſſe, non ſignificantem aliquid, ſed indignantis animis motum exprimētem. (milha, ſicut apud nos interiectio īdignātis.) Quòd ſi autem qui ſuccenſet, inſuper etiam proximū ſuum contumelioſè adoritur, & fatuum vocat ſine cauſa, iamiam gehennam ignis commeruit. Atque hîc quidem exemplū nobis proponitur iuſtiſſimi iudicis, qui ob vnicū verbulum contra proximi charitatē prolatum ſupplicium inferre vult gehēnæ. Quæres adhuc, cuiuſmodi ſit harum trium pœnarum diſcrimen, iudicij, conſilij & ignis? Reſpondet en tibi
Auguſt. in hoc Auguſtinus, Reus iudicij eſt, de quo diſcernendum adhuc eſt in iudicio, an aliquid commeruit vel non, ita vt transgreſſio ipſius ambigua ſit. Reus eſt autem conſilij, de cuius quidem tranſgreſſione non ambigitur, ſed tamē quo ſupplicij genere ſit afficiēdus, idipſum adhuc conſyderatione indiget. Sed reus gehennę ignis eſt, de cuius tū præuaricatione tum ſupplicio cōſtat, vt hîc iratum certum eſt pœnam meruiſſe æternam. Hinc itaque iam facilè patet, quo-
Exo.21. modo Chriſtus impleuerit legem & perfecerit. lex enim punit occidentem, eò quòd facit contra fratris charitatem.
Chryſoſt. Chriſtus autem, quia perfectior eſt, vult nos nec animo, nec geſtibus, neque conuitiis aliquam iram declarare. Nihil enim ita ſtudet Deus, vt nos mutuis charitatis nexibus colligere. propterea & per ſemetipſum & per diſciupulos ſuos, tam in nouo quàm in veteri teſtamento, plurimo hoc

mandatum commẽdat ſermone,& vehemẽs animaduerſor atque punitor eſt eorum,qui præceptum tale contemnunt.
3 Simul atque autem chriſtianos ſuos docuit dominus fraternè & amicè vnà viuere,neque quicquam indignari:non ignarus vtique fuit ille tamen fragilitatis humanæ,ſi quidẽ non omnino illum extinxit affectum:primò quidem, quia impoſſibile eſt hominem paſſionibus liberari:nam vt regere illas poſſumus,ita abſque illis eſſe non poſſumus. Porrò iam nos mitiſſimus ille dominus reconciliari inuicem docet,ſi quando iraſci cœperimus proximo noſtro. Ait ergo Si offers munus tuum ad altare,& ibi recordat⁹ fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, vade & reconciliare fratri tuo.Auguſtinus hîc vult dominum voluiſſe nos præmonere,fas non eſſe in animo tenere aliquid.vt in odiũ indignatio conuertatur:ſed potius curandum , ne ſol occidat ſuper iracundiam noſtrã.Egregiè expẽdit verba hæc Chryſoſtomus,& dicit, O ineffabilem benignitatẽ,atque immẽſum erga homines amorem Dei!Honorẽ ſuum deſpicit,dũ in proximo charitatem requirit. quid enim iis verbis miti⁹ eſſe poſſit?quid leuius? Interrumpatur,inquit, miniſterium meũ,vt tua charitas integretur. Duo hîc nobis intelligẽda proponit dominus..Alterum offerẽdum eſſe ad altare,adeò etiam tum ſanctè tum cõſtanter,vt ſi quid inter offerendũ inciderit,oblationem relinquendam ibi eſſe. neque rurſus auferendam:quoniam offerre & opus eſt beneplacitũ Deo & actus latriæ.Quamobrẽ ipſe etiã dicit per prophetã,Offerẽtur ſuper placabili altari meo,& domũ maieſtatis meæ. glorificabo.Dauid quoque videns optimates,omnémq; populum ſuum offerre in templum,dixit cum gaudio magno Domine Deus Abraham , Iſaac & Iacob patrum noſtrorũ, cuſtodi in æternum hanc voluntatẽ cordis eorum, & ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat.Ecce quomodo ſanctus ille propheta,quẽ dominus inueniſſe ſe ſeruũ ſecũdũ cor ſuũ teſtatus eſt,rogauit dominũ, vt populũ ſuũ in hac bona volũtate cõſeruet in offerẽdo,quod niſi op⁹ eſſet beneplacitum Deo,Dauid tantopere non petiiſſet. Præcepit hoc ipſum etiã dominus vt quilibet vir ter in ãno appareat in loco quẽ elegerit Deus(hoc eſt,Hieruſalẽ)& ſequitur,Nõ apparebit in cõſpectu meo vacuus : ſed quilibet offeret iuxta quod habet,ſecũdũ bñdictionẽ domini Dei ſui.

Chryſoſt.
Auguſt.
Eph.4.
Chryſoſt.
Oferre.
Eſa.60.
1.Par.vlt
Deut.16.
Exod.25.

Vnde docemur grati eſſe Deo noſtro & offerre illi pro facultatibus noſtris,quas largitus eſt nobis. Hinc etiã mirari deſinamus,ſi quando videmus maxima quorũdam bona euaneſcere & dilabi, opulentiſſimorum hominum liberos depauperari: fortè enim maiores eorum malè corraſerũt di-
Chryſoſt. uitias,per vſuram & fraudem,per fas & nefas:fortè etiã bonis ſuis non honorarunt Deum, neque in oblationibus ſui cultus,neque in eleemoſynis pauperum. Alterum eſt quod præclare hîc admonet Chryſoſtomus. Audiant ij qui ſacris initiati,tamẽ in inimicitiis ad communionem altaris accedunt:audiant etiam illi,qui non ſunt initiati.offerunt nãq; & ipſi munus & hoſtiam,orationem dico & eleemoſynam. Ecce potius vult dominus te orationem tuã relinquere, & reconciliari proximo tuo, tũcque demum ad orationem redire.Ideo enim De' homo fact' eſt,omniaque fecit, vt nos
Matt. 6. in vnitatẽ congregaret.Ex altera parte præcepit, vt remit-
Luc. 6. tamus proximo noſtro noxam:ex altera iubet offenſorem, miſſo ſacrificio,reconciliari proximo ſuo. Sicut ergo prohibuerat antè iraſci,ita hîc rurſus præcipit,ſi quis fortè indignatus ſit,proximo ſũo reconciliari iterum,eò quòd oratio ſua, omnéque ſacrificiũ opera ſunt minus gratia Deo,
Ephe. 4. niſi in gratiam redierit cum proximo ſuo. Rectè itaq; precepit Apoſtolus, vt ne ſol quidem occidat ſuper iracundiã noſtram.Voluit quoque eò ipſo declarare dominus gratiſſimum eſſe Deo ſacrificium,quod quis ex charitate offerat.

4 Quid ſi autem,inquit Auguſtinus,proximus quẽ offendi,alibi ſi trans mare, vel in remotioribus locis,tam diũ ne ad aras manebit oblatio mea, donec redeat ille,vt ſic denique poſt tantum itineris immenſum ſpatium ego offerã? Reſpondet illi tandem poſt multa, & dicit nos ad reconciliationem properare debere, cum cogitamus nos proximũ noſtrum offendiſſe: neque tamen ſemper nos abire debere pedibus corporis ſed potius affectione mentis nos humiliare coram proximo noſtro,in conſpectu eius cui munus tuũ offers.Quòd ſi itaque ille ſit pręſens,poſſes eundem quoq; rogare,& reconciliationẽ poſtulare:ita tamen vt prius quoque gratiam poſtularis à Deo,qui etiam hoc vult,vt cũ offers,memor offenſionis fraternæ,proponas tibi reconciliationem, eodemque deinceps affectu animum tuum reuoces ad pręſentem oblationẽ.Atque ſic fratres Ioſeph petie-

runt reconciliationem: Pater tu' præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitię, quam exercuerũt in te. Poſt reconciliationem veniens offer munus tuum, eóq; nimirũ aperte dominus deſignat. Deum magis intueri offerẽtem quàm oblationem, ſicut & Abel reſpexit ad munera eius. Ecce hîc Abel præcedit. Sed & Chriſtus ipſe magis reſpexit mulierem illam viduã, quæ in Gazophilaciũ mittebat æra minuta duo. Quiſquis enim dum ſacrificiũ offerre vult domino, ſeipſum ſubtrahere cupit illi, meritum nullum habet, quomodo & Deus ait per Paulum. Qui ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Habens itaq; aliquis ſimultatem, aut odium cũ proximo ſuo, non reſpicitur à Deo, neque illi gratus eſt. Vſque adeò diſſidia fraterna odio ſunt Deo, qui non eſt vtiq; Deus diſſenſionis, ſed pacis. Vnde & Ioannes dicit. Qui odit fratrẽ ſuũ, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat: quiá tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Vos modò in Chriſto dilectiſſimi, nolite indignari proximis veſtris. Quòd ſi autem cœperitis iraſci, ſol tamen non occidat ſuper iſtam iracundiam veſtram. Quantum in vobis eſt, pacem habete ad omnes: nam & Deus vos in pace vocauit, ſicque omnes oblationes veſtræ, orationes, eleemoſynæ, & opera bona omnia accepta erunt Deo, vobiſque meritoria vitæ ęternę: quam vobis & mihi largiatur largitor bonorum omnium Deus, qui eſt in ſecula benedictus, Amen.

Gen. vlt. *Gen. 4.* *Luc. 21.* *Heb. 10.* *1. Cor. 14* *1. Ioan. 2.* *Eph. 4.* *Rom. 12.*

HOMILIA III. DE IRA.

FRatres chariſſimi, hodiernum illud euangelium ſanctũ eò facit, vt ne ſuccenſeamus proximo noſtro, ſed fraternam cum illo charitatem conſtantiſſimè foueamus. Quòd ſi autem leuiter aliquãdo ad iram prouocemur, vt hic quoque modus nobis ſit & ratio certa, quando ira peccatũ eſt, aut non, totam hanc materiam lubet breuiter pertractare & ſub decurſu: quoniam in ſe ampliſſimè patet, poſſetque per multas homilias extendi. Dico ergo principio, iram cupiditatem eſſe vindictæ. Eſt autem ira quædam bona, alia quoq; ſufferri poteſt, alia vitioſa eſt & peccatum. Primum omnium ira bona ea eſt, cùm quis ſibiipſi ſuoque peccato indignatur, & illud in ſe cupit vlciſci atque punire. ſic Paulus ait, Si nos diiudicaremus, non diiudicaremur. Sancta

Ira. *1. Cor. 11.*

Pſal. 4. hæc ira eſt & ſalutaris, Deóque beneplacens, de qua Dauid, Iraſcimini, inquit, & nolite peccare, quę dicitis in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris cõpungimini. Sed & illa quoque ira bona eſt, cum vir bonus quiſpiã iraſcitur peccatis & ſceleribus hominũ, dũmodo proueniat illa ex zelo iuſtitię. Vtinã autem principes, iudices & conſules huiuſmodi iram haberent in corrigendis malis, quantum vitiorum caueretur? Exemplum huius iræ habemus in Phinees filio Eleazari, qui deprehenſum cum muliere Moabitide Iudæum occidit, dixitque ad Moyſen dominus, Phinees auertit iram
Num. 25. meam à filiis Iſraël, quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt non ipſe delerem filios Iſraël in zelo meo. Sic indi-
1. Mac. 2 gnatus eſt & Mathathias, conſpicatus Iudæum quendam ſacrificare idolis ad iuſſum regis: tunc enim cum dolore contriſtatus eſt, & contremuerunt omnia membra eius: inflammata quoque eſt ira ſua ſecundum iudicium legis, & irruẽs occidit eum. Plenaque eſt ſcriptura tota exemplis innumeris huius iræ, honeſtæ ſanè & ſalutaris, ad quam pertinet il-
Li. 1. offi. lud præceptum Ambroſij. Iraſcimini vbi eſt culpa, cui iraſci debeatis. Non poteſt enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur: alioquin non virtus ſed lenitudo ac remiſſio iudicatur. ¶ Atque hæc ipſa ira non tantùm peccatum nõ eſt,
1. Reg. 15. ſed & quiſquis in magiſtratu conſtitutus illam non habet,
3. Re. 20. is quoque peccat. Sic Saul cum regem Agag vinctũ in bello cœpiſſet, & parceret illi, indignatus eſt dominus ſuper eum: & dixit, Pœnitet me Saul feciſſe regem. Et cum rex Achab parceret in bello Benadab regi Syriæ, ipſúmque dimitteret inito pacto, venit Micheas & dixit, Quia dimiſi-
3. Re. 22. ſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Ecce quia non cõmotus eſt zelo & indignatione Achab ſuper regem: iratus ſuper eũ dominus, puniuit illum, ita vt interficeretur in bello à populo regis Syriæ. Periculũ nunc quoq; eſt, ne qui in magiſtratu ſunt conſtituti, grauiter offendant Deum, dũ
Lib. 31. moralium impunè permittũt cuiq; ſua etiã maxima vitia cedere. Quicunque enim ſic iraſcuntur, non peccant: teſte Gregorio, cũ ait, Si nobis & proximis noſtris iraſcimur, nõ peccamus. ſiquidem ex virtute id prouenit, eò quòd animus verè generoſus indignetur oportet; cùm videt vitia palã fieri impunè. Contra, ſi indignatio huiuſmodi feruet, fit vt homines

magis ad virtutes incitētur. Vnde & Chryſoſtomus inquit, Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtāt, nec crimina compeſcuntur. Patientia enim irrationalis vitia ſeminat, negligentiam nutrit: & non ſolum malos, ſed etiam bonos ad malum inuitat. 2 Eſt alia ira tolerabilis, neque peccatum mortale, atq; id gemina via. Quidam enim ſola iraſcuntur impatiētia in aduerſis, quæ impatiētia magis eſt quàm ira: quanuis enim ſint impatientes, vindictam tamē non cupiunt, atq; ideo etiam peccatum mortale nō eſt, niſi huiuſmodi impatientia vſum prohiberet rationis: de qua aliâs, quomodo homo debeat eſſe patiēs, & in quibus. Alij verò quàm ſint naturaliter calidi, faciles & proni ſunt ad iram, ſtatim incenduntur & feruent: quæ commotio prima, citra premeditationem exurgens in homine ex ſola ſenſualitate, vel peccatum omnino non eſt, vel certè exiguū & veniale. Tantum curandum eſt hîc, vt in aliis primis motib⁹, ne creſcat, ne perſeueret, néue tu cōſentias: quoniam ſic ex veniali fieret mortale. Hinc Dauid ait, Declina ab ira, & de relinque furorē. Sed & in legibus imperatoriis ita cautum eſt, quòd quicquid calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius fit ratum, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe. Poſſem etiam tertio loco ſub hunc ordinē referre eos, qui ſcienter & meditato animo iraſcuntur, etiam cum cupiditate vindictæ, ſed exiguę alicuius, neq; admodū nociuæ. Atque hæc etiam ira dicitur imperfecta, quoniā licet ex parte iraſcentis ſit perfecta, ratione tamen obiecti & imperfecta & exigua eſt, neque pro peccato mortali cēſetur. Ita ſi quis vindictam cupit pro contumelia ſibi illata, iuxta ordinem & formam iuris, non autem vult vlciſci ſe contra preſcriptum & dictamē iuris, peccatum, quoq; mortale non eſt, imo ſi quis id faciat ex amore & obediētia magiſtratus, bene facit. ſiquidem ira hæc mater eſt omnis honeſtæ diſciplinæ. Et tantùm de ira quæ peccatum non eſt, aut veniale tantum. 3 Eſt autem ira etiam peccatū mortale, idq; adeò quadruplici, aut etiam pluribus rationibus.

Pſal. 36. *L. quicquid ff de reg. iuri.*

1 Si quis præmeditata voluntate appetat vindictam, velitque proximo ſuo damnum etiam notabile & ingens inferri citra iuris præſcriptum, hoc nimirum peccatum eſt mortale, dicente domino in euangelio, Qui iraſcitur fratri ſuo, reus eſt iudicij. *Matth. 5.*

2 Si quis animum ſuum iratū verbis aut geſtibus importunis declaret, itidem peccat: quod hîc dominus admonuit in eo quod dixit, Quicunque dixerit fratri ſuo racha.

3 Quum etiam cupiditate vindictæ conuitiari quis incipit, & verbis vti contumelioſis, puta fatue, inſane, claude, fur, latro, nequam, homo nihil: hoc quiſquis fecerit ex ira ſine cauſa, peccatum magnum facit: de quo etiam dominus

Mat. 23. Qui, inquit, dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehēnę ignis.

Luc. 24. Dices, Atqui Chriſtus quoque Iudæos ſtultos ac cæcos, &

Galat. 3. duos illos diſcipulos euntes in Emaus, itidem ſtultos & tardos corde vocauit, Paulus etiam Galatas ſtultos & incircūciſos, atq; velut effaſcinatos increpauit? Audio, ſed tu viciſ-

Auguſt. ſim Auguſtinum mihi audi. Et Chriſtus & Paulus idipſum fecerunt, vt ſine ira, ita non citra cauſam, quia in correctionem illorum, non cupiditate vindictæ: quo nomine in hoc caſu iratis peccatoribus annumerari non debent. Poteſt itaque à bonis bono animo in diſciplinā & piam correctionē proximus noſter ſine peccato fatuus aut ſtultus appellari.

4 Quòd ſi quis autem animo irato non tantùm cōuitiis & contumeliis pugnat, ſed iam etiam factum ipſum aggreditur, contendit, miſcet iurgia, percutit, offendit, vulnerat, aliena diripit, perdit, exurit. ea demum magis nociua virulētaq; eſt ira: de qua plura in homiliis de quinto præcepto.

5 Quum quis iram adeò animo ſuo conceperit perſeueranter, vt planè efferueſcens creſcat & ſolidetur ac obfirmetur in odium, quod homicidio cōparatur, cum inquam fie ex feſtuca trabes, ex paruo peccato peccatū fit maximum,

Iaco. 1. 3. grauiſſima ſanè eſt offenſa Dei & proximi. Sic Ioannes inquit, eum qui odio habet fratrē ſuum, eſſe homicidam. Habetis en hîc dilectiſſimi, multos iræ gradus, quos quàm fieri potuit breuiſſimè explicauimus, cœpimuſq; primum ſtatim ab illa laudabili ira, & peruenimus vſque ad peſſimam iſtam, quæ odio & homicidio inuoluta eſt: cœpimus inquā

Eccle. 7. dicere de illa, de qua Sapiēs ait, Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquētis. & progreſ-

1. Ioan. 3. ſi ſumus vſque ad iram, de qua Iacobus, Ira inquit, viri iuſtitiā dei nō operatur. 4 Quum autem grande adeò peccatū ſit ira, grauiter etiam illo offēditur Deus, atq; ideo toties in ſacris literis prohibetur. Ecce enim Ioſeph præcepit fratribus ſuis, ne alter alteri ſuccenſeat in via. Et Iob dixit, Nō te

ſuperet

ſuperet ira, vt aliquẽ opprimas. Sapiens quoq; ille Eccleſiaſtes ait, Ne acceleres iraſci: ira nanque in ſinu ſtulti requieſcit. Quo facit illud Iacobi, Omnis homo ſit velox ad audiendũ, tardus ad loquẽdũ, & tardus ad irã. Nõ abſimile eſt iſtud Sapiẽtis, qui pręcipit, Aufer irã à corde tuo. Quomodo etiã Iacobus irã & indignationẽ iubet auferri. Tu ſi voles percurre hoc modo omnẽ ſcripturam, & vbiq; inuenies quàm grauiter Deus prohibeat iram, ſicut & hodierno docemur euangelio, & à Paulo monemur puras leuare ad Deũ manus ſine ira & cõtentione. Moneantur itaq; iis & ſimilibus monitis qui facilè & temerè iraſci ſolent, vt ſaltem temperent iram erumpentem ac leuiter nimis efferueſcentem. *Iacob. 1.* *Mat. 5.* *1. Tim. 2.*

¶ Quòd autem multũ diſpliceat Deo ira huiuſmodi, en tibi teſtem Sapientem, quũ ait, Ira & furor, vtraque execrabilia ſunt, & vir peccator cõtinens erit illorum, quoniã nõ parum cõtemnit Deum iratus, dum vindictam Deo debitã, ſibi vſurpat. Sic enim domin' ait per Moyſen, Mihi vĩdictã, & ego retribuã. Quando itaq; iratus Deo nõ permittit vindictam, poteſtatẽ ſibi vendicat diuinã. Præterea eò quoque non parum Deo diſplicet ira, quoniã hæc deũ ipſum & ſpiritum ſanctũ ſuo expellit domicilio. Aut vbinã locus Dei? ecce tibi reſpondens Dauid, inquit, In pace factus eſt locus eius. Cõtra in ira locus diaboli eſt: iuxta ſentẽtiã Gregorij ſuper illud Pauli, Nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctum. Quum ira pulſus pectus animumq; noſtrum, perturbat domiciliũ ſpiritus ſancti: neque rarò dum pręualet ira, totã expellit trinitatem, & diabolum hoſpitem inducit. ¶ Certum eſt enim quod q̃ abominabilis eſt apud Deum ira, tam grata diabolo eſt: ſiquidẽ & igni ſeu incendio ſpirituali ſimilima eſt. ſicut enim inter reliqua elementa ignis & plurimũ & celerrimè nocet, ita magnũ vitiorũ incendiũ diabol' parat ex igni & facibus iræ, de cuius ardore Sapiẽs ſic ait, Secundũ ligna ſyluæ, ſic ignis ardeſcit: & ſecundũ virtutẽ hominis, ſic iracundia illius erit: & ſecundũ ſubſtãtiam ſuã exaltabit iram ſuã. Multa ibidem de incendio irę habet Sapiẽs, Et egregiè obſerua quod ſicut ligna, ita ignis eſt: ſic itaq; diuites & potentes indignãtur, & nihil nõ proferũt, quò terreãt alios & dehortentur. Nimis enim quã nociuũ eſt, potentẽ eſſe iracundum, ſic vt iſtum furorem cohibere & (vt ille ait) catenis nequeat cõpeſcere. quã facilè fieret, vt ex huiuſmodi flãma & *Eccle. 27.* *Deut. 23.* *Roma. 12* *Pſal. 7.* *Eph. 4.* *Eccle. 28.* *Potẽs iracundus.*

ſcintilla incẽdium pararet, quo regionem totam perderet? ¶Multũ verò lucri ira cõciliat diabolo: cui dici nõ poteſt, ꝙ animas illa acquirat: multũ enim irrequiet' eſt, quã multis leuiter iraſcitur: neq; ſibi tãtũ, ſed toti vico, oppido, imo & regioni vniuerſę lites infert, iurgia miſcet, cõtẽtiones ſeminat, & quid multa? peſtis eſt, non homo: neq; multo diuerſũ accidit iracũdo à cane ĩprobo, qui dũ alios mordet, cęteros quóq; canes ſuis tum latratibus tũ morſibus irritat. Quãobrem & Sapiens dicit, Vir iracundus ꝓuocat rixas, patiẽs autem excitatas cõpeſcit. Quãdo itaque peccatũ eſt ira, deũq; grauiter adeò offendit, & viciſſim diabolũ tãtopere exhilarat, decet vtiq; nos pietate & mãſuetudine chriſtiana omnẽ iram fugere, ſicq; & Deo magis placebim', & humanę naturæ ꝓpinquiores erimus: ſiquidem ea benigna, patiẽs, mitis & ſuauis eſt. Aut quid aliud ſibi velle putas, niſi humanitatẽ præ ſe ferre, quod non dedit natura homini vngues præacutos & adũcos, dentes aſperos & incuruos, cornua horrida, faucem amplam, & os mordax, cuiuſmodi habẽt leones, vrſi & apri, lupi atq; cõſimilia bruta effera & furioſa animalia? Aut quid eſt, obſecro, quídque refert (tuã hîc appello cõſcientiã, irate, & furibũde) aſſiduò latrare inſtar canis, cornibus petere vt taurũ, mordere quaſi lupũ, ſubinde impetere calcib' velut equũ, & ferire dentib' ĩſtar apri, laniare quoſlibet vt leones aut vrſi ſolẽt, pungere vt vipera? Non ſic inquã, nõ ſic homines, quos cogitare decet & meminiſſe homines eſſe ſe, & hominẽ ab humanitate dictũ, poti' quã ab humo, neq; ſemetipſos cõparare debere iumẽtis ĩſipiẽtib'. Quin magis mites ſint, patiẽtes & benigni, quoniam mites hæreditabunt terram, & mãſuetos ſuſcipit dominus: peccatores autẽ humiliat vſq; ad terrã. Quamobrẽ & Paulus dixit, Seruũ domini non oportet litigare, ſed mãſuetũ eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripiẽtẽ eos qui reſiſtũt veritati. Quiſquis enim ſic mitis fuerit & pacificus, huic pacis author & largitor domin' datur' eſt pacẽ æternã, quã omnibus nobis cõcedat ille hîc & in æuũ, Amẽ.

Prou. 29.

Natura homo benignus.

Pſal. 36. *Mat. 5.* *Pſal. 146* *1. Tim. 2.*

HOMILIA QVARTA, DE IRA.

ETſi ex animo pio & affectu bono proficiſci poſſit ira honeſta illa & laudabilis, quã habuit Moyſes ſuper eos, qui vitulum aureum adorauerant, è quibus etiam tria & viginti milia interfecit, Leuitæque, qui in hoc ei auxiliatores

Exod. 32.

aſſuerant,benedicti ſunt. Habuit conſimilem iram & Iehu
ſuper ſacerdotes Baal,quos vna die curauit occidi,& lauda- *4. Re.* 10
tus eſt à domino. Huiuſmodi ira irati ſunt Iudæi omnes ad
uerſus tribuum Bẽiamin,de qua vigintiquinque milia occi
derunt,iam antè diuinitus certiores facti de victoria. Et ta- *Iudic.* 10.
li ira ſuccenſuit Paulus magno Elimas , cui dixit , O plenè *Act.* 13
omni dolo& omni fallacia fili diaboli,inimice omnis iuſti
tiæ,nõ deſinis ſubuertere vias dñi rectas. Et nũc eccẽ man⁹
domini ſuper te,& eris cæcus nõ videns ſolẽ vſque ad tẽp⁹.
Attamen quàm bona ira illa eſt,tã rurſus mala & nociua eſt
iſta,quę ex peruerſa ꝓfiſciſcitur natura:nocet enim corpo-
ri,vitę,animo & rationi,ipſiſq́; adeò cohabitãtib⁹ irato. Pri *Damna*
cipio nãque nocet ira proximis noſtris : ſiquidem iracũdus *iræ.*
vicino ſuo intolerabilis eſt,iuxta illud Sapientis, Graue eſt *Prou.* 27
ſaxũ & onerosa arena,ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Nanque
dũ irat⁹ amicitiã ſcindit & gaudia perdit,tolerari nõ debet:
ſicut Sapiẽs inquit,Homo iracũdus incendit litẽ,& pertur- *Eccle.* 28
bat gaudia Atq; ideo præcepit Salomõ,Noli eſſe amic⁹ ho *Prou.* 22.
mini iracũdo.neq; ambules cũ viro furioſo, ne fortè diſcas
ſemitas eius,& ſumas ſcandalũ animę tuę. Et alibi, Spiritũ *Prou.* 18.
ad iraſcendũ facilem quis poterit ſuſtinere? Atque vt maxi-
mè quis irato ſe adiũgat,nõ diu tamẽ durabit illa amicitia,
eò ꝙ ſtatim vbi ſufflaueris,quaſi ignis exardeſcit. Quoties *Eccle.* 28
autem iratos facti mali pœnitet , ſed fruſtra & ſero nimis?
Quid quòd iracundi maxima mala coniunctiſſimis amicis
ſuis inferunt. 2 Neque minus ira ipſa ſibi pœna exiſtens,
iraſcenti nocet in corpore & animo:corpore quidem,quo-
niam dum iraſcitur,membris omnibus deformatur : vertit
enim flammantes oculos, inflatam & turgẽtem cõmutat fa
ciem,eaq́; nunc rubore perfunditur,nũc rurſus palleſcit to-
ta manus tremũt,lingua titubat, totuſque homo alius videẽ
tur omnino:vt iam neceſſarium ſit rem illam magnam eſſe
& homini aduerſam,quę ſic illum immutat & alterat: neq́;
verò citra magnum detrimentum,vis & violentia tãta fieri
poteſt. Hinc ait Seneca,Nihil æquè ꝓderit iratis,quàm in- *Senecã.*
tueri deformitatem iræ. nam in ea facies turbatior ora pul-
cherrima fœdat,toruos vultus reddit, & linquit decor om- *Ira malũ*
nis iratos. Aiunt periti,vel graui morbo corripi , vel omni-
no emori eum,qui incenſus ira biberit. Mulier quoq; ſi fu-
rore cõmota lac præbeat paruulo ſugendum, magnũ malũ

ac defectũ quem per omnẽ vitam patietur, aut ipſam etiam
mortem illi infert. Eat nunc quiſquis volet,& iraſcatur,ſæ-
uiat,furiat,quãdo res tam nociua eſt iracundia. Quũ itaq;
philoſophi perhibẽt iram multos inducere morbos,abbre-
uiare vitã,nolite cõtemnere tam ſalubria monita. Id enim
Eccle.30. & Sapiens teſtatur, quum ait, Zelus & iracundia minunt
dies,& ante tempus ſenectã adducit,ſiquidem dum triſtitiã
Prov.17. incutit,per illam quoq; excitat oſſa. Vitãda igitur & fugien
Seneca. da eſt ira,non tãtùm ob immoderatam intemperantiã,ſed
Albert. & propter ſanitatẽ. Ira,inquit Albertus, eſt ventus peſtilẽs,
Prudent. hominis interiora depaſcẽs, vitã minuens,guerras & rixas
cõmouens,caſtra & villas cõſumens. Prudentius quoq; in
Pſychomachia,ipſoq; adeò iræ & patientiæ cõflictu,ſic ait,

Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania,ſeque furendo
Interimit,moriturque ſuis ita ignea telis.

¶ Sicut autem corpori & vitæ,ita animæ nocet ira. quomo-
do enim iratus vtatur ratione ſua,quando & Dauid oculum
Pſa.6.30 ſuum præ furore turbatũ eſſe conqueritur? Vulgatũ eſt hoc
attamen verũ,quod irati dicere ſolent,Ira mihi animũ per-
turbat,quo minus poſſim veritatẽ videre. Diabolus ergo in
hoc piſcatorẽ agit quomodo enim hic in piſcatiõe aquam
perturbat,ne videant retia piſces,ſicque faciliùs capiantur:
ita diabolus,quando cõgregationem aliquem hominũ cu-
pit irretire peccatis,ira eã perturbat,& tũc omnia miſcẽtur
ac cõfunduntur. Quid quod rarus,imo pene nullus eſt,qui
diteſcat ira? dum enim animũ exatiare cupit, fortè pro ictu
vno expendat oportet aureos centũ. Sic ſapiẽs bona ait iræ
& iurgiis imminui. Sunt qui dũ ſatiare volũt animum,ver-
ba inflicta rependentes,pereant, boniſq; omnibus excidãt,
nedum ipſi,ſed & filij. 3 Dici autem nõ poteſt,quantum
ira incommodet animæ,atque id quadruplici via. Primùm
ſtatim facit ira,ne Deus alicui peccata dimittat, iuxta illud
Eccle.28. Sapiẽtis, Homo homini reſeruat iram,& à Deo quærit me
delam? In hominẽ ſimilem ſibi nõ habet miſericordiam, &
de peccatis ſuis deprecatur? ipſe cùm ſit caro,iram reſeruat,
& peccatis remiſſionẽ petit à Deo? Quis ergo orabit ꝓ pec
catis illius? quaſi dicat, Nemo. Magnum itaq; hoc eſt in ira,
quòd quandiu quis illam retinet, Deus quoque iram reſer-
uat ſuper ipſum. Vſqueadeo nemo pro peccatis irati audet
rogare dominum. 2 Facit quoq; hominẽ pronum & pro-

cliuem ad omne malum. ſic enim Salomon ait, Qui ad indignãdũ facilis eſt, erit ad peccata procliuior. Quid multa? Ianua omnium vitiorum eſt iracũdia, qua clauſa virtutibus intrinſecus dabitur quies: eadem etiam aperta, animus ad omne vitiorum gen⁹ armatur, eò ꝙ vſum rationis impedit ira: quo impedito, obſtaculum & ueluti repagulũ obiectum eſt omnibus virtutibus, quãuis etiã vitia quędã immediatè ex ira naſcãtur, puta, iurgia, verbera, homicidia, bella, rapinæ, incẽdia, periuria, blaſphemiæ, & huiuſmodi innumera. *Prou. 29.*

3 In hoc quoq; multũ nocet ira animæ, quòd ipſam excęcat, ſicut enim coruus quũ nactus eſt cadauer, primùm ſtatim accurrit ad oculos: ira diabolus quoq; primum omniũ feſtinat ad oculum intelligentiæ, quã quonã modo deprædetur, iam antea declarauimus. Quoniam vbicũque ira eſt, ibi ſapientia non dominatur. Regi, inquit Sapiens, accept⁹ eſt ſeruus intelligens, diabolo gratior eſt cæcus: & excęcare iram, teſtatur Iob, dicens, Caligauit ad indignationẽ ocul⁹ meus. Quod & Dauid per ſimilitudinẽ nõ abſurdè expreſſit, quum ait, Supercecidit ignis, & nõ viderũt ſolem. Ignis iſte ira eſt. Super quemcunq; ergo ceciderit ignis iracũdię, videre non poteſt ſolem iuſtitiæ· quoniam ira excæcat⁹ eſt: vt rectè dixit ille ſapiens, Duo aduerſa ſunt prudenti conſilio, præcipitatio & ira. *Prou. 14.* *Iob. 17.* *Pſal. 57.*

4 Pręterea in hoc quoq; multùm incõmodat ira animę, quòd priuatur omnibus bonis & virtutibus: ſiquidem iuſtitiam homini adimit, quã ira viri non operatur. Sic iudex ira commot⁹, nequit diſcernere iuſtum ab iniuſto: quũq; ſibi videtur egregiè pro dictamine iuſtitiæ egiſſe, re tota excidit: quoniam iudicis eſt cum mãſuetudine cauſam omnem audire diligenter: iuxta illud Sapiẽtis, Tu dominator virtutis, cum tranquilitate iudicas. Habemus ſuper ea re Gloſſam egregiam in Iob, quando dicit, Non te ſuperet ira quæ facit, vt qui corrigit, ſæpius ſibi videatur bene facere, quum peccat. ait ergo, Si ira correctorẽ ſuperat ante opprimit q̃ corrigat, & ſub ſpecie zeli iuſtitiæ, furor eſt. Zelus enim iuſtitiæ, qui eſt quaſi ignis, ardere debet oleo miſericordię: & ſicut ignis cõfringit lampadem, ſi nõ ſit in ea oleũ, ita zelus iuſtitiæ cor hominis deſtruit, niſi adſit oleum miſericordiæ. Cupis exemplũ huius videre? Ecce in Chriſto zelus iuſtitiæ, volebat excidiũ Hieroſolymæ, ita vt etiã non maneret lapis ſuper lapidẽ: ſed acceſſit oleũ *Iaco. 1.* *Sap. 12.* *Iob 39.*

miſericordię, quia vidēs ille vrbem, fleuit ſuper eam. Deus ipſe quoq; oſtēdit ſe pœnā malis, quam infligit ex iuſtitia, inuitū id facere per miſericordiā. ita enim dicit per Eſaiā,
Eſa.1. Hodie ego cōſolabor ſuper hoſtib⁹ meis, & vindicabor de
Prou.27. inimicis meis. Miſericordiā quoq; aufert ira, teſte Salomone, Ira nō habet miſericordiam, nec erūpēs furor. Ira enim charitatem extinguit, ideoque vbi hæc adeſt, miſericordia eſſe nulla poteſt. Cætera mitto. Poſtremò ad materiæ huius concluſionem, quando auditum iam eſt, quàm iratus ſit Deus omnibus iracundis, quāq; grata ſit ira diabolo, quanta ſint incōmoda quę nobis ex ira emergūt, admonitos vos omnes volo, iram iſtam, furorem breuem fugere, vitare, cōpeſcere, atque pro ea diligere pacem, ſectari charitatē, māſuetudinem, & benignitatem, omnémque amicitiam, & ſic
Roma.12 filij Dei eritis, hęredes quoque futuri vitæ æternæ. Caueat etiam ſibi quilibet homo, ne nimium appetens ſit vindictę
Mat.5. citra ordinem iuris, & ſola vltionis libidine. Sed vel Deo vindictam omnē relinquat, & ipſe retribuet: vel ſi vltionis eſt, cupiat illam ex præſcripto iuris & animo bono propter
Prou.20 iuſtitiam: & ne dicat, Reddam malū pro malo. Expecta dominum & liberabit te. Potēs eſt domin⁹ vt poſſit te vlciſci de eo qui meruit vindictam. Quòd ſi immunis permāſeris à ſuperioribus incōmodis iræ, multū etiā mereberis apud Deum tua patientia & māſuetudine, ac ꝓpterea lætaberis,
Pſal.57. vidēs vindictam, vt inquit Dauid. Vindictam autē tantam ſumet domin⁹ de illo, niſi ipſi antea depoſuerit à ſe per pœ-
Eſa.vlt. nitentiam, vt totus mūdus ſatiaretur ex illa: quoniā vermis eorum nō morietur, & ignis eorū non extinguetur, & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Quotieſcūq; igi-
Felix cogitatus. tur aliquis offenderit te, ſic apud te cogita, quòd ſi confeſſus ille & contritus deſuper pœnitentiam egerit, cōciuis & frater mihi erit in cælo, vbi ego eum plus omnibus hominibus iam in terra degentibus diligam. Quid itaque ipſum offenderem aut ei intēderem malum? Sin per pœnitentiam non depoſuerit iſtam peccati ſarcinam, feret malū, & ſupplicium ſuum habebit, idq; maius quàm vel ego, vel vniuerſus iā mūdus ei poſſit inferre. Satius eſt id ómne me relinquere Deo, qui me & vlciſcetur, & remunerabit de patien-
Deut.32. tia. ait enim, Mihi vindictam, & ego retribuā Deū immortalem, quātò melius mihi hoc eſt, quàm breui hac vltionis

voluptatula potitum, detrudi tandem in gehẽnã? Quiſquis náq; per ſe quærit vindictã, occidit ſemetipſum: vt ait Iob, Virum ſtultum interficiet iracundia. Quo facit illud Aug. Nemo malus eſt, qui non antea maximũ ſibi inferat malũ. Et idẽ iſtud eiuſdẽ: Iuſſiſti domine, & ita eſt vt ſibi ſit pœna omnis inordinatus anim⁹. Sic Chryſo. inquit. Nemo læditur niſi à ſeipſo, quod & peculiari libro proſecutus eſt ille. Quiſquis ergo dum ſe vlciſci cupit, malum infligere tẽperat ꝓximo ſuo in corpore vel bonis aliis, ſibi multò maximum infert in animo. Atq; hoc eſt quod Aug. ait. In corpore occidere voluerunt, in anima moriũtur, gladius quoque ante penetrat animam perſequens, & corpus illius qui offenditur. Aut quæ malũ dementia eſt, quod vbi quis paululum tibi ademerit bonorum, ſtatim ipſe tibi auferre coneris cœlum? Nolite ergo vinci & ſuperari ab ira, ſed furorem iſtum potius quàm poteſtis fortiſſimè etiam catenis cõſtringite, atque illud Pauli cõſilium ſequimini: cum ait, Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Dimittite proximis veſtris, & dimittet vobis Deus: quoniam cum dimiſeritis hominibus delicta ſua, etiam pater veſter cæleſtis remittet vobis peccata veſtra. Dimittite inquam, iuxta Sapientis conſilium, proximis veſtris, qui nocuêre vobis: & viciſſim cum oraueritis, dimittantur vobis peccata veſtra. Honeſtũ erit vobis coram Deo & hominibus, ſi concordes & pacifici ſine contentione vixeritis: quoniam vt ait Salomon, honor eſt homini qui ſeparat ſe à cõtẽtionibus. Omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis. Expendi te quod oratis quotidie, Domine, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & miſericors vtique nobis erit Ieſus Chriſtus dominus noſter, Amen.

Aug. lib. 1. confeſſ. *Chryſoſt.* *Hierony. ſuper Pſ. 36 Par. 2* *Roma. 12* *Luc. 6* *Matt. 6* *Prou. 20* *Mat. 6*

✠DOMINICA VIII. POST FESTVM PENTECOSTES, EVANGELIVM.

Marc. 8.

IN diebus illis, iterum cùm turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent, conuocatis diſcipulis, ait illis, Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex iis de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui, Vnde illos quis poterit ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et præce-

Mat. 15. Sup. 6 Infrà eo. Supra 6. Ioan. 6

pit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agẽs fregit & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent: & appoſuerunt turbæ. Et habebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit, & iuſſit apponi. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptem ſportas. Erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor milia: & dimiſit eos.

HOMILIA PRIMA.

Auguſt. ALtitudinem, inquit Auguſtinus, diuinitatis ſuæ & miſericordiã humanitatis, multis & variis modis in ſcripturis ſanctis dominus noſter Ieſus Chriſtus oſtẽdit, quẽadmodum ſolet, myſteriis & ſacramentis. Omnia enim miracula quæ in hoc mundo nobis ſuper noſtræ fragilitatis
Beda velamẽto exhibuit, in noſtrum nobis commodum cedunt & ſalutem: quando non verbo tantùm, ſed etiam opere potenter nos erudiuit, ſicut in hac quoque lectione conſideranda eſt in vno eodémque redẽptore noſtro, diſtincta operatio diuinitatis & humanitatis. Nanque quod miſertus eſt dominus turbis, ne deficerent ex longo itinere & contabeſcerent, compaſſionem declarauit humanæ naturæ: quòd autem ſeptem panibus & paucis piſciculis ſatiauit quatuor milia hominũ, opus eſſe credimus diuinæ virtutis. Sed nos iam textum ipſum aggrediamur.

¶In diebus illis, inquit Marcus, iterum cùm turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent. In quibuſnã diebus, inquies? Reſpõdeo, in quibus filiam mulieris Chananeę ſanauit, reuerſúſque ad mare Galilææ in medio Decapoleos, mutum & ſurdum curauit, tunc inquam turba multa con-
Ioan. 6 uenit & accurrit ad Ieſum in iis ipſis diebus. Et notãter ait Marcus, In diebus illis iterum, cùm turba multa eſſet: quo verbo euangeliſta latenter inſinuat miraculum iſtud cum quinque panibus & quinque milibus hominum, iam antè fuiſſe factum à domino: atque adeò in ipſo Aprili, vt affirmãt doctores, circa tempus paſchale. Vnde patet Chriſtum pro ſua benignitate bis populum mirabiliter ſatiaſſe, neq; idem eſſe hoc cum eo, quod apud Ioannem eſt, miraculo. Vnum tamen & idem eſt hoc cum illo Matthæi. Atque in hoc principio immenſa ipſius apparet miſericordia, ſimúl-
Mat. 15. que gemina declaratur refectio, ſicut deinceps dicturi ſumus. Cùm ergo turba multa eſſet cum domino, quanuis nõ eodem omnes animo, nec haberent quod mãducarent, ope

repretium erat exhibere miraculum,ſiquidem ægrè licebat hîc quod ederẽt adipiſci. Hic itaque ille, vt Deus verus miſericorditer opem eis ferebat, ſiquidem dat omnibus abundãter, & nemini exprobrat: ſicut & ipſe docuit, iuſſitq; nos ſolicitos non eſſe quid manducemus & bibamus, quoniam pater noſter cœleſtis ſciat quibus opus habeamus. Quærit hîc Chryſoſtomus, cur tandem hîc apoſtoli non rogarint dominum, vt dimittet plebem, ſicut alibi dixerat, Dimittite turbas vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Reſpondet ad hoc, quod aut iã meliores fortioréſque in fide facti fuerant apoſtoli, aut etiam quia multitudinem non nimia inedia vexari, ſed glorificari Deũ in iis, quę facta erãt, videbãt. *Iacob.1* *Luc.12* *Chryſoſt.* *Mat.14*

2 Ait ergo dominus, Miſereor ſuper turbam. Venerat hęc audire doctrinã Chriſti, & gratiam ſanitatis adipiſci ſuper infirmis: atq; ideo nõ petebãt cibum ex illo, ſed ipſe ea eſt miſericordia dominus, vt vltro corã gerat eorũ noſtrúmq; omnium, & non rarò largiatur iis, qui petere non audent. Conuocauit hîc diſcipulos nõ quòd eorũ indigeret opera, ipſe per ſe ſciens quid ageret: ſicut in ſimili caſu dicit etiam Ioãnes, ſed vt eſſet hęc nobis informatio ſalutaris & exemplum nobile: quod & pręlati, magiſtri, & ſuperiores cõſilia requirere debeant inferiorum: nõ rarò penes infirmę ſortis homines fidele latet conſiliũ, ſępe enim & olitor eſt opportuna locutus. Eius rei en exẽplũ tibi egregiũ in Moyſe, quò quis obſecro fuit vel intelligẽtior, vel ſapientior, princeps prophetarũ & amicus Dei ſummus? atqui huic tamẽ Ietro cõſiliũ melius dedit, quã ipſe ſibi. Suaſit enim ne ſolus vniuerſum audiret plebẽ: ſiquidẽ ſic ſeipſum inutili abſumeret opera & populũ. Conſuluit ergo, vt ſapiẽtes & bonos viros eligeret, qui iudiciis præeſſent, ipſéque interim in iis eſſet, quę ad Deũ pertinẽt pro populo, quoniã aliâs nõ poſſet ſolus tanto ſufficere ponderi. Conſultũ hoc quidẽ eſſet etiam noſtris temporibus, interdũ etiã inferiorũ amplecti & non ſpernere cõſilia. Potuit & in hoc vocare apoſtolos, vt opere ipſo erudiret & cõfirmaret eos in fide. Miſereor, inquit, ſuper turbam. Mitiſſimus ecce dominus miſeretur ipſe. Et tu itaq; chriſtianus eſſe vis diues, etiam eſto miſericors. Iuxta literã ſatis apertus eſt hic textus, ꝙ totũ triduũ ſecuti fuerant dominum, & quidã eorum parũ cibi ſumpſerant ſecũ: quod quid mirũ, ſi iam ſit abſumptũ? Quę etiã ratio eſt, cur *Chryſoſt.* *Conſulere cũ inferiore.* *Exod 18.* *Deut.1.*

nō ante miraculum exhibuit dominus, quàm cōmunis per vniuerſam plebem defectus exoriretur. Senſu autem myſti co & ſpiritali hoc exponit dominus de Gētibus,quę nil habuerunt quod manducarent,nullam ſcripturam ſacram,ſicut Iudæi Moyſen & prophetas. Venerunt ergo gentes á lōge ad Chriſtum:ideóq; ſatiauit eas libris noui teſtamenti.

Beda Beda ſic inquit,turba triduo dominum propter ſanationē infirmorum ſuorum ſuſtinet,cum electi quique fide ſanctę trinitatis lucidi,domino pro ſuis ſuorúmq; peccatis,animę videlicet languoribus,perſeueranti inſtantia ſupplicant.

¶Poteſt etiam hic populus ſignificari chriſtianus,dum per pœnitentiam peccatorum ſe conuertit ad Deum in opere, verbo & cogitatione : poterátq; ille deficere in via,niſi paſcuis doctrinæ ſanæ paſceretur. Ex iis qui pœnitētiam operantur,alius alio venit remotius,alius propinquius, pro ratione peccatorum. A longinquo aduæniunt homicidæ,prędones,blaſphemi,& iis conſimiles alij. Atq; quó magis aliquis in erroribus & operibus malis oberrauit, eó lōgius receſſit ab omnipotēte Deo. Et ſic nimirū Iudęi ex ꝓpinquo, Gētes autē venerūt á lōgè:iuxta illud Pauli,Nunc in Chri-

Ephe.2 ſto Ieſu vos qui aliquàdo eratis lōgè,facti eſtis ꝓpè in ſanguine Chriſti. Poteſt etiam hoc triduum ad triplicē ſtatum referri,naturę,legis & prophetię:vel moraliter ad tres partes pœnitentiæ,contritionem,confeſſionem & ſatisfactionem. ſic enim populus quod manducet nō habet,quod nos quoque ſine gratia Dei facere nil poſſumus vel bonum vel meritoriū. Cū itaq; Chriſtus à nobis recedit in via,tūc defi

Ioan.15 cimus. ſiquidem ſine eo facere nil poſſumus, neq; ſufficim⁹

2.Cor.3 cogitare aliquid ex nobis,tāquam ex nobis:ſed omnis ſufficiētia noſtra ex Deo eſt,qui nos verbo ſuo paſcit in intellectu,gratia in voluntate, & corpore in ſacramento.

3 Et reſponderunt ei diſcipuli, Vnde iſtos quis poterit hic ſaturare panib⁹ in ſolitudine? Ecce quomodo diſcipuli ad-

Chryſoſt. huc ſerpunt:& quanuis multa fecerit atque dixerit, vt prioris miraculi memoriam haberent, tamen quaſi nulla re admoniti,imperfectiores adhuc interrogant. Vnde nobis tot panes in ſolitudine? Quàm bene tamē hoc Deus ſic diſpoſuit ad aſtruendam miraculi magnitudinem : ne enim quis ſuſpicaretur panes eſſe allatos ex ꝓximo, illud exhibuit in ſolitudine. Sed apoſtoli verba Chriſti non ſatis diligenter

expenderũt,cùm dixit,Si dimiſero eos ieiunos, deficiẽt in via.quibus ille declarare voluit poteſtatem eſſe ſibi nutriẽdi eos,ne deficerent:quòd cùm diſcipuli non intelligerent, interrogauit eos,quot haberent panes:& reſponderunt,ſeptem.neq; hic diuinam animaduertebant potẽtiam, quam paulò antè exhibuerat in quinq; milibus hominum paucis panibus refectis:& iam olim in multis milibus Iudæorum, quos quadraginta annis pauit in deſerto:itẽ in muliere illa quę modico oleo prophetam cũ vniuerſa familia refecit,& in altera iſta vidua Eliſęi.Porrò panes illi ſeptẽ myſticè referri poſſunt ad ſeptem dona ſpiritus ſancti,ad virtutem ſeptem ſacramentorũ, vel etiam ad ſeptem cõditiones verbi Dei:quæ ſunt,illuminare in fide, ædificare in ſpe,incẽdere in charitate,diuinam poteſtatẽ impartiri, plenam & perfectam elargiri libertatem,fortiter pugnare cõtra omnem iniuriam,& vniuerſam ſuperare falſitatem. (non proſequor, quia nihil facilius ſymbolica theologia) Bene,inquit Beda ſeptem panes in myſterio noui teſtamẽti ponũtur ob ſeptiformẽ ſpiritus ſancti gratiam:neque hordeacei eſſe prodũtur,ſicut illi quinq;,de quibus quinque milia hominũ ſunt ſaturata,ne ſicut in lege, vitale alimentum corporalibus figuris obtegeretur.Iubet autẽ dominus turbis diſcũbere ſuper terram,apud Ioannem ſedebant in fœno ſeu gramine. Ad quam rem multa pertinẽtia vide in homiliis dominicæ Lętare.Acceptos autẽ illos panes ſeptẽ,benedixit dominus gratias egit,& dedit diſcipulis vt proponerẽt turbis.Paululum hic erat panis,ſed vt illud fuerit modicum, tamẽ bene ſatiauit tãtã hominum multitudinem, idque ex benedictione diuina.Diſcamus igitur & nos hinc ſpẽ & fiduciã noſtrã magis reponere in gratiam & benedictionẽ Dei,quã diuitias noſtras.ſiquidem benedictio Dei facit,vt fœliciter nobis cedãt bona noſtra,ſicut ipſe ſatan veritatem vel inuitus profitetur,de Iob dicẽs, Operibus manuũ eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra. Idipſum experimur adhuc quotidie.Sũt enim qui ex modico etiã viuãt; honeſtiſſimè, & largiter:ſunt cõtrà qui cũ hęreditates habuerint ampliſſimas,pereant miſerè.Cur id?inquies,quoniã nõ eſt hic benedictio domini.Cęterũ hic in fractione intelligũt doctores,& volunt nos vltrò atq; libenter panẽ frangere & diſtribuere debere in eleemoſynas pauperum. Diſtribuenda eſt

Ioan. 6
Exod. 16
Num. 14
3. Reg. 17
4. Reg. 3.
Septẽ pa-
Beda.
Iob 1.

eleemoſyna, bona pauperibus etiam communicanda ſunt
Chryſoſt. non in cumulum coaceruanda. Chryſoſt. ait ipſum hîc dominum panes in manibus diſcipulorum multiplicaſſe. Alij dicũt diſcipulos iam in manibus Chriſti multiplicatos erogaſſe & diſtribuiſſe turbis. Sic & adhuc cuiq; proponit De⁹ quotidie bona ſua, quibus ſinguli operentur, alij plus, alij
Mat. 25. minus, ſicut in parabola talentorum ipſe declarat.

4 Pauculi quoq; hîc aderãt piſciculi, & eos benedixit dominus, iuſſitq; proponi turbis. Benedictionẽ hanc piſciũ fecit, partim vt & ipſi inter manus diſcipulorũ multiplicarentur. partim vt eſſent ſapidiores. Sic enim & panem in deſer
Sap. 16. to dedit dominus patribus, omne delectamentũ in ſe habẽtem. At tu hîc mihi conſydera, quòd ſemel Chriſtus in nuptiis donauit vinũ, bis panes, hîc & apud Ioãnẽ, ac ſępius pi
Ioan. 26. ſces, nunquã, carnes: quod quidẽ in ſcriptura ſit contentum, vt iam laudãdi maximè ſint Carthuſiani, nõ ſine admiratione, quòd per omnem vitã & carnibus abſtinẽt, ſicut Recha
Hiere. 35. bitæ vinũ non biberunt. Diſcãt etiã hinc diuites in caritatẽ annonæ non retinere frumenta cũ videãt plebeculã iis op⁹ habere. Quin potius cogitent illi ſibi quoq; vt hîc diſcipulis, cõmittere dominum, vt panes proponãt. Audiãt quoq; Sapientem, & idẽ dicet eis, Qui abſcondit frumẽta, maledi
Prou. 11. cetur in populis. Benedictio autẽ ſuper caput vendentium. Sæpe & multum vobis diximus, & nunc quoq; idem repetimus, quoniam illud mihi quidẽ nõ moleſtum, vobis autem neceſſariũ eſt. Valdę exoſam habet De⁹ auaritiã, quæ plerũque caritatis annonæ magna & bona cauſa eſt, dum ſentit
Hierony. ſe Deus, vt ait Hiero. in eleemoſynis pauperũ ſuorum fraudari, ſicut de eleemoſyna iam ſuprà ĩ cærtis homiliis multa diximus. Cùm autem manducauerunt illi & ſaturati ſunt. ſuſtulerunt de fragmẽtis quod ſuperauerat, ſeptem ſportas: & eorũ qui manducauerant, erant quaſi quatuor milia. Ecce quàm verũ ſit illud quod de eleemoſyna ſuperius diximus, ne quis cogitet ſe eò minus habere, ꝙ multũ elargitur pauperibus. Quoniã hîc apoſtoli ex ſeptem panib⁹ ſubſtulerunt ſeptẽ ſportas. Vſqueadeo largiter benedicit Deus bonis illius, qui libenter largitur pauperibus. Sic & Salomõ teſtatur, inquiens, Honora dominũ de tua ſubſtãtia, & de pri
Prou. 3. mitiis frugũ tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua vbertate, & torcularia tua vino abũdabũt. Sicut autem

in temporalibus,ita in ſpiritualibus etiã bonis ſe res habet. Caue enim cogites,dum pro parentibus tuis oras dominũ, dum Pro coniuge das eleemoſynam,pro liberis ieiunas,pe regrinaris pro fratribus aut ſororibus,ideóq; opera illa minus tibi prodeſſe apud dominum Deum : nihil minus imo communicatio iſta opera facit magis meritoria, magîſque placere Deo:ſicut ad Corinthios dicit Paulus. Qui admini ſtro ſemen ſeminanti,& panem ad manducandum præſtabit,& multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa fruſtum iuſtitiæ veſtræ. Et paulò antè,Vt in omnibus ſemper omnem ſufficiẽtiam habentes, abũdetis in omne opus bonum. Quòd autem hîc pluribus panibus pauciorem hominumcopiam ſatiauit,quàm apud Ioãnem (ſiquidem hîc ſeptem panibus quatuor tãtùm milia hominum ſatiauit, il lic panibus quinque totidem hominum milia)ob diſcrimẽ amborum ſignorum factum eſſe affirmat Chryſoſtomus,& ait,Ne reliquiarum æqualitas miracula cõfunderet,& obli uionem obduceret, hoc diſcrimen hac differentia vtriuſq; ſigni memoriam voluit confirmare. Voluit quoque ſimul ille ineffabilem ſuam hîc declarare virtutẽ,& quòd omnia poſſit pro beneplacito ſuo, quódque paucis panibus facilè potuerit tantam ſatiare hominum multitudinem, pluribus adhuc remanentibus fragmentis,quàm ante fuerant panes. Nos iam conuictis præcibus oremus dominum pro omni calamitate eccleſiaſtica,pro parẽtibus noſtris,benefactoribus,fautoribus,& pro omnibus pro quib⁹ ille nos vult velle & debere orare,quibúſque autores fuimus peccandi,vel etiam qui ipſi nobis,& pro omnibus defunctis,Amen. 1.Cor.9. Chryſoſt.

HOMILIA II.

Virtutes domini,inquit Auguſtinus manifeſtiſſimè credimus eſſe factas in præſenti : ſed quid lateat in myſte rio, ipſius gratia donante requiramus eò maximè, quòd & verbo & facto ille nos docuit exquiſitiſſimè. Principio au tem expoſitionem Hieronymi videamus qui panes illos ſeptem. ait ſignificare dona ſeptem ſpiritus ſancti:quatuor milia hominum, nouum deſignant teſtamentum cum tem poribus quatuor: fragmenta autem reliqua, intellectum myſticum primorum ſeptem dierum,ſiue hebdomadis primæ : ſeptem ſportæ, ſeptem illæ ſunt eccleſiæ primæ:piſciculi benedicti,libri ſunt noui teſtamenti,ſic enim & Chri- Auguſt. Hieronÿ.

ſtus poſt reſurrectionem ſuam petiit partem piſcis aſſi. At-
Luc. 14. que quando apparuit diſcipulis ſuis in piſcatione, illi cùm
Ioan. 12. veniſſent ad littus, viderunt carbones & ſuper iis piſcẽ. Bre-
uia ſunt hæc & conſtricta admodum, neque multum intel-
ligentiæ capietis inde nos itaque pauló ampliùs hæc vobis
Auguſt. explicabimus. ¶ Auguſtinus vtranque illam hiſtoriam ſi-
mul connectit, & ait, Prior illa parabola pertinet ad Iu-
dæos, iſta verò ad Gentes: illic quinque panes fuerunt, hoc
eſt, quinque libri Moyſi, rudes & hordeacei, hîc autem pa-
nes ſeptem fuerunt: quoniã viſibiliter datus eſt ſpiritus ſan
ctus in donis ſuis, qua iam olim præuiderat Eſaias. in prio
ri illa ex reliquis impleuerunt cophinos duodecim, tribus
Eſa. 11. duodecim, Iudæorum, iuxta numerum patriarcharum duo
decim in hac verò hiſtoria apoſtoli ſeptem tantùm ſportas
ſuſtulerunt, quæ deſignant eccleſias ſeptem, aut etiam can-
delabra aurea ſeptem. Piſces duo, duo ſunt teſtamenta, li-
ber omnium prophetarum, & ſermo Ioannis, Iſtic ſedent
Ioan. 6. in fœno, hîc ſuper terram. Vtrinq; vna conuerſatio, gratia
vna, vna & eadem virtus & deitas vna fuit. Iſtic in fœno ſe
Ioan. 4. runt, hoc eſt, quia morficauerunt opera carnis, (omnis e-
nim caro fœnum, inquit propheta) hic autem ſedent ſuper
terram, dum opera terrena conculcant.
Act. 4. ¶ Iſtic refecta ſunt quinq; milia, qui numer⁹ ad Iudæos per
tinet: (ſiquidem ſtatim poſt Chriſti aſcenſionem baptizata
ſunt quinq; milia illorũ ad ſermonẽ piſcatoris:) Hic autem
quatuor milia tãtũ pauit dominus, quod Gentes ſpectat, ex
quatuor partibus mũdi congregatas, & ſeptiformi ſpiritus
ſancti gratia repletas. Quãdo igitur nos chriſtiani impleti
ſumus & refecti nõ libris Moſaicis, ſed ſeptẽ panibus, ſeptẽ
inquã donis ſpiritus ſancti, perſeuerare debemus in ea ipſa
gratia, vt tandẽ vitam acquiramus æternam. Atq; hæc expo
ſitio Auguſtini, Hieronymiana illa non pauló corpulétior
& pinguior. Verũtamen nos adhuc aliam inueſtigabimus.

2 Ferè omnes doctores in hoc conſentiunt, quod in prio-
ri illa hiſtoria vetus ſignetur teſtamẽtum, in hac altera no-
Exo, 17. uũ. Ideóq; illic quinque fuêre panes Moyſi hordeacei, in-
ſipidi, duri. graues enim erãt manus Moyſi, quanuis panem
illum ſoli habuere diſcipuli, non autẽ iſta cõfuſanea multi-
tudo populi. Quo ſignificatur illud, quod libros iſtos quin
Auguſt. que legales ſoli habuere Iudæi, gẽs puſilla & modica, nõ au

tem panem illum ligis,habuit immẽſa iſta multitudo Gentiũ : quoniã non venerunt ad Chriſtum per legẽ Moyſi,ſed per fidem Chriſti Ieſu. Præſens autem hæc hiſtoria nouum deſignat teſtamẽtum,in quo panes ſeptem fuerunt triticei, & mundiſſimi nouæ huius legis euangelicæ, qua pauit ille eos,qui venerunt à longe,Gentiles ante hac in idolatria occupatos,nulláq; inſtructos,quę in hoc tradita eis fuiſſe,ſcriptura. Idq; adeò ex ipſo panum numero patet ſeptenario, qui nouo teſtamẽto & familiaris & planè peculiaris eſt,cũ plurimum in ſe habeat perfectionis:deinde etiã ratiõe partiũ ex quibus cõficitur, puta ternarij & quaternarij,vniuerſitatem quandam in ſe concludat. Sicque lex noua ſuperioribus & veteribus omnibus perfectior eſt,atque incõmune vniuerſum mũdum colligat, extráque eam nemo ſaluatur. Et hoc eſt,quod fidem illam noſtram catholicam dicimus, nóſque ipſi catholici appellamur, quoniam hanc fidẽ ſuſcepimus: ex illis ſeptem panibus quoq; manducauimus,participantes de ſeptiformi illa ſpiritus ſancti gratia Hæc enim eſt illa religio,quæ viã præbet animæ liberandæ, quoniam nullus niſi hac liberari poteſt. hæc eſt vna regalis via, quæ ſola ducit ad regnum ¶ Errant itaque Neochriſtiani,dum ſe ſeparant ab eccleſiæ catholicæ communione:ij quia cœnæ huius Chriſti participes nõ ſunt, neque ſeptẽ dona ſpiritus ſancti recipiunt,eò quòd catholici nõ ſunt,nec ad eos pertinet numerus hic ſeptenarius, cùm ipſi ſibi neſcio quẽ nouũ effingere conãtur numerũ. Non ſic autẽ faciunt, qui verè dicuntur & ſunt chatolici:permanẽt enim in mẽſa ſeptem illorum panum,in vnitate ſeptẽ donorũ ſpiritus ſancti & totius eccleſiæ catholicę. Sic itaq; illi ſeptem panes in myſterio noui teſtamenti ponũtur,in quo ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti pleniùs fidelibus cunctis,& credẽda reuelatur,& credita datur Ad hoc conuiuiũ inuitat nos diuinus ille pſalres,quũ ait,Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt dominus. Sic Petrus fideles interrogat,ánne guſtarint quã ſuauis ſit dominus. Hac cœna,ipſiúſq; fructu potiſſimũ fruuntur homines cõtemplatiui,ſegregati à mũdo,& interius in ſpiritu ineffabilem ſentiẽtes tũ ſuauitatẽ, tũ verò maximè oriẽtem ex ſuauitate lætitiam. Qua de re niſi expertus loqui cõmodè nemo poteſt. Poſſet autẽ id omnẽ per vniuerſam ſcripturã & ſingula dona ſpiritus ſancti deduci:ſiquidẽ

Septem.
Auguſt. 11. de ciui ta. dei. ca. pit. 31.
Auguſt.
Cathol.
Beda.
Pſal. 32.
1. Pet. 2.

& timor Dei quãuis triſtitiam in ſe habet, gaudio tamẽ nõ caret interno: vt rectè illequoque panis dicatur doloris, de quo, Surgite, inquit Dauid, poſt quam ſederitis, qui mandu-
Pſal. 126 catis panem doloris. Timorem nãque interna ſequitur requies & tranquillitas animi, ita vt homo deinceps per piam meditationem eleuet ſeſe ad Deum in vita cõtemplatiua. Quomodo autem apoſtoli & diſcipuli eccleſiæ miniſtri, ſeptem illos panes ſacramentorũ populo exhibeant, & eum paſcant, lubens volénſque iam ſtudio breuitatis prætereo:
Symbo. quoniam & per ſymbola facilimus eſt trãſitus, quia ſcriptura plena eſt ſymbolis. Et eſt facilis & pulcher modus prædicãdi, atque ſimplici populo bene intelligibilis, & facilè memorabilis: licet iam in periculoſo iſto tempore, in contemptum venerit diuinus ille prædicandi modus, populo infecto, & pro fabulis iudicante trãſlationes à viſibilibus ad inuiſibilia. Gaudent verò & ſuperbiunt, quaſi eis pateat aditũs ad ſancta ſanctorum: ſcripturas volunt claras & multas allegationes, & ſe onerant inuolucris verborum & multis authoritatibus, neſcientes interea quid aut de quo loquantur. 3 Acceptis itaque panibus ſeptem, gratias egit dominus & fregit. Quandiu panes in manus non accipit domi-
Ioan. 15. nus, nihil agitur: iuxta illud quod ipſe dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Quomodo & eccleſia canit, Protector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctũ. Et in alia collecta, De⁹, ſine quo nihil poteſt humana fragilitas. Fruſtra etiam diu clamauit prædicator, & panes porriget populo, niſi dominus per gratiam ſuã panes acceperit in ſanctas ac venerabiles manus, ſicque gratias agat & frangat. ſic enim per benedictionẽ Dei illud omne fœlici⁹ prouenict & abundabit. Quamobrem & Dauid inquit, Aperis
Pſal. 144 domine manũ tuam, & imples omne animal benedictione. & ſic quoque benedixit ille operi manuum Iob, atque poſſeſſio ipſius creuit ſuper terram: fregit inſuper dominus panes in diuiſione & cõmunione. Salutare enim hoc eſt & pium, ex iis quæ alicui Deus impartitus eſt, etiam largiter diſtribuere pauperibus. (vide ſuprà in materia eleemoſy-
Beda. næ) Beda ſic dicit, Accipiẽs dominus panes dabat diſcipulis, vt ipſi acceptos turbæ apponerent: quia ſpiritalis dona ſcientiæ tribuens apoſtolis, per eorum miniſterium voluit eccleſiæ ſuæ per orbem vitæ cibaria diſtribui. Quia autem

fregit panes, quod diſcipulis daret, apertionem deſignat ſa
cramentorum, quibus ad perpetuam ſalutem nutriēd⁹ erat
mūdus. Frangere etiam in ſacris literis ſignificat exponere
& declarare, ſicut duobus illis eūtibus in Emaus aperuit in-
tellectum vt intelligerent ſcripturas. Ioānes quoque ſic ait
Leo de tribu Iuda, radix Dauidis aperiet librū, & ſoluet ſi-
gnacula ei⁹ ſeptem. Panem autem fractum dedit diſcipulis *Luc. 24.*
ſuis. niſi enim dominus docuerit aliquem, panem hunc in-
tegrum eſſe, miniſter eccleſiæ intelligere non poterit. Cùm
primùm verò fregerit dominus, tunc dat vt amplius diſtri-
buatur & proponatur turbis. Ecce libēter & largiter ille dat
diſcipulis, vt ſit illorum ſucceſſores liberaliter rurſus expē-
dant, nō Simoniacè: quoniam ſic inquit Matthæus, Gratis *Mat. 10.*
accepiſtis, gratis date: quāuis ſuſtentatio modis omnib⁹ ne
ceſſaria eſt, ſicut alio ſermone declaratum eſt. Proponere il
li debet turbis, quoniā omnis poteſtas apoſtolis & prelatis
eccleſiæ data, data eſt propter ipſum populum. Vnde & do-
minus ſeruum illum laudat & ait, Fidelis ſeruus & prudens,
quem cōſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det il
lis cibum in tempore. Et quāuis rectores eccleſiæ poteſtatē *Mat. 14.*
habent, ſicut ait Paulus, paratū eſſe ſe ad vindicandā omnē *1. Cor. 10.*
inobedientiam, neque erubeſcere ſe, ſi quid amplius fuerit
gloriatus de poteſtate ſua quam dedit illi dominus, & alibi
minatur ſe venturū in virga, attamen omne officium ſuum
& poteſtatem miniſterium vocat. Quī ſic? quoniā poteſta- *1. Cor. 4.*
tem illā nō habet propter ſe, ſed in gratiam populi & com-
munionis vniuerſæ. Quare & ibidē dicit, Sic nos exiſtimet
hō vt miniſtros Dei. & deinceps, Qui idoneos nos fecit eſ
ſe miniſtros noui teſtamenti. Atque in vniuerſum de omni- *1. Cor. 4.*
bus qui in ſublimi poſiti ſunt dignitate & poteſtate, dicit,
quia miniſtri Dei ſunt. Ita hîc quoq; diſcipuli panē à Chri *2. Cor. 3.*
ſto fractum propoſuerunt turbis. Quid putas autem futu- *Rom. 13.*
rum de his qui panes quidem acceperūt à domino Deo, gra-
tiam, dona ſcientiæ & doctrinæ, ſed non proponunt turbis,
imo neque ipſi vtuntur neque exercent? cuiuſmodi ſunt illi
ſcilicet belluli doctores, quibus dicet dominus illud quod *Luc. 19.*
ſeruo. Serue male & nequam, quare non dediſti pecuniam *Gregor.*
meam ad menſam, & ego veniens cū vſuris vtiq; exegiſſem
illud? Ignaui iſti & pigri, qui nec laborare volunt, neq; do
no Dei fructū parere: durū ſanè ſubibūt ſuppliciū, quoniā

cùm augetur dona, rationes etiam creſcũt donorum. Noui equidem iſtiuſmodi pigillos plurimos, qui cùm multa habeant à Deo ſibi dona cõceſſa, ſintq; appoſiti ad omnia, nihil tamen volunt nec laborare, neq; prædicare, nec ſcribere neque legere. Ad extremũ habuerunt & piſces modicos. piſciculos, inquit Beda, ſanctos intelligim⁹ illius tẽporis, quorum ipſa ſcriptura fidem. vitã & paſſiones contineat: qui de turbulẽtis huius ſeculi fluctibus erepti, refectionem nobis internam, ne in huius mũdi tranſeuntis excurſu deficiamus exemplo ſuę vel vitæ præbuêre vel mortis. Nónulli hoc ſic exponũt quãdo ſolus panis eſus ingratus eſt, ideo adhiberi plerũque aliquid ſolet, quod ſapidiorẽ faciat panẽ: quæ magna eſt conſolatio, in argumentum eius, quod & prælati & prædicatores eccclefiæ, cùm populo panẽ ſcripturæ proponunt, ſimul adiungere debeant piſces hoc eſt, internã cõſolationem à Deo ꝑmiſſam: puta cùm iuſtitiã Dei & pœnam prædicant malorũ, qui panis hominũ eſt, addãt & piſces, dicant aliquid de ſuauitate miſericordiæ diuinę. Dúmque eis panem fregit de anguſtia vię quę ducit ad vitam, addit aliquid piſciũ ex cõſolatione illa, quãdo omnes ad ſe vocauit dominus, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos tollite iugum meũ ſuper vos. Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Atq; hoc eſt quod Paulus ait, Rogo vos fratres, vt ſuffferatis verbũ ſolatij, quod ſcripſi vobis. Prædicatorẽ enim oportet nõ ſemper aſperã illam ingredi viam, ſed nõnunquã etiam mãſuetum eſſe & benignũ. ¶ Suſtulerunt ex panibus ſeptem ſportas. Ecce quã affatĩ abũdat quicquid in nomine Chriſti expenditur, quia ſuprà diximꝰ in homiliis de eleemoſyna: neque ideo decedit quicquã ſed abũdè retribuit dominꝰ, etiã pro pane vno ſportã ĩtegrã implẽs. Verũ abominabilis iſta apud Deum & homines auaritia, dum nõ cõfidit Deo, malũ & ſe dignum ſortitur euẽtum. Docemur hîc quoque, quòd dum proximis noſtris opera noſtra bona cõmunicamꝰ, orationes, ieiunia & quicquid eſt reliquorum, nos nihilominꝰ eo habemus atque meremur. Sic quid ĩ ſacrificio miſſæ pro aliis etiã orat, quos cupit eſſe iſtiuſmodi fructus participes, ei nihil decedit: quoniam hîc Deus dilectionẽ ex qua fit reſpicit, & adhuc pro pane ſportã retribuit. Atque hoc modo ſe res habet in omnibus fraternitatibꝰ. Sic Pharao vidit ſe-

Beda. *Marc. 5.* *Mat. 11.* *Heb. 13.*

ptem ſpicas pullulare in culmo vno plenas atque formoſas *Gen. 4.*
¶ Beda hic vult, quòd dum apoſtoli tantum impleuerũt & *Beda.*
ſuſtulerũt ſportas, ad apoſtolos & prælatos ſit referendum,
ſintq; hęc altioris perfectionis cõſilia, quę generalis fideliũ *Mat. 19.*
altitudo nequit implendo attingere, quorũ executio prælatos, reſpicit, quibus dicitur, vt abeuntes vendát omnia quę habent, & dent pauperibus. Atque ad horum omniũ cõcluſionem, hoc nobis ipſe quoq; numer⁹ arguit: quatuor enim milia fuerunt eorũ qui mãducauerũt, quo numero declaratur, eos euãgelico eſſe refectos cibo. Domin⁹ & De⁹ noſter dignetur nos quoque gratia & miſericordia ſua paſcere hîc in corpore & anima, atque illic viſione ſua beatifica, Amé.

¶DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN, EVANGEL. MATTH. 7.

IN illo tẽpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor fructus malos facit. Non poteſt autem arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.

Infrà 23
Luc. 6.
Sapien. 3.
Rom. 2.
Luc. 6.

HOMILIA PRIMA

SI vnquam dilectiſſimi in chriſto fratres, iam inde ab ipſa aſcenſione domini tempus fuit, quo hæc euangelica admonitio opus extiterit, nunc vel maximè neceſſaria eſt. nunc enim adſunt tempora, quibus iuxta verbum domini dicitur, Ecce hic eſt Chriſt⁹ apud Catabaptiſtas, ibi Chriſt⁹ eſt penes Iconoclaſtas, illic eſt Chriſtus inter ſacramentarios Capharnaitas. O vtinam principes noſtrates & qui in magiſtratu ſunt cõſtituti, euãgeliũ hoc & in manib⁹ ſẽper habuiſſẽt: & paulo oculati⁹ pſpexiſſẽt! nũquã toties ſubditos ſuos ſeduxiſſẽt, tot ordinatiõib⁹ ſubĩde ĩnouatis ac mutatis, tot ſtatútis hęreticis, tot blaſphemis negotiis, quę toties

ex alis alia commenti ſunt aduerſus Deū,ſanctos, cultū & laudem Dei. aduerſus eccleſiam catholicam & ſacratiſſima ſacramenta. Atqui tot ordinationes illi in ſuis prouinciis & ditionibus ſubinde conſtituerunt,vel potiùs diabolus ipſe, tot blaſphemias,ſectas, diſcordias & ſeditiones concitat ac cómouet,ne quid malorum ſit,quod miſerrimis iſtis tépo-ribus nó incrudeſcat & ſæuiat. Atque vtinam daret iis Deus nunc tãdem finem. Quòd autem euãgelium iſtud validam habeat admonitionem aduerſus Neochriſtianos,vel ex præcedẽtibus verbis arguitur, vbi dixit dominus Lata porta &
Mat.7. ſpatioſa via eſt,quæ ducit ad perditionem;& multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam,& pauci ſunt qui inueniunt eam? Sequitur inde,Attẽdite à falſis prophetis.quo voluit ille docere, nos diligenter animaduertere debere iſtos pſeudoprophetas, neque alia ratione quàm ex hac ipſa anguſta via dignoſcere. Verè enim pſeudoprophetas eſſe oportet, qui principes, nationes, prouincias & orbes magnáſque hominum communitates per hanc latam & amplam portam ſeducunt. An nó hoc faciũt Neochriſtiani noſtrates, carnis amatores, & deſyderia carnalia ſequentes,dum abſtinẽtes feria ſexta ab eſu carnium in honorẽ paſſionis Chriſti derident,traditionem dicentes eſſe humanam,atque clamantes nullum cibũ eſſe prohibitum, liberumque eſſe cuique veſci quibuſlibet die veneris & ſabbato,in ãgariis & quadrageſima, imo etiã die ſancto paraſceues? Ecce viam latam. Quòd ſi vigilia ſancti Ioannis aut ſimili die eccleſiæ præcepto ieiunare cupis, ſtatim obganit Neochriſtianus non debere te, neque hoc, nec alio quocũque die ieiunare toto anno. Ecce amplã viã. Si autem more Chriſtiano ferias agere inſtituis die aſſumptionis Mariæ. Ioannis euãgeliſtæ,aut etiam corporis Chriſti,reclamat ſtatim Neochriſtianus,& ait,omnes dies æquales ac liberos eſſe, atque ideo neque hic obſtrictum illũ eſſe. Ecce viam latiſſimam: cuius hæc vna regula eſt, Quod vis,facito vel vt ille ait,ſi libet licet. At ſi etiam horas canonicas ſeptem animus eſt abſoluere, aut confiteri in quadrageſima & pœnitẽtiã agere peccatorũ, atq; in vniuerſum quicquid pium eſt & chriſtiano homine dignũ, rurſus iſte occinit, Quid agis? quid tentas? cõmenta hæc hominũ ſunt res nihil,ne itaq; facias. Ecce portã ampliſſimã viam latam,

ſemitam diaboli & hæreticorũ,ducentem ad infernum. At qui hæc Neochriſtianorum etiã eſt via, hoc inſtitutum eorũ quoniam pſeudoprophetæ ſunt, vt Luther⁹, Zuinglius, Oſiander,Regius,Rotencker,Butzer,Plaurer,Oecolampadius,atq; huiuſmodi alij animicidæ,fex & peſtis hominum perditio proiiciarũ: de quibus multa ſupereſſent dicenda,

2 In ſacris literis hoc quidẽ apertiſſimum eſt, quàm multi ſe miniſtros Dei & prophetas eſſe dicant, qui nihil min⁹ habent quã vel minimum quid propheticum. Eius rei exẽpla in ſcripturis ſunt innumera. Ecce enim Zedechias & pleriquc alij prophetæ falſum prædixerunt regi Achab, præter vnum Micheam,quem & in carceres detruſum tyrãnis iuſſit cibari pane tribulationis,& aqua anguſtiæ potari. Prędixit id fore etiã Chriſtus,dicens: Videte ne ſeducamini,multi enim veniẽt in nomine meo,dicẽtes quia ego ſum. Et tẽpus appropinquauit,nolite ire poſt eos. Appingunt quidam & iſti noſtri,maximè verò Lutherus in omnibus chartis illud ſanctiſſimum nomen Ieſu, perditiſſimi quoq; ſequaces ipſius omnibus manicis inſuunt iſtud, V.D.M.I. Æ. atque ſub illo falſo verbi diuini prætextu, faciunt quicquid Deo odioſum & aduerſum eſt. Contra iſtos itaq; pſeudoprophetas præmunire nos volens dominus,hîc ait, Attẽdite à falſis prophetis,quoniam ipſi abſtrahent vos à via, quæ ducit ad vitam. Quanuis autẽ de omnibus quidẽ intelligi poteſt,ait Hiero. qui aliud habitu & ſermone promittunt, aliud opere demõſtrant: ſed ſpecialiter de hęreticis intelligendũ eſt, qui videntur caſtitate,ieiunio & cõtinentia, quaſi quadam pietatis ſe veſte circũdare,intrinſecus verò habentes animũ venenatum,ſimpliciorum fratrũ corda decipiũt. Ecce hinc ſatis patet, quod etiã olim quum quis hęreſim diſſeminare voluit,eum oportuit extrinſecus ſpeciem præ ſe ferre pietatis,& vitam viuere duram,ſicut Leo in quadã homilia teſtatur,& ipſa in Canticis ſponſa illos nomine vulpeculæ deſignat: quod animal eſt fraudulẽtum & verſutum. Atqui & Greg. pulchrè declarat, quomodo blandiantur, & quæ vel bona ſunt vel ſpeciem habent,proponant primùm. Sicque Chryſoſt. etiam dicit,Hæretici habent ſpeciẽ honeſtæ vitæ ſed doctrinã impiã. Atq; ſic iã olim res habuit, quãdo vigebat adhuc honeſtatis amor,nec poterãt hęreſes exoriri,niſi ſub prætextu pietatis. Nunc verſis omnib⁹, etiam illud ex-

3. Reg. 12 · *Lucæ 12.* · *Hierony.* · *Leo.* · *Cant. 2.* · *Gregor. ſuper Iob.* · *Chryſoſt.* · *Obſerua.*

oleuit immutatúmq; eſt. nam iſtis periculoſis & infeliciſſimis temporibus erumpũt hæreſes per eos tantùm qui peſſimi ſunt, & nec micam honeſtatis prę ſe ferunt: qui in omnib' vitiis, ſceleritb' & turpitudine viuunt per monachos, qui abiecta ſimul cũ cucu lla omni tum cõſciẽtia tum honeſtate, laſciuiũt: neque tantùm non vel orant vel ieiunant, ſed & omnia opera bona cõtemnũt, eludunt, ſubſannãt: & quæ honeſta ſunt & Deo grata, blaſphemiã vocant & ineptias, Atq; inter hæc omnia ita inſanit mũd', vt iſtos eligat eccleſiaſtas, ipſiſq; gaudeat miniſtris verbi diuini. Poſſem ex nomine notos fidefragos huiuſmodi apoſtata aliquot referre, niſi vel tacente me & dolẽte, omnibus eſſent notiſſimi per doctrinam prauã & peruerſam. Vnum tamen omnes habẽt cõmunem habitum, dum euãgelici dici volunt: ſed ore tantùm quia opere nihil eiuſmodi videas in ipſis. Aliter adbuc verba illa inducit S. Auguſtinus, idq; in hũc modũ, Quãdo iam dixerat dominus de anguſta porta quã vix pauci inueniunt, poſſent pro ſe hæretici illud rapere, ſeque iactare eſſe pauculos iſtos, qui viam veram ingrederẽtur, atque reliqua chriſtianorũ eccleſia erraret tota. Hoc ipſum præcauere volens dominus, ſubiunxit, Attẽdite à falcis ꝓphetis, qui quã non habẽt ipſi, aliis promittũt veritatis diuinę cognitionẽ, laudarique eò volunt, quòd ſint pauci. Sic enim ait Auguſtinus, Iſti qui promittunt ſapientiã cognitionémque veritatis quam nõ habent, præcipuè cauendi ſunt: ſicut ſunt hæretici, qui plerũque ſe paucitare cõmẽdant. Et ideo cùm dixiſſet paucos eſſe, qui inueniunt anguſtam portã & arctam viam, ne illi ſe ſupponãt nomine paucitatis, ſtatim ſubiecit Cauete à pſeudoprophetis, Quod autẽ non ſint ex paucis illis electis ad vitã, apertè hîc teſtatur Chriſt'. Et alibi, quũ Dathan, Chore & Abirõ, ipſi quoq; pauculi, ſeditiones mo lirẽtur, viui abſorpti ſunt à terra. Mihi videtur, inquit Chryſoſto. eos ſignificare, qui cũ ſint vitę prauitate corrupti, ſpecie tamẽ virtutis induti ſunt, qui vulgò impoſtores vocari ſolẽt. Qui intellect' quidã eſt cõmunis, ſicut clarè ex Hieronymo audiuimus: peculiariter tamẽ hoc ad hæreticos pertinet, qui hîc pſeudoprophetæ vocantur. Iam ſuprà docuerat domin' fugere canes & porcos, puta eos q palã çredũt impiè. At hic monet nos attẽdere à falcis ꝓphetis q aduenũt in veſtimẽtis ouiũ, hoſtes vtiq; çlãcularij, q nos ſub ſpecie

Auguſt.

Chryſoſt.

boni in errores inducũt & hęreſes. De quib⁹ Paulus quoq; Fratres, inquit, rogo vos, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinã quã didiciſtis faciũt, declinate ab illis: huiuſmodi enim Chriſto domino noſtro nõ ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentiũ. Ecce quomo vterq; & magiſter & diſcipulus nos admonet iſtos effugere pſeudoprophetas, ſicut in veteri teſtamento quoq; non rarò præceptũ eſt Iudeis, vt Eſaiæ, Hieremiæ, & reliquorũ teſtantur prophetarum ſcripta, ipſeq; adeò Moyſes præcepit falſos prophetas interfici: quanuis nunc noſtrates illi delicatuli hęretici, qui ardorẽ metuunt incendij, nolũt quenquã propter hæreſim vel cremari vel occidi. Dices, Quid hîc nos admonet dominus de pſeudoprophetis fugiẽdis, quũ iã amplius pphetæ omnino nulli ſint futuri, vt Chriſtus rectè dixerit, legẽ & prophetas fuiſſe vſq; ad Ioannẽ: aut quid hîc rurſus dicit alios prophetas ſurrecturos? Reſpõdeo ad Ioannẽ tãtum fuiſſe prophetas, qui futura prædicerẽt de Chriſto, eorúmque iam nullus eſt reliquus, Et tamen prophetæ fuerũt in eccleſia, qui futura quoq; in ea prædixerũt. ſic Paulus de hæreticis & Antichriſto multa prædixit, Ioãnes etiam plurima de futuro ſtatu eccleſiæ. Sed & Philipp⁹ filias quatuor habuit propheriſſas: neque putarim equidem hîc Chriſtum eſſe loquutũ de prophetis, qui futura prædicunt ex ſpiritu ſancto, ſed potius ille per prophetam, expoſitorem intelligit ſacræ ſcripturæ: quam qui bene explicãt, prophetæ boni dicuntur: qui malè & falſè, pſeudoprophetæ: vt ait etiam Hiero. Quicunq; ſacram ſcripturam aliter intelligit quàm ſpiritus ſanctus eflagitat, licet ab eccleſia nõ receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt. Et quòd huiuſmodi expoſitores ſcripturarum prophetæ dicantur, ſatis nobis patet ex Paulo, qui Chriſtum dediſſe quoſdã apoſtolos, quoſdã prophetas, alios euãgeliſtas, paſtores alios teſtatur: idq; ad ędificationem corporis Chriſti myſtici, ſcilicet totius eccleſię. Ecce prophetas quoq; nõnullos poſuit Deus in nouo teſtamento. Ecce prophetas eſſe eos, qui interpretantur ſcripturas, idẽ alibi affirmat: quũ ait, Qui prophetat, ædificat eccleſiam. Atq; ibidẽ vult melius eſſe prophetare aliquem, quam linguis loqui: niſi etiam ille interpretetur. Atque deinceps ſubiungit, Prophetæ duo aut tres dicãt, & cæteri diiudicẽt.

Rom. 16. *Eſa. 29.* *Hier. 2. 14. 23.* *Deut. 13.* *Mat. 11.* *1. Tim. 4* *2. Theſ. 2* *Apo. 21.* *Prophe.* *Hieron.* *24. q. 1.* *Hæretic⁹* *Eph. 4.* *1. Cor. 14*

¶ Atq; id quidé manifeſtè Paulus prophetas vocat, īterpre-
tes ſcripturarū, ſimulq́; docet, quomodo ex eis quidā loqui,
alij debeant iudicare, num illi rectè exponāt? Et tamen no-
Iudicare in fide. ſtrates iſti prædicatores hæretici iudicé ferre nullum volūt,
clamitantes ipſam per ſe ſcripturā vnicā eſſe regulam & ve-
lut amuſſim verbi diuini: ſicq; contra Paulū pertinaces no-
lunt ferre iudicé. Nam quāuis verbū Dei non iudicatur per
ſpiritus ſancti gratiā, tamen hoc habet eccleſia, vt poſſit de-
cernere qui libri verbū Dei habeant, an non. Atq; hoc ipſo
iudicio ſuo quatuor recepit euangelia, Matthæi, Marci, Lu-
cæ, Ioannisq́; neq; idcircò aſſumpſit illa, quæ prodierunt
Eccleſia iudicat de verbo Dei. ſub nominib⁹ Bartholomæi, Thomæ, Nicodemi, Nazaræo
rum, &c. Quum itaque hoc poſſit eccleſia in ſacris literis,
quantò magis hoc poteſt etiā in illarū expoſitionib⁹ iuxta
verba Pauli? Et quum ipſi inter ſe hæretici, vt Lutherus &
Zuinglius, diuerſis imo aduerſis modis exponāt ſcripturas,
quomodo liberum non erit cæteris prophetis decernere,
vter eorū rectè ſentiat, an potius errent ambo, vt fit potiſſi-
mum? Quæris cur id fiat; quòd Chriſtus & Paulus ſcriptu-
rarum expoſitores prophetas appellēt: ſanè doctores eccle-
Propheta. ſiæ prophetæ meritò dicūtur, dū quę in prophetis de Chri-
ſto & eccleſia dicta ſunt, explicent. ſiquidem nemo ſenſum
prophetarū exprimere aut itelligere poteſt, niſi qui ſpiritū
Li. 3. ca. 27. de doctri. chriſtiana. habeat prophetiæ. Verè enim verum eſt illud Augu. quod
eodē ſpiritu interpretari oportet ſcripturas, quò ſunt cōdi-
tæ. Et ſicut ſpiritu ſancto indiguit Ioānes ad ſcribendū euā
gelium ſuū, ita eodē opus habuerūt ſancti patres ad expli-
canda ſcripta illa, puta Cyrillus, Auguſti. Chryſoſto. qui ſi
quādo ex proprio ſpiritu & ſuapte opinione ſcribere quid
attentârūt, lapſi ſunt. Certùm eſt igitur, quòd hîc dominus
nos præmonet fugère hæreticos & peruerſos ſcripturarum
expoſitores, quorum plurimi ante tempora nouiſſima ſub
aduentum Antichriſti ſunt venturi: & viā eius præparaturi:
quod ſanè nūc fortiter faciunt iſti prædicatores carnis; qui
ſemitam illi præcipitē ad inferos ſternunt. 4 Ne quoq;
elabi poſſent hîc hæretici, & dicere, de ipſis dominū nō eſ-
ſe loquutum, ſed de doctoribus Iudæorum & Gentium: id
ipſum præuenit ille quum ait. Qui ad vos veniunt in veſti-
mētis ouium. Oues autem Chriſtiani homines ſunt, ideoq́;
& ouilis habitus, fucatā ſignificat ſpeciem chriſtianiſmi &

ſimulatam religionẽ,quæ ſanè res nocentiſſima eſt. Malũ
enim ſub prętextu boni,dum non agnoſcitur non cauetur.
Deinde ne dicerent Chriſtum hîc loquutum de doctorib⁹,
conſtitutis in peccatis,& non de hæreticis,id quoq; præca-
uit ille,quum ait eos intrinſecus lupos eſſe rapaces. Docto-
res nanq; catholici,vtut ſint peccatores, tamẽ nõdũ lupi ra
paces,ſed miniſtri ſunt carnis, eò ꝙ illorum animus nõ eſt
oues rapere & perdere. Apertè igitur verba hæc expreſſit de
hæreticis, qui malo affectu fucatam chriſtianiſmi ſpeciem
præ ſe ferunt, vt ſimplices errorum ſuorum morſibus deci- *Act.20.*
piant,prædentur & lanient. Vſqueadeo verè prædixit Pau-
lus, ſcire ſe poſt aduentũ ſuum ingreſſuros eſſe lupos rapa-
ces,qui nõ parcant gregi. Theophy quoque, Vafri, inquit, *Theophy.*
& nunc paſtores hæretici blãdiloquentiam enim prętexũt,
& vitam ſimulant ſanctam,ſed intrinſecus latet aculeus.
¶Hi nimirum ſunt Neochriſtianorũ prophetæ, qui ſe iam
eccleſiaſtas dici volunt,miniſtros verbi Dei, & epiſcopos,
quum vix vni pago aut vico præfici commodè queant. De
quibus impletur illud Sophoniæ, Prophetę eius veſani,viri *Sopho 3.*
infideles. Et quid hoc mirum,quum ij ipſi ſint,de quibus di
xit Satan ad dominum, Exibo & ero ſpiritus mẽdax in ore *3. Re.22*
omniũ prophetarum. De iſtis etiã ait Hieremias, In prophe *Hier.23.*
tis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterij & viam men-
dacij. Ecce duo pſeudoprophetarum vitia, alterum adulte-
rij, hoc eſt,quod etiam dicentes veritatem,animum tamen *Ioan. 11.*
ibi habẽt adulterinum: ſicut Caiphas, quãuis verũ dicebat,
tamen animo parum bono & Balaam ex effectu adulterino
dixit verum,quum aduerſabatur populo Iſraël,ſicut ex fal-
ſo ipſius conſilio facilè deprehẽditur, quod dedit regi Ba-
lach de formoſis mulieribus introducendis in exercitũ Iu-
dæorum,qui decore illarum allecti, ad idololatriã & adul-
terium incitarentur. Quamobrem omnes deinceps Madia- *Num. 31*
nitarum mulieres occidi fecit Moyſes. Alterũ porrò vitiũ
mendacij eſt,quod iſti pro veritate proponũt & iactant. vt
rectè in eis viam mendacij viderit Hieremias. Et diligẽter
obſerua quod ait dominus venire eos in veſtimentis ouiũ:
venire,inquam,nõ miſſos, vel à deo, vel à legitimis magi-
ſtratibus,ſed intrudere ſeipſos, ſicq; venire in veſtitu ouiũ:
ſicut etiã Paulus dicit eos tantùm ſpeciem habere vitæ ſpi-
ritualis,& virtutẽ illius abnegare. Ab iſtiuſmodi prophetis *2.Tim. 3*

ſibi quiſque caueat,ne ab iſtis lupis rapacibus pereat laniatus & anima & corpore,ſed vt potius in fide vera conſtãter permanens,poſt hanc vitã illam cõſequatur æternã, Amẽ.

HOMILIA SECVNDA

QVam prȩclarè,quàm diligenter,quamq́ue fideliter nos præmonuit dominus vbique ab omnibus, quæ ſalutẽ animarum noſtrarum impediunt? Et cum nihil vel magis vel perinde nobis nocere queat,ac infidelitas & error, etiã
1. Ioa. 4 præcepit vt attendamus à pſeudoprophetis, qui ad nos veniunt in veſtimentis ouium, hæreticos ſignificans: de quibus Ioannes etiam præmonens, prohibet nos credere omni ſpiritui, ſed probare iubet ſpiritus an ſint ex Deo. multi
1. Pet. 2 enim pſeudoprophetȩ exierunt in mundum, Quò pertinet & illud Petri, Fuerunt pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis. Attendite ergo,inquit dominus, à pſeudoprophetis,qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quȩres, At quãnam ratione dignoſcere illos potero: vellẽ enim eos vitare, ſed quia intrinſecus ſunt lupi rapaces, quomodo corda eorum aſpiciam? Ecce tibi dominus ipſe reſpondet, & ait, Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit.
Manich. Verba hȩc de fructibus antequam aggrediar, eſt quod prius hic errorem reiiciam Manichæorum, qui duas in homine poſuerunt animas, naturas duas diuerſas, bonam alteram, alteram malã Atq; hinc lucta iſta in nobis animarũ, quarũ altera bonum aperit, altera vitia cõcupiſcit & peccata. Verùm hoc erroneum eſt & hæreticum, neq; enim hîc per arbores duas, duæ intelligi debẽt animæ in homine, ſed quia arbor hæc eſt ipſa anima & ipſe homo, fructus verò opera
August. hominis. Nõ ergo dicit hîc dominus quòd arbor mala bona fieri nequeat, ſed quòd fructus bonos producere nõ poſſit: quoniam quum malus boni quippiã facere cupit, oportet vt antea fiat & ipſe bonus. Idque adeò verum eſſe ſatis manifeſtè nobis teſtatur dominus alibi, dicens, Facite arbo
Mat. 12. rem bonam & fructũ eius bonum. Quòd ſi iam arbor animæ noſtræ naturã ſignificaret, nõ eſſet in poteſtate noſtra ſitum, arborem bonam facere. Sequitur ergo, arborem eſſe animam noſtram, quam vel bonam vel malã facere poſſu-

mus.nã qui antea malus eſt,poteſt fieri bonus:qui verò bo nus,etiam malus poterit fieri,& fructus ferre malos. Id mul tis hîc ſcripturæ exemplis confirmat. Hieronymus. Moyſes arbor optima erat,ſed quum primũ declinauit à bono,peccauit apud quam contradictionis. Dauid arbor bona erat, ſed quũ non perſeueraret in bono, malos protulit fructus, adulterij & homicidij. Arbor autem bona quãdiu bona manet,fructus malos ferre non poteſt, dũ mala eſt. Paulus niſi conuerſus ex perſecutore chriſtianorum factus eſſet vas electionis, non produxiſſet tot ſpecioſos fructus in eccleſia. Quid multa?loquutus eſt hîc dominus de arboribus bonis & malis, non quòd homo vnus geminam habet animam, ſed quia homo ex anima ſua arborem facere poteſt vel bonam vel malam. (in ſenſu compoſito, non diuiſo.) *Hieron.* *Exod.* 18. 2. *Re.* 11.

2 Habemus etiam iam Chriſtum non hoc voluiſſe quaſi qui bonus eſt,malus fieri non poſſit,vel qui malus, bonus: quoniam iſtiuſmodi exẽplis tota vndiq; plena eſt ſcriptura quomodo quis à malo aut bono auertere ſe poſſit:ſed quia quandiu malitiæ affixus eſt,bonum vtiq; fructum non poſſit afferre. Vt ergo veniamus ad primum, dominus cùm attendere nos iuſſiſſet ab hæreticis, ſubiunxit vt ex fructibus eorum cognoſceremus eos,operáque ipſorum ſolerter aſpiceremus,num illa honeſta, pia, virtute & laude digna,atq; Deo eſſent beneplacita & pacifica. Regulã hanc euangelicã ſi adhibeamus ad vitam noſtratiũ neochriſtianorũ, ſtatim ex ipſorũ fructib' perſpiciemus,cuiuſmodi arbores exiſtãt. Dices;At quomodo ex operib' bonis eos cognoſcã,quãdo & ipſa veſtimenta ſunt ouium,ſicut ſuprà dictum eſt,quondam hæreticos multum ſtuduiſſe operibus bonis, quorum prætextu imponerẽt ſimplicibus? Videri itaq; cuipiam poſſet,nos non ſufficienter hæc Chriſti doctrina erudiri,de dignoſcendis pſeudoprophetis ex operibus eorum. Reſpõdet ad hoc Auguſt. & dicit, Rectiſſimè ſanè quæritur,quos fructus nos attendere voluerit, quibus cognoſcere poſſimus arborem. Multi enim quædã in fructibus deputant, quæ ad veſtitum ouium pertinent,& hoc modò à lupis decipiũtur, ſicut ſunt vel ieiunia,vel orationes,vel eleemoſynæ: quæ ſi animo bono fiãt,veſtimenta hæc veſtiunt ouem: ſin autem mala, lupum contegunt. oportet itaq; nos cum diſcrimine loqui de operibus. Et primùm quidem ſunt opera quædam *Chryſoſt.* *Auguſt.*

Galat. 5. in ſe mala,& ex iis nos arborē iudicamus malā. de illis Paulus ſic inquit, Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria , idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixę, diſſenſiones, ſectæ, inuidię, homicidia. Quòd ſi iam ex huiuſmodi fructib⁹ Neochriſtianos noſtrates iudicare debeamus & dignoſcere, expeditiſſimè colligemus quā mala arbor ſit iſta, quæ tot peſſimos nobis protulit fructus, ſeditiones, inuidiam, odium, & quot deniq; homicidia , quādo ex vulgo hominum ſimplici plebe vltra cētum milia miſerè perierint: neq; dum finis, ſed & quotidie adhuc euāgeliū iſtud ſub neſcio quo ſcāno caliginoſo ex pulueribus productum, nobis fulmina minatur bellorum inter principes & quoſcunque ordines imperij. Taceo innumeros libellos famoſos, mitto offendicula & blaſphemias, ſectas pene infinitas, Catabaptiſtarū , ſacramētariorū, Iconoclaſtrarum, & quid denique non? Et en tibi fructus iſtius ſcilicet ſancti euangelij non confiteri, ieiunia contemnere, ſpernere preces & omnia opera bona. Atq; ex iis cognoſcim⁹ illos pſeudoprophetas. 2 Sunt opera quędam bona quę tam malo, quàm bono animo fieri poſſunt, eáq; quū affectu bono fiūt in veritate, propriè ſunt ouium veſtes: quum autē malo in

Auguſt. errore, non aliud quàm lupos contegunt. Atque nō poſſumus exactè cognoſcere arborem, ſed ex intētione qua fiūt. Sic quādo iam prædicatores carnis ſuadēt anniuerſaria, fraternitates & præbendas aboleri , & fiſco inferri eccleſiaſtico, neminēmque mendicare debere , ſed ex illa arca omnes ſuſtētari pauperes. O præclarā, ô blādā, ô delicatā hāc pellē ouilem, ſub cuius tamen velamento, quàm multi decipiuntur! Lupos ergo quum vis verè cognoſcere finalē aſpice intētionem, cur id faciant. Sic enim etiam dominus rectè hîc fructus (quos à fruendo dictos putamus) appellat, vt conſideremus, qua re tandē illi huiuſmodi operibus frui cupiāt. Et ecce videbis primum ſtatim concurrere inuidiā, qua pauperibus fratribus in cœnobiis degentibus conantur ſubtrahere eleemoſynam. Deinde ſi paulò altiùs introſpicias, ecce propria eorum in hoc dominatur vtilitas. Siquidem ex illo fiſco prædicatoribus oportet largiſſima conferre ſtipendia, quibus meretriculas (ſed quid dico? vxorculas dicere volebam; quāuis etiā illo non multum aberrarim) ſuas ſerico &

byſſo veſtiant, ipſiq́ue etiam aureis torquibus & anulis ful gidoli prodeant in ſuggeſtũ , verbũ Dei prædicaturi. O ſecula,ô mores! Ecce quod hîc dixit dominus, A fructibus eorum cognoſcetis eos, Omnes corũ fructus à vermibus corroſi,amari,& immaturi;quidam etiam putridi ſunt toti:de quibus Sapiens ait, Fructus illorum inutiles,acerbi ad manducandum,& ad nihilum apti. Agnoſcentur, inquit Auguſtinus;in filiis ſuis;hoc eſt,in obedieñtia filiorũ: quo arguitur ꝙ quandocũq; prophetarum opera ab inobediẽtiã vergunt,ſectas & defectiones ab ordinatione eccleſiaſtica,certum & euidens hoc ſit ſignum hæreſeos, ſicut & viciæ & zizaniæ primùm à frumento bono nõ diſcernũtur , tantiſper non excreſcant.tunc enim demum ex fructu viciæ cognoſcũtur ab ariſtis boni frumẽti. Atque hoc eſt quod dicit Sapiens, Virum cognoſci ex filiis ſuis. Proh ſupreme Deus,cuiuſmodi filios nobis genuit Luther⁹,qui ad nos veniunt in veſtimentis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces? Et quanuis omnes in vniuerſum hæretici lupi ſint, & quidem rapaces;iſti tamen noſtro tempore ſæuientes,peculiari nomine lupi dicuntur veſpertini. Ita enim propheta , Leuiores, inquit,pardis equi eius;& velociores lupis veſpertinis. Lupi veſpertini,autore Hieronymo, magis ſunt famelici iis,qui manè diſcurrũt:ſic & noſtrates hæretici magis furioſi ſunt & veſani antiquis illis ſuperiorum tẽporum hæreticis, quib⁹ ſat erat in vno atq; altero articulo hæreſim mouere; quũ interim noſtrates iſti nihil intermittant, ſacramẽta omnia violent,chriſtianas ordinationes ſcindant, vſque adeò & famelici ſunt,& vehementes ad omne malum. 3 Rurſus ſimilitudine quadam dominus docet ſignum & argumẽtum iſtud euidens eſſe cognoſcendi hæreticos à fructibus eorũ. Nam licet ad tempus ſimulent, ſucceſſu tamen tẽporis produntur:& quum illis modica præbetur occaſio, ſemota pelle ouila,& aures aſini Cumani & dentes produnt lupinos. Non ergo ex huiuſmodi ſpinis licet colligere vuas , neque ex tribulis ficus. Quàm porrò cõmodè hîc dominus ſpinas vocat hæreticos(ſicut & in alio loco diuitias ſpinas eſſe dixit) opaca enim & obſcura ſunt ſpineta, ſtatim excreſcunt, pungunt & offendunt vel modicè tangentes : fructus eorũ amari ſunt,& domicilia præbent ſerpentibus. Ita hæretici quoque nigri ſunt, citra laborẽ & facilè ſuccreſcunt:& ulli

Matt.7. *Sap.4* *Augu.* *Eccle.11* *Abach.1,* *Hieron.* *Theophy.*

reſiſtas, integrum ſtatim obducunt agrum: quàm ſubito nã que hæreſes ſe diſtendunt & proſerpunt, niſi principiis ob-
2.Tim.2 ſtes: ita enim ait Paulus quoque, Multi proficiunt ad impie
Hierony. tatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. Ecce Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit: ſed quia non ſtatim eſt extincta, totum orbem eius flamma depopulata eſt. ¶ Videant igitur hîc multi ſapientes huiuſmodi, qui tamen ſtulti ſunt coram Deo, quàm iniquè dicant, Non oportuit quicquã ſcriptum contra Lutherum neque diſputatum, quod hoc modo mordacior ille factus ſit, magiſque irritatus. Putant ſtolidi iſti hæreſes quoque vt pleráque alia, tempore modico abſumere ſeipſas. Sanè quotquot ita vel ſentiunt vel loquuntur, ſacras literas eò ipſo ignorare ſe profitentur, & neſcire quod
1.Tim.2. ex Paulo iamiam adduximus, quia omnis eorum ſermo ſerpit vt cancer. Quo nomine patres ſancti præceperũt ſtatim obuiandũ eſſe hereticis. Et quid ſi nos quoque hoc iam ſupplicio affecit Deus, quod non ſtatim virus Lutheranum repulimus? Ita iam neque mandatis, neq; edictis, neque excõmunicationi locus vllus reliquus eſt: ita alius ex alio princeps, multæ ſubinde vrbes deficiũt à fide & ſacramentis ec-
Cant.2 cleſiæ. ¶ Vnde & ſpõſa capi ſibi iubet vulpeculas dũ paruæ
Iud.15. ſunt: quæ vbi magnæ factę fuerint, coniunctis caudis, ſegetes & frumenta incendio perdunt. Quanuis enim quilibet hæreticus capite vult eſſe libero, nec cuiquam cupit obedire: caudas tamen cõſtringunt omnes, & in hoc cõueniunt, vt vno communique conſenſu repugnent eccleſiæ. Sic Lutherus & Zuinglius, quãuis vterque liber eſſe velit, & vterque magiſter, alterũque contemnat in cauſa ſacramẽti colligatas tamẽ habẽt caudas in diabolico iſto vinculo aduerſus eccleſiã, velut cõiurati, dicũtque Miſſa ſacrificiũ nõ eſt, Panis in corpus Chriſti nõ tranſſubſtantiatur, Sacramento nulla deferenda eſt reuerẽtia. Quãuis etiã mundano & ſeculari fœdere Lutheranos principes & ciuitates cum Zuinglianis deuinciunt & aſtringunt, quãtum in ipſis eſt. Vnde patet, quomodo arbor mala fructus bonos nõ poteſt facere. Lutherus quãuis Capharnaitis aduerſatur & Sacramẽtariis, ex ſpineto tamen ſuo vuas nullas producit, ſed meram amaritudinẽ: ſiquidẽ vbicũq; libros eius attingas, nihil inuenies niſi amara omnia. Vis habere aliquid amarum? Ecce ſacratiſſimũ Chriſti corpus exangue ponit & deitate carẽs.

Laicis quoque porrigit ſub vtraque ſpecie, reuerētiam debitam illi ſubtrahit, ſacrificium negat eſſe miſſam, neque in ea corpus Chriſti offerri deo patri. Permittit quoq; illud ſine cōfeſſione, ab imparatis & nō ieiunis ſumi, atque à profanis etiam hominibus tangi. Ecce fruct⁹ amariſſimos peruerſę doctrinę. Quàm pungit autem ſpinis falſorū dogmatum corda ſimpliciū, bonos quoq; cōuitiis lacerat & proſcindit contumeliis! Propriè igitur hîc dominus quam paulò antè vniuerſaliter arborem tantùm vocauerat, iam ſpinā appellat. Quid autem faciendum ſit huiuſmodi ſpinoſo arbuſto, dominus per Dauidem docuit, dicentem, Prę̨uaricatores quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi, quæ non tolluntur manibus. At ſpineto ipſi quod manibus tractari & euelli non poteſt, quidnam faciendum? hoc ſanè quod ſequitur. Si quis tāgere voluerit eas armabitur ferro & ligno lānceato, ignéq; ſuccēſa combureturvſque in nihilum. Ecce quomodo dominus per Dauidem prę̨cipit ſpineta igni ſuccenſa cremari. Veruntamen noſtri iſti delicatuli ignē cane peius & angue exoſum habent, neque minari volūt illū, quod metuant arborem ipſius. 4 Sicut autem hæretici ſpinis comparantur, ſub quibus ſerpentum, qui iuxta terram repūt, ſunt domicilia, hoc eſt, habitacula diaboli. Qui vbinā requieſceret melius, quàm in caliginoſis tenebris hę̨reticorum? Ita etiam tribulis, rectè conferuntur qui de foris horridi ſunt & rigidi: eóque deſignantur illi, qui hæreticis adhærent, ipſos defendunt & tuentur. ſiquidem terra quum ſit maledicta, ſpinas tantùm & tribulos germinat, & hæreſis nihil ex ſe boni produdit, vnde Iacobus ait, Nūquid poteſt, fratres mei, ficus vuas facere aut vitis ficus? ſic & aqua amara dulcem facere nō poteſt. amara inquam quæ corrupta eſt ſale infatuato, quod eiicitur ab hominibus & cōculcatur. Atque hic iſte tribulus malus eſt: quoniam terra quæ ſpinas & tribulos germinat, abiecta eſt maledictioni proxima: cuius, vt inquit Paulus, maledictio eſt in cōbuſtionē.

2. Reg. 23 *Geneſ. 3* *Iacob. 3* *Mat. 5* *Hebr. 6.*

¶ Ecce, hæretice, & Paulus tibi minatur ignem, incendium, combuſtionē. Quādo igitur ſpinas & tribulos vocauit hæreticos dominus, non temerè vtique duos illos tantummodo fructus in medium propoſuit vuas & ficus: quoniam ij peculiariter ad eccleſiam pertinent & fideles, idque pulchrè docet Chryſoſtomus, quum ait, Vua in ſe myſterium *Chryſoſt.*

Chriſti habet. vt enim botrus multa in ſe grana ſuſpendit, ſic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignũ crucis tenet adiunctos. Ficus autem deſignat eccleſiam, quę omnes cõcludit fideles in dulcedine charitatis. Sic ergo ficus dilectionis ſuauitatem & vnitatem in multitudine granorũ, vua verò patientiam ſignificat: quoniam exprimitur in torculari: ſimúlque gaudium deſignat, dum ex ſe vinum præbet, lætificans cor hominis. Plura de natura vitis dicemus de ſanctis tẽpore Paſchali. Hoc iam quoq; videam', quòd ſpineta dominiũ ſibi vẽdicare conantur, vites nõ item ſiquidẽ qui veritatẽ ſectatur in docẽdo, honorẽ & gloriã ſibi nõ vẽdicat,

Iud. 9 quod in libris Iudicũ deſignatur, quando ligna vitẽ eligere volebãt regẽ, ſed reluctabatur vitis: & ſpinetum aſſumpto regno lignorum, igni cõbuſſit illa. Atque hoc nimirũ eſt, quod in ſacris literis eccleſia vinea dicitur; dicẽte domino,

Iere. 2 Plãtaui te vineam meam electam. Verè enim vinea illa eſt dei Sabaoth, domus Iſraël. Viciſſim vinum hæreticorum a-

Eſaiæ 5. marum eſt & acidum, vt ait Moyſes, Vua eorum vua fellis & botrus amariſſimus: fel draconum vinum eorũ, & vene-

Deut. 32. num inſanabile. Verè virus iſtud eſt inſanabile, quoniã capitales hæretici ægrè conuertuntur ad veritatem. Atqui &

Titi. 3 Paulus inquit, Hęreticum poſt vnam atque alteram admonitionem deuita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt. Oremus dominũ deũ, vt per gratiã ſuã dignetur nos cuſtodire ab omni doctrina mala hęreticorũ & pſeudoprophetarum, &c. Amen.

HOMILIA TERTIA.

INTELLECTVS noſtri imbecillitatem adiuuare fir-

Gregor. mateque volens dominus, multas nobis propoſuit parabolas & ſimilitudines rerum terreſtrium: & hîc præmonẽs nos cauere & attendere ab hæreticis debere, ſimilitudinem arboris adhibuit, quam ſicut è fructibus, ita ex operibus cognoſcimus hæreticos. Omnis enim arbor bona fructus bonos facit, neque poteſt ferre malos. Et anima doctoris bo-

Iere. 17 ni ex ſe opera producit bona, honeſta & deo beneplacita. Vnde Propheta quoque iam olim prędixit, Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius: & erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cùm venerit æſtus, Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Hæc

omnia

omnia de eo intelligenda ſunt, qui flumina & torrentem habet gratiæ dei: eius radices, hoc eſt, cogitationes vegetæ ſunt: folia, id eſt, verba bona, viridia permanent, neque deſinit ille etiam in ariditate perſequutionis fructus bonos facere. eò reſpiciens Dauid dixit, Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, & fructum ſuum dabit in tempore. Sic Paulus etiam fructus ſpiritus vocat charitatem, gaudium, pacem, patientiam, &c. verè enim illi fructus bonæ arboris ſunt, quos arbor mala ferre non poteſt, dum mala manet, ſed vbi conuerſa efficitur bona. ¶ Veruntamen etiam ex ſententia Auguſtini magna in hac ſimilitudine diſſimilitudo & diuerſitas eſt. nam quod arbor bona aut mala eſt, ex natura habet & eſſentiali proprietate: quod autem anima hominis bona eſt vel mala, ex electione fit & arbitrij libertate, quamuis nos quoque ex natura mali naſcimur oẽs filij iræ. Deus autẽ qui diues eſt in miſerationib⁹, arbores nos bonas facit, vt fructus ferre poſſimus optimos adiuuante gratia ſua. Quod in ſe ſentiens Paulus, in hæc verba prorupit, Omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Neque abſimile eſt quod in alio loco Chriſtus ait, Homo bonus de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. perge hic. 2 ¶ Et vt quiſque ſibi proſpiciat rectiùs in vitandis hæreticis, porrò iam ſupplicium & pœnam inducit dominus, & ait, Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. Arbor mala malus inquam propheta, tunc exciditur, quando ſententia excommunicationi abſcinditur, ab eccleſia, vel per mortem præcipitatur in gehennam ignis. Atque hęc ipſa verba Chriſti iam antè vſurpauerat Ioannes baptiſta: vnde exemplum nobis datur, ne vereatur prædicator aliquis alterius vti verbis, quando hîc Chriſtus non erubuit etiam Ioãnis dicta repetere ¶ Sed tu hîc geminam damnatorum pœnam conſidera: alteram, quia exciditur arbor: alteram, quod in ignem præcipitatur. Atque hoc eſt quod doctores dicunt duplicem eſſe pœnam damni quoniã damnum magnum eſt priuari obtutu diuinæ maieſtatis & cõſortio ſanctorum omnium. Pœna altera eſt ſenſibilis ignis & ſupplicij infernalis: atque ſic inquit Chryſoſtomus, Si quis diligẽter expendat, duplex hoc inuenit eſſe ſupplicium qui enim in gehenna vritur, & cælorum regnum prorſus amittit: quę

Pſal.1. *Ephe.2.* *Philip.4* *Mat.12.* *Matt.3* *Chryſoſt.*

certè pœnarum maior eſt,quàm cruciatus ille flammarum
Noui quia plurimi pertimeſcāt gehēnam, ego tamen illius
gloriæ amiſſionem multò amarius,quàm ipſius gehēnę,di-
co eſſe ſupplicium . Et quāuis hoc verbis vel exprimere vel
probare non poſſum,ſciuit tamen hoc Paulus , qui & ideo
ſummam iudicauit eſſe miſeriam atque infelicitatem excí-
dere ex gratia dei. & ſi quis infernos ſexcentos ſtatuat aut
plures,nihil eſt id omne,ſi cōferatur ad amiſſionem gloriæ
felicitatis æternę,vbi audire cogatur illud,Neſcio vos. Plu
Mat.25. ra adhuc habet Chryſoſtomus,quę tu ſi voles,extende At-
Hæretico que hoc eſt,quod tibi domin' ait, Excidetur & in ignē mit
rū pœna. tetur. Cúmq; principiò nos admonuerat tātùm attendere à
pſeudoprophetis,eorū quoq; nunc ſupplicium adiunxit,&
pœnam,quoniā excidētur à cōmunione fideliū , & in ignē
Galat.4. mittentur.Illámque exciſionem cōmodiſſimè ad hęreticos
referim',quos etiā pręciſos nūcupamus, & eodem quoque
modo loquitur Paulus,cū optat abſcindi, qui Galatas per-
Leuit.4 turbāt.Indignè quidē & moleſtiſſimè ferūt hæretici quic-
Deut.17 quā ſibi dici de igne,& tamē in ſcripturis legūt nō obedire
volentem ſacerdotis imperio, lapadibus obrui debere,atq;
interim ipſi puluillis inſidere cupiunt,non igne cremari.

3 ¶Cùm ergo iam dominus vitare præcepit hæreticos, il-
lóſque ex operibus monuit eſſe cognoſcendos , ſequitur,
Non omnis qui dicit mihi domine,domine, intrabit in re-
gnum cœlorum. Sic pſeudoprophetas ſuperiùs cognoſcere
Docentes nos docuit, qui falſa docent , ſcripturáſque falſò interpre-
nō audien tantur & lacerāt:ita iam eos quoque,qui recta quidem do-
tes. cent,ſed ea tamen non exprimunt operibus,in cœlum non
Auguſt. peruenturos confirmat: quo docere nos voluit, inquit Au-
guſtinus,ne ad fructus pertinere putaremus dicere , ſed fa-
cere voluntatem patris. Vt maximè igitur clamet Lutherus
Ioan 5.6. cum omnibus ſuis,Verbum domini manet in æternum,ni-
hil tamen aget.niſi verbum opere compleant , ſicut & ipſe
Chriſtus ſæpe fecit,& multis locis teſtatur in hoc ſe deſcen
diſſe de cęlo,vt impleret voluntatem patris ſui. Atque ideo
Hierony. intrare oportet in regnum cœlorum per obſeruationem iu
ſtitiæ,vt legum quæ ſunt regni illius. Et hæc etiam ſenten-
tia Hieronymi eſt,qui ſic ait, Sicut ſuprà dixerat eos qui
haberent veſtem vitæ bonæ,non recipiendos propter dog-
matum nequitiam,ita nunc econtrario aſſerit ne his quidē

accommodandam, qui cum polleant integritate fidei, turpiter viuunt, & doctrinæ integritate malis operibus deſtru unt. Vtrunque enim ſeruis dei neceſſarium eſt, vt & opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur.

¶ Hîc autem obiectiones aliquot mouentur, & primũ quidem ex eo, quod inquit Paulus, Nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. hunc autem quiſquis habet regnum vtique intrat cœlorum. ad hoc reſpondet Auguſtinus, Apoſtolum propriè poſuiſſe verbum, dicit, vt ſignificet voluntatem atque intellectum dicentis: dominus verò generaliter poſuit verbum, vt videatur dicere, qui nec intelligit, neque vult quod dicit. Et eiuſdem pene ſententiæ eſt Hieronymus, qui dicit morem eſſe ſcripturarum, dicta pro factis accipere, ſicut ibidem Paulus reiicit illos, qui ſcientiam dei iactant ſine operibus: illi enim audient dominum ſibi dicẽtem, Recedite à me operarij iniquitatis, quia neſcio vos. Sunt qui hîc expendunt non temerè Chriſtum geminatim dixiſſe, Domine, domine: quoniam quiſquis regnum vult intrare cœlorum, ter dicere debet. Domine, domine, domine, in corde, ore & opere. Sunt enim quidam, qui deum tantùm colant & venerentur ore & non animo: de quibus dominus ait per prophetam, Populus iſte appropinquat ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à me. Idem apud Matthæum quoque dominus affirmat. & deſignantur illi per ficum; quæ folia quidem habuit, ſed fructum nũllũ. Sunt iam quoque qui ore clamant, & magno boatu ingeminant. Domine, domine, nó autem operibus: cuiuſmodi ſunt mali Chriſtiani iſti, de quib' Paulus ait, Confitentur ſe noſſe deum, ſed factis negant. Sunt etiam qui ore & opere cõfitentur illum, & non animo: atque iſti hypocritæ ſunt, dicentes: nihil eſſe quod colimus deum. Et quid vtilitatis ſit nobis quod mandata eius ſeruamus? Omnes ij non intrabunt in regnum cœlorum.

1. Cor. 12

Dicere.

Hieron.

Luc. 3

Eſaiæ. 29

Matt. 25

Mar. 11.

Titi. 1

¶ Ad extremũ iã patet hinc, quãtus ſit error neochriſtianorũ, qui ſola iſta nuda fide ſperãt ſe ſaluari, citra omne operis bonis adminiculũ, cùm ſint hęc aperta verba Chriſti, Nõ omnis qui dicit, Domiue, domĩe, intrabit in regnũ cælorũ. At quinam ſic dicũt ad Chriſtum? nõ Iudæi vtique, nõ Turcę, nõ Tartari: ſed ij tantũ qui credunt in Chriſtum, credũt inquam, & nõ faciunt voluntatẽ patris, qui in cœlis eſt: at-

Sola fides

que ideo non perueniunt in cœlum vnde colligitur, ſi modò verè dixit Chriſtus, vt dixit veriſſimè, quòd nemo neo-
Pſal.77. chriſtianorum intrabit in cœlum: ſiquidem nil niſi credũt,
Iere.12 & clamant tantùm, Domine domine: interímque operibus non exhibent, nec faciũt voluntatem patris. vnde quem alium ſperes exitum, niſi præproperè eos præcipites demergi ad inferos? Sunt enim ij ipſi, de quibus ait Dauid, Dilexerunt cum ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Prope es
Ioel.2 tu ori eorum, & longe à renibus eorum. ¶ Sequitur etiã ex
Rom.10. illis, quo pacto ſcriptura intelligenda ſit, quę aliquid ſecundum literam habet de fide aut inuocatione: quoniam in huiuſmodi locis non ſunt opera ſegreganda, neque excludenda: vt cùm ait propheta, Omnis qui inuòcauerit nomẽ do-
Abac.1 mini, ſaluus erit. Et vbi Paulus dicit, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Inuocatio hæc non ſolo ore fieri debet, ſed ex affectu cordis, confeſſione
Rom.10. oris, & proteſtatione operis. Sic etiam cùm inquit propheta, Iuſtus ex fide viuit. non intelligenda ibi eſt fides nuda, mortua, informis, & charitatis operibus deſtituta: ſed illa
Rom.10. quæ virtutibus vndique cincta, efficaciter operatur per cha-
Galat.5. ritatem: vt ait Paul⁹, Vos itaque chariſſimi, illa domini verba attendite bene, & erectis auribus mentis veſtrę expendite. Obſeruate etiã pſeudoprophetas iſtiuſmodi, qui veniũt ad vos in veſtimentis ouium. Obſeruate inquam hęreticos qui multa de euangelio dicunt, de Paulo plurima: neque tamen operibus quicquam repræſentant vel exhibent, nihil niſi ore paululum confitentes Chriſtianiſmum, neque operarij ſunt vel in minimo. Vos modo iſtiuſmodi impoſtores, imò ſeductores, neque audite, neque ſequimini, nec credite quicquam: ſed vt ingredi poſſitis cum omnibus electis regnum cœlorum, facite voluntatem patris cœleſtis, atque hîc gratiam, in futura autem vita gloriã conſequimini ſempiternam, Amen.

¶DOMINICA DECIMA POST PENTECOSTEN, EVANGEL. LVCAE 16.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illũ, quaſi diſ-
Matt.25 *ſipaſſet bona illius. Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ; iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe, Quid faciam, quia dominus meus aufert*

à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid fa ciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas. Cõuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo, Quãtum debes domino meo? At ille dixit, Centum cados oleĩ. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam, & ſede cito, ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis recipiãt vos in æterna tabernacula.

HOMILIA PRIMA.

NIhil eſt quòd ſaluari poſſimus, dilectiſſimi in Chriſto fratres, niſi per miſericordiam dei, id etiam cõfitente Auguſtino cũ ait, Si remota miſericordia iudicabitur, quid ſunt noſtra merita niſi magna peccata? atque hoc eſt quod ait Paulus, Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, *Auguſt.* Vbicunque enim non ſe immiſcet miſericordia iuſtitiæ di uinæ, clamare nos oportet cum Dauide, Non intres in iudi *Tit.2.* cium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quando itaque tantum in miſericordia dei poſitum eſt, imo & felicitas noſtra omnis inde pendet, *Pſal. 14.* hîc nos dominus admonet atque docet, quo tandem modo miſericordiam cõſequi debeamus: ſic nimirum, cùm etiam miſericordiam exhibemus proximis noſtris, ſicut parabola illa manifeſtè nos edocet: cùm ait dominus, Homo quidã erat diues. At quis ille diues eſt niſi domin⁹ Ieſus, qui diues eſt in cælo & in terra? diues inquam, quia plenus gratia & veritate, de cuius plenitudine omnes accepimus. Diues in *Ioan.1* miſerationibus, vt ait Paulus: ſiquidem in ipſo omnes theſauri ſapientiæ dei abſconditi ſunt. In omnibus & erga omnes eſt ille diues, qui inuocant ipſum. Et vſque adeo ille *Epheſ.2.* quidem eſt diues, vt quotidie tot hominum animantiúmque millia pauerit hactenus ſex millibus annorum: neque ei hucuſque defecerit quicquã, vt meritò dicatur omnipo- *Coloſſ.2* tens, ditiſſimus & ſufficientiſſimus, rectéq; celebrarit eum *Roma.12* Dauid dicens, Gloria & diuitiæ in domo eius. Verè enim verus Salomõ Chriſt⁹ eſt, de quo legimus, quia magnificatus *Pſal. 111* eſt in diuitiis & gloria ſuper omnes reges totius mũdi. *2.Par.9.*

¶ Homo hic diues villicum habuit, qui quemlibet deſignat Chriſtianum, qui in baptiſmo diſpenſationē ſuſcepit ſuiipſius, & proximi. Neque enim cogitet quiſquā ſe ſoli ſibi viuere, ſed curam habere debere etiam proximi ſui, quem adiuuet doctrina, exemplo & externa ſubminiſtratione, quæ

Villici ſumus. verè pia villicatio eſt. Quando autem nos villici tātùm ſumus, cogitemus nos bonorū noſtrorū dominos veros non eſſe, neque quicquam nos habere, quod iuſto titulo vendicemus nobis, ſed omnium nos diſpēſatores eſſe tantùm & villicos. Domini enim eſt terra & plenitudo ei⁹, orbis terrę

Pſal. 23 & vniuerſi qui habitāt in eo. Ecce dominum vniuerſorum, & cuius omnia ſunt propria, quorū nos vſum vix exiguum

Beda. capimus. Hinc, inquit Beda, ex hoc diſpenſatoris vocabulo diſcimus, eos quoque qui pecunias habēt, earum dominos non eſſe habendos, ſed tanquam alieni boni diſpenſatores. Quod ſi igitur nos quoque villici huius exemplo cogitaremus, breui villicationem à nobis auferendam, nóſque coram iuſtiſſimo iudice apparituros de reddenda ratione, minus ſuperbiremus, minus rerum humanarum & tempora-

Chryſoſt. lium cupiditate teneremur: plus conaremur parare nobis amicos illius vitæ, quā hîc diuitias corradere & aurum. Opinio quædam, ait Chryſoſt. erronea adgenerata mortalibus, auget crimina, minuit bona. Ea verò eſt, opinari quod ea quæcunque poſſideamus in vſu vitæ, poſſideamus vt domini: & ideo etiam opportunè ea apprehendimus, tanquàm bona præcipua: cum tamen contrario hîc modo agatur: neque enim poſiti ſumus in hunc mundum vt domeſtici, ſed aduenæ & peregrini. Tu itaque diſpenſatorem eſſe te agnoſce & villicum alienorum bonorum, tantúmque temporalis fructus participem. Abiice faſtum & atrogantiam diuitiarum, atque modeſtiam ſerua diſpenſatoris huius.

2 ¶ Quando igitur villici & diſpenſatores Chriſti ſumus omnes, ſicut de ſe & ſui ſimilibus ait Paulus, Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſterio-

1. Cor. 4 rū dei: quiſquis iam diuitiis ſuis abutitur contra ſummi domini volūtatem, is vtiq; de abuſu ſuo accuſabitur, ſicut hic villicus diffamatus erat, quaſi qui diſſipaſſet bona domini ſui. Porrò gloſſa quædam hîc ſic ait, Diſcipat bona tēpora-

Gloſſa. lia, aliena acquirendo, & propria illicitè exponendo, & bona propria malè retinēdo. Ita nos quoq; coram Deo accu-

ſamur à ſanctis angelis,qui ſemper vident faciem patris cæleſtis,& omnia opera noſtra annunciant. Quis autem ex omnium hominũ numero eſt,qui tam ſit immunis ab omni cogitatione peccati,vt dicere queat,ſe nõ eſſe diffamatũ apud deum?quãdo omnes nos in deo offendimus, adeò vt ſi dixerimus quòd peccatũ nõ habeamus,noſmetipſos mẽdacij arguamus,& veritas in nobis ſit nulla.¶ Porrò dominus ille & paterfamiliâs iuſtus eſt, neq; planè fidẽ præbet cõmuni famæ, ſed quod prædicabant omnes, idipſum in villico quoque experiri tẽtat. Quamobrem vocat eum ad ſe,& ait illi:Redde rationẽ villicationis tuæ:iam enim amplius nõ poteris mihi villicare.Neq; diſſimili ratione fecit etiã domin' in Sodoma & Gomorrha,quãdo dixit:Clamor Sodomorum & Gomorrhæorũ multiplicatus eſt, & peccatũ eorum aggrauatũ eſt nimis:deſcendam & videbo vtrũ clamorem,qui venit ad me,opere compleuerint, an non eſt ita vt ſciam.Quod vtiq; intelligi nõ debet eo modo,quaſi quicquam lateat deum,qui omniſcius eſt:ſed tãtũ loquitur ſcriptura de deo more humano,quoniam prius voluit probare quàm iudicare.Dũq; angelos ille miſit in Sodomam ad cognoſcenda peccata incolarum,exemplũ dedit iudicibus,ne nimiũ ſint in vindicta vehemẽtes:ſed bene & exactè prius diſpiciant omnia deliberent an ita vt narratur ſit factum: quemadmodum Nicodemus inquit, Nũquid lex noſtra iudicat hominem,niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?¶ Atque hoc eſt quod hic paterfamiliâs dixit villicco:Quid hoc audio de te? Vocatio hęc variis ſit modis:quoniã ſæpe & multum vocat,deus,iam horrorem incutiendo damnationis æternæ,iam immittẽdo tribulationes pericula & varia diſcrimina vitæ. Quotidie enim, inquit Chryſoſt. talia nobis per effectus clamat dominus,oſtẽdẽs fruentem ſoſpitate, priuſquam veſperacit exanimen, & alium inter prandendum expirãtẽ. Moueamur hinc nos talibus exemplis,& de reddenda ratione cogitemus, expectemusq; ſubinde dicturum nobis dominus, Redde rationem villicationis tuæ.Vocat etiam nos dominus per prædicatores,doctores,& ſcripturam ipſam, quando dicitur, Venite filij,audite me,timorem domini docebo vos.& iterum,Ad vos,ô viri,clamito,& vox mea ad filios hominũ.Sicq; quotidie nobiſcum loquitur deus per prophetas & apoſtolos,

Mat.18. *Iacob.3.* *1.Ioan.1.* *Gene.18.* *Auguſt.* *Ioan 7.* *Chryſoſt.* *Pſal.33.* *Pro.8.*

loquitur nobis in euãgelio, loquitur & per doctores & prædicatores in ipſa cõſciẽtia noſtra. Vis in modico ſaltem videre, quomodo villicũ ſuum vocat deus? Ecce iam olim in

Gene. 2.3 paradiſo diſpenſatorem cõſtituit dominus Adam, vt cuſtodiret & excoleret illud: cum verò præuaricatus eſſet iſte in villicatione ſua, vocauit eũ dominus, & ait, Adam, vbi es? Et abſcódit ille ſe, quãuis fruſtra: quoniã ſic quoq; reddere eũ oportuit villicationis ſuæ rationẽ, quã crediturus, primùm conabatur omnẽ culpam transferre in Euam, & Eua in ſerpentem: neq; Adam tamen, neq; Eua immunis à culpa fuit. vterq; etiam ideo à villicatione depoſitus eſt atq; detruſus in hãc miſeriæ vallem, cũ omni ſua poſteritate, in qua nos etiam iuſtiſſimo iudice volente adhuc miſerè lãguemus.

3 ¶ Ait itaq; ad villicũ dominus, Quid hoc audio de te? Sic, ſic inquam, vnũquenq; peccatorem corripit dominus, dum iſte malũ vel cogitat, vel loquitur, vel facit maléq; vi-

Sapien. 6. uit. Statim enim tũc ait ille: Quid hoc audio de te? Sic nãq; & Sapiens inquit, Data eſt à domino poteſtas nobis & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Deinceps ergo duo ꝓponit ei dominus: alterũ, vt reddat rationem villicationis: alterum, quoniã porrò nõ poterit villicare: quod vtrunq; ſi homo ex animo & mentis affectu recogitet, multa euitaret vtiq; vitia, peccata plurima caueret. Ecce enim expende quod dominus omnipotens ille & immenſus tibi dicit, Redde rationẽ villicationis tuæ. Scias te nõ ſummariã rationem, ſed particularẽ de maximis & minimis redditurum: atq; adeò de verbis etiam ocioſis, vt ait dominus, De omni verbo ocioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Proinde quicquid vel ipſe tecum, vel coram proximo tuo operaris,

Mat. 12. quicquid in animo tuo cogitas, quodcũque verbum loqueris, quicquid pro voluptate & animi tui voto, vel audis vel

Redde rationem. vides, fac rationẽ reddas villicationis. Dicet enim tibi dominus: Ecce bona mea diſſipas, iiſdem abuteris nõ poteris ergo amplius villicare, prope iam adeſt finis, tempus inſtat iudicij & reddendę rationis, quando timendum cuique eſt, ne ſibi dicat dominus. Expellã te de ſtatione tua, & de mi-

Eſa. 22. niſterio tuo deponã te. Recordare homo omnium operum tuorum & cogitationũ, redditurus enim es rationem omnium eorum, quę iam hodie deliquiſti, cogitando, loquen-

do & operando,atque per omnem vitam tuam.Redde, inquam,rationem, quoniam amplius non poteris villicare. Non eſt tamē quod cogites, deum cuiquam villicationem in hac vita auferre.ſiquidem quandiu quis hîc viuit,pœnitētiam agere poteſt de peccatis ſuis, dominóq; efficit villicus acceptus.Itaque de morte intelligendum hoc eſt:quoniam poſt mortem nullus erit meriti locus.& lignum quocunque cecidit,ibi iacet: ſicut iam ſuperius parte prima ex ſacrarum literatū teſtimonio cōfirmauimus aduerſus Lutherum.Et quãuis verbū hoc in vniuerſum ad omnes pertinet homines,tamē ad omnes mundi huius cōditiones referri poteſt,quomodo qlibet agricola aut ciuis nobilis,aut iudex, duces & principes reddere rationem iubentur & debent,religioſi itidem,preſbyter,parochi,prælati, epiſcopi, ſicut hîc de ſingulis ordinibus proponi poſſent quęſtiones quas vnicuique in medium afferet deus. Qui nobis quoq; gratiam ſuam donare dignetur,ne in hac ratione rei & culpabiles inueniamur. Res enim hîc noſtra agitur. vel de iferis, vel certè de purgatorio, Eſſéq; hanc expoſitionem veram ſatis teſtantur ipſa Chriſti verba,quum ait, Regnū cælorum ſimile eſt homini regi,qui voluit cum ſeruis ſuis ponere rationem:quam omnes nos facere tenemur. *Eccle.11.* *Fol.ca.9.*

4 ¶ Villicus autem iſte dixit intra ſe, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationē? Fodere non valeo, mēdicare erubeſco, Felix qui finem cogitat,felix, inquam, qui quotidie cogitat ſe moriturū. Melior enim eſt finis orationis quàm principium. Et quoniam probi immutãtur in hac vita,perpetuò viuēt in throno cæleſti. Atq; in hac parte prudenter egit villicus, quod finem diligēter cōſyderauit. Quomodo ait ille, Quicquid agis,prudenter agas,& reſpice finem. Siquidem & iacula præuiſa minus feriūt:ſed & neſcit ſtultus quod ad vincula trahatur, donec trãſfigat ſagita iecur eius. Deliberatio porrò villice i duobus cōſtitit, quorū neutrū ſibi erat acceptabile:alterū, quia fodere non poſſe:alterū quod emēdicato alere quidē ſe poſſet, ſed nō ſine grãdi pudore. Myſtico tamen ſenſu hoc Beda ſic exponit. Ablata villicatione,fodere nō valemus, quia finita hac vita,in qua tantū licet operari,nequaquã vltra bonę cōuerſationis fructum ligone deuotæ compūctionis licet inquirere. Mendicate,cōcluſionis eſt,illo ſcilicet peſſimo genere *Matt.25.* *Bernard.* *Eccle.76.* *Grego.* *Prou.7.* *Beda.*

Mat. 25. mendicandi,quo virgines illæ fatuæ mendicaſſe feruntur.
Prou. 20. ¶ Huiuſmodi mendicis nil datur. noluit enim, ait Salomõ, arare piger propter frigus, mẽdicabit ergo in æſtate, & nemo dabit illi. Quiſquis hic torpet ignauus neque quicquã vult boni operari, friget vtique dum feruore caret charitatis. Quilibet autem victum ſuum & vitam induet, vt amictum, quem nec exuere poterit, neque permutare. Solerter itaq; prudens iſte villicus hoc expendit, ſe fodere nõ poſſe amotum à villicatione: quoniã poſt hanc vitam nõ poterit amplius vel ieiunare, vel elemoſynas elargiri, vel inuigilare orationib⁹. Sed & mẽdicare illic vitio dabitur, quod hîc in terris honeſtiſſimũ eſt. Piũ eſt enim clamare ad virginẽ
Luc. 16. matrẽ, ſancta Maria, ora pro nobis Omnes ſancti, ꝓ nobis orate deũ. Illic autẽ nõ ſic, quoniã & diues iſte euangelicus cũ micas panis, quæ dabãtur canibus, hîc Lazaro negaſſet, fruſtra illic petiit ex Abrahã mitti ſibi Lazarũ, q̃dnã aliud audiuit, niſi iſtud: Fili, recordare q̃a tu recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nũc ille coſolatur, tu autẽ torqueris. Ecce quomodo cõfuſus eſt mendicus iſte, ſubitò ex diuite factus miſerrimus? Aut quis nõ meritò erubeſcat mẽdicare, vnde quis perpetuæ ſubiacet inopiæ & egeſtati? ſiquidẽ eo locorũ conſtitutus, nihil agit qui mẽdicat, bona petiit aliena, quiſquis non ſecũ affert propia. Idipſum Pau-
Galat. 6. lus quoq; docuit, admonẽs nos opera noſtra bona differre non debere, vel poſt mortẽ vſq;. Dũ tẽpus, inquit, habemus operemur bonũ ad omnes. ſic enim fiet, vt in reddẽda ratione melius habeam⁹ corã Deo in hora mortis noſtræ, & in iudicio extremo. Id quod nobis Chriſt⁹ ipſe cõcedat, Amẽ.

HOMILIA SECVNDA.

PArabolis aliquot ante hoc noſtrum euangelium docuerat dominus, ſalutem hominum pœnitentium deo angeliſque ſuis magno eſſe gaudio. Nunc autem docere aggreditur, quomodo qualẽſque ſe gerere debeant peccatores, qui conuerti velint ad dominum, vt rurſus recipiantur in conſortium vitæ æternæ: quod maxime fit pe eleemoſynam, quæ datur pauperibus, quos amicos nobis facere iubemur, inſtar huius villici diffamati coram domino de rebus ſuis diſſipatis, vnde cogitauit intra ſe, ne mendicaret. Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero, recipiant me in domos ſuas. Ecce prudenter ille hic fecit deliberans

de eo quod ageret:quomodo & Sapiẽs rubet, conſultò nos omnia facere debere.ſic enim futurũ, vt facti noſmet non pœniteat. Salubre itaq; hic ſibi cõſiliũ adiuenit, quomodo modicum exponeret & reciperet multum.ait, Vt recipiant me in domos ſuas: puta,quibus ego bene faciã.¶ Sic Ionatas petiit Dauidẽ,ſi viueret vt miſericordiam ſecum faceret dñi.Sic Raguel optauit Tobiæ, Dominus deus tecum ſit ſi li mi,optimi enim viri filius eſt.qui dat eleemoſynã. ¶ Sic quiſq; ſecũ deliberet,dum cogitat de morte ſua,qua villicatio ſibi auferetur,vt antea pondus & ſarcinam peccatorum abiiciat.remittat omnibus à quib⁹ ſit offenſus,magna eleemoſyna,magnóſq; ſibi comparet amicos,qui teſtimonium ſibi trbuant coram iudice,non verbis, ſed bonorum operũ declaratione.Et in hoc cõſilio exequẽdo nihil moratus eſt villicus,neq; (quod ferè ſit in imperij comitiis) bene conſuluit tantùm,& nihil efficit bonorum. Vocauit potius ad ſe omnes debitores domini ſui,&primo quidẽ dixit,Quãtum debes domino meo? At ille dixit,Centum cados olei. Quilibet parochus,& cui animarum cura demãdata eſt,id ipſum quoque faciat:conuocet in quadrageſima debitores domini ſui, ſinguloſq; etiam in priuata confeſſione ſcrutetur,dicat vnicuique,Quãtum debes domino meo? Quid pęccaſti?Narra ſi quid habes vt iuſtificeris. Sic Ioſue dixit ad Achã,Fili,do gloriam deo,cõfitere peccata, tua,& oſtẽde mihi quid peccaſti.Neque verò dei tantummodo,ſed & proximorũ noſtrorũ ſumus debitores: deo quidẽ debemus tãquã cõditori redemptoriq; noſtro,vnde bona omnia habemus cæleſtia,tẽporalia & corporalia,dicẽte Paulo,Quid habes quod nõ accepiſti?Sanus es,diues,formoſus, prudẽs, doctus,nobilis,aut dominus?omnia hæc ex deo habes.Vnde & hîc quidã per oleũ intelligũt ſpiritualia dona animæ, pura baptiſmũ eſſe,Chriſtũ induiſſe per fidem, ſperare vitã æternã pœnitere de peccatis.Omne id à deo. Oleũ eñ hoc eſt,ex quó in nobis ardet lumen diuinũ, & animus noſter illuſtratur lumine vero, quod omnes homines illuminat. ¶ Quando aũt primus hic cados olei dicitur debuiſſe cẽtũ, centenarius numerus perfectionẽ deſignat. non loquimur mathematicè,quia ſic eſſet numerus abundans,cùm omnes partes aliquotæ faciunt 117.ſed velut veteres Theologi loquuti ſunt,quia in cẽtenatio ſit tranſit⁹ à lęua ad dexteram

Eccl. 32. *2.Re.20* *Tob.7.* *Eſa.43.* *Ioſue.7.* *1.Cor.4.* *Ioh.1.*

Hieron. inquit Hieronymus in abaco manuali, cum modum ſuppu
Beda. tandi per articulos digitorum, deſcripſit poſt veteres Beda. Quam itaque ſpiritualia bona tantò corporalibus ſint potiora, quantò præſtat anima corpore, vt ait dominus, rectè
Luc. 12. dona ſpiritualia numerꝰ hic ſignificat cẽtenatius. Ex iis autem quæ deo debemus, magna pars ad proximum noſtrũ pertinet quem oportebat bonis exemplis, moribus & doctrina ſana per nos ædificatũ, ſicut decet nos facere. Hic ergo villicus remittit quidem, quãtum ſibi cum proximo ſuo
De quæ. intercedit, ſed debitum dei adhuc manet. Quod autem in-
euan. li. 2 quit Auguſt. de cẽtum cadis olei, quinquaginta ſcribi fecit
cap. 34. à debitore, & de cẽtũ coris tritici octoginta, ad nihil aliud valere arbitror, niſi vt ea quæ ſimiliter atque in Leuitas Iudæus quiſque operatur, vt in Chriſti eccleſia abundet iuſtitia eius ſuper ſcribarum & phariſæorum: vt cùm illi decimas darent, Chriſtiani dimidias dẽt: ſicut nõ de fructibus, ſed de ipſis bonis ſuis fecit Zachæus: aut vt minimum deci-
Exod. 22 mas det geminas, ſicq́, ſuperet Iudæos. Verùm hoc non ac
Luc. 19. cipitis, neque auditis vos libenter, ſat ſcio, quum vix ſemel
Leui. 27. decimas detis animo & affectu integro, eò quòd damnatã & diffidentem de deo iſtam concepiſtis (non omnes volo vos, ſed bonam tamen partem intelligo) opinionem, quicquid cultu diuino, templis & eleemoſynis impenditis, id omne non perire tãtùm, ſed vos quoq; eò minus habituros
De elee- creditis. Cõtrarium autẽ iam ſuprà edocti eſtis. Beda dein-
moſyna. ceps hoc ad ſolam refert eleemoſynam, inquiens, Niſi fortè
Beda. quis ſimpliciter accipiẽdum putet, quòd omnis qui indigẽtiam cuiuſlibet pauperis ſanctorũ ſubleuat, vel ex dimidia vel ex quinta parte, certa ſuæ miſericordiæ mercede ſit donandus. ¶ Equidem aliam adhuc inuenio expoſitionẽ, eamque ferè huiuſmodi, Quòd qui cados centũ debet, mẽſurã ſignificet miſericordiæ, quam ſibi homo retinet & nõ pauperibus erogat. Atque horum debitorum plurimi ſunt in mundo, diuites & opulenti, craſſi & obeſi, mercatores, prælati, cœnobia quoque multis bonis dotata, in quibus multi ſunt, qui immiſericordes, nihil adiuuãt pauperes neque cogitãt quod de bonis eccleſiaſticis ſcriptum eſt, Sũmmus ſa-
1. Mac. 3 cerdos oſtendit depoſita ad victualia viduarum & pupillorum, quædam verò eſſe Hyrcani Tobiæ viri valde eminentis. Verè autem ſic res habet, quòd quanuis omnes immites

durum ſubibunt in die nouiſſimo iudicium : tamen durius tractabũtur adhuc & inclementius,qui ex ſpiritualibus immiſericordes ſunt dare eleemoſynam . Atque hoc eſt quod erat anim' dicere, cados centum ſignificare debitum iſtud. Ait autem villicus, Accipe cautionem tuam, & ſede. Quòd etiam temere dictum nõ eſt,quoniam quilibet peccator accipere debet cautionem ſuam. Quæ quid obſecro aliud eſt, quàm ipſa conſcientia noſtra,præter quam nulla alia certitudine indiget deus,ſicut Paulus inquit, gentibus teſtimonium dare ipſam eorum conſcientiam. Cautioné hanc protulit etiam Sapiens,cùm diceret,Conſcientia tua ſcit, quoniam ſæpe aliis hominibus malè locutus es? Cautioné hãc omnes ſumere debemus in manus tempore quadrageſimę, cum confeſſuri ſumus. Sequitur , & ſede. Vt maximè aliâs ita hîc quoque potiſſimùm mora ſua cuique nociua eſt. Sic enim & Sapiens iubet, nos cunctari non debere cõuerti ad dominum. Subdit,& ſcribe quinquaginta:quod quid putas eſſe aliud,quàm ipſam peccatorum remiſſionem? Quinquageſimus enim annus iubileus eſt,ſicut dixit dominus , Numerabis tibi ſeptem hebdomadas annorum , id eſt, ſepties ſeptem,quæ ſimul faciunt annos quadraginta nouẽ:& clanges buccina menſe ſeptimo, decima dei menſis propitiationis tempore,in vniuerſa terra veſtra . Sanctificabiſq; annũ quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cũctis habitatoribus terræ tuæ. Ipſe eſt enim iubileus. Atq; hinc promanauit illud, quod annus iubileus etiã in eccleſia obſeruat' eſt ex quinquageſimo in quinquageſimũ. tãtiſper dũ terra malos homines nũc educat atq; pugillos,minuſq; lõgęuos,res trãſlata eſt ad annũ vigeſimũ quintum. Simili modo de remiſſione frumenti dicere potes. 3 ¶Id omne cùm innotuiſſet domino,laudauit ille villicum iniquitatis, quòd prudenter egiſſet. Non tamen laudauit in eo dominus infidelitatem,qua deceperat ipſum, ſed prouidentiam futurorum. Atque hæc illa regula eſt quam ex Chryſoſtomo ſuprà admonuimus,& hîc quoque habetur in Theophylacto , cùm ait,Omnis parabola obliquè & figurato modo, rerum quarundam naturam manifeſtat,non per omnia rebus illis aſſimilata propter quas aſſumpta eſt . Sequitur hinc alia regula,nõ requiri in parabola, vt omnes illius partes neceſſariũ ſit curioſiùs indagare,ſed quatenus apparent propoſito vti-

Abbates immiſericordes, taceo de tyrannis.

Rom. 2.

Leui. 25.

Theoph.

les & fini cõuenientes finis aũt eius parabolæ eſt, per eleemoſynam amicos ſibi comparare ad promerendam vitam çternam. Si quis autẽ vellet hîc vnum hoc cõſiderare, quod villic⁹ iſte dominum ſuum improbè decepit, ipſiuſq; bona aliis remiſit, quid hoc foret aliud, quàm ſemitã ſternere ad coruos & crucem malã? Voluit enim nos hîc docere dominus, vt diuitias nobis à deo datas, vltrò impẽdamus pauperibus, quos nobis per illas cõparem⁹ amicos. Quid multa?

Beda. laudauit, inquit beda, dominus villicum, quòd ſibi proſpe-

Auguſt. xit in futurum, ſed non omnia debemus ad imitandum ſumere. Non enim dominis nõ eſt facienda fraus, vt eleemoſynas inde faciamus: ſicuti neq; in vniuerſum faciẽda ſunt

Rom.2. mala, vt eueniant bona. Honorandus ſiquidem & colend⁹

Prou.3. deus eſt ex propria ſubſtantia, neque illi placet vel ſacrificium, vel eleemoſyna ex vſura & bonis malè partis: hoc quidẽ vult dominus, vt bona malè acquiſita, iis quorũ ſunt reſtituantur. ¶ Errant igitur vſurarij noſtri, qui vbi diu hominibus egregiè impoſuerint, maliſq; cõtractibus eos deceperint, modiũq; frumẽti, qui aliàs veneat aureis duobus,

Locus notabilis. ad paruulã dilationẽ vendiderint tribus. Quibus impoſturis accedit hęc noua, quòd ſi quis pauperculus pãnũ aut aliquid ſimile emptũ velit, cuius præciũ ſtatim diſſoluere nequear, cogatur diuiti vendere auenã, quæ nõdũ creuerit, dimidiato precio: quæ vſura certa eſt & indubitata cariùs vel viliùs propter anticipationẽ vel expectationem. Sũt iſtius generis & duriores etiam contractus innumeri, quibus pauperes à diuitibus ad ipſũ ſanguinem & intimas oſſium medullas vſq; laniãtur, corroduntur, deuorantur. Cũq; ſic bel-

Recõcilia tio fœnera torũ cum deo. luli & obeſuli diuites decẽ millia aureorũ vndecũq; per fas & nefas corraſerint, videntur ſibi deũ egregiè conciliaſſe, ſi crucifixi imaginẽ, aut montẽ Olıueti in monaſterio depinxerint & erexerint, vel ruinoſam antiqui parietis maceriẽ ſanctorũ imagũculis colliui curarĩt. Nõ ſic aũt, nõ ſic, nihil proderũt hæc vobis. Aut adeóne vultis vos huic accõmodare villico, qui nõ ob iniquitatẽ, ſed prouidẽtiã collaudatur? Non abſimile eſt, quod alibi dominus iudicẽ ciuitatis vni⁹ malũ, quẽ vidua inuocabat, cõparat iudici æterno deo no-

Luc.18. ſtro, nõ iniquitate, ſed quia ad inſtãtiã viduæ pronunciauit illis ius & æquitatem. Sicq; preces iuſtorũ etiã vindictã clamantiũ exaudit dominus. Conſtat igitur, vt tandẽ finiam⁹,

parabolas non ex omnibus ſuis partibus vſurpati debere, ſed quo ad finem tantum, qui hic eſt prouidentia, non iniquitas. Sequitur, filij huius ſeculi prudentiores ſunt in generatione ſua filiis lucis. filios huius ſeculi dicit eos, qui laudant omnia quæ in terra lucroſa ſunt, atque ij ſapientiores longè ſunt & diligentiores, quàm qui ſpirituales ſunt. Idq́; prohdolor, plus quam vellemus experimur in iis periculoſis tēporibus, quibus omnes pene homines diuitiis inhiant, honoribus incumbūt, vt qui maximè. Qui autem animarum curam, ſalutem & ædificationem promouere debe-rent, iſti altum & (quod aiunt) in vtranque aurem dormiūt. Aut quàm curioſi & expediti ſunt neochriſtiani in hæreſibus ſuis, in diſpergendis libellis & veneno ſuo diffundendo? Viciſſim catholicorum in veritate & in integritate fidei diligentia tanta, ſtudiumq́ue ſimile nullum eſt. Filij enim huius ſeculi ij ſunt, de quibus Baruch ait. Filij Agar, qui exquiſierunt prudentiam, quæ de terra eſt, negociatores terræ. Audiant, ait Beda, ſapientes huius ſeculi, vt ſtultam ſapientiam deſerant, quos dominus non verè prudentes, ſed in generatione ſua prudentes eſſe commemorat, de quibus dicit Propheta, Væ vobis qui ſapiētes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Contrà autem, amatores vitæ æternæ, filios lucis appellat. Sicut enim quiſque facit opera, ita & filius appellatur, non ſecus ac mali filij perditionis, & boni filij regni dicuntur.

Theoph. *Catholicí negligētia.* *res hæretícis.* *Bar. 3.* *Beda.* *Eſa. 5.* *Mat. 5.*

4 ¶ Concludit itaq; dominus, inquiens, Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Diuitias mammonam iniquitatis vocat, nō quòd ille in peccato ſemper (quànuis id frequenter veniat) acquirantur, ſed propter conſequentiam: quia plerunque non ſine peccato retinentur, magnæq; fiunt multorum peccatorum cauſæ. *Beda.*

Verè ſolicitæ tu cauſa pecunia vitæ es. *Prudenti*
Per te immaturum mortis àdimus iter.

Pudor per aurum ſoluitur, violatur auro integritas, pax occiditur, fides petit, leges & ipſe intercidunt. An quid aliud eſt aurum, niſi venenū gloriæ & princeps, vt ille ait, omniū malorum? hinc proditiones, adulteria, homicidia, & quid denique non? vt rectè mā̄monam iniquitatis appellarit dominus: vnde tamen amicos nobis comparare iubemur, pauperes nimirum & mendicos, vt ait Gloſſa, qui nos aliquādo *Pecunia.*

demortuos recipiant in æterna tabernacula. Regnum itaq; cælorum iubemur mercari ex pauperibus. Et nónne admirabilis & in omnibus ſtupendus eſt deus noſter, qui tanta ſapientia inſtituit omnia, vt qui in mundo ſunt contéptiſſi-
Mat.5. mi, maximum omnium precium & theſaurum vědere poſſint, vitam æternam? illorum ſiquidem eſt regnum cælorū, quod ab eis mercari debemus, & noſtra ſpōte largiter dare eleemoſynam: idque vt faciamus, vel vnum hoc magis nos vrgere debet, quód paratus eſt deus tam abūdāter illud nobis rependere. ¶ Vos itaque, chariſſimi, date pauperibus, & retribuet vobis dominus mēſuram, quam ſuprà in homiliis
De verbis Domini. de eleemoſyna audiſtis, Non id tamē ex bonis malè partis quiſquā tentet facere, ſicut ex Auguſtino iam ſuprà admonuimus. Nemo enim ex vſura, rapina aut furto eleemoſynā facere debet, ſicut ſcriptū eſt, Qui offert ſacrificium ex ſub
Eccle.34. ſtantia pauperum, quaſi qui victimat filiū in conſpectu patris ſui. & Salomō ait, Sacrificia impiorū abominatio ſunt coram deo, quæ ex peccato offeruntur. Quomodo autē res malè partæ ſint reſtituendę, ibi conſilio vtere docti & boni confeſſoris, neque aſſentatorē hîc tibi quęre, qui dicat pla-
Gerſon. centia, ſed veritatem ipſam. Certū eſt enim, quód poſt Gerſonem magni nominis Kayſerſpergius velut ex oraculo dicit, Plures pereunt auaritia, quàm vel gula vel luxuria. Auditis itaque hîc ipſam Chriſti vocem, eam ſequimini, Comparemus amicos nobis pauperes, vt viciſſim nos recipiant
Prou.19. in æterna tabernacula: deo enim fœnerat, quiſquis miſeratur pauperis. Huiuſmodi amicos vobis complures facite, quoniam in die nouiſſimo vocabit dominus iuſtos ad regnum cælorum, eò quód ſe famelicum cibarint, & ſitiētem potarint: & tunc illi nos recipient in æterna tabernacula. Quod omnibus nobis pręſtare dignetur deus, Amen.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM LVCÆ 19.

IN illo tempore, Vt appropinquauit Ieſus videns ciuitatem Ieruſalem, fleuit ſuper illam, dicens, Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent

uent te, & filios tuos qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidem ſu- *Mat. 24*
per lapidem, eò quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et ingreſ- *Marc. 13*
ſus in templum cœpit eiicere vendentes in illo & ementes, dicens illis, *Mat. 21.*
Scriptum eſt, quia domus mea domus orationis eſt. Vos autem feciſtis *Marc 11.*
illam ſpeluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. *Ioan. 2.*
Eſa. 56.

HOMILIA PRIMA.

Iere. 7.

QVod flente domino, inquit Gregorius, Hieroſolymo *Gregor.*
rum ſubuerſio deſcribatur, quæ à Veſpaſiano & Ti-
to Romanis principibus facta eſt, nullus qui hiſtoriã euer-
ſionis legit, ignorat. Fletus autem hic Chriſti, factus eſt in
ipſo die Palmarum, quando plurimus ei exhibitus eſt ho-
nor: quo docere nos voluit ille, ne inter gaudia obliuiſca-
mur malorum, quæ nobis occurrere tunc quoque poſſunt:
iuxta illud Sapientis, In diebus bonis etiam recordare ma- *Eccle. 11.*
lorum. Atque hoc eſt quod ſancti patres dicũt, ideo in do-
minica Palmarum legi in eccleſia paſsionem Chriſti, quo-
niam & ipſe dominus in mediis gaudiis perturbatus eſt, &
mœrore confectus. Nos iam textum ipſum aggrediamur.
Vt appropinquauit, videns ciuitatem. Mitiſſimus dominus
non ſolùm pedib9 corporis, ſed & cõpaſſionis in animo ap-
propinquauit, atq; id tamen totum fruſtra, quoniã vt maxi
mè diu appropinquet nobis dominus, nóſq; nõ etiã acceda
mus, nihil fit. Sic Iacobus ait, Appropinquate deo, & appro *Iaco. 4.*
pinquabit vobis. ſanè enim null9 in deo defect9, ſed omnis *Deut. 4.*
iſte in nobis eſt. Neque verò appropinquat ille tantùm, ſed
& fiet. ſiquidem nulla eſt alia natio tam grandis, quæ habet
deos appropinquãtes ſibi, ſicut appropinquat nobis de9 no
ſter. Appropinquat ergo dominus peccatoribus, volẽs om-
nes homines ſaluos fieri. ideóq; & per prophetam clamat, *1. Tim. 2*
Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. & per aliũ; *Zacha. 1.*
Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ. Nan *Eſa. 45.*
que, hoc eſt, quod credas cõſtanter: quia nullus pater ardẽ-
ter adeò diligit filium ſuum, illiúſq; profectum deſiderat,
vt deus cupit, quatenus nos filij ſui ab eo cõditi, creati & re
dempti, bene, piè & iuſtè viueremus. In eius rei argumentũ
dicitur hic nõ appropinquaſſe tantùm ciuitati, ſed & ſuper
eam fleuiſſe. ait enim euãgeliſta, Vt appropinquauit, videns *Gregor.*
ciuitatem, fleuiſſe ſuper illam. Fleuit pius redemptor ruinã
perfidę ciuitatis, quam ipſa ſibi ciuitas nõ cognoſcebat eſſe

venturam:ſicque condoles dominus dicit per prophetam.
Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontẽ lachryma rum,& plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Non riſu,quod ſanè in ſcripturis inueniatur, mitiſſim⁹ dominus,ſed ex rationalibus cauſis nõ ſemel fleuit,vt hic ſuper ciuitatẽ Hieruſalem,quæ nõ cogitabat malũ iamiã ſibi
Eſaiæ 1 imminens,vnde poterat ille dicere cũ Eſaia,Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicij?iuſtitia habitauit in ea,nũc aũt homicidę.Fleuit deinceps & in reſuſcitatio
Cyrillus. ne Lazari,qui fremitus proceſſit ex ei⁹ indignatione cõtra diabolum,cuius inuidia & ſuggeſtione mors intrauerat in orbem terrarum.Flebat ergo,quia fons erat pietatis,& pro parte humanitatis. In vniuerſum quoq; deplorauit cõmunem omniũ hominũ lapſum in cruce pẽdens . Sic enim ait
Hebr. 5. Paulus,Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationéſque ad eum,qui poſſit illum ſaluũ facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerẽs, exaudit⁹ eſt pro ſua reuerẽtia. ¶ Quò minus autem proprium ſuum exitum cogitabat ciuitas,eò magis dolebat Chriſtus,& dicebat,Si cognouiſſes & tu & quidẽ in hac die tua,quæ ad pacem tibi:ſcilicet cur ego lugeam,& tu fleres,ſicut de te dixit Hieremias , Plorãs
Thre. 1 plorauit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius: & non eſt qui cõſoletur eam ex omnibus charis ſuis.Fleret inquã, etiam nunc in illa die ſua,quę ad pacem ſibi, eò ꝙ quę futura erant latebant eam. Videbãtur etenim Iudęi iam omnia ſuperaſſe,ſi modo inuidię ſuæ virus effudiſſent in dominũ, ipſumq; occiderẽt. verùm id omne gaudiũ prouenit eis ad
Prou. 18. ſummũ mœrorem:iuxta illud Sapiẽtis,Riſus commiſcetur dolorib⁹,& nouiſſima gaudij obruit triſtitia Atque hoc eſt
Luc. 23 quod dominus loquutus eſt mulieribus,dicẽs, Nolite flere ſuper me,ſed ſuper vos ipſas flete , & ſuper filios veſtros: quoniam ecce dies venient in quibus dicent Beatę ſteriles, & ventres qui nõ genuerunt,& vbera quæ nõ lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus,Cadite ſuper nos:& collibus,Operite nos.¶ Et ſic quidem etiam hic dolenter collachrymabatur domin⁹ ciuitati,præ multitudine peccatorũ, ſeipſam cognoſcere nõ valẽti,atque putãti ſe ſemper habituram pacẽ in peccatis, quod fieri nõ poteſt. Deus enim domin⁹ eſt vindictę,& vlciſcetur ſe ſtatim:quoniã quũ dicẽt,
1. Theſ. 5 pax & ſecuritas,repẽtinus eis ſuperueniet interitus . O quã

multis locis hoc cõtingit. Tu hoc quoque vt voles extẽde.
1 ¶Iam porrò horrendum magnificæ vrbis excidium deſcribit dominus, idque per hæc quinque,
1 Circundabunt te inimici tui vallo.
2 Coanguſtabunt te vndique.
3 Ad terram proſternent te.
4 Et filios tuos qui in te ſunt.
5 Non relinquent in te lapidem.

¶Quę omnia magnam vrbis mutationem ſignant: quoniã tunc extra ciuitatem crucifixus eſt dominus, teſte Paulo. Nunc verò vrbs tota ſic extructa eſt, vt locus Caluariæ, ipſumque adeò ſepulchrũ Chriſti, ſint in vrbe, totamque conſtet illam antiquam Hieroſolymam dirutam, ſoloque eſſe æquatã. Quomodo principes Romani, quàm ægrè obſederint vrbem, tribus aggeribus circundederint, quãtis in periculis bellorum, famis & peſtis fuerint Iudæi, quã crudeliter trucidati, capti & venditi, Ioſephus ipſe quoque Iudæus natus, qui in eodem bello fuit, iuſtis ſeptem voluminibus deſcripſit. Tempore nãque paſchali cœpta eſt vrbs oppugnari, quãdo erat pleniſſima in cõuentu omnium Iudęorũ, quo nomine vehemẽtior efficiebatur obſidio. Int' enim fames, & inter ciues factio & ſeditio erat: exterius hoſtilis & cruẽtus graſſabatur gladius, vt rectiſſimè ſic dicere poterãt illud Danielis, Vndiq; mihi anguſtia, & quò me vertam? neſcio. Prædixerant enim iã olim illud prophetę, ſed obſtinati Iudei credere recuſabant: ſicuti nunc quoque Neochriſtiani credere nolũt, neque agnoſcere prophetias Danielis Chriſti Pauli & Petri, dum abrogant ſanctum miſſę ſacrificium. Eſaias prædixerat, Terra veſtra deſerta ciuitates veſtræ ſuccenſæ ſunt igne. Regionẽ veſtrã corã vobis alieni deuorãt, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtilli, & derelinquetur filia Siõ vt vmbraculũ in vinea, & ſicut tuguriũ in cucumerario, & ſicut ciuitas quę vaſtat̃. Ita excidiũ hoc etiã Micheas prædixit, inquiens, Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem quaſi aceruus lapidũ erit, & mõs templi in excelſa ſyluarũ. ¶Nãque quũ iam Romani vrbem totã funditus euertiſſẽt, qui adhuc reliqui erant Iudæi, rurſus cœperant ædificare illam: & ſuperuenit Ælius Adrianus, & iterum diruit quicquid erat extructum, oppidumque ibidem ędificauit, atque à ſuo nomine Æliam dixit, authore Hieronymo. Hoc etiã

Beda. *Hebre.3.* *Ioſephus.* *Danie.13* *Eſa.1.* *Mich.3.* *Hier. de loc. hebr.*

Eſa. 5. eſt quod Eſaias, iuquit, Habitatores Hieruſalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineã meam: auferam ſepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in cõcul cationem: & ponam eam deſertam non putabitur, & nõ fo dietur, & non aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ, & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem. Id omne ſub ænigmate & prętextu vineæ prædixit propheta de vrbis huius excidio, quoniã ibidem ſequitur, Vinea domini exercituum dom' eſt Iſraël. Superſedeo cæteris prophetarũ vaticiniis, quoniã ſunt innumera. Neq; vos, credo latet, quomodo oſtendentibus Chriſto diſcipulis ſtructuram templi, di-

Mat. 24 xit ille ad eos, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, nõ relinquetur hîc lapis ſuper lapidẽ, qui nõ deſtruatur. Quæret autem non abs re quiſpiã, quid hic de chriſtianis actum ſit, quorũ vtique multi per apoſtolos & diſcipulos Chriſti à Iudaiſmo conueſi ſunt, ſicut & Lucas de octo milibus ſcribit?

Act. 2. 4. Reſpondetur, Chriſtianos in hac anguſtia & perſecutione non eſſe deprehẽſos. Refert enim Euſebius chriſtianos, qui

Li. 3. c. 3. tunc erant Hieroſolymis, admonitos eſſe diuinitùs, vt ſece derent vltra Iordanẽ in ciuitatem Pellã, vt cùm ſeceſſiſſent ex vrbe boni, Deus peccatricẽ ciuitatẽ magis puniret Ioſephus etiã ſcribit, quod quũ in nocte Pentecoſtes ſacerdotes ingreſſi eſſent templũ ad cultum Dei peragẽdũ, primũ audierunt ſonitũ, deinde vocẽ dicentem, Migremus hinc Prę terea Ieſus quidã fili' Ananiæ agricola, quatuor annis ante excidiũ cõtinuè clamauit per vniuerſam ciuitatem, Vox ab ortu, vox ab occaſu, vox à quatuor vẽtis, vox in Hieruſalẽ, vox in tẽplo, vox in omnẽ populum, Væ, væ, væ Hieruſalẽ. Sicq; clamauit ille continuè, & in magnis feſtiuitatib' maximè, ſine vlla raucidine vocis. Quumq; in obſidiõe ſuper murũ circũiẽs clamaret aſſiduò. Vę ciuitati. vę tẽplo, vę populo, & ad extremũ diceret, Vę mihi, lapide ictus occubuit.

5 Multa poſſent hîc de immẽſis ærũnis hui' excidij dici, niſi nimis longũ id foret: & tamen ſub breuitate libet de fame, ſicut & Euſebius fecit, potiora tranſcurrere, reliquâſque belli & cõflictus mutui miſerias miſſas facere, vnde cogno-

Li. 3. c. 4 ſcatis quãtũ ſcelus ſit & peccatum occidiſſe Chriſtũ, quamobrem meritò tãto ſupplicio puniuit illud De'. Diuitibus,

Ioſ. lib. 3. inquit Ioſephus, nihil intererat ſiue viuerent ſiue occiderẽtur: ſi enim viuebant, accuſabãtur pro iis, qui defectionem

meditarentur & pararent ad Romanos, vnde occaſio dabatur illis bona omnia auferendi. Quumque iam nullibi palã eſſent frumenta, milites irruptionem faciebant in ędes diuitum: & ſi quid inueniebant, rapiebant ſtatim: ſi nihil, tamẽ affligebãt homines, quaſi qui abſcondiſſent ea ne cõmunicarent aliis, clamabant ipſos tãdiu ſine cibo viuere nõ poſſe. Nonnulli omnem ſubſtantiã ſuam expendebãt pro vno modio frumenti. ſeque cõcludebãt priuatim in penetralia ædium, & quod habebant veluti furtiuum commedebãt ſemicoctum. Miſerabilis omnino hęc rerũ omniũ facies erat & aſpectu infœlicis eſcæ: quiſquis enim potentior erat & pauló robuſtior, cibum rapiebat vbicũque inuenerat·nulla hîc verecundia, reuerentia nulla fuit: vxores maritis, liberi parentibus, ipſæq; adeò matres filiis ſuis eſcam abripiebant ex ore, ita vt liberi in conſpectu parentis cõciderent moribundi. Quid quòd nemini facilè licebat priuatim mãducare? quoniam quaſcũq; fores cernebant latrones clauſas eas effringebant: & irruentes quærebant cibum, inuentumque vi abripiebant: neque in hoc ſenibus parcebatur, neque mulieribus. Milites inſuper negãtes ipſis hominibus cibũ, prę acutis & validis acubus pungebant loca genitaliũ, vt extorquerent eſcam. Quòd ſi quis magno vitę periculo extra vrbem clàm perueniſſet, decerptiſq; oleribus vix hoſtiũ man' euaſiſſet, & rurſus veniſſet in vrbem: quicquid ingenti diſcrimine vix tandẽ abripuit, id omne ei rurſus auferebatur.

Miſeranda Hieroſolymorũ obſeſſio & expugnatio.

¶ Vſqueadeo etiam inualuit fames, vt vndique plateæ omnes plenæ eſſent cadaueribus mulierum & infantum atque puerorum: ſenes quoque expirabant palàm in plateis, iuuenes vix ſufficiebãt iam fingendis greſſib', ita exhauſtis viribus erant. Qui etiam robuſtiſſimi ſibi videbantur, & bene adhuc viuere, itidem nõ ſufficiebant, deficiẽte iam libitina ſepeliẽdis iis qui ſibi erant chariſſimi. in quo etiam opere multi iuuenti, dum cadauera ſuorum cõgerunt, moriuntur: quidã in ipſa via cadauer aliquod ſublatũ vix humeris ferentes, corruebant ante mortui, quam terram contingerẽt. Quid multa? lachrymis erãt oĩa plena, plena omnia mœroribus, quando nihil vndiq; erat niſi ipſiſſima mortis imago. Crudeliores erãt in hoc ſpectaculo latrones: ſiquidẽ & monumenta luſtrabãt, & cadauera ſpoliąbãt, quædã etiam ſemimortuo occidebãt penitus, gladios ſuos hoc modo ex-

perientes. Erant hîc qui occidi ſe poſtulantes, impetrare nõ poterãt, Multa quoq; mortuorũ cadauera proiiciebant extra vrbem, ita vt iſtis implerent foſſas: cuius tragœdiæ miſertus Titus ipſe imperator, ſublatis in cœlũ oculis, dicebat cũ gemitu, teſtem te in inuoco Deus, quòd nõ eſt hoc opus meum. Ad extremũ tanta erat fames, vt in tota vndique ciuitate de cibis cõtétio eſſet, emortua iã innumerabilis hominũ multitudine præ fame, adeò vt Mãnetus Iudæus quidam, qui Romanis ſe dedidit, dixerit à decimoquarto Aprilis vſq; ad primũ Iulij, elata per portam cadauera hominũ cétũ quindecim milia & octoginta. Verũ deinceps qui reliqui ſuperfuerũt nobiles, retulerũt vltra ſexies cétena milia elata eſſe extra portã, pręter eos qui aliâs mortui fuerãt. Vrgebãtur inſuper quę vix fas eſt loqui aut credere, homines mãducare coriũ, calceos, pelles fœnũ quoq; & iis multò deteriora nõ abhorrebãt. ¶ Ioſeph' quoq; ſcribit quoddam inauditũ & inhumanũ. Mulier quędã nomine Maria, filia Eleazari, diues & nobilis, nata ex vrbe Bathecor citra Iordanem, ea quoq; Hieroſolymã confugerat hãc infœlicẽ obſidionẽ, fameq; præualeſcente, cũ quid coquebat irruentes milites ei auferebãt, qua re cõmota & percita furore, ad facinus vrgebatur, quod & ipſa aduerſatur natura: & ſi vera ſunt quæ referũt veteres, ſol quondã hic ipſe, qui omnia videt, videre exhorruit, lactentem adhuc habebat infantulum, eum elatum ad oculos ecce inclamat, O infœliciſſimæ matris filiole, multò infœlicior, cuinam te ſeruabo in tãto bellorum impetu, in fame & ſeditionibus? Quòd ſi te ſino viuere, ecce ſeruus Romanorum efficieris, nũc autem fames præuenit ſeruitutẽ. Ad hæc qui ſeditiones mouét in ciuitate, magis furioſi ſunt q̃ ipſi hoſtes, mihi itaque cibus eris, ne aliis eſca fias, vt ſeditioſis iſtis furorẽ augeas, vt nos fabulã facias vniuerſo generi humano. Simulq; cum iis verbis filium illum ſuũ interemit, alteramq; corpuſculi partem coxit, alteram abſcõditam ſeruauit. Interea dum hęc fiunt, ecce milites accurrunt, nidorem ſequuti, mulierem increpãt, & minantur mortem, niſi proponeret quod eſui paraſſet. Et ſtatim reſpõdit illa, ſe bonam partem eis ſeruaſſe, atque cũ hoc reliquam pueri partẽ propoſuit: qua viſa exhorruerũt ſubitò, & velut obſtupuerũt. Mater autem ſubiunxit, Verè hic filius erat meus: de iis ipſis carnibus egomet mãducaui,

Li.6.c.11 — *Mortui.* — *7. cap. 6.* — *Mulier prolẽ comedit.*

& vos itaque comedite. Quid horretis? quid veremini? Verùm ipſi cum tremore & horrore abierunt. Numerum omnium occiſorum facit ille vndecies centena milia. Captiuorum autem infra annos ſeptemdecim, ſupra nonaginta millia: & innumerabilis multitudo adhuc extitit eorũ, qui partim venditi, partim ad metalla ſunt condemnati. Hæc, hæc nimirum ſunt illa ſpectacula, dilectiſſimi, quæ hîc Chriſtus deplorauit ſimul & prædixit. Neque abſimile eſt, quod alibi dixit apud Lucam, Cum autẽ videritis circũdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius: tunc qui in Iudęa ſunt fugiant ad mõtes: & qui in medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, nõ intrent in eam: quia dies vltionis hi ſunt: vt impleãtur omnia, quæ ſcripta eſſent, Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tẽpora nationum. Nos iam rogemus dominum, ne peccata noſtra viſitet in acerbitate virgæ, ſed gratiã nobis ſuã concedat, vt pœnitentiam agentes de peccatis noſtris, vitã conſequi mereamur æternam, Amen.

Captiui mortui.

Luc. 21

HOMILIA SECVNDA.

Dominus hoc euangelio prædixit horrendum & miſerabile magnificę præclaræque vrbis Ieroſolymę excidium: neq; id ſolo verbo, ſed extremo etiam ſigno, quia lachrymis in hoc profuſis. Rationes autẽ tantæ cladis non in vna vrbe tãtũ, ſed & vniuerſa regione deuaſtata quoque indicauit hîc dominus, dicẽs: eò quòd non cognoueris tẽpus viſitationis tuę. Vbi loquitur de ſuo tẽpore, quo iã venerat ipſe viſitare eos, ſicut ait Zacharias, Per viſcera miſericordiæ dei noſtri, in quib⁹ viſitauit nos oriẽs ex alto. Atq; hæc ipſa iam erat plenitudo tẽporis. quando miſit deus filiũ ſuũ in mundum, tempus illud beneplaciti, vt ait Dauid, quod etiam manifeſtè & apertè adeò prædictum eis fuerat, vt tergiuerſari non poſſent, ita prophetę omnes aduentum Meſſiæ præcinuerant, ita ſignum certum eius temporis oſtenderat patriarcha Iacob, ita Daniel etiã annos connumerauerat vnde facilè tempus huius viſitationis cognoſcere potuiſſent. Verùm adeò iſti erant inuidia, odio, ſuperbia &

Lucæ 1

Galat. 4.

Pſal. 68.

Gen. 49

Danie. 6.

auaritia obcæcati, vt illi nec cognoſcerēt, neq; intelligerēt. Quamobrem loquutus eſt dominus quoque ad eos, Hypo-
Luc.12 critæ, faciē cœli & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobis ipſis nō iudicatis quod iuſtum eſt? Atque, hoc eſt, quod per prophetā
Iere.18 cōqueritur, dicens, Miluus in cœlo cognouit tempus aduētus ſui, turtur ſimiliter, hirundo & ciconia, populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quia itaque grauiter peccârūt iſti in domino, graui ſupplicio affecti ſunt, ita vt nunquam tanta plagarum omniū multitudo venerit ſuper eos, imo nec alibi quoque ſuper aliquem vniuerſi mundi populū, iam inde à conditi orbis exordio. ¶Hinc diſcendum nobis eſt, ꝙ quanuis hominum miſeriç, fragilitas, ſupplicia etiā & damna ex naturalibus interdum cauſis proueniant, vnde & naturæ dominus cōmendatur: neque id propter peccata fit, cuius rei apertum teſtimonium ipſa nobis Chriſti verba exhibēt, quando interrogabant eum diſcipuli de cæco nato, ipséne peccaſſet, an parentes eius: reſpōdet
Ioan.9 ille neq; cæcum neq; parentes eius peccaſſe, ſed vt manifeſtetur gloria dei in eo. Tamen nonnūquam etiam hoc permittit dominus ad bonū hominis alicuius, vt ſic ille abſtineat à peccatis, vitámque ſuam emēdet Sic permiſit ſtimulo carnis vexari Paulum, ne reuelationū magnitudine ela-
2.Cor.12 tus ſuperbiret. Sic populos aliquot reliquos permiſit deus,
Iud.3 qui aduerſarentur Iudæis, quo experiri ille voluit, num Iudæi ſeruarent mandata ſua. Sic multi infirmitatibus corripiuntur in bonum, qui ſi ſani permanerent, damnari poterant in peccatis ſuis. Multi pauperes fiūt aliâs in diuitiis perituri. Plerique ante tēpus moriuntur, qui ſi ſuperſtites manerent, vitam viuerent perditam, & damnarētur. Quapropter nemo nimirū dolore debet de morte filiorum ſuorū: quoniā ſic ait Sapiēs, Raptus eſt, ne malitia mutaret intel-
Sap.4. lectum eius, aut ne fictio deciperet animā illius. Multos in prima infantia deus vocat ad gloriā, qui ſi vixiſſent, & gratia dei excidiſſent & gloria. Neque eſt tamē, ꝙ paruulis ſimiles habeantur exequiæ, vt iis qui matura moriūtur ætate, quoniam ampliori interceſſione non egēt, ſed vt gratiæ agātur deo, qui animas eorum æterna felicitate donauit, in quo nemini dubium eſſe debet. ¶Fit quoque vt permittat deus aduerſitatibus aliquem vexari, ad probandum eum &

meritum ipſius augẽdũ,ſicut Iob omni miſeriæ & infelici- *Iob.1*
tatis genere circundatus fuit in bonis ſuis,in liberis,in ipſo
quoque corpore ſuo:quę omnia meritũ ipſius maximũ fa-
cêre.Atque hoc modo Raphael Tobiæ dixit,opus fuiſſe ad *Tob.12*
hoc,vt acceptus fieret domino deo quatenus tentatio eum *Act.14*
probaret.Ita Paulus per multas ait tribulationes ingrediẽ- *Hebr.12*
dum nobis eſſe regnum cœlorũ. Idque Deus ex mera dile- *1.Cor.11*
ctione facit,quum quem diligit,caſtigat, & flagellat omnẽ
filiũ quẽ ſuſcipit:ſicq; quãdo iudicamur,& à domino corri
pimur,nõ cũ hoc mundo cõdénamur. Atque de huiuſmo-
di caſtigatiõe,quę homini in bonũ cedit,hîc nõ loquimur.
2 Neq; rarò autem ex peccato venit huiuſmodi pœna &
tribulatio,idq; in totis prouinciis, in oppidis in priuatis ho
minibus.Eius rei tota vndique ſcriptura plena eſt teſtimo- *Geneſ.3*
niis.Et mitto hîc quomodo ſępius in veteri teſtamẽto gra-
uiter interminat⁹ eſt dominus Iudæis ſupplicia magna,nõ
ſeruãtibus mandata ſua,vt in libro iudicum & alibi.Exor- *Gen.4*
diamur autẽ ab homine primo,& ecce illũ videm⁹ propter *Gen.7.*
peccatũ eſſe è paradiſo expulſum. Filius ei⁹ Cain, profugus
factus eſt & tremulus per omnem vitã ex fratricidio. Vni *Gene.11.*
uerſum quoq; mũdum aquis diluuij perdidit Deus propter
peccatum,exceptis Noe & qui cũ illo erant.Pèccatũ quoq;
cauſa vnica fuit diuiſionis linguarum in ædificatione turris
Babylonicæ.Atque ſic deinceps vſque ad excidium Hiero-
ſolymæ,quod etiam factũ eſt propter iſtud ingens peccatũ
crucifixi & occiſi filij Dei.O domine Deus, quãdo noſtra
quoq; peccata maxima ſunt, clemens & propitius nos cõ-
uertere:neq; flagellis nos viſita iracundię tuæ,ſicut intermi *Leui.18*
natus es in legę Gẽtes quas eiiciam ante conſpectũ veſtrũ,
&quib⁹ polluta eſt terra,cuius ego ſcelera viſitabo,vt euo-
mat habitatores ſuos.Et iterum per os Dauidis,Viſitabo in *Pſal.88*
virga iniquitates eorum,& in verberib⁹ peccata eorum.Sic
Moyſes increpauit Iudęos,Quare vos tranſgredimini ver-
bũ Dei,quod vobis bene non ſuccedet?Sic Iob quoque di- *Iob.4*
xit,Recordare obſecro te,quis enim vnquã innocẽs periit,
aut quando recti deleti ſunt?Quin potius vidi eos qui ope
rantur iniquitatem,& ſeminãt dolores, & metũt eos, flan-
te Deo periiſſe.Non ignorabant hoc iudæi,quando ex ca-
ptiuitate Babylonica liberati redibant in terrã ſuam,atque
hoc modo quicquid obuenit nobis, propter opera noſtra

mala ſit nobis. Vos itaque chariſſimi, videte ne peccetis: ꝙ
ſi autẽ peccaueritis, ſtatim declinate per pœnitentiam: aliàs
enim impune vobis nõ licebit peccare, niſi ipſi peccata ve-
ſtra corripiatis per pœnitẽtiã. Quoniam peccatores cõuer-
tentur in infernum, omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deũ,
Pſal. 9 inquit Dauid. Et iterum in alio pſalmo, Retribuet eis ini-
Pſal. 93. quitatẽ eorum, & malitia ſua diſperget illos domin⁹ Deus
Pſal. 10. noſter. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, ſulphur, ſpiri-
1. Pet. 3 tus procellarum, pars calicis eorum. Quoniam iuſtus domi
nus, & iuſtitia dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Petrus
etiam, Vultus inquit, domini eſt ſuper faciẽtes mala, vt per-
dat de terra memoriam eorum. Quid autem ſingula con-
quirimus, quando plena eſt omnis vndique ſcriptura, quod
Deus affligit malos, & punit? Vóſq; adeò ne dubitetis, quin
ille non feret impune Neochriſtianis tantas blaſphemias,
niſi per pœnitentiam deleuerint. Quod faxit Deus, Amen.

3 Sed cogitaret aliquis intra ſe, Primùm, quomodo cõue-
Cur Iudæis bellũ motum. niat quod nos diximus Hieroſolymã dirutam eſſe propter
peccatum interempti filij Dei, cũ eo quod Ioſephus refert
Romanos expeditionẽ illam mouiſſe aduerſus Iudæos, ob
eorum inobedientiam & cõtumaciam, atque defectionem
à regno Romanorum, ſicut apertè teſtatur oratio Agrippæ
Li. 2. ca. 16. ad Iudæos. Deinde, quũ deuaſtatio hæc quadrageſimo de-
mum anno poſt Chriſti paſſionẽ ſit facta, bona vtiq; pars
eorum, qui Chriſtum crucifixerant, iam interierat demor-
tua? Ad ſuperius illud reſpondeo, quãuis Romani id omne
ob ſuum commodum fecerint, ſupremus tamẽ ille domin⁹
omnium, totiúſque mũdi moderator, pro ſua voluntate di-
ſpoſuit ex alia cauſa: ſicuti quum Nabuchodonoſor magna
dominandi libidine ductus, Iudæos captiuos abduceret in
Punit de⁹ alia cauſa quàm homo. Babyloniam, non aliud conſiderabat, quàm vt ampliſſimã
acquireret poteſtatem: & tamen Deus in hoc diuerſa ratio-
ne vſus, Iudæis commeritam infligebat pœnam, ad eã exer-
cendam concitauit Nabuchodonoſorem, tanquam inſtru-
mentum, organum & virgam furoris ſui. Quanuis quum
iam ſatis virga vſus eſt dominus, ipſam quoque proiicit in
ignem, id quod teſtatur apertè per Eſaiam: Væ Aſſur, virga
furoris mei & bacul⁹ ipſe eſt, in manu ei⁹ indignatio mea.
Eſa. 10 Ad gentem fallacem mittam eum, & cõtra populum furo-
ris mei mandabo illi vt auferat ſpolia, & diripiat prædam,

& ponat illum in conculcationem,quaſi lutum platearum. Ipſe autem non ſic arbitrabitur. Et ita deinceps, Erit cũ impleuerit dominus cuncta opera ſua in mõte Sion & in Hierusalem,viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur. Ecce quomodo per virgam Aſſur affligit Iudæos Deus: quanuis Aſſur aliã ob cauſam perſequebatur eos. Ideoque deus tandem Aſſur etiam affligit, vt inquit Sophonias, Extendet manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur. Sic iã Turca nobis Aſſur, deo autẽ virga eſt, qua affligitur Chriſtianitas, ſic tamen, vt denique etiam virga præcipitetur in ignem: vt ait Exechiel, Mucro mucro, euagina te ad occidẽdum: reuertere ad vaginam tuam, in loco in quo creatus es: in terra natiuitatis tuę iudicabo te, & effundã ſuper te indignationem meam, in igne furoris mei ſufflabo in te. Ita hîc, quanuis Romani diuerſa ratione ducti ſunt, deus tamẽ illis pro virga vſus es furoris ſui. Id quod nunc quoque videmus euenire quotidie, vt deus nonnullos affligit per malum quempiam, ſed & hunc tandem ſinit interire. Ad alteram quęſtionem reſpondemus, verũ eſſe, bonã partẽ eorum qui Chriſtũ occiderant fuiſſe demortuã, ſed tamen dicimus aliquãdo deum velocem eſſe ad affligẽdũ: ſicut fecit in deſerto, vbi abhuc eſcę eorum erant in ore ipſorum, & ira dei aſcẽdit ſuper eos, atq; occidit pĩgues eorũ, & electos Iſraël impediuit. Aliâs quoq; differt vindictã, ſic veteres dicebant deum pedes habere laneos: ſic Valeri⁹ inquit, Lento quidẽ gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, ſed tamẽ tarditatẽ ſupplicij grauitate cõpẽſat. Quò longiùs enim differt, hoc grauiùs punit dominus: lõganimus tamẽ eſt & multũ miſericors, ſæpe diutiſſimè expectans, an quis conuertatur. Ait Dauid, Miſerator & miſericors dominus, lóganimis & multũ miſericors, non fecit nobiſcũ ſecundum peccata noſtra, neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuit nobis. Atque hoc eſt quod Paulus inquit, An diuitias bonitatis dei & patientiæ, & lõganimitatis contemnis, ignorans quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? ſecundum autem duritiam tuã & impœnitẽs cor, theſaurizas tibi iram in die iræ. Idipſum & propheta cognouit, quũ diceret: Ideò expectat dominus vt miſereatur veſtri. Vbicunq; ergo emẽdatio nulla eſt, iniquitatẽ patrum viſitat dominus in tertiã aut quartam generationem. Et ſic quãdo liberi iniquitatem patrũ

Soph. 2
Eze. 21
Pſal. 77.
Valerius.
Pſal. 102
Roma. 2.
Eſaia 30
Exod. 20

parentúmque ſuorum velut hæreditariam ſibi attrahunt & vſurpant,atque nonnunquam maioribus ſuis fiunt deteriores,non aliud eos manet ſupplicium,quàm quo hinc Iudęi ſunt affecti:in quibus tamen vſque adeo nihil profectũ eſt, vt in hunc vſq; diem non deſinant exacerbatũ ferre odium aduerſus Chriſtianos,q̃d iam olim cõceperunt in Chriſtũ,
Act.5. dum crucifigerẽt illum.idipſum enim perpetuò deinde ex-
Act.7. acuerunt velut gladium acutũ aduerſus omnia Chriſti mẽ-
Act.12. bra.Petrum enim & Ioannẽ virgis ceciderunt, Stephanum
Act.14. lapidarunt,fratrẽ domini Iacobum gladio occiderunt,rur-
2.*Cor*.11. ſus Petrum vinxerũt,Paulum lapidibus obrutum pro mortuo extra portas pertraxerunt,ſæpius virgis ceciderunt,neque ſemel mortem intentarunt. Vſque adeo Chriſtum totum per ſingula membra interficere ſemper conati ſunt, ſubinde ſuis exemplis maiorum ſuorũ facinora pro bonis approbantes,qui ſi Chriſtum habuiſſent, & ipſum quoque crucifixiſſent.Vt iam meritò deſinamus mirari,ſi pœna crucifixi Chriſti ſuper filios crucifigentium peruenerit, iuxta illud quod petierant clamitantes,Sanguis eius ſuper nos &
Ioan.19. ſuper filios noſtros.Quid quod ab ipſo Chriſto erudimur, deuaſtationem hanc non tantùm fuiſſe vindictã ſuper ſan-
Mat. 23. guinem Chriſti,ſed & propter ſanguinem omniũ tum prophetarum tum Chriſtianorum,qui occiſi ſunt à Iudæis?Ita enim ait dominus,Genimina viperarũ, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?ideo dico vobis, ecce ego mitto ad vos prophetas,& ſapientes & ſcribas,& ex illis occidetis,& crucifigetis.& ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris,& perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus,qui effuſus eſt ſuper terram,à ſanguine Abel iuſti,vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ,quem occidiſtis inter templum & altare.Amen dico vobis, venient hęc omnia ſuper generationẽ iſtam.Ieruſalẽ Ieruſalẽ, quæ occidis ꝓphetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt:quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti?Sumant hinc Neochriſtiani exẽplũ ſibi,vt maximè non ſtatim in foribus blaſphemiarum ſuarum ſit ſupplicium,dominum expectare pœnitentiam eorum:quam ſi acturi non ſnnt,ſciant quoniã blaſphemias tãtas tãmq; dira ſacrilegia vindicabit deus in quartam generationem in filios filiorum. Siquidem vel ij tãdẽ

exoluent interitu ſuo calices direptos& alia bona eccleſię.

4 ¶Ingreſſus deinceps dominus in templum,eiecit emẽtes & vendentes,ait Gregorius , Qui narrauit mala ventura,& protinus templum ingreſſus eſt, vt de illo ementes & vendẽtes eiiceret,profectò innotuit,quia ruina populi maximè ex culpa ſacerdotum fuit,hoc ſiquidẽ deſignauit, vnde origo & cauſa ſit tantę vaſtationis : neq; id olim tãtùm factum eſt, etiamnum hodie videmus malos ſacerdotes & falſos pręedicatores ſeducere vulgum,tantáſq; nunc mouere ſeditiões,& diſcordias moliri per vniuerſam Germaniã. Ingreſſus,inquã,eſt dominus templum,id quod nunc quoque decet Chriſtianos bonos , vt cùm aliquò proficiſcũtur primùm ſtatim ingrediãtur templum, iuxta illud Dauidis, Adorabo ad templũ ſanctũ tuum.Reliqua de templo & orationibus in eo habendis,dicturi ſumus in homiliis de dedicatione templi.Quod autẽ ad ipſam pertinet hiſtoriam, inquit Hieronym⁹,Quòd accidebat plerũq;,vt qui de lõgè venerant,non haberent victimas:excogitauerunt igitur ſacerdotes quomodo prædam de populo facerent , & omnia animalia quibus opus erat ad ſacrificia vendebant non habentibus,& ipſi rurſus empta reciperent:& quia multi non habebant vnde emerent,nummularios,qui mutuã ſub conditione darẽt pecuniã:& quia lege cautũ erat , ne Vſuras acciperent,excogitauerunt aliam technam,& pro nummulariis poſuerũt collybiſtas,quòd varia tragemata & munuſcula fructuũ loca vſurarum reciperent: quanuis idipſum prohibitum quoq; erat,dicente per Prophetã domino,Vſuram & ſuperabundantiam non accipietis. Viſa itaq; & perſpecta eorum auaritia,dominus iſtam hominum confuſaneã turbam è templo eiecit,atque prophetico illo dicto corripuit, Domus mea,domus orationis vocabitur,vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronũ.Latro(inquit Hieronymus) eſt, & templum dei in ſpeluncã conuertit latronum,qui lucra de religione ſectatur:cultúſq; eius,nõ tam cultus dei, quã negociationis occaſio eſt.Sunt qui putant eos pauperibus pecuniam mutuaſſe ad pignora,quæ quum illi non eſſent ſol uendo,exiguo precio ſibi attraxerunt.Et hoc quidẽ dominus fecit bis:ſemel primo prædicationis ſuæ anno , deinde vltimo anno in ipſa die Palmarum , quæ quinta erat ante paſſionem ſuã & mortem,ſicut Matthæus,Marcus & Lucas

Gregor. *Parte 3.* *Hieron. ſuper. Mat. 21.* *Iere. 22.* *Hiero.* *Ioan. 2.* *Mat. 21.* *Marc. 11*

Chryſoſt. commemorant. Chryſoſtom⁹ multùm hîc conqueritur de Chriſtianis, quorum templis putat magis operæ preciũ eſſe vt expellat Chriſtus ementes & vendentes quàm ex iſta ſynagoga Iudæorum: qua de re dici quidem poſſent permulta, ſi modò adeſſent q faciũt talia, hoc eſt, Simoniaci, Giezitæ, Curtiſani in dolo verſatis, de bonis nõ loquimur. Exhibuit autem hîc Chriſtus maieſtatẽ ſuã, exhibuit & omnipotentiam, quando inermis ipſe tantam hominũ multitudinem eiecit ex templo. Atq; ideo dicunt doctores, fugidũ quendam radium exiiſſe è facie ipſius, & Iudæos exterruiſſe, ſicut in monte Oliueti corruerunt ante eum, nec potuerunt aſpicere eum, neq; tangere, niſi prius ille permitteret. Addit hîc dictum Prophetæ, Domus mea, domus orationis

Auguſt. eſt. In oratorio, inquit Auguſtinus, nemo aliud agat niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit. Nõ ſunt ex tẽplis facienda horrea, aut quod fœdius eſt ſtabula, ſiue quicquã profanum. Dices, quid hoc eſt quòd hîc dominus ſubitò adeò facto ipſo corripuit iſtos, neq; prius verbis compellauit & reprehendit, vt ſic tandem nolentes mandato ſuo ob-

Reg. cum quis certus de reg. iuris lib. 6. ſequi, puniret acerbiùs? Reſpondeo ſanè, quòd eum qui antea certus eſt, nec admoneri opus eſt, neque reddi certiorẽ. Quando igitur Iudæi multis modis in ſacris literis edocti erant mercimonia non exercere in tẽplo, deinde huiuſmodi quoque lucrum nõ quærere ex ſacrificiis, decebat vt qui ſcripturæ nolebãt credere, à domino palàm ipſo opere cor-

Hiere. 7. riperentur. Sic enim ait Hieremias, Nũquid ſpelũca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomẽ meũ in oculis veſtris? Ego, ego ſum, dicit dominus: ego vidi, in-

Oſea. 6. quit Oſeas, in domo Iſraël horrẽdum, ibi fornicationes Ephraim, ibi rapinæ & vſuræ, vnde perueniũt diuitiæ affluẽ-

Zach. vlt. tes. Sed & Zacharias dicit, nõ erit mercator vltrà in domo domini, atque in multis aliis locis. Ad finem habet euãgelium hoc noſtrum, quotidie dominũ docuiſſe in tẽplo: vbi cernere eſt, quòd quanuis obſtinati plerique erant Iudæi, multi tamen ex iis boni erant & pii, audiẽtes verbum domini, cùm nondum erant hîc feſta Paſchalia, atq; ij multis Chriſtianis multò fuerant meliores, qui etiam feſtis dieb⁹ non audiunt, cõciones ſacras, ad quas etſi acceſſerint, aufugiunt ſtatim, neque præſtolentur finem. Nos iam communibus votis oremus dominum pro omnibus, Amen.

¶DOMINICA XII. POST PENTHECOSTEN, EVANGELIVM, LVCAE 18.

IN illo tempore, dixit Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam, dicens, Duo homines aſcendebant in templum vt orarent, vnus Phariſæus et alter Publicanus. Phariſæus, ſtās hæc apud ſe orabat, Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omniū quæ poſsideo. Et publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. *Supra. 2.* *Act. 3.* *Eccle. 5.* *Sup. 15.* *Matt. 23.*

HOMILIA PRIMA

LEctio hæc ſancti Euāgelij, fratres, inuitat nos ad orandum & credendum: & non de nobis, ſed de domino præſumendum. Quanuis enim opus bonū & præclarū eſt oratio in vniuerſum loquendo, tamen ea quoque vana eſt, ſi nō adſit tum humilitas, tum fiducia magna miſericordiæ dei. Atque ideo Euangelium illud ſpeculum quoddam eſſe debet omnibus Chriſtianis, vt ſic orationem ſuam aliáque opera bona quæ faciūt, omnia faciant ea forma, vt ſint deo accepta. Dixit, inquit Lucas, dominus adquoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam, Et ſi omnis ſuperbia deo pariter atq; hominibus execrabilis ſit, tamen adhuc non odioſior tantùm, ſed & ſceleſtior eſt illa, qua quis opera bona ſibi arrogat, non domino aſſcribit & fert accepta. Quid enim hoc aliud eſt, quàm ipſum negare deum? atq; ideo mederi volens dominus iſti ſiue philautiæ ſiue fiduciæ ſui, parabolam hāc in medium ꝓpoſuit, ſimulq́; docuit: ꝙ quāuis iuſtitia facit hominē appropinquare deo, tñ vbi primū īgerere ſe cœperit ſupbia, ſtatim deiicit hominem & ꝓſternit. Sicut ergo ante huius Euāgelij principiū ad orationis pſeuerātiā exhortatus eſt, dicēs, Oportet ſemper orare, & nō deficere: ita hîc docet nō ſolum orādum eſſe multū, ſed & humiliter: quoniā nō verba á deo examinātur, ait Beda, ſed opera, quorū omniū velut domina humilitas eſt. Atq; hoc illud eſt quod hac parabola dominus edocuit aduerſus eos qui in ſe cōfidebant, & *August.* *Eccl. 10.* *Beda.* *Rom. 10.* *Luc. 17.*

Luc. 17. alios præ ſe cõtemnebant hypocritæ:quos ait Paulus igno
rare iuſtitiam dei,propriámque ſuam aſtruere , & ideo iu-
ſtitiæ dei non eſſe ſubiectos. De hac ipſa fiducia ſui multa
diximus in homiliis de præparatione ad ſacramentũ, ſed ta
men vt hîc quoque nonnihil dicamus,nemo in ſeipſum cõ
fidere debet tanquam iuſtum,ſicut fecerunt,quos hîc corri
puit dominus. Quin potius vbi omnia quæ præcepta ſunt
nobis perfecerimus,dicamus quia ſerui inutiles ſumus. At-
que hoc illud eſt quod vulgo dicimus. Quod bonũ eſt fac,
adhuc tamen metue. ſic Paulus quanuis nil ſe ſibi cõſcium
dicebat,addidit tamen,non ideo ſe ſtatim eſſe iuſtificatum
Atque ad hoc vel maximè moueat hominẽ,quòd quicquid
1.Cor. 4. id eſt,boni quod facit,ex ſe nõ habet,ſed ex gratia dei,dicẽ
te Paulo, Quid habes quod nó accepiſti? Verè enim omne
bonum à deo eſt,vt etiam teſtatur eccleſia dum orat, Deus,
cuius eſt totum quod eſt optimum. Quando igitur omnis
noſtra probitas à deo eſt ne gloriemur, neq; efferamur ob
eum. Quid quod hæc ipſa quoque quam habemus iuſtitia,
*Eſa.*64. nec munda eſt ſatis,nec integra,ſed inſtar panni menſtrua
tæ mulieris? Vſqueadeo ſe ĩgerũt vndiq; muſcæ Aegyptia-
cæ,vt vix tanto ſerio eáque libertate facias quicquam,quò
non vel ambitio inſerat ſe vel huiuſmodi quiddã. Ad hæc
qui bonus eſt,eũ quoq; timere oportet ne cadat,omnémq;
1.*Cor.*10 iuſtitiam ſuam amittat. Qui ſtat, inquit Paulus, videat ne
Iob 4. cadat. Idem adeò Iob etiã de angelis dei affirmat, dicens,
Ecce qui ſeruiunt ei, nõ ſunt ſtabiles,& in angelis ſuis repe
rit prauitatem:quantò magis ij qui habitant domos luteas,
conſumentur velut à tinea? hoc eſt, Si labũtur angeli, quã-
tò potiꝰ homines quoque multa carnis debilitate oppreſſi,
errant & cadunt? Accedit iis,quòd nemo ſcit, iuſtúſne corã
deo ſit an non:ſicut iam ex Paulo audiuimus, & clarè dicit
Eccle 9. Sapiens, Nemo ſcit,odióne an amore ſit dignus. Quãobrẽ
*Pſal.*18. Dauid quoque orauit dominum, Ab occultis meis munda
Gregoriꝰ. me. Et ſic etiam Grego. dicit, Quod ſi ſcienter tranſgredi-
mur,& ſic noxam non effugimus,quid periculi metuẽdum
nobis in iis quæ ignorantes delinquimus? Atque iis ferè de
cauſis magna hæc fuit ſtultitia,quòd tantum ſuæ probitati
tribuerunt,meritóque ob id ſunt à domino reprehenſi.

2 Duo homines aſcenderunt in templum. Quo ad literã,
oportebat ſanè Iudæos aſcẽdere in tẽplum illud nobiliſſi-
mum

mum Salomonis,extructũ in ſuprema vrbis parte, in mõte inquam Moria,ſicut in lib.Parali.legimus Salomonẽ ædificaſſe ibidem templũ.(ſicut in dedicatiõe templi dicetur.) *2.Par. 3.*
Vrbs autem ex monte decliuis verſus vallẽ poſita erat:& ſic quiſquis orare volebat in tẽplo cogebatur aſcendere. Sunt qui referre volunt hoc ad gradus illos qui erant ante templum,ſicut Ezechiel ſcribit,quòd oportebat aſcendere gradus ſeptem in templum,vtique nõ ſine ſpeciali myſterio & ſignificatione. Atque hoc quidẽ quo ad literã. Aſcenderunt ergo in templum,quia ſequitur, Deſcendit ille iuſtificatus, Addit autem & aſcenſionis cauſam huiuſmodi, vt orarent, nõ vt nouos rumores aucuparẽtur: quod faciunt qui nouitates ſectantur: mercatores, vt mercimonia tractent: amatores,vt paſcant oculos,& quod volunt videãt: mulierculæ etiam quæ ſpectatũ veniunt,ſpectentur vt ipſæ. Orãdi cauſa adeundum eſt templum:& tamen tũc quoque periculum eſt,ne quid mali ſubrepta,ſicut in hoc Phariſæo audiemus. Chriſtus, inquit, Domus mea domus orationis vocabitur. Quilibet igitur domũ illam dei reuerẽter ingrediatur,exemplo Moyſi, q calceos quoq; exuit in loco, quo appatuit ei domin⁹ in rubo. Phariſęus alter erat, alter munere & officio fungebatur publico,ſed eiuſmodi, quod ſine peccato exercere nõ poterat. De Phariſęis multa dixim⁹ in ſuperiorib⁹ homiliis,cõnſtat ẽm eos bonã habuiſſe ſpeciẽ pietatis, ſchedulâſq; in frõte & manibus circũgeſtaſſe,quibus inſcripta fuit lex,vt ſic illi⁹ ſemper memores,dei quoq; nõ obliuiſcerẽtur. In fimbriis quoq; veſtiũ geſtabant ſpinas,quarũ pũctionibus legem in recenti habere memoriã vrgerẽtur. Sic dominus dixit, Dilatant Phylacteria ſua, & magnificãt fimbrias.qui quidẽ egregrius erat honeſtatis fucus, ſed ille uanus & ſordidus : homines ſe ſpirituales mẽtiebantur habitur & geſtu externo,ſed ipſi interim homines erãt nihili: ſicut ibidem dicit domin⁹, Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritę,qa ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,quę à foris parent hominib⁹ ſpecioſa,intus verò plena ſunt oſſibus mortuorũ & omni ſpurcitia: ſic & vos à foris quidẽ paretis hominibus iuſti,intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

Eze.40. *Eſa.56.* *Mat. 21.* *Luc.19.* *Exod. 3.* *Mat. 23.* *Mat. 23.*

¶ Id adeò ſatis patet in hoc phariſæo,qui tã põpoſè orationem ſuam incepit ſtando,quæ etiã prima in eo ſupetbia eſt externo geſtu declarata. Aliter autẽ edoct⁹ erat à propheta

Eſa. 60. dicente, Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum. Ita enim faciebāt Iudęi, quando Moyſes nuncium referebat eis, futurum eſſe
Exo. 4. vt deus eriperet eos ex Aegypto: quoniam ſic habet textus,
Eſa 45. Proni adorauerunt. Vnde & Eſaias dicit, Adorabũt te prona facie in terram, Non ſic autem Phariſæus iſte, qui ſe non inclinauit, ſuíque ſimiles reliquit hæredes multos ſtupidos & nihili homines, qui cum templũ ingrediuntur, nec deum verentur, neque ſanctos: aut certè ſi eueniat fœliciſſimè altero genu leniter ad parietem inclinato, alterum diſtendũt turpiter, iniquè ſanè & improbè. Quoniā cũ omnes Chriſtianos hoc parũ aut nihil deceat, tum verò maximè nobiles & qui ingenui volũt haberi, dedecet. Aut cur metuis inclinare te coram eo, qui omni honore digniſſimus eſt?

3 Sic ergo orauit ille ſecum, Gratias ago tibi de᾽. Secum, inquā, orauit: hoc eſt, orauit quicquid ipſe ſecũ tacitus cogitauit, nó quod inſpirauit ſpiritus domini. Nos enim neſcimus quomodo oremus, ſpiritus auté interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilib᾽. At quis ſecum orat? quiſquis ipſe ſibi placet ſuperbus & elatus, quāobrem nos admonet
Rom. 15. Paulus, ne placeamus ipſi nobis, ſed vt quiſq; proximo ſuo placeat in domino ad ædificationé. Atque hoc eſt quod ait
Gregor. Gregorius, Oratio hominis ſibi placentis, non aſcendit ad cœlũ. Quòd auté iſte ſibi bene placuerit, teſtātur ipſa eius verba. ſiquidem ſic orauit, Deus, gratias ago tibi quod non ſum ſicut cæteri homines. Gratiarũ actio opus ſanè bonum
1. The. 5. & præclarum eſt, teſte Paulo, qui nos & gaudere ſemper & ſine intermiſſione orare, atq; in omnibus gratias agere iubet, quod hæc ſit volũtas domini. & alibi ſemper etiam nos monet gratias agere in omnibus in nomine domini Ieſu
Ephe. 5. Chriſti. ¶ Quòd ſi quis gratias agat ex ſuperbia & faſtu, iamiam peccauit, ſicut hîc reprehenditur qui faſtuoſè orauit, neq; enim ille ſic inchoaſſe debebat orationé ſuam, ſed
Prou. 18. ſicut monuit Sapiens, Iuſtus prius eſt accuſator ſui. Verùm iſte nimium ſibi iuſt᾽ videbatur, quaſi qui nõ indigeret accuſationi ſui, ratus nihil eſſe quo adhuc haberet opus, non cõſiderās interim egeſtaté qua pręmebatur, ſummam. Omnis eñ qui huiuſmodi eſt ingenio, attédere debet illud Ioānis, Dicis, tu quidé, diues ſum, nullo indigeo, & neſcis in-
Apoc. 5. terim quā ſis miſer & miſerabilis, cæcus, nudus & egenus:

magna hæc erat iſtius inſolentia,quòd cum tantopere gratia dei deſtitutus eſſet miſer,tam adhuc ſe iactabat,& quaſi omnibus aliis malis exiſtétibus vnũ ſe gloriabatur eſſe iuſtiſſimum:quæ vtiq; ſuperbia execrabilis eſt, præ ſe quoſlibet alios cõtemnete:quoniã ſuperbia magna eſt, putare ſe donum habere quo maximè caret,vt hic Phariſæus. Aliter Paul⁹,qui huiuſmodi homini dicit, quod quiſquis arbitratur aliquid eſſe ſe,cùm nihil ſit, ſeducit ſeipſum. Superbus eſt,qui exiſtimat ſingularem habere ſe bonitaté,& cõtemnit interim alios,volés bonus haberi prę omnibus. Sic iſte Phariſæus meliotem ſe aliis putabat, raptoribus & adulteris,raptoribus,inquam,ſe reputauit meliorem, qui verè raptor erat:quoniã ſic dicit domin⁹, Væ vobis Scribæ & Phariſęi,qui comeditis domos viduarũ,oratione longa orãtes. quod cùm fecerit ille,quãtò fuit latronibus ſceleſtior? Vtique eñ melior nõ fuit,qui ſe aliis omnibus antepoſuit,cõmuni Phariſæorũ omnium more, qui opus tantũ prohibitum eſſe putabãt, cogitationes autem omni gaudere libertate.Errârunt auté in hoc,quod exiſtimârunt legem prohibere ſolũmodo manum,nõ etiam animum. Addit deinde, Et ſicut hic Publican⁹. Quod valde temerariũ exiſtit iudicium,ipſum minimè decens, teſtante Sapiẽte, Noli contẽnere hominé in amaritudine cordis ſui: vn⁹ eñ eſt qui humiliat & exaltat,circunſpector deus,cui ſuffragatur & Malachias,Nónne deus vnus eſt,qui creauit nos omnes?& cur quiſque cótemnit proximum ſuum? Ecce iſte conténit Publicanum quaſi vnum de cæteris, & ex numero malorum. Plura de nõ iudicando proximum noſtrum, diximus aliâs.

Galat. 6. *Matt. 23.* *Eccle. 7.* *Mala. 2.* *Theophy.*

4 Nouerat vtique Phariſæus hic ex Dauide duas eſſe partes iuſtitiæ,fugere malũ,& facere bonum. Ita enim ille ait, Declina à malo,& fac bonũ.Poſtq̃ igitur quæ vitaſſet mala enarrauit,bona etiã quæ fecerat ſimiliter cõmemorat,Ieiuno,inquit,bis in ſabbato.Ieiuniũ op⁹ vtiq; bonũ eſt & piũ, aliâs iſte de eo gloriatus non eſſet:quãuis Neochriſtiani vt alia bona opera omnia,ita illud quoq; eludunt. Atqui ſatis non eſt ieiunare,ſanctificãda inſuper ſunt ieiunia eleemoſynis & orationibus. Quãobré ille ait, Sãctificate ieiuniũ. Oportet iis hoc quoq; accedere, vt quis peccata vitet, aliâs vel ex parcitate ieiunare, vel nimia inedia capitis ſibi cõciliare grauediné,quid obſecro profuerit? Vnde & Propheta

Pſal. 39. *Ioel 1.*

dicit, Nónne hoc eſt magis ieiunium quod eligi, Diſſoluè colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimẽtes? Nũquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere homines animam ſuam? Nunquid cõtorquere quaſi circulum caput ſuum? Temerè itaq; gloriatus eſt hic Phariſæus de ieiunio, quod nõ ad honorem & gloriam dei, ſed ſuperbiã vanam mũdi huius fecit. Siquidem ex eorum erat numero, de
Matt 6. quibus Chriſtus ait, Quando ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminãt enim facies ſuas, vt videãtur ab
Eccle. 5. hominibus ieiunare. Poti⁹ Sapiẽtis iſte ſequi debuerat cõſilium, cùm dicit, Noli iuſtificare te corã deo, quia cognitor ille eſt cordiũ. Theophy. addit quod ſoliti fuerint ieiunare Phariſæi ſecunda & quinta die. Nõ indoctè tamen collegit, cùm duo peccatorum genera cõmemoraſſet, viciſſim ſe de duab⁹ iactat virtutib⁹: & adulterio quidẽ opponit ieiunium, eò, quòd ex gula & crapula libido omnis proficiſcitur, quia & vinũ res luxurioſa eſt, & carniũ eſus, vini potus, vẽtriſq; ſaturitas, ſeminariũ libidinis eſt, authore Hieron.
Lib. 2. cõ. Iour. in pa ſto. li. 6. hexa. pac. 4. Cui ſubſcribit Gregorius dicens, Princeps coquorũ muros Hieruſalẽ deiecit, quia dum vẽter ingluuie tenditur, virtutes animæ luxuria deſtruũtur. Phariſæus itaq; ſi huiuſmodi animo & affectu ieiunaſſet, laudem emeruiſſet & tãtæ virtutis præmiũ. Quãdoquidem & Ambro. dicit. Ieiuni hominis ſputũ, ſi ſerpens guſtauerit, moritur, Vides quãta vis ieiunij ſit, vt & ſputo ſuo homo terrenũ ſerpentẽ interficiat, & meritò ſpiritalẽ. Quocũque autẽ animo fecerit ille, ma-
Theophy. lè vtiq; fecit, dum ſe adeò iactauit temerè, atq; eò præcipuè refert hoc dominus, dicente Theophylacto, Bene cœperat ille orare, inquiẽs, Deus, gratias ago tibi: ſed ſtatim deficiẽs ab eo, ſubiecit, Ieiuno, decimas do: quãdo dicere debebat, Gratias ago tibi domine de⁹ meus, quoniã tu per magnam miſericordiam tuam author fuiſti mihi, quod adulteria vitarim & rapinas, per tuã ego gratiã ieiunaui. Atqui hæc omnia ille arrogauit ſibi, ſuiſq; viribus, dicẽs, Non ſum ſicut cæteri homines quãdo debebat dare gloriam deo. Addidit inde, Decimas do omniũ quæ poſſideo. Simul atque oſtenderat ſe colere deũ toto corpore ſuo, nunc declarat ſe etiã ſeruire illi bonis ſuis & decimis, quas dum dedit, bene vtiq; fecit: ſiquidẽ præceptũ hoc ei fuerat multis modis in veteri teſtamento ſic enim habet lex, Omnia quę offertis ex deci-

mis & in donaria domini ſeparabitis,optima & electa erũt cũcta.Et nõ peccabitis ſuper hoc,egregia vobis & pinguia reſeruãtes,ne polluatis oblationes filiorũ Iſraël, & moriamini.Non igitur peccatum erat dare decimas,ſed de opere illo iactare ſe id deniq; malum erat. Vtiq; ex illorũ numerò extitit,de quibus ait domin⁹.Væ vobis Scribæ & Phariſæi,hypocritæ,quia decimatis menthã & anethũ & cyminum,& reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis,iudicium & miſericordiam & fidẽ:hęc oportuit facere,& illa non omittere Vide autẽ q̃ aſtutè & callidè poſtquã incuſaſſet eos , qui aliena rapiunt laudat ſe iam & cõmendat ex eo quòd etiam propria exponat.Pulchrũ eſt quod hîc Beda inducit Ezechiel,cùm iã animalia cœli vidiſſet,ſubiecit totũ corp⁹ fuiſſe plenũ oculis.ideo autẽ corpora animalium plena oculis cõmemorãtur,quod omnia ſanctorũ opera prudenter ſunt circũſpecta,quò fit vt bonũ bene prouideatur,& malũ cautè vitetur.Nobis autẽ ſæpenumero accidit,vt dũ attẽdimus vnũ,negligam⁹ alterũ,eoq; loco quo quid negligimus,ſine dubio nihil obſeruationis habem⁹.Ecce enim Phariſę⁹ iſte oculũ quidẽ habebat ad gratiarũ actionẽ,orationẽ & decimas,ſed humilitatẽ ne i minimo quidẽ cõſiderabat. Quid autẽ proderit vrbẽ egregiè eſſe præmunitã ab omni incurſu hoſtiũ,ſimúlq; tamen patere alicubi foramẽ quo iſti irrumpãt?Vos itaq; dilectiſſimi,fugite ſuperbiã & inſolẽtiã, nihil boni parientẽ,deo & hominibus odibilem,&c. Amẽ.

Exo. 22. *Leuit. 27* *Deut. 14.* *Num. 18.* *Mat. 23.* *Beda.* *Eze. 1.*

HOMILIA SECVNDA.

NOn tantùm nos docet dominus facere bonum, ſed & magna prudẽtia vitare malum:ne dum quid à nobis rectè geritur,appetitus laudis ſurrepat : & quod foris bene agitur,int⁹ à mercede vacuetur.Id adeò iſte nos docet Phariſæus,qui ſex bona in ſe habuit,neque adulter,nec prædo, nec publicanus erat,ieiunabat,decimas dabat,& gratias agebat domino.Verum quando glorioſulus iſte ſuis omnia dabat viribus, præ ſe alios contemnens, omnem ſui operis amiſit remunerationem. Publicanus autem ſtabat à longe, & nolebat oculos quidem attollere ad cœlum,& tamen iuſtificatus deſcendit.Nos diſpiciamus textum. Principiò autem ſolerter conſydera, quòd totidem in publicano fuerũt argumẽta humilitatis,quot in iſto ſuperbiæ: nouerat enim ſe per peccatum longè eſſe à deo,quoniam ſic Salomon di-

Auguſt.

*Proue.*15. cit, Procul eſt dominus à malis. & Dauid, Longè à pecca-
Pſa. 118. toribus ſalus. Paulus quoque ait gentes procul fuiſſe à deo
Ephe. 2. in infidelitate ſua, inquiens, Nunc in Chriſto Ieſu vos qui
aliquando eratis longè, facti eſtis prope in ſanguine Chri-
Theoph. ſti. A longe ſtetit, eò ipſo quoque diſcrimen oſtendens in
ſtatione phariſæi: indignum enim arbitratus eſt eſſe ſe qui
Luc. 5. appropinquaret ſanctis: exemplo Petri, qui dixit, Exi à me
Ioſue 3. domine, quia homo peccator ſum. Sic Ioſue prohibuit Iu-
2. *Reg.* 6. dæis, ne appropinquarent arcæ. Oza quoq; cùm acceſſiſſet
propius ad illam, ſubitò mortuus eſt. Stetit igitur iſte à lon-
ge, nō auſus accedere ad ſancta domini, propriā ſuā agno-
Iob 5. ſcens miſeriam ex peccato contractam: ideóq; nō ſic ſe ex-
tulit vt phariſæus, dicente Iob, Viſita ſpeciem tuam, & non
peccabis. Vſqueadeo autem ſe reputauit indignum, vt etiā
oculos attollere non auderet, eò quòd patrem ſuum cœle-
Eccle. 23. ſtem offendiſſet, ſecutus in hoc Sapientis prudentem illam
& piam precationem, Domine, pater & deus vitæ meæ, ne
derelinquas me in cogitatu maligno: extollētiam oculorū
ne dederis mihi. Atque dici ſanè non poteſt, quantum deo
illa placeat humilitas, placueritque etiam hîc in iſto publi-
cano, qui dū indignum ſe reputauit vt attolleret oculos in
cœlum, meruit hoc quod dominus illi appropinquabit, ip-
Luc. 15. ſúmque reſpexit oculis miſericordiæ ſuæ. Noluit inquam
Bernard. iſte leuare oculos ſuos, cogitās cū filio prodigo, Pater, pec-
Iob 22. caui in cœlū & corā te, nō ſum dignus qui filius dicar tuus.
Theoph. Quid multa? dum noluit ipſe leuare oculos in cœlum, cœ-
lū ad ſe inclinauit, didicítq; idipſum à Dauide, Iob & mul-
tis aliis, quoniam qui deprimit oculos ſuos, ſaluabitur.

2 His omnibus accedit, quòd & pectus ſuum percuſſit,
Eſa. 6. vtiq; propter ſuas malas cogitationes, & vt excitaret quod
Epheſ. 5. dormierat: ſicut & Paulus ex Eſaia clamat ad quēlibet pec-
catorem, Surge qui dormis, ſurge à mortuis, & illuminabit
te Chriſtus. Idipſum catholici & ſynceri chriſtiani iā olim
quoq; in vſu habuerunt, vt cōfitentes peccata ſua, & pœni-
tentiam agentes, pectora tunderent: quod etiam nūc faciūt
boni chriſtiani, vel inuitis hæreticis iſtis, q neſcio quā pa-
rāt irruptionē in cœlum. Habet autē mos iſte, præterquam
quod deo bene placet, etiā ſuas cauſas: quoniā & iſte publi
canus percuſſit pectus ſuū, cōſiderās ſe ibi multa cōcepiſſe
peccata, quibus offenderat deum. Ex corde enim, inquit

domin⁹,exeũt cogitatiões malæ,homicidia,adulteria, fornicatioẽs,furta,falſa teſtimonia,blaſphemię.hæc ſunt quæ coinquinant hominem.Ad pœnitẽtiam huiuſmodi peccatorum percuſſit pectus ſuũ, qui geſtus ideo etiam pro medio ponitur remiſſionis peccatorum venialium. Sic Auguſtinus de venialibus loquẽs,Separant,inquit,iſta nos ab illius ſponſi amplexibus,niſi medicamento pœnitẽtiæ deſiccentur.Quòd ſi falſum eſt,vnde quotidie tũdimus pectora? quod nos,quoque antiſtes ad altare aſſiſtẽtes, cum omnibus facimus. Hinc patet tẽporibus Auguſtini moris fuiſſe, vt in oratione dominica pij homines orantes debita ſibi dimitti,tunderent pectora ſua. Alibi etiã dicit, De quotidianis autem leuibuſq; peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur,quotidiana oratio fidelium ſatisfacit,eorum enim eſt dicere,Pater noſter qui eſt in cælis. Quomodo autem illa cordium pulſatio euidens ſit veræ pœnitentiæ ſignum, volens nunc prætereo: quoniam ſenſatio illa in corde confeſſionem ſignificat,& quod illa cor tangit, pœnitẽtiam deſignat in opere. 3 Ad hæc omnia nõ contentus ille iſtis magnæ pietatis argumentis,cœpit orare & dicere,Deus, propiti⁹ eſto mihi peccatori.Ita hîc ĩ publicano quatuor illa cernimus,quæ quiſquis pœnitentiã agere vult, habere debet. Primùm enim eſt quòd timeat deum, ſiquidẽ initium ſapiẽtiæ timor domini eſt. Timuit autem ille,quia ſtetit à lõge. Deinde pudore affectus eſt quoque,dum nõ auſus eſt extollere oculos: id peccatorem etiã facere præcipit Hieremias, Erubeſces ab omni malitia tua.& alius propheta,Erubeſcite ſuper viis veſtris,domus Iſraël.Ad hæc, quia pœnitentia ductus eſt, pectus percuſſit: atq; hoc eſt quod Auguſtinus docet omnes peccatores facere debere,cùm ait, Niſi pœniteat eum veteris vitæ,nouam non poteſt acquirere. Poſtremò etiam orauit, quod omnes pœnitentes facere cũ primis eſt neceſſarium. Breuis porrò fuit publicani oratio, Deus, propitius eſto mihi peccatori: & tamẽ pluribus ille verbis orauit vtique.Non enim eſt credendum,duntaxat illũ hanc oratiunculam dixiſſe,ſed omnium hæc finis extitit.

¶Deus,inquit, quo verbo fiduciam ſuam omnem in deum reiecit,iuxta illud Dauidis. Iacta in dominũ cogitatũ tuũ. & hoc Petri, Omnem ſolicitudinem veſtram in eum proiicite,quoniã ipſi cura eſt de vobis.Addidit inde, Deus, eſto

Mat.15. *Ad Facianum.* *In ench. cap.71.* *Sapien.1.* *Hier.22* *Eze.36.* *Auguſt.* *Pſal.58.* *2. Pet.2.*

Gen. 3. propitius. non abſcondit ille ſe vt Adam & Eua, ſed manifeſtauit ſe corã domino, miſericordiam petẽs ab eo. Quoniam illud domino proprium eſt miſereri inuocatum: ſicut
Pſal. 88. & Dauid clamauit ad dominum, Propitius eſto peccatis no-
1. Ioan. 2 ſtris. & Ioannes inquit, Ipſe eſt propiciatio pro peccatis no-
Exo. 37. ſtris. Quamobrem etiam propitiatorium paratũ eſt in tabernaculo, quod in illo propitium ſe exhibuerit dominus. Breuis hæc quidẽ oratio, ſed fortis erat & valida, quæ etiã ſententiam iudicis immutare potuit, & ex peccatore iuſtũ facere, neq; enim ille ſe vel bonum iudicat, vel excuſat, ſed
2. Re. vl. ſic confitetur, vt Dauid, cùm diceret: Ego ſum qui peccaui,
Dan. 9. ego iniquè egi. & Daniel, Peccauimus, iniquè egimus in omnibus iuſtitiis tuis. ¶ Quãtum profecerit ille pauculis adeo verbis, deinceps declarat dominus, dicens, Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domũ ſuam ab illo. Magna hæc peccatorib⁹ omnibus cõſolatio eſt, qui pœnitẽtiam agunt cũ hoc publicano Nãque & ipſi iuſtificãtur & viuificantur per gratiam dei, iuxta illam promiſſionem pro-
Eze. 18. pheticam, In quacunque hora auerterit ſe impius ab impietate ſua, vita viuet, & non morietur. Admirabili hoc curriculum eſt. Ecce hîc currus duo: alter iuſtitiæ cum ſuperbia, peccati alter cũ humilitate: producti ſunt ambo, & vicit ille peccati currum iuſtitiæ, eò quod peccatũ tractum eſt hu-
Chryſoſt. militate, & iuſtitia per ſuperbiam impedita eſt. Id etiam declarare volẽs dominus, ſubiũxit. Omnis qui ſe exaltat. Sublimes aſcenſus præcipites dant caſus, magna ſuperbia ingẽ-
Prou. 16. tes parat ruinas. Sic Salomõ inquit, Ante caſũ exaltabitur cor, ante gloriam humiliabitur. Ideoque etiã hic phariſæus cùm exaltaſſet ſeipſum, deiectus eſt & humiliatus: publicanus autem propter magnam ſuam & humilitatem & pœnitentiam, euectus eſt in gloriam ſempiternam: quod etiam
Iob 22. conſiderãs Iob, dixit, Qui humiliatus fuerit erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur.

Beda. 4 Typicè autem iuxta ſentẽtiam Bedæ, phariſæus Iudæorũ eſt populus, qui ex iuſtificationibus legis extollit merita ſua: publicanus verò gẽtilis eſt, qui longè à deo poſitus, cõfitetur peccata ſua: ille Meſſiam noluit accipere Chriſtũ qui in tanta venerat humilitate, atque ideo ſic humiliatus
Oſee 3. eſt & deiectus in omni natione, populo & gente. Sedent enim iam Iudæi, gens miſeranda, ſine templo, ſacrificio & ſa

cerdote. Atque quanuis eorum multa adhuc ſunt milia in mundo, tamen ne minimum quidẽ habent pagum cui dominarentur,& magiſtratu ibidem fungerentur, niſi tantum quantum alius quiſquã nobilis aut ciuis ſæpe poſſidet. An non eſt hoc exaltatos humiliare? Nónne hoc eſt, quod Maria cecinit, Potentes de ſede deponere,& exaltare humiles? *Luc. 1.* Magna quondã dominia habuêre Iudæi, diuitias ingentes, regna duo: quanuis ſub Dauide & Salomone vnũ id tàtùm fuerit, ſed ea maieſtate & magnificẽtia, vt nec æquale, neq; ſecundum haberet in orbe tunc temporis. Sed quo iam redecta ſunt omnia? quæ nunc miſeria, quæ malũ infœlicitas eſt, vt qui quondam trecentis & vltra dominabantur ciuitatibus: nunc proprium nil habeant, nullumq; dominiũ poſſideant, cũ tamen pene innumeri ſint in mundo? Qui quondam ea erãt dignitate, vt etiã angelos hoſpitio exciperent: nunc verſis cum tempore rebus, eò peruenerunt indignitatis, vt iam olim ex eorum templis cõmigrarint angeli, ſicut eorum voces auditæ ſunt noctu in tẽplo, & vos die ab hinc octauo ex me audiſtis. ¶ Per publicanũ autem, vt diximus ex Beda, populus intelligitur gẽtilis, qui lõgè ſtabat à deo: & tamẽ auditâ apoſtolorũ prædicatione, confeſſus eſt peccata ſua, idola dereliquit, ſeque deo creatori ſuo cũ pœnitentia recõciliauit: & ſic Gẽtiles dei facti ſunt, adeò vt iam multum ſuperent Iudæos, ſintque domino chariores quàm illi. Poteſt tamen hoc idem ad quemlibet hominem ſuperbum vel humilẽ referri. Diceres, Ecce Lazarus per omnem vitam ſuam humilis extitit,& in imo iacuit contẽptus omnibus. Quid eſt ergo quod dicit hîc dominus, Qui ſe humiliat, exaltabitur? Reſpondeo, non hîc etiam tempus expreſſiſſe dominum, quoniã hîc in hac vita illud ſemper nõ fit. Quòd ſi ergo Lazarus in hoc mundo exaltus non eſt, in illo tamẽ ſublimatus eſt vtiq;, adeò vt ab ipſo diuite videretur in ſinu Abrahæ conquieſcere. Sic etiam quilibet humilis, qui dominũ ſequitur,& audit dicẽtẽ, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, exaltabitur: cùm audierit vocẽ illam ſuauiſſimã, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratũ eſt vobis ab origine mũdi. Et nos itaq; vitia noſtra atq; defect⁹ expẽdamus, de bonitate nõ gloriemur, proximos noſtros ne cõtẽnamus: quicquid ex illis viderimus bonorum operũ, idipſum quoq; ſequamur, vt hu-

Iudæorũ miſeria.

Gen. 18.

Supra dominic. 11.

Mat. 11.

Mat. 25.

milicmur,ſeruos nos exiſtemus inutiles,& de omnib⁹ defe
Beda. ctibus noſtris deprecemur dominũ.Deus omnipotẽs miſe-
rere ſupplici tuo,quia nõ ſum ſicut innumeri ſerui tui,con-
tẽptu ſeculi ſublimes, iuſtitiæ merito glorioſi caſtitatis lau
de angelici:velut & multi illorũ,q poſt flagitia publica pœ
nitẽdo tibi meruerũt eſſe deuoti. Qui etiã ſi quid boni tua
gratia largiẽte fecero,quo fine hoc faciã,quave diſtrictiõe
pẽſetur,ignoro. Sic coriari⁹ ſiue cerdo iſte faciebat, ad quẽ
B. Ant. quotidie mittebatur S. Antonius in Alexãdriã: cõmendare
enim ille ſolicitus eſt indies vxorẽ ſuã,liberos,ſe deniq; ip-
ſum,corpus & animã,omnẽq; victum & ſubſtantiã, ſic di-
cens,Domine, Largire quæſo omnibus hominibus regnũ
cælorum propter probitatẽ ſuã, mihi vero ꝓpter iniquita-
tẽ meã retribue infernũ. A quo nos cuſtodiat optimus ma-
ximus ille,qui & in ſecula fuit,eſt & erit benedictus, Amẽ.

HOMILIA TERTIA.

ETſi in hac parabola decimarum eò tantum à Chriſto fiat mentio,quòd phariſęus iſte tantopere ſuam in dãdis bonorum omnium decimis,quæ poſſideat,iactat & gloriatur perfectionem, tamẽ cùm ſcriptura de decimis ſit vndique plena, & res illa frequens & planè vſitata ſit, in qua bonorum conſcientia,vbi nulla eſt, offenditur, atque iniquorum peruerſitas multas hîc prætendit excuſationes, & mundus iam non ſtultus ſolũ effectus eſt,ſed etiam quorũdam ciuitatum ordinationes & ſtatuta præ manibus habentur,quibus deo ſuas minuere decimas,cõtra manifeſtam & claram ſcripturam, & præſcriptã diuq; receptam conſuetudinem conãtur. Verùm de exactionibus,vectigalibus,teloneis,& id genus aliis,nihil interim decedit.
Decima. Quare aliquid de decimis dicamus,quæ nos ſpiritus ſanctus per ſcripturas docuit,& id breuiter percurrendo:primumque ſtatim ſcias non eſſe hanc humanã conſtitutionẽ, neq; hominis præceptum decimas dare, ſed ipſius dei, & hoc paſſim in ſcripturis præcipientibus.
Exo. 22. Ita deus in ſecundo libro Moyſi præcepit:Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. & iſtud præceptũ in quinto libro in locis multis rurſus innouauit,
Deut. 12. atq; inter cætera in tertio libro dominus dicit,Omnes decimæ terræ,ſiue de pomis arborum ſiue de frugibus, domini
Levi. 27. ſunt & illi ſanctificãtur. & infrà, Omnium decimarũ ouis, & bouis,& capræ,quæ ſub paſtoris virga trãſeũt, quicquid

decimum venerit,ſanctificabitur domino:nō eligetur: nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Hîc animaduerte propriè verba,& nō ſolū maiores decimas (vti vocant) habebis,quæ ſub fructibus terræ cōprehenduntur:ſed etiā minores,de pomis & fructibus arborum,capris & ouibus.& quod hîc dicit bonum non debere eligi vel malum, prohibet electionem fieri ſingularē tantū.Cęterū vt aliquis non quod optimū eſt tenetur dare, ita nec quod peſſimum. Quod autē is rectè faciat,qui de optimis decimat, audi qd dominus dicat, Oīa quæ offeretis ex decimis & in donaria domini ſeparabitis,optima & electa erūt cuncta, & vos non peccabitis ſuper hoc,egregia vobis & pinguia reſeruātes,ne polluatis oblationes filiorū Iſraël,& moriamini.Rationes autem duas,cur deus ab hominibus decimas exigat, inuenio:alterā,cùm ſit dominus cæli & terræ,ſicut ad patrē locutus eſt ipſe,Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ. Sacerdotes etiā in ſuis orationibus ſic dicebāt, Tu domin' omnium rerū Quod ſi rerum omnium vniuerſalis domin' eſt,huius poteſtatis& dominationis ſuæ aliquod ſibi ſignū reſeruauit,vt illum ſummum deum colamus, timeamus & cognoſcam':quod ipſe in quinto libro Moyſi teſtatur,Decimam partē ſeparabis de cunctis fructibus tuis,qui naſcuntur in terra,frumenti,vini,& olei primogenita de armentis & ouib' tuis: vt diſcas timere dominum deum tuum omni tempore.Sequitur nunc decimas dare eſſe actum latriæ, qā reſeruauit ſibi in ſignum vniuerſalis dominij:nec vlli creaturę,nec ſancto quidem datur,quia nullum horum vniuerſalem cæli & terrę dominum credimus. Sequitur ergo impios eſſe illos,qui decimas non perſoluunt debitas,neq; cognoſcūt deum, neque timent vt dominum & totius mundi gubernatorem.Quòd autē ex negligentia decimarum deo ignominiā faciam',clarè hoc Malachias propheta teſtatur, Si affigit homo deum,quia vos configitis me?& dixiſtis,In quo configimus te?in decimis & primitiis,& me vos configitis gēs tota.Hieron.ſuper hoc,Et nos, inquit,ante annos plurimos ita vertimus,configet, magis ad myſterium dominicæ paſſionis, in qua homines crucifixerunt deum, quàm ad decimas ſcripta referens·Ex quo colligitur,etſi Hieronymus oculum habuerit ad paſſionem domini, tamen nō reddere decimas aſſimilat peccato crucifigentium dominum.

Decimæ minores.

Num. 18

Mat. 11.

Deut. 14.

Decimæ cur dādæ.

Malac. 3

Hierony.

milicmur,ſeruos nos exiſtemus inutiles,& de omnib' defe
Beda. ctibus noſtris deprecemur dominũ. Deus omnipotés miſe-
rere ſupplici tuo,quia nõ ſum ſicut innumuri ſerui tui,con-
tẽptu ſeculi ſublimes, iuſtitiæ merito glorioſi caſtitatis lau
de angelici:velut & multi illorũ,q poſt flagitia publica pœ
nitẽdo tibi meruerũt eſſe deuoti. Qui etiã ſi quid boni tua
gratia largiẽte fecero,quo fine hoc faciã,quave diſtrictiõe
pẽſetur,ignoro. Sic coriari' ſiue cerdo iſte faciebat, ad quẽ
B. Ant. quotidie mittebatur S. Antonius in Alexãdriã: cõmendare
enim ille ſolicitus eſt indies vxorẽ ſuã,liberos,ſe deniq; ip-
ſum,corpus & animã,omnẽq; victum & ſubſtantiã, ſic di-
cens,Domine, Largire quæſo omnibus hominibus regnũ
cælorum propter probitatẽ ſuã, mihi vero ꝓpter iniquita-
tẽ meã retribue infernũ. A quo nos cuſtodiat optimus ma-
ximus ille,qui & in ſecula fuit,eſt & erit benedictus, Amẽ.

HOMILIA TERTIA.

ETſi in hac parabola decimarum eò tantum à Chriſto fiat mentio,quòd phariſæus iſte tantopere ſuam in dãdis bonorum omnium decimis,quæ poſſideat,iactat & gloriatur perfectionem, tamẽ cùm ſcriptura de decimis ſit vndique plena, & res illa frequens & planè vſitata ſit, in qua bonorum conſcientia,vbi nulla eſt, offenditur, atque iniquorum peruerſitas multas hîc prætendit excuſationes, & mundus iam non ſtultus ſolũ effectus eſt,ſed etiam quorũdam ciuitatum ordinationes & ſtatuta præ manibus habentur,quibus deo ſuas minuere decimas,cõtra manifeſtam & claram ſcripturam, & præſcriptã diuq; receptam conſuetudinem conãtur. Verùm de exactionibus,vectigalibus,telo-
Decimæ. neis,& id genus aliis,nihil interim decedit. Quare aliquid
de decimis dicamus,quæ nos ſpiritus ſanctus per ſcripturas
docuit,& id breuiter percurrendo: primumque ſtatim ſcias
non eſſe hanc humanã conſtitutionẽ, neq; hominis præce-
ptum decimas dare, ſed ipſius dei, & hoc paſſim in ſcriptu-
Exo.22. ris præcipientibus. Ita deus in ſecundo libro Moyſi præce-
pit: Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. & iſtud
præceptũ in quinto libro in locis multis rurſus innouauit,
Deut.12. atq; inter cætera in tertio libro dominus dicit, Omnes deci
mæ terræ,ſiue de pomis arborum ſiue de frugibus, domini
Leui.27. ſunt & illi ſanctificãtur. & infrà, Omnium decimarũ ouis,
& bouis,& capræ,quæ ſub paſtoris virga trãſeũt, quicquid

decimum venerit,ſanctificabitur domino:nō eligetur: nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Hîc animaduerte propriè verba,& nō ſolū maiores decimas (vti vocant)habebis,quæ ſub fructibus terræ cōprehenduntur:ſed etiā minores,de pomis & fructibus arborum,capris & ouibus.& quod hîc dicit bonum non debere eligi vel malum, prohibet electionem fieri ſingularē tantū.Cęterū vt aliquis non quod optimū eſt tenetur dare, ita nec quod peſſimum. Quod autē is rectè faciat,qui de optimis decimat, audi q̄d dominus dicat, Oīa quæ offeretis ex decimis & in donaria domini ſeparabitis, optima & electa erūt cuncta, & vos non peccabitis ſuper hoc,egregia vobis & pinguia reſeruātes,ne polluatis oblationes filiorū Iſraël,& moriamini.Rationes autem duas,cur deus ab hominibus decimas exigat, inuenio:alterā,cùm ſit dominus cæli & terræ,ſicut ad patrē locutus eſt ipſe,Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ. Sacerdotes etiā in ſuis orationibus ſic dicebāt, Tu domin⁹ omnium rerū. Quod ſi rerum omnium vniuerſalis domin⁹ eſt,huius poteſtatis& dominationis ſuæ aliquod ſibi ſignū reſeruauit,vt illum ſummum deum colamus, timeamus & cognoſcam⁹:quod ipſe in quinto libro Moyſi teſtatur,Decimam partē ſeparabis de cunctis fructibus tuis,qui naſcuntur in terra,frumenti,vini,& olei primogenita de armentis & ouib⁹ tuis: vt diſcas timere dominum deum tuum omni tempore.Sequitur nunc decimas dare eſſe actum latriæ, q̄a reſeruauit ſibi in ſignum vniuerſalis dominij:nec vlli creaturę,nec ſancto quidem datur,quia nullum horum vniuerſalem cæli & terrę dominum credimus. Sequitur ergo impios eſſe illos,qui decimas non perſoluunt debitas,neq; cognoſcūt deum, neque timent vt dominum & totius mundi gubernatorem.Quòd autē ex negligentia decimarum deo ignominiā faciam⁹,clarè hoc Malachias propheta teſtatur, Si affigit homo deum,quia vos configitis me?& dixiſtis,In quo configimus te?in decimis & primitiis,& me vos configitis gēs tota.Hieron.ſuper hoc,Et nos, inquit,ante annos plurimos ita vertimus,configet, magis ad myſterium dominicæ paſſionis, in qua homines crucifixerunt deum, quàm ad decimas ſcripta referens. Ex quo colligitur,etſi Hieronymus oculum habuerit ad paſſionem domini, tamen nō reddere decimas aſſimilat peccato crucifigentium dominum.

Decimæ minores.

Num. 18

Mat. 11.

Deut. 14.

Decimæ cur dādæ.

Malac. 3

Hierony.

ait enim, Vt me affigeretis cruci, vt ſceleratas manus iniiceretis deo veſtro, multarũ ante rerũ meditatiõe feciſtis, ſubtrahẽdo decimas & primitias, nõ dico ſacerdotibus, ſed mihi, qui eas per Moyſen iuſſi dare. ¶ Secunda ratio hæc eſt, quòd decimæ dandæ ſunt ad miniſtrorum dei ſuſtẽtationẽ: vt Paulus dicit, Qui altari ſeruit, de altari viuat. Animad-

1. Cor. 9 uerte hic, viuere de altari non dicit, triturãdo eos aut ligna

Decimæ miniſtrorum dei. ſecando, aut arando victum ſibi quærere debere, vt craſſi & ſtupidi dicunt laici etiam parochum triturare debere. Paulus vult illũ de altari viuere. Quis enim (dicit) militat ſuis ſtipendiis vnquã? quis plãtat vineam, & de fructib' eius nõ edit? quis paſcit gregẽ, & de lacte eius nõ mãducat? & quod non ſecundũ hominem de ea re loquatur, inducit legẽ. Scri-

Deut. 15. ptum enim eſt in lege, Non alligabis os boui triturãti. Nũquid de bob' deo cura eſt? an propter nos vtique hoc dicit?

Num. 5 Si vobis ſpiritualia ſeminam', magnũ eſt ſi nos carnalia ve-

Deut. 18 ſtra metam'? Neſcitis quoniã qui in ſacrario operãtur, quæ de ſacrario ſunt, edunt: & qui in altario deſeruiunt, cum al-

Sacerdos non laboret vt ruſticus. tario participant? Ita & dominus ordinauit, vt qui euangelium prędicant, de euangelio viuant. Audi hinc quod prędicator non triturando, ſecando, aut arãdo victũ ſibi quærat. Hoc enim Chriſti pręceptum eſt, vt Paulus ait, vt qui euãgelium annũciat, de euãgelio viuat. quare nullus bonus & verè chriſtianus ſacerdotibus pro victu ſuo laborẽ iniũgat manualem: quia dicit dominus, quod omnis mercenarius

Luc. 10 dignus eſt mercede ſua. & ille cùm apoſtolos ad prædicãdũ miſerat, voluit etiam vt quibus prędicarent, victũ illis ſuppeterent. Cõſuetudo olim erat, vt ſacerdotes ex publico fi-

Sacerdotũ dignitas ſco ſuſtẽtarẽtur, & ſemper eminẽtiorẽ apud omnes nationes ſtatũ & ordinẽ habuerunt, apud Indos, Mauros, AEgyptios, Perſas, Romanos & Gręcos, ſicut ad longũ ex Diodoro, Strabone, Valerio Maximo, Xenophõte, Iuſtino, Floro Oroſio, & reliquis hiſtoricis poſſem recẽſere: ſed volẽs prętereo. Satis enim eſt quòd in veteri & nouo teſtamento ex-

Decimæ alicubi nõ dantur. preſſum eſt, ſacerdotibus & eccleſię miniſtris victũ & ſuſtẽtationẽ deberi: & hæc ratio eſt, vt mox dicemus, cur in multis regionibus decimę nõ perſoluũtur, etiã maiores, quia a-

Malac. 3. lia ratione ſacerdotibus prouiſum ibi eſt & proſpectũ. Propterea per prophetam deus dixit, Inferte omnem decimam in horreũ meũ, vt ſit mihi cibus in domo mea. ita etiam E-

zechias rex populo præcipiebat, vt Leuitis & ſacerdotibus ſuam partē darent, vt liberè legi diuinæ vacare poſſent. Sed poſtquam Iudæi ex captiuitate Babylonica reuerſi fuerāt, ſacerdotibus & Leuitis partes ſuas propter grandem famē, quę in terra erat, ſubtraxerunt: vnuſquiſq; enim quod ſacerdotibus dādū erat, vix ſibi ſuiſq; liberis ſufficere arbitrabatur: & cū cultores tēpli debitam non haberēt ſuſtētationē, emigrârunt inde, & cultū diuinum reliquerūt. quod cū vidiſſet Nehemias, increpauit eos, & dixit, Quare derelinquimus domū dei? & cōgregaui eos, & feci ſtare eos in ſtationibus ſuis: & omnis Iuda apportabat decimā frumēti, vini & olei in horrea. ¶ Vide ergo hîc primū Malachiā prophetam, vbi deus dicit, Ferte omnem decimā in horreum meū. quia vt Hieronymus hîc expendit, horrea ſacerdotum ſua quoque, & cibū illorum ſuum iudicat. hîc etiam diſce, cur Ezechias præcepit debitas ſacerdotibus partes eſſe dandas, propterea vt legi diuinæ vacarent. Tertiò etiā hîc obſerua, nō nouam eſſe querelam, quod impij clamant & veſani & laici, quid ſacerdotibus ſit dādū, quo ipſi indigeāt: hęc ipſa etiam vetus Iudæorū querela fuit, ſed à Nehemia propheta correpti iſti compulſiq; ſunt ad decimas perſoluendas, nulla interim habita ratione, quod magna fames terrā vrgeret. Ita in nouo teſtamēto priuſquā decimæ & beneficia ſacerdotibus cōſtituta fuerūt, apoſtoli & ſacerdotes ſuſtētationē ex magnis laicorū largitionibus & oblationibus habuerunt. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erāt, vendentes offerebant pretia eorum quæ vendiderant, & ponebant ante pedes apoſtolorū. Quòd ſi hoc in hodiernum vſque eſſet diē, ſacerdotes nullo opus haberent beneficio. ¶ Tertiò etiā audiamus, quæ non perſoluentes decimas pœna maneat, vel cúm perſoluunt, tamen ira imperfectè, vt ſemper quod deterius eſt exponāt, quorum vtrūque deo diſplicet. & hoc facile ex facto Abel & Cain intelliges. Cúm enim Cain ex fructibus terræ offerret, Abel verò de ouibus & pinguis ſuis, deus reſpexit munera Abel, ad munera autē Cain nō reſpexit. & hîc ſuprà indicauimus ex quarto libro Moyſi, quòd deus pœnā mortis indixit illi, qui ſibi egregia & pinguia reſeruauit, quod vilius erat decimando: nūc verò deus nihil pœna mortis damnat, niſi ſit peccatum mortale. Verùm peculiares etiam pœnas extra id, quod ali-

2. Par. 31
In penuria etiam decimæ dandæ.
Nehe. 13.
Hierony.
Pauperes etiam dēt decimas.
Act. 4.
Gen. 4.
Nu. 18

quis peccat, oſtẽdemus eorum qui peruersè decimant,& ſe à deo auertũt,ſuum illi cultum & honorem detrahunt,meritóq; ſacrilegi appellari poſſunt. Inuenio nãque ſpeciales pœnas in illos,qui quum de iure decimas debent , vel non perſoluũt,vel parũ fideliter:hoc enim per Malachiam prophetam dominus dixit,vt illũ configerẽt in decimis & primitiis ſuis. Et paulo infrà,Et in penuria vos maledicti eſtis. Hîc ergo habes verba ipſius dei , nõ excogitata ſacerdotis, quod propter iniuſtam & iniquam decimã penuria & paupertate deus affligit homines. Attende etiam noſtra tempora,quibus magna frumenti & vini copia creſcit, neque tamẽ quicquam proficit:egent omnes, & omnium rerum eſt cariſtia,ipſiq; etiam ruſtici colentes penuria laborent.

Malac.3.

Malè decimantes deus egeſtate punit.

¶Non mirum ergo eſt , magnam vbique rerum penuriam eſſe,quando ita iniquè decimę perſoluuntur,multóſque ad extremam redigi paupertatem, qui nihil omnino aut certè infideliter perſoluẽt. Plerique etiã ſunt qui monachis mẽdicitatem inuident,vbique cõtra monachorum & ſacerdotum clamant multitudinem:non interim cogitantes,quantam ſynagoga Iudæorum copiam,Leuitarũ & ſacerdotum indies aluit:ſiquidem Moyſes in deſerto eos numerabat,& vigintiduo milia erãt.rurſúſque ſub Dauide numerati ſunt ad triginta milia. Si tantam ſacerdotum copiam ſynagoga aluit,quid in hoc conqueri poteſt eccleſia fidelium? ¶Obſerua etiam hic omnium filiorũ primogenitos Dei eſſe:& plures iam vbique primogeniti inter Chriſtianos ſunt quã ſacerdotes, & hoc facile tibi perſpectum erit,ſi vnius duntaxat pagi numerum attendas , in quo omnes primogeniti cultui diuino adſcribi deberent. Sicque immutati ſunt illi pro tribu Leui,& ſubinde in hunc modum eorum numerũ habuit deus,vt quando Leuitæ omnes numerarẽtur , ſimul & primogeniti,plures inuẽti ſunt primogeniti quàm Leuitæ:quia primogenitorũ numerus erat viginti duorum milium,ducentorum, ſeptuagintatrium : atque tunc oportuit eos pecunia redimi,ſingulos quinque ſiclis, qui aureos fermè Rhenanos duos conficiebant,quanuis tunc quoque põdus templi eò quò vulgus vtebatur,grauius erat.

Nume.3.

1.Par.23

Exod.21

Leui.27.

Pauci ſacerdotes.

Nume.3.

¶Quòd autem malè & iniquè decimantes deus ſumma egeſtate & rerum omnium penuria affligat, pulcherrimè S.Auguſtinus teſtatur,dicens, Quum decimas dando,cœ-

leſtia & terreſtria poſſis promereri,pro auaritia tua duplici benedictione fraudaris. Hæc eſt enim iuſtiſſimi dei conſue tudo,vt ſi illi decimam non dederis,tu ad decimam reuoceris:dabis iniquo militi,quod non vis dare ſacerdoti. Et illa eſſe verba Auguſtini, teſtatur concilium Maguntinenſe in Panormia Iunonis,capit.4.de decimis, citans eiuſdem canonis verba, Decimę ex debito requiruntur:(mox ſequitur apud Gratianum) & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Iterum quoque dicit Auguſtinus, O primo iure & debito exigũtur decimæ,quas qui dare nolũt, aliena bona poſſident. Inuenias pagum,vbi coloni negãt parrocho decimas minores, illíque præterea decedunt fortè aurei decem ex oblationibus,atq; ſic videntur ſibi velut reprobè geſta multum profeciſſe. Sed verum eſt illud vulgi, Quod nõ tollit Chriſtus,tollit fiſcus. Quum enim quondam ſolidos dederunt duodecim,nũc aureos ſeptuaginta aut octoginta dare cogũtur. Atque ſic infidelitatem eorum corripit deus, cui quicquid detrahant,in ſextuplo alibi coguntur expendere. ¶Ratio quarta, Multas in ſacris literis promiſſiones habemus,pollicetur enim nobis,ſi fideliter decimas perſoluimus,rerum omnium copiam & affluentiã:ídque per Malachiam prophetam promiſit, Inferre omnem decimam in horreum meum,vt ſit mihi cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc,dicit dominus,ſi non aperuero cataractas cœli,& effudero vobis benedictionem vſque ad abundãtiam: & increpabo pro vobis deuorantem,& non corrumpet fructum terræ veſtræ:nec erit ſterilis vinea in agro,dicit domi nus exercituum. & beatos vos dicent omnes gentes, eritis vos tantùm terra deſiderabilis. dicit dominus exercituum. Nônne hæc clara dei viuentis ſunt verba, qui mentiri non poteſt,cui ſi puſillum quid detrahatur de decimis & oblationibus,ille idipſum aufert in ſextuplo.

Auguſt. de ciui. dei,li.16.

Malac.3.

4 Quòd ſi quis autem animo pio & ex timore dei decimas rectè dat,non ideo defectum patitur,ſed magis abundat in omnibus rebus,maiori proſperitate gaudet. Atque hoc eſt quod vulgus hominum non credit,ſiquidem excæcatum eſt auaritia & odio aduerſus miniſtros dei, dum ſacerdotes etiam aliter non conſiderant, niſi vt homines puros: neq; perſuaderi poſſũt, quomodo & cur in ocio (ſic enim vocant iſti) viuant, ipſis duriter laborantibus. Ve-

ra quidem ſunt hęc omnia, ſi naturam tantùm reſpicias, ſed hîc electio diuina conſideranda venit, vnde hoc ſic inſtitu-
Num. 16 tum eſt. Ecce enim legimus, quod Chore, Darhã & Abiron temerariè nimis & confidenter efferebant ſe aduerſus Moyſen & Aaron, dicentes, Satis hoc ſit vobis, quod congregatio tota ſanctorum eſt, & dominus eſt in ipſis, cur extollitis vos ſuper populum domini? Quid inde factum eſt? quum thura adolere vellent, abſorpti ſunt dehiſcente terra ſub pedibus eorum, quæ deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntq́; viui in infernũ operti humo: ſed & ignis egreſſus à domino, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incenſum. Poſſent iſtiuſmodi alia multa ex ſcripturis adduci, ſed tranſeo.
Augu. ¶ Hoc autem eſt etiam quod Auguſt. ait, Quia antiqui patres ideo omnibus copiis abundabant, quia decimas dabãt. & iterum, Si decimas dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis conſequeris & animæ ſalutem. Quanuis decimas non appetit deus tãquã mercedẽ ſibi dari, ſed honorem debitum à nobis requirit:
Malach. 1 vnde & expoſtulat nobiſcũ, dicens per Prophetã, Si pater ego veſter ſum, vbi honor meus? Si dominus, vbi timor meꝰ? dicit dominꝰ exercituum. Vos itaq; fideliter date decimas, neque perſonas aſpicite recipientium, ſed cultum & honorẽ dei: qui cuicunque fauerit decimas ſuas, & tu fac eidem non inuideas. Sicut de Sigiſmundo archiduce Auſtriæ fertur, quòd cùm in diuerſorio apophthegma illud inueniſſet deſcriptum, Quum Adam ligna finderet, & Eua neret, quis tunc erat nobilis? Gratiùs ſonat in noſtro vulgari.

Da Adam hackt, vnd Eua ſpan,
Vver vvas da ayn Edelman?

¶ Subſcribi iuſſit ille, Nibil diuerſum ab aliis viris habeo, niſi quod honorẽ hũc mihi fauerũt ſuperi. In noſtra lĩgua.

Ich bin ain man, vvie ain ander man,
Dan das mir Got der eeren gan.

¶ Dici multa poſſent de denariis, quæ ex ſingulis pendun tur capitibus, & de decimis fœni, quę in multis locis nõ per ſoluũtur: ſed miſſa facio illa omnia, quãdo breuiter loquẽdo cõſtat omnes decimas, quę de more dari debent, dandas eſſe tam ſtrictè, quàm chara eſt ſua cuiq; conſcientia & animæ propriæ ſalus. Nos interim oremus dominum, &c.

¶DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN, EVANGEL. MARCI 7.

IN illo tempore, Exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per Sidonẽ ad mare Galileæ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei ſurdũ & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cœlum, ingemuit: & ait illi, Epheta, quod eſt adaperire: & ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant: & eò amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit, & ſurdos facit audire, & mutos loqui. *Matt. 9. 12 & 17 Infr. 9 Lucæ 9*

HOMILIA PRIMA.

OB infidelitatem Iudæorum ſeceſſit aliquantiſper dominus in ciuitates gentium, Tyrum & Sidonem: ibiq; mulieris Chananeæ filiam curauit, quæ obſeſſa fuerat à dęmonio: ſicut in euangelio dominicæ ſecundę in quadrageſima audiſtis. Non moratur autem, inquit Theophylactus, *Theophy.* diu in Gentilium locis dominus, ſed ſtatim tranſit, ne daret occaſionem Iudæis dicendi, quod præuaricaretur legem co habitando Gentilibus. Propere itaque in Iudæam rediit. Et hoc eſt quod ait Euangeliſta, Exiens de finibus Tyri, venit per Sidonẽ. Ita vndique inueſtigauit omnia dominus, tanquam mitiſſimus animarum venator, venationem nanque deſignat Sidon. Et venit ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Quo verbo Euangeliſta dominum nõ ipſos *Beda* fines Decapoleos intraſſe ſignificat, ſed ad illum locum perueniſſe, qui medios fines Decapolis longè trãs mare poſitos reſpiciebat, ita nimirũ, quod Galilæa in hac parte verſus nos poſita erat, Decapolis autem in altera parte iuxta Hippus, ſeu Hippuntem, Pellæam & Gadaram, vt ex Ptolomæo facilè colligitur. Quanuis autem hæc parum ædificẽt in populo, tamen Marcus ideo circunſtantias locorum deſcripſit, vt tanquam verus hiſtoricus, qui (vt ait ille) veritatem ceu filiam ſibi ſumpſiſſet elocandam, plus fidei pararet *Ptolem.* ſuæ narrationi, ſi etiam ipſum loci ſitũ, vbi miraculum hoc factum eſt, commonſtraret. Quanuis eius rei altera cauſa dari poteſt, vt ſic ipſis nominum appellationibus aliquid myſticè ſignificaretur. Nanque fines Decapoleos hîc obſeruationem decalogi reſpiciunt: ſic enim illa præ oculis ha- *Hierony.*

bere debemus,vt ciuitates iſtæ in cõſpectu poſitæ erant maris huius Galilææ. Obtulerunt autem ei ſtatim hic ſurdum & mutum,deprecantes vt imponat illi manum. Ecce tria. Adducunt ægrotum,quoniam non à ſeipſo ſuapte ſponte veniebat.deprecantur etiam,vt imponeret illi manum:vnde docemur nos adducere ad dominum eos,qui imperfecti ſunt,qui ipſi ſuorum peccatorum liberam non habent facultatem:& orare pro illis.quod officium maximè eſt prælatorum,prædicatorum,& eorũ quibus animarum cura demandata eſt,vt huiuſmodi homines adducant ad dominũ, dicente Dauide,Afferte domino filij dei,afferte domino filios arietum.Arietes autẽ in ſacris literis prælati ſunt,quorum intereſt gregem Chriſtianũ ducere ad dominum. Multis ea non eſt gratia dei,vt poſſint ſua ſponte venire ad dominum,ſed aliorum ope opus habẽt & adminiculo, à quibus denique perducantur ad deum.Atque hîc magnum eſt fundamentum poſitum mutuæ interceſſionis: quoniã non temerè iſti adduxerunt ſurdum & mutum ad dominum,& orauerunt pro eo.Surdus porrò hic erat, nõ valens audire, neq; loqui,quia & mutus:quę res planè naturalis eſt,quoniam ſurdus auditu deſtitutus, diſcere non poteſt quod loquatur.At hic peculiariter mutus extitit,ſiquidem linguam habuit ſingulari quodam modo impeditam,vt deinceps dicemus.Vinculum autem linguæ ſuæ ſolutum eſt,vnde conſtat obſeſſum eum fuiſſe,neq; ſic natum.vnde & Theophylactus dicit,morbum hũc à dæmone fuiſſe.Beda myſticum hîc ſenſum rimatur, dicens quod ſurdus & mutus is ſit,qui nec aures audiendis dei verbis, nec os aperit pro loquẽdis: & huiuſmodi homines adducẽdi ſint ad dominum,vt quos humana nõ poterat fragilitas ſaluare,ille ſua gratia curaret ¶ Magnitudo autẽ fidei hinc patet,quòd impoſitionem manus tantũ petebant,credẽtes illũ ſic ſanum futurũ.Et quanuis ſolo verbo,imo & voto & cogitatu poterat eum dominus curare,tamẽ ceremoniis & ritu externo vti volũt: ſicut etiam diſcipulis ſuis commiſit imponere manus infirmis vt melius haberent.Confundãtur ergo & valeãt ſanctuli iſti, qui nullis ſibi videtur indigere ceremoniis, eáſq; ideo quibus vtitur eccleſia,derident & ſubſannãt,homines ſcilicet, ſpirituales:qui ſi in hoc rectè docerẽt & ſentirent, cur obſecro Chriſt' iis vſus fuiſſet ? At nimirũ decebat hic manuũ

Pſal.78. *Interceſſio.* *Theoph.* *Beda.* *Mar.16.*

adhiberi præſidia, quoniã omnia fecit & creauit manus do mini, vnde etiã ſalus omnis eſt & curatio: iuxta illud quod petiit Dauid, Fiat man⁹ tua domine ſuper me, vt ſaluet me, quoniam mandata tua elegi. Et deinceps, Poſuiſti manum tuam ſuper me, mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Atque eo pertinet illud Iob, Obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. Multa alia ſunt eius rei myſteria, quæ in eccleſia exhibentur: vnde & quem abſoluit ſacerdos, manus capiti illius imponit. 2 Sequitur, Et apprehendens eum de turba ſeorſum miſit, &c. Quo exemplo monemur nos ſeculi tumultus fugere, ſi modò ſalutem quærimus ani marum. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Et quandiu quis hæret in inquietis & perturbatis cogitationibus, atque inordinatis moribus ſeculi huius, non eſt quòd ſalutem ſperet ex ſpiritu dei. Poteſt tamen iſta ſegregatio etiam ſignificare hoc, quòd deus iuſtos ſecernit à peccatoribus per gratiam ſuã, ſicut dixit Moyſes ad populum, quando Chore, Dathan & Abiron ſe commouerant aduerſus ipſum & Aaron, Separamini à tabernaculis impiorum, ne fortè & vos abſorbeat infernus viuos. Sic etiam ſegregauit dominus Paulum, vt ipſe teſtatur, inquiens, Quum placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò non acquieui carnī & ſanguini. ¶ Ecce hic Paulus ſynagogam matrem ſuam vocat, in cuius fide educatus fuerat, ſed ab ea ſeparatus peruenit ad confeſſionẽ fidei & nominis Chriſti. Secernit etiã dominus electos oẽs à dãnatione æterna, quoniã cum omnes homines ex vna prodierunt maſſa perditionis, nati etiã filij iræ, deus autẽ quia ex iis per miſericordiã ſuã nõnullos exemptos ſeruat, hæc ipſa eorum ſeparatio eſt, ſicut & corporaliter in die nouiſſimo exeuntes angeli, ſeparabunt bonos à malis, dicente domino, Congregabuntur coram eo omnes gẽtes, & ſeparabit eas ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. O ter quaterque felicem, qui tunc à domino aſſeretur numero beatorũ! Chryſoſtomus hîc ait, dominũ docuiſſe nos vanam gloriã cõtemnere, quando ſeorſum duxit mutum illum, quoniam habere humilitatẽ præſtat miraculis. 3 Quum iam ſeorſum abduxiſſet dominus mutũ iſtũ & ſurdum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuẽs teti-

Eſa 66
Pſal. 118.
Pſal. 138
Iob. 26.
1. Cor. 15.
Num. 16
Galat. 6.
Matt. 13
Mat. 25.
Chryſoſt.

git linguam eius,& ſuſpiciens in cœlum ingemuit,& ait illi,Epheta,quod eſt,adaperire.(eſt enim Ziuui, hoc eſt,imperatiuus paſſiuus,nō verbum graue, neque hiphil,vt quidam linguæ ſanctæ ignari auſi ſunt hic adnotare,quum nō ſe fecerit mutus aperire) Principio miſit dominus digitos ſuos in auriculas eius,nō corporaliter tantùm,ſed ſpiritualiter etiam,dum repulit omnem diaboli poteſtatē, qua obturatæ fuerant aures illius,quo minus audire poſſet. Hierony. Digiti,inquit,qui in aurem eius mittuntur, verba ſpiritus ſunt,de quo dicitur,Digitus dei eſt hic. Aliam adhuc rationem reddit Chryſoſto.dicens, Quia propter tranſgreſſionem Adæ,natura humana multam incurrerat paſſionem ac membrorum & ſenſuum læſionem. Veniens Chriſtus in ſe perfectionem demonſtrauit naturæ humanæ: & propter hoc digitis aures aperuit,vt oſtenderet quod diuina virtute dicatum erat corpus diuinitati vnitum & operatio eius. Volens hic prætereo quomodo nonnulli quinque faciunt digitos dei,quorum tres ſignificant præcipuas tres proprietates dei,quæ tamen peculiariter tribus tribuuntur perſonis,cuiuſmodi ſunt,potentia,ſapientia,& bonitas dei:quibus nimirum cœlum conditum eſt & terra dicente Eſaia, Quis appendit tribus digitis molem terrę?Digitus quoque virtutem deſignat ſpiritus ſancti, quam operatur præcipuè per dona ſapiētiæ. Quanuis & digitus dei dicatur opus redemptionis noſtræ,quomodo ſpōſa gloriatur digitos ſuos plenos eſſe myrrha optima. Poſſent huiuſmodi ſymbola pene ad infinitū extendi,ſed lubēs tranſeo :quia ſunt facilia, & erudito cuiq; obuia. Immiſit autē dominus digitū ſuum in auriculā ipſius,qua re diabolū expulit, ſimúlq; auditum verbi diuini ei reſtituit:vt poſſet dicere eum Eſaia, Dominus deus aperuit mihi aures meas. Expuens quoque,tetigit linguam eius. Quod ſputum ſapotē bonū deſignat ſapientiæ,quia ex ore illa prodiit altiſſimi,primogenita omnium creaturarū.ſic & Ionathas dixit,Oculi mei illuminati ſunt, eo quòd guſtaui modicum mellis. Admiratur factum hoc Theophylactus,& ait eum illud ideo feciſſe, vt oſtenderet omnes partes ſuæ carnis ſanctas ac diuinas eſſe, adeò vt & ſputum ſolueret linguæ vinculum. Quanuis enim in nobis ſputum excrementum naturæ eſt,tamen in Chriſto id quoque ſtupendū erat & admirādum, ac virtutum effectiuum.

Grammatelli Hebraici. — *Hierony.* — *Exo.* 8 — *Chryſoſt.* — *Eſai.* 40 — *Eſa.* 50 — *Beda.* — *Eccle.* 24 — 1. *Reg.* 14 — *Theoph.*

4 Dehinc ſuſpiciens dominus in cœlum, ingemuit. Suſpexit, inquit Beda, in cœlũ, vt inde mutis loquelam, inde ſurdis auditum, inde cunctis infirmitatibus medelam doceret eſſe quęrendam, & vt ſimul demõſtraret ſe patri ſuo cæleſti nõ aduerſari, ſicut nõ ſemel inſimularãt Iudęi, ſed quia vnꝰ ſibi eſſet cũ patre animus & vna voluntas. Ad hęc ingemuit quoq;, vt & nos corporalibꝰ oculis cœlũ intueremur, & intus in cordibus noſtris ingemiſceremus. Ita Lazarũ reſuſcitaturus dominus, ſuſpexit etiã in cœlum, gratias agit patri ſe ab ipſo exauditũ. Nos quoq; oculos noſtros, omne ꝓpoſitum, totámq; intẽtionẽ referamus in deum, & ſimul cum rege Ioſaphat dicamus, Quũ neſcimus quid faciamus, hoc vnum reliquum habemus, vt oculos noſtros extollamus ad cælum. Rectè itaq; dixit Gregorius, Omnis Chriſti actio, noſtra inſtructio eſt. & quum ingemuit ille conſpicatus in cœlum, nos ne tardabimus reſpicere in cœlum, maximè excitati ſubinde per ſacerdotes, diuina celebrantes myſteria, quum dicunt, Surſum corda. Et hoc nimirum eſt, quod hîc Beda dicit, Ingemuit, nõ quia ipſi opus eſſet aliquid cũ gemitu à patre petere, qui cuncta petẽtibus donat cum patre: ſed vt nobis gemendi præberet exemplum, cùm vel pro noſtris vel noſtrorum proximorũ erratibus, ſupernæ pietatis præſidia inuocamus. Exactiùs adhuc expendit contextum hunc Theophylactus, & ait, Ingemuit forraſſis, & vt orans patrem, quo miſericordia dignaretur hominem & nos docens: quod quum facturi ſumus miraculum, inde miraculorum petẽdam virtutem. Poteſt hæc tertiã aſſignari ratio, quod condoluerit ille miſeriæ humanæ naturæ, & lapſui illius per peccatũ Adæ, quò venerat in tantã diaboli ſeruitutem ſimul & poteſtatem, vt etiam multiplicibus ipſius affectionibus ſubiaceret & tormẽtis. Neq; multò diſſimile eſt, quod ait Hieronymus; Ingemuit, id eſt, gemere nos docuit & in cœlum theſaurum cordis noſtri erigere, quòd per gemitũ cõpunctionis intimæ friuola lætitia carnis purgatur. Et dixit, Epheta, hoc eſt, adaperire. Suſpicere, ingemiſcere, hominis erant: ſed auribus imperare apertionem & linguæ loquelam mandare, dei erant. Sic Salomõ inquit, Auris ad audiendum, oculus ad videndum, vtrunque autem fecit dominꝰ, ſcilicet ad ſcripturas & literas ſacras. Sic Eſaiæ os dedit dominus & aurem ne cõtradiceret illi, ſed audiret eum:

Beda. | *Ioan.11* | *1.Par.10* | *Gregor.* | *Beda.* | *Theoph.* | *Hierony.* | *Prou. 20* | *Eſa.50*

vnde addidit quoq; linguá doctá. Quot obſecro ſunt iá in terra homines, qui deum immortalé, quantú indigerent illa gratia dei, aperiũt illi quidá aures ſuas ad laſciuias & friuolas mundi vanitates, ſed ad laudem & gloriá dei, & auerſionem à peccatis, ad docédũ bona etiá proximos ſuos, ad audiendum verbum dei, ad ſuſcipiédas correctiones maiorum & parentũ, atq; omnino ad omnia quę ſalutem animę promouét, pluſquá ſurdi ſunt & muti? Et hæc quidem in iuuenibus incipiunt, ac vix tádem deſinunt in ſenibus. Pueri priuſquá loqui diſcát, balbutire incipiũt cátiones laſciuias, ſcómata turpia, luſus impudicos, & neſcio quid nó. Quando verò orare debent, euágelium audire, legere, hic verbulum vix vnum vi magna extorſeris. Oremus itaque dominũ, vt hic quoq; gratiam nobis ſuam concedat, aures nobis noſtras aperiat, linguas impeditas expediat ad laudé ſuam, ſalutem noſtram & totius eccleſiæ ædificationem, Amen.

HOMILIA POSTERIOR.

Epheſ.2. VEnerat in hunc mundũ dominus Iudæos ſimul & Gentes vocare, quoniam ipſe pacificatio noſtra, qui fecit vtraque vnum, vnam inquam cóſtituit eccleſiam ex Iudęis & Gentibus. Cùm itaque in finibus Tyri Syrophœniſſæ filiam liberaſſet à dæmonio: nunc quoque rurſus eiicit immundos ſpiritus à Iudæo quodam obſeſſo, ſurdo ſimul & muto. Atque vt homo verus digitum ſuum inſeruit auribus eius, expuit, ingemuit, & dixit, Epheta. Statímque apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Hoc erat illud opus magnificum & ſplendidum, ex quo Meſſiam ipſum cognoſcere Iudęi debebant in lege & prophetis promiſſum. Siquidem hoc eis ſignum dederat Eſa. dicés, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tũc
Eſa.35 aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorum patebunt; tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ: quia
Beda. ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ & torrentes in ſolitudine.

¶Atq; hîc vtraq; natura mediatoris dei & hominum diſtincta eſt, ſuſpiciens enim in cœlũ, quaſi homo ingemuit: ſed mox vno ſermóe quaſi diuina potés maieſtate, ſanauit. Quúmq; miracula ſua integra operetur dominus & bona, oſtendit euangeliſta mutũ hunc rectè loquutũ eſſe & expe-
Eſa.32 ditè, quod etiam in ſpiritu prævidit Eſaias, dicens, Lingua
Beda balborũ velociter loquetur & planè. Quomodo auté rectè

loquutus ſit ille, in alium ſenſum pertrahit Beda: & ait, Ille ſolus rectè loquitur, ſiue deum confitendo, ſiue aliis prędicando, cuius auditum vt cœleſtibus poſſit auſcultare mādatis, diuina gratia reſerat: ſic poterat iſte dicere cū Dauide, Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudē tuam. & rurſus cum Eſaia, Dominus dedit mihi linguā diſertam. Atque hæc etiam ſentētia Hieronymi eſt, quum ait, Apertæ ſunt aures eius ad hymnos, ad cantica, ad pſalmos. ſoluitur lingua, vt ex corde eructet verbum bonum. ſic, ſic inquam ſoluta fuit lingua Pauli, quum vinctum ſe quidem prædicaret: ſed non ita vt verbum dei in ipſo eſſet alligatū. *Pſal. 50.* *Eſa. 10.* *Hierony.* *Pſal. 44.* *2. Ti. 2.*

2 Ex illo autem quod vetuit dominus, ne cuiquam quod factum viderant dicerent, docebantur ipſi ſimul & apoſtoli noſq; omnes, nō quęrere ex factis operibúſq; noſtris gloriā vanā, ſed in omnibus nos humiliare, neq; in aliquo efferri. Plures enim vtiq; mutos & ſurdos ſanarat dominus: quod quidem Matthæus cōmemorat: ſed vnū hūc refert Marcus, in quo plura operatus eſt dominus: tria nimirū ſimul, quia audire fecit eū, & loqui, ſimúlq; à dęmonio liberauit. Et tamē vt hoc maximè magnum fuerit, vetuit adhuc dominus ne cuiquam dicerēt. ¶ Quæritur hîc quidē, quur prohibuerit hoc dominus, quādo mirabile videtur hoc, quod quę fecerat miracula, voluerit celari: aut quia illi tamen non reticuerunt, ipſéq; ſua poteſtate illa fecerat, an ne celare & abſcondere nō potuit? Abſit. Quid ergo hoc pręcipiebat, niſi quia pigris volebat oſtēdere, quantò ſtudioſiùs, quantóque feruentiùs eum prædicare debeant, quibus iubet vt prædicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non poterant? Aliámque adhuc poſt reddit rationem, vt nos doceret nullum quærere honorē & gloriā tempotalē ex operibus bonis quæ faciamꝰ nos, ne mercede priuemur ęterna, dicatúrque tandem nobis. Amen amen dico vobis, recepiſtis mercedem veſtram. Diſcamus inſuper hîc opera noſtra bona, ſi fuerint digna, quæ ſequantur etiam alij, nō poſſe latere: ſed quacunque via manifeſtanda ea eſſe, id ita diſponente deo ad ædificationē proximorū: neq; enim latere poteſt ciuitas in monte poſita. Et tamē opera bona facere ad honorē & laudem dei, res pia & ſancta eſt, præcipiēte hoc ipſum domino. Sic luceat lux veſtra corā hominibꝰ, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. *Matt. 15.* *Beda poſt Auguſt.* *Matt. 6.* *Matt. 5.*

Sicq; communis illa patrum reſponſio eſt, quia dominus id eis hic præcepit, non eſt vt ſeruarent, ſed in eruditionẽ ipſorum & omnium noſtrum: quoniam gloriola iſta vmbræ ſimillima eſt: vmbrã quiſquis fugit, hũc illa ſequitur: & qui

Glorio eam inſectatur, hũc ipſa fugit. Ita hic licet domin' eis ſilẽtium præceperat, tamen eò magis ipſi miraculum admirati ſunt & prædicauerũt omnibus: ſicut Tobiæ Raphael dixit,

Tobiæ 12. Opera dei manifeſtare & confiteri, glorioſum eſt. & prędi-

Eſa.46. xit hoc Eſaias, Exclamabant virtutem meã in gẽtibus. Dabant ergo illi hîc laudem & gloriam deo, Dicentes, Omnia bene fecit, ſurdos audire & mutos loqui. Idipſum tu quoq; in corde tuo ſerua, vt ſemper de deo dicas, Omnia bene fecit: ne quid tibi ſumas docere dominum, patrẽfamiliâs illũ

Iob 11. antiquum ne quid corripias: caue exprobres potentiſſimus cũ eſt ille, ſapientiſſimus, & optimus maximus dominus, cui dicere nemo poteſt, Quur ita facis? quoniam nouit ipſe vanitatem hominum: quam quum videt, nonne conſiderat? ne quid murmuremur aduerſus omnẽ gubernationẽ & adminiſtrationem dei. vt maximè putemus nos, iniquè cõparatũ eſſe in rebus humanis, ſępe malis optime, bonis peſſimè omnia ſuccedere, nec quid hîc nos iudicem', ſicut Iu-

Mala. 2. dæi fecerunt, dicentes, Omnis qui facit malũ, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placent. aut certè vbi eſt deus

Malac 3. iudicij? & deinceps, Vanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumẽtum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & perambulauimus triſtes corã domino exercituũ? ergo nunc beatos dicimus arrogãtes, ſiquidẽ ædificati ſunt faciẽtes impietates, & tentauerunt deum, & ſalui facti ſunt. Iniquè hoc ſanè & impiè dicitur, ſicut ibidem arguit eos dominus, & viſuros aliquãdo minatur, quid interſit inter iuſtos & iniuſtos, inter eos qui ſeruiũt deo, & qui deum nõ colũt. Id adeò nos quoque obſeruemus iuxta conſilium Dauidis & Iob, laudẽ

Pſal.72. demus domino, dicentes cum illis, Quia omnia benę fecit.

Iob 21. 3 Nonnihil adhuc myſterij hîc inueſtigãt patres ſancti. Surdus enim hic & mutus ſignificat genus humanũ, authore Beda. Siquidem poſtquam homo viruleta audiuit verba ſerpentis, ſurdus ſtatim factus eſt, ſimul & mutus ad laudẽ ſui creatoris, & quũ colloqui cœpit cũ diabolo, aureis ipſe

Gene.1. ſibi concluſit, & linguam ad exclamandam gloriam dei: ſicq; quando infecta veneno erat radix, malum inde excre-

nit multò deterius in ramis & fructibus, adeò vt in aduetu filij dei, paucolis in Iudæa demptis, vniuerſus aliâs mundus erraret in cognitione veritatis diuinę, infatuat⁹ totus. Venit autem ad mare Galilææ dominus, non ignarus vbinam iaceret ægrotus, quẽ iuuare & medicari volebat: venit gratia ſuæ bonitatis ad mare, ad corda vndis vitiorũ inflata & tumida gentium, & ibi obtulerunt ei ſurdum & mutũ. Sed quinam obtulerint, id quæris? ipſi patriarchæ, & prophetæ, & ſancti angeli dei. Tetigit ergo filius dei illum per carnẽ aſſumptam: ſiquidem non ille apprehendit angelos, ſed ſemen Abrahæ: angelos collapſos amplius non quæſiuit, ſed vt ceciderãt, ita perire permiſit. At quomodo ſanauit eum? Digitos gratiæ diuinæ immiſit in aures ei⁹, cùm ſe iam cõuertiſſet ad audiendum euangelium, & per digitos quidem ſignificantur dona ſpiritus, dicẽre domino, Si in digito dei eiicio dęmonia. quod alius Euãgeliſta ſic expreſſit. Si in ſpiritu dei eiicio dæmonia. Deinde tetigit linguam ſputo, hoc eſt, euangelio, ita vt deinde nõ ſolo crederent corde, ſed & ore confiterentur ad ſalutem, dicentes, Credimus in deum patrem, creatorem cœli & terræ, & in Ieſum Chriſtum filium dei vnigenitum, &c. Prius autem quàm ſanaret eum, conſpicatus ipſe in cœlũ, ingemuit, eo ipſo docere nos volens, vt ſi quando à cœleſtibus gaudiis ad voluptates mũdi deuiauerimus & defecerimus, nõ alia via regreſſum nobis patere ad cœlum, niſi per gemitus, altâ ſuſpiria & magnam triſtitiam, ſicut dixerũt apoſtoli, Per tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Aperto itaque ore huic muto, cœpit ille loqui recte, & ſanatus eſt, qui antea loqui nõ poterat. Omnes gentiles idololatræ ante Chriſti aduẽtum loqui non potuerunt, dum carebãt fide recta. Aut quid recte loquerentur, qui tantum Iouem, Martem, Venerem & id genus reliquam peſſimorum hominũ fecem pro diis colebant, ſed nimirum poſt Chriſti aduentum princeps mundi huius diabolus eiectus eſt foras, quando idololatria toto pene orbe exultat extorris.

Heb. 2.
Matt. 15.
Rom. 10.
Act. 14
Ioan. 12.

4 Docent hic Beda & Rabanus, ex hoc euangelico facto inoleuiſſe, quod in eccleſia ſacerdos paruulum baptizans, ſputo quoque oris ſui, aures, nares & linguam illius attingat, quanuis in aliquibus diœceſibus non tangitur lingua, propter verba Ambroſij Per ſputum autem guſtus ſignifi-

catur altiſſimæ ſapientiæ dei: cõtactus narium, deſignat abiectionẽ & repulſam voluptatum omnium, & receptionem
1. Cor. 2. ſuauiſſimi odoris Chriſti: iuxta illud Pauli, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, atque vt meminerint cũ ſancto
Iob. 27. Iob, quòd quandiu eis ſpiritus ineſt, & ſpiritus in naribus eorum, ne loquatur malum in labiis ſuis, nec cogitent mẽdacium cum lingua ſua. Tãguntur ei etiam aures, ne vllam audiat linguam maledicam atq; malignam, ſed tãtùm ver-
Beda. ba Chriſti attendat & cuſtodiat. Vos itaque dilectiſſimi in Chriſto fratres, obſecro attendite, quando ita mundati ſumus in baptiſmo, vt Chriſto iam viuamus tantùm, ſolerter conſideremus, ſi per peccatum defœdati ſimus rurſus, vt renouemus munditiẽ aurium, quę ante nobis data diuinitus eſt ad audiẽdam fidem, ne ſimus ex numero eorum, de qui-
2. Tim. 4 bus dicit Paulus, quod auertent auditum ſuum à veritate, Linguam quoq; noſtram non minus cuſtodiamus, à malo, quoniam ſanctificata eſt cõfeſſione fidei. Caueamus deinde lingua noſtra maledicere hominibus, qua deũ & Chriſtum benedicimus. Atque ideo quando iam rectè loqui dicimus in baptiſmo, ſumma nobis cura cauendum eſt, ne
Greg. C. quicquam mali loquamur poſt baptiſmum.
ſacerdotes ¶ Et in hunc modum etiam Gregorius dicit, Sacerdotes
de conſe. cum per exorciſmi gratiam manum credentibus impонũt,
di. 4. & habitare malignos ſpiritus in eorum mentibus cõtradicunt, quid aliud faciunt, niſi quòd dæmonia eiiciũt? Et Rabanus: Poſtea tanguntur ei nares & aures de ſaliua, & dicitur ei verbum euangelicum, quod Ieſus quando ſurdum & mutum ſanauit tangens cum ſputo linguam eius, & mittẽs digitos in auariculã eius, dixit, Epheta. Hic enim ſacramẽtum hoc agitur, vt per ſaliuam typicam & ſacerdotis tactũ, ſapientia & virtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni operetur, ſic operiantur illi nares ad ſuſcipiendum guſtum ſcientiæ dei: & aures referentur ei ad audiendum verbum dei, intellectus quoque cordis ipſius ad reſpõdendum reddatur expeditior. Atque hæc quilibet homo conſideret diligenter, quæ etiam eccleſia inſtituit ex inſtinctu ſpiritus ſancti, quidnã extrema iſta ſigna ſibi velint: quidúe ſignificent in inima noſtra, eorundem etiam ſe quiſque participem faciat, vt hîc abundanter gratiam à deo accipiat, gloriam illic vberius recepturus æternam, Amen.

DOMINICA XIIII. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM LVCAE. 10.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens, Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens, dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixítque illi, Rectè reſpondiſti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus? Suſpiciens autem Ieſus, dixit, Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: & vidēs eum, miſericordia motus eſt, & appropinquās, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait, Curam illius habe, & quodcunque ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac ſimiliter.

HOMILIA PRIMA.

APprime ſalutaris euāgelij huius doctrina eſt, plenáque optimorum præceptorum. nam innumera in eo Chriſtianæ fidei capita continentur: nimirum, de ſalute noui teſtamenti, de dilectione Dei & proximi. In his præceptis tota lex pendet ac prophetæ. Præterea quomodo miſericordiam impartiri debeamus, deinde quomodo Dominus ſeipſum in perſona Samaritani indicauerit. atque vt breuiter ad Euangelij contextum perueniam, cùm Chriſtus dicit, Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quoniam hæc abſcondiſti à ſapientibus & prudentibus, *Mat. 22.*

& reuelaſti ea paruulis. Dubitare quis poſſet, quid tandem paruuli iſti ſibi velint. ſed hoc ipſe declarat, cum conuertēs
Luc. 10 ſe ad diſcipulos ſuos inquit, Beati ſunt oculi qui vident quę vos videtis. Dicēs, verba hæc nō ſatis intelligo: qui fieri poſſit vt diſcipuli beati vocentur, quando nondum vita functi ſunt, neque à peccatis liberati. Sciendum eſt, dominum hîc non ſignificare æternam beatitudinem, vbi electi diuinam maieſtatem perpetuò cōſpiciunt. Verùm eam intelligi vult qua homo virtute & probitate in vita hac vitam æternam
Pſal. 1. 31 meretur, non qua præmia ſuſcipit: ſic ait Dauid, Beatus vir
& 40. qui non abiit in conſilio impiorum, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Ita hîc quoq; Chriſtus vocat beatos, non qui gloriam vitamque æternam poſſiderent, ſed vt fide ſua beata & ſancta eam promererentur.
¶ Beati oculi qui vident quæ vos videtis: non oculi Phari-
Beda. ſæorum & Scribarum, vt ait Beda, qui ſolùm corpus domini viderunt: ſed illi oculi beati ſunt, qui ſacramenta eius &
Theoph. arcana cognouēre: de quibus dominus antea mētionem fecerat, & aperuiſti ea paruulis. Beati oculi paruulorum, quibus filius ſeipſum & patrem manifeſtauit, vt ita non tantū apoſtoli beati ſint, ſed omnes ij qui oculis fidei dominum in carne ambulantem vident, & miracula operantem Præ-
Natura oculi. tereo nunc, quod quidam hîc præfantur de natura oculi, de pulchritudine & elegantia eius, de lumine ſuo, quo lumen quoq; cerni queat, de mobilitate. poteſt enim nūc ſurſum, nunc deorſum, nunc in has, nūc in illas partes pro arbitrio torqueri, de rotunditate, de nigredine in oculo, quo quis videt. Hæc omnia indicia ſunt cæleſtis proprietatis, ſicut ad longum hîc pertractari poſſet. Tu autem ipſe per ſymbola diſcurre, quā voles ampliſſimè quia facile eſt. Quare Chriſtus hîc mētionem facit oculorum, vt illis ſignificaret rationem & intellectum humanum. eſt enim pars cæleſtis in ho
Cantic. 1 mine: ita in Canticis ſuis Salomon inquit, Oculi tui colum
Ezech. 1. barum. Idcirco apud prophetam Ezechielem: & apud Io-
Apo. 4. 6. annem reperiuntur animalia plena oculis: ſicut Iacob de Iuda dicit, Pulchriores ſunt oculi tui vino: & tota ſcriptura hac de re plena eſt. Ita hîc quoq; loquitur dominus; Beati ſunt oculi qui vident quæ vos videtis. Beati qui me extrinſecus ita reſpiciunt. vt intrinſecè meam diuinitatem ab ex-

ternis miraculis credant: vel qui ita intelligunt diuinitatem meam, vt credant vnam eſſe cum humanitate illa quę cerni tur. hoc apoſtoli fecerunt, ſicut Ioannes inquit, de verbo vi tæ, quod nos vidimus quod audiuimus, manibus palpauimus. ¶ Secundò confirmat apoſtolorum beatitudinem per comparationem, cum inquit, Dico vobis quòd multi prophetæ & reges voluerũt videre quæ vos videtis Dices, quãdo Chriſtus ait ad Iudæos, Abrahã exultauit vt videret diẽ meum, vidit & gauiſus eſt: quomodo igitur hîc dicit, reges ac prophetæ non viderunt? Reſpondet Beda, Verũ eſt quod Abraham, Eſaias, Micheas & multi alij in veteri teſtamento, viderunt gloriam dei, & non videntes appellati ſunt, ſicut ſeruus ad Saulũ loquitur. ſed hi omnes à longe aſpiciẽtes Ieſum, per ſpeculum & in ænigmate viderunt. Apoſtoli autem viderunt Ieſum coràm, comederũt cum illo, & quic quid voluerunt, hoc interrogantes ab illo didicerunt: non enim neceſſe erat illis per angelos doceri aut viſiones, quemadmodum patriarchæ ac prophetæ facêre. Itaque Chryſoſtomus inquit, Apoſtoli viderunt aduẽtum Chriſti, præſentiam, vocem, miracula, prædicationes: quod negatum erat prophetis & regibus. cupierunt quidem, at non viderunt: quare apoſtoli præſtantiores beatioreſq; ſunt prophetis illis ac patriarchis. Quandiu ſenex ille Simeõ multum ſuſpirando deſiderabat aduentum Chriſti, qui tandem reſponſum acceperat à ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem niſi prius videret Meſſiam domini? hoc eſt quod deſiderarunt omnes prophetæ. verum hæc gratia illis non eſt conceſſa ſicut Simeoni, quamobrem triſtes deſcenderunt in limbum. Iiſdem quoq; verbis vtitur epiſcopus Roffenſis cõtra Oecolampadium, qui ad ignominiam euãgelij & ſanctæ noſtræ fidei, dixit nouum teſtamentum nihilo veteri melius præſtantiuſue eſſe, neq; etiam plus concedi gratiæ per ſacramẽta, nunc, quàm in veteri teſtamento. Hoc falſum & erroneũ omnino eſt. Plana enim & aperta ſunt verba Chriſti, apoſtolos beatiores eſſe prophetis & patriarchis, quòd viderũt & audierunt ea quæ prophetæ non potuerũt Alia quoq; multa reſtant, quorum nomine præſtantius eſt euangelium veteri teſtamento: quia neminem ad perfectionem perduxit lex, ſicut euangeliũ facit. Ad hæc, ſacramenta eccleſiæ multis modis ſuperant ſacramenta ſynagogæ, ſicut & ſacrificiũ

1. Ioan. 1 — *Beda.* — *Eſa. 6.* — *1. Reg. 9.* — *Mat 13.* — *Chryſoſt.* — *Luc. 2.* — *Epiſcopus Roff.* — *Heb. 7.*

nibus,cum dixit,Gaudete,quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Quanuis ſunt qui volunt,quod ſicut in veteri teſtamento omnis promiſſio ad temporalia bona vitam mũdi huius,pacem & ſanitatem vergebat, ita vniuerſa Chriſti doctrina vitam promittebat æternam.vt meritò dicere poterat,Ecce iam appropinquat regnum cælorũ.Magnus itaque iam & præclarus iſte doctor in eodem tentare dominũ voluit,ratus eum aliquid dicturum cõtrarium legi. Verùm interim iſte ſua tentatione verũ eſſe comprobauit illud domini dictum,Pater,abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudẽtibus,reuelaſti autem ea paruulis.¶Magiſter,inquit. Chriſtum magiſtrum prædicat,cuius nolebat eſſe diſcipulus: ſicut etiam apud Matthæum fecerunt,dicentes,Scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces.Magiſter,ait,quid faciẽdo vitam æternam poſſidebo? Ecce legiſperit⁹ ille tamẽ plus intelligebat,quàm noſtrates Neochriſtiani. norat eñ non dari regnum cælorum ignauis iſtis fucis & pigris, ſed aliquid pro eo laborandum eſſe, quum interim belluli iſti Neochriſtiani neq; orare quicq̃ volũt,nec ieiunare,omnia contemnunt opera bona. volentes nuda & informi fide irrũpere,dum clamãt tantùm domine,domine Diuerſum ab iis quęſiuit iſte legiſperitus,dicens,Quid faciẽdo vitã ęternam poſſidebo?Sic intelligebãt illud etiã Iudæi,cũ interrogarẽt dominũ,Quid faciemus,vt operemur opera dei?Volũt quidã ideo hic interrogaſſe legiſperitũ ſeu ſcribam hũc, quoniã quũ variæ erant apud Iudæos ſectæ,Eſſæorũ.Saducæorum & Phariſæorũ,magna erat apud eos quæſtio, quęnã iuſtitia magis placeret deo. Quo nomine interrogauit iſte,quid tandem faciendo vitã poſſideret ęternã.nõ quęſiuit quid credere,ſed quid operari debeat. 4 Inquiſitionem hanc legiſperiti reſerare volẽs dominus, aggrediturjam id facere ex propriis ipſius verbis, dicens, Quid ſcriptum eſt in lege?quomodo legis?quaſi diceret idipſum quod alibi dixit,E verbis tuis iuſtificaberis,& è verbis tuis condemnaberis.Interrogat eum ruſus dominus,in lege quid ſit ſcriptũ, ſciens ipſum ex eorum eſſe numero,qui verba legis tenent, ſed vim legis ignorant. Verè enim exiguum quid eſt,ſi nos noſtrique ſimiles multa bona nouimus, neque facimus ea. Quid ſcriptum eſt in lege? At qua ratione poterat ſumma dei ſapientia tam fraudulentæ interrogationi occurriſſe

Ma.3.10 *Chryſoſt.* *Mat.22.* *Ioan.6.* *Mat. 13.* *Ambro.*

prudentius? quoniam quocunque modo diuerſo reſpondiſ
ſet dominus, ſemper ille ſuſpectus alteri ſectæ fuiſſet. Rectè
itaque legiſperitum ad legem ſuam relegauit, quæ adeò la-
ta fuit, ſicuti concorditer omnes etiam trium ſectarũ Iudæi
ſentiebant. Ideóq; illam Chriſti de lege reſponſionem, ca-
uillari nullo modo poterant. ¶ Cæterum qui in eccleſia do-
cet magiſter, ſolicitè accurare debet, vt quicquid illi inter-
rogationũ occurrerit ſubinde, in omnibus iis ad ſcripturas
cõfugiat, docẽte Eſaia, Nónne populus requiret à deo viſio
Eſa.7. nem ſuper viuos & mortuos? Magis ad legẽ & teſtimoniũ
currendum eſt, quàm ad idololatras & veneficos, aut vanas
hominũ ſuſpitiones, ideo enim lex data eſt: iuxta illud Sa-
Eccle.4. pientis, Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum,
& hæreditatẽ domui Iacob, & Iſraël promiſſiones. Age igi-
tur quando hæc in lege comprehenſa ſunt omnia, dic, in le-
ge quid eſt ſcriptum? Volunt nonnulli hic dominum prima
interrogatione quærere voluiſſe de litera: & altera cum di-
ceret, Quomodo legis? demum interrogaſſe de intellectu.
Vnde multi abberrant, ſeq; dant turpiſſimè in lectione ſcri-
pturarum: ſicuti nunc quoq; proh nimium fit inter ſimpli-
ces iſtos, ſed ô quàm faſtuoſos neochriſtianos! ¶ Ideo quo-
Mat.23. que illud feciſſe creditur dominus, quod aliâs ſoliti illi fue-
rant traditiones hominum arripere contra legem dei cõſti
tutas, & ſic iuſtitiam quærere admodũ anguſtam. Quomo-
Rom.10. do eos Paulus aſſerit ignorare iuſtitiã dei, & ſuam propriã
velle aſtruere, atque idcirco iuſtitiæ dei non eſſe ſubiectos.
Et tamẽ veram illi viam cõmonſtrat dominus, de lege quæ
rens, & quomodo legeret: quoniam deduxit dominus iuſtũ
Sap.10. per vias rectas, & oſtendit illi regnum dei. Bene vtriq; & re-
ctè fecit dominus huic legiſperito, qui quũ magiſtrũ ipſum
confeſſus erat, dominus quoque velut magiſtrum ſe profeſ
ſus, diſcipulum ſuum de lectione, quod aiunt, data interro-
gauit, Quid ſcriptum eſt, inquiens, quomodo legis? Ita ni-
mirum viuere oportet præceptorem cum diſcipulis, ita illũ
Mat.23. eorum ſtudia & ingenia experiri addecet. Quãuis etiam eò
feciſſe credi poteſt dominus, quòd ille ex eorũ numero fue
rat, qui ex ſolo libro & verbis tantum docerent, quique (vt
ait dominus) dicerent ſolùm & nihil facerẽt, cùm tamẽ do-
ctrina operis & exempli boni non rarò vtilior ſit & effica-
cior quàm verbi tantùm. Sed hic nimirum optimus erat, de
quo

quo dixit dominus, Quoniã qui ſic fecerit & docuerit magnus vocabitur in regno cælorũ. ¶ Deus optimus maxim⁹ gratiam nobis ſuam largiatur, quaten⁹ nos mãdata ſua ſancta, nõ tantũ auribus audiamus, oreq́; legamus, ſed & opere impleamus, poſt hanc vitam illam poſſeſſuri æternã. Amen.

HOMILIA SECVNDA.

INterrogauit dominum ſcriba, quid facere deberet, vt vitam poſſideret æternam: rurſuſq́ue & ex eo quæſiuit dominus, in lege quid ſcriptum eſſet, & quomodo legeret: qui reſpõdit, Diliges dominum deum tuum ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, atque proximum tuum ſicut teipſum. Et hic quidem ſcriba iſte non turpiter ſe dedit, dum quod in lege ſummum eſt tenere ſe declarauit. namque & dominus ei verbum hoc confirmauit, ipſumq́ue adeò rectè reſpondiſſe teſtatus eſt. Multa de hoc maximo dilectionis dei & proximi pręcepto dici deberent: ſed quia idem nobis tractãdum occurret infrà dominica decimanona, lubet idipſum in eum locum differre. Tantũ quod hic locus offert, admonendi mihi eſtis chariſſimi, etiã in veteri lege mãdatũ hoc fuiſſe, vt in Deuteronomio legitur, quanuis ibi tres tantùm formæ dantur, hic etiam quarta additur, ſicut infrà dicemus. Quod autẽ ad dilectionem proximi, de qua hic agitur, ſpectat, cõſtare vobis prĩcipio debet, nõ hîc agi de proximo ex ſanguinis cõiunctione, quam natura ſuadet & pręſcribit: ſed de proximo ſcilicet quolibet homine. ſiquidem omnes homines ex vno parente Adam deſcendũt in terrã, & ex vno patre de cælis qui omnes nos creauit, & animam nobis indidit rationis capacem: iuxta illud propheticũ Nũquid non pater vnus omnium noſtrum? nunquid non deus vnus creauit nos? Sic inquã quilibet homo hominẽ alium ſuum reputet, ſciatq́; eſſe proximũ. Scriba autem iſte dum hæc duo mandata hic coniunxit, rectè fecit. ſiquidem & in veteri teſtamẽto quod ſcriptum eſt de dilectione dei libro quinto, idem in tertio de charitate habetur proximi, vbi dicit dominus, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. (Hebraicè Iereacha, id eſt, ad ſociũ tuũ Septuaginta verterunt pliſion, hoc eſt proximum, & ſic legitur hic & Matthęi 22.) ¶ Datur etiam alia adhuc ratio dilectionis proximi: quia enim quilibet homo factus eſt ad imaginẽ dei, ideo ſicut rex

Deut. 6. *Malac. 2* *Leui. 19.* *Gen. 1.*

honoratur& colitur in imagine ſua,ita deus in homine qui imaginem ſuam gerit: quoniam diligere neminem poteſt deus qui imaginem ſuam hominem odio proſequitur:idip-
1. Ioan 4 ſum atteſtante Ioanne cùm ait,Qui dicit ſe diligere deum, & fratrem ſuum odio habet,mendax eſt. Cohærent itaq; & coniuncta ſunt hæc præcepta duo,eſtque hæc immenſa dei miſeratio & benignitas,quod tanti facit hominem,vt ipſe etiam ſine eo nolit diligi. O te infelicem & miſerum peccatorem,quid agis?cur adeò nihil facis dilectionem dei, quã leuiter adeò amittis? idque ob amorẽ alicuius vilis creaturæ,breue deſiderium,ac voluptatulam momẽtaneam: ſicut Eua ob vnius pomi morſum, neque cogitas quanti te deus faciat, adeò vt ſine te nolit diligi. ¶ Atque hæc ipſa cauſa
Galat. 5. eſt,quod Paulus dilectionis tantùm proximi meminit,cùm
Rom. 13. ait legem totam hoc vno impleri,Diliges proximum tuum ſicut teipſum.& iterum,Qui diligit proximum,legem impleuit.Plenitudo enim legis eſt dilectio: & rurſus, Finis legis eſt charitas.Cùm itaq; hic & apud Matthæum pręcepta
1. Tim. 1. duo ponantur,& Paulus vnicum tantùm commemorat,nõ eſt quòd ſuſpiceris aliquid hic eſſe aduerſum alteri:quoniã in dilectione dei,proximi etiam charitas includitur: atque
1. Ioan. 4 ideo Ioãnes dicit nos illud pręceptum habere à deo,vt qui diligit deum,etiam proximum ſuum diligat. 2 Quando dicitur,diliges proximum tuum ſicut teipſum, attendendũ eſt illud quod annexum eſt, ſicut teipſum: non enim dixit quãtum,ſed ſicut teipſum. Quoniam licet proximum meũ
1. Cor. 4. diligere debeo ſicut meipſum, tamen & poſſum & debeo me plus diligere. ſiquidem cum ordinatè fieri omnia debeant inter nos, ordinatè etiam decet ipſam inter nos eſſe charitatem,ita vt quis deũ ſuper omnia diligat,dehinc ani-
Lib. 1. de mam proximi ſui, ſicut exponunt Ambroſius & Augusti-
doct. chr. nus,ipſaque adeò de ſe teſtatur ſponſa, dicẽs, Ordinauit in
cap. 1. me charitatem. quoniam & Sapiens ait,Qui ſibi malus,cui
Cantic. 2 bonus?Auguſtinus explicãs hęc verba,Date eleemoſynam,
Eccle. 14 & omnia munda erunt vobis,inquit,Quicunque ordinatè dare vult eleemoſynam, quo incipiat à ſeipſo, ſibique primum det eleemoſynam,quoniam verè dictum eſt illud, Miſerere animæ tuæ vt placeas deo. Quando itaque optimum ipſe mihi debeo, méque maximè diligere teneor poſt deũ: ſequitur nõ planè ęqualem eſſe dilectionem hominis erga

proximum & ſeipſum, ſed maiorẽ erga ſe: ſicque recto ſenſu intelligere debemus illud quod dixit dominus, diliges proximum tuum ſicut teipſum (quia ſicut, hic non eſt nota æqualitatis aut perfectæ ſimilitudinis, ſed potius ordinis: vel eſt ſimilitudo in obiecto, nõ in actu.) Quum igitur teneris diligere proximum tuũ ſicut teipſum, intelligit principio poteſt de vera illa dilectione, qua etiã te diligis, vt eadẽ etiam ames proximum tuum. Deinde quilibet diligere debet proximum ſuum ſicut ſeipſum, quia ad idem illud bonum ad quod ſe diligit. Atque hoc ſic accipe, Vnuſquiſque qui ſe rectè diligit, ipſe ſibi bene vult, cupitque ſe vera via & rectiſſima pergere ad fœlicitatem æternam. Recta autem & regia ad vitam via, eſt ipſa iuſtitia & obſeruatio mandatorum dei, teſte Dauide, quũ ait, Domine, in ſancto via tua: *Pſal. 96.* &, beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. Sic *& 118.* ergo quilibet cupiat omnes homines vnà ſecũ ingredi viã hanc, & in hoc quiſq; diligat proximũ ſuum ſicut ſeipſum. Quoniam ſi quis ſe aliter diligeret, is verè ſe nõ diligeret. ſiquidem qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Itaq; *Pſal. 16.* quiſquis gaudet eò ipſo quod proximus ſuus peccat, eique in illo applaudit, laudat eum & adiuuat in illo, nihil minus quàm diligit eum, ſicut nec ſeipſum, tantum enim honeſtas & probitas laudanda in homine eſt. Certum hoc eſt, quod quicũque in proximo ſuo probitatẽ non diligit, iamiam repulſus à deo eſt: iuxta illud Dauidis. Quid gloriatis in malitia, qui potẽs es in iniquitate? Tota die iniuſtiria cogitauit *Pſal. 51.* lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiã ſup benignitatẽ, iniquitatẽ magis loqui quã ęquitatẽ. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa. Propterea deus deſtruet te in finẽ & euellet te, &c. Ecce ꝗ manifeſtè hic cernis amicitiã, quę nũc in mundo cõtrahitur, & inter homines ſeculi huius verſatur, veram dilectionem nõ eſſe, ſed potius perditionem. ſiquidẽ plurimũ qui in mundo habetur amor, ex peccato & in peccato fit, ſiue contrahitur.

3 Ratione finis quoque quilibet diligere debet proximũ ſuum ſicut ſeipſum, hoc eſt, vt ad eũdẽ finem pertingat ille quem ipſę appetit. ideoque tunc quis proximũ ſuũ diligit ſicut ſeipſum, quãdo eidem etiã vitã optat æternã. ſic Paul⁹ *Philip. 1.* cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſto, atque meritò diſſolui inquit, quoniã hoc mori quidem eſt, at nõ oẽ ſed hominis:

quia mors hominis eſt animæ & corporis diſſolutio Petiit
1. Cor. 7. ille hoc ſibi, & idem precatus eſt aliis quoq; omnémq; ple-
nitudinem per quam veniret ad Chriſtum: ſic enim optauit
ille omnes homines eſſe, ſicut ipſe erat. Et quiſquis ꝓximo
ſuo cœlum nō fauet, norit ſe charitatē fraternam non habe-
re. (quomodo autem ſancti in patria ratione obiecti etiam
plus diligant ſanctiores ſeipſis, quia volūt eis maiorē beati
tudinē, quomodo item Moyſes petiit ſe deleri de libro vitę
& Paulus anathema eſſe pro fratribus: ſcholis relinquo.)

4 Ex iis iam conſtat, quod quotieſcunque præcipitur vt
quis diligat proximum ſuum ſicut ſeipſum, nullam hic per-
turbationem cōſtitui, neque ordinem naturę diſcindi, ſicut
enim mihi ipſe charior ſum quàm proximus meus mihi: ita
magis diligo parentes, fratres, patruos auunculos quā alie-
Exo. 20. nos. Et en eius rei ſignum tibi. Etſi præceperat deus omnes
homines diligi debere, idipſum tamen adhuc peculiariter
mandauit de quibuſdam, vt de parētibus, quos pręcipuè di-
Galat. 6. ligere debemus colere & reuereri. ſic Paulus, Dum tempus
inquit, habem⁹, operemur bonū ad omnes, maximè verò ad
1 Tim. 5. domeſticos fidei. & alibi, Si quis ſuos, maximè familiā ſuā
non curat, fidem negauit. Sicut ergo quis proſpicere & pro
uidere debet ſuis, ita eoſdem etiam magis tenetur diligere.
Pius pater liberis ſuis relinquat victum decētem, ſed ex bo-
nis non mala conſciētia acquiſitis. At quę ſit in iſtis vel mi
nimæ charitatis fauilla, qui vbi omnia ſua decoxerint tur-
piter, liberis ſuis nihil relinquentes, clamant tantū, Si quid
habere volent, quærant, diſpiciant vnde viuant? Iníquè ſanè
1. Cor. 12 & improbè: quoniam ex ſententia Pauli nō liberi parenti-
bus ſed parentes illis theſauros debent colligere: ita quiſ-
Hierony. que patrem matre chariorem habere debet, authore Hie-
Eza. 44 ronymo. Et quanuis vtrūque parentem quis relinquens ad-
hęret vxori ſuæ, parentes tamen vxore cōuenit illi eſſe cha-
riores: & ſi vſus ferat atque neceſſitas, potius iuuare paren-
Ephe. 5. tem q̄ vxorem. Noluit ergo etiam Paulus dicere, vt maritus
vxorē diligat ſicut ſeipſum, ſed vt corpus ſuum. In hoc itaq;
caſu gratia non deſtruit naturam, ſed perficit: neque male-
faciunt qui amicos cognatoſque ſuos adiuuant, quibus plus
debēt quàm cuique alieno. Quomodo autē teneamur dili-
gere amicos & illis bene facere, & an quis plus debeat dili-
gere amicum malum quàm alienū bonum, num etiam quis

magis amare filium poſſit quàm fratrē,& huiuſmodi innumera,ſcholis relinquo vt habeant quod rixentur. Tamen ſi cui ſimplicium tale quid occurrerit,doctorū vtatur cōſiliis.

3 Quum iam adeò prudenter reſpōdiſſet ſcriba,ſubiecit dominus, Rectè reſpondiſti, hoc fac & viues. Laudauit hic dominus reſponſum ſuum, nō opus:fortè enim vox bona, & opera nihil erant,ſicut Iſaac falſus in voce Iacob,manus dicebat eſſe Eſau,vocem Iacob:ideoque ad opus eum ablegauit,dicens,Hoc fac. Ecce quàm omnino ſatis non eſt credere,niſi & facias: quoniam ſi quis perſpexit in lege perfectæ libertatis, & non auditor eſt obliuioſus,ſed factor, hic beatus in facto ſuo erit. vnde præcepit etiam Iacobus, Eſtote factores verbi,& non auditores tantùm fallentes voſmetipſos. Hoc fac,inquit dominus, & viues. Satis non eſt Rabinū te eſſe in lege doctum & doctorem magnificū,niſi accedat,& opus, fruſtra eſt omnis profunda intelligentia,ſi deſint opera bona,dicente Dauide,Intellectus bon⁹ omnibus faciētibus eum, laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Hoc fac,mandata dei ſerua,& viues:quoniam ſi vitam voles ingredi eſt,quòd ſerues mādata. Ecce obſeruationē pręcepti,& quia implere opere quod mandatum eſt, viuificat animam. At vbi interim latitāt noſtrates neochriſtiani, aut quid ſomniant, dum aduerſus tam manifeſta ſcripturæ teſtimonia, aduerſus ipſum ſpiritum dei opera bona contemnunt,voluntque ex ſola viuere fide? Non viuificat fides iſta mortua,nuda & deſtituta omni ſplēdore charitatis diuinæ. ſic enim Paulus inquit,Si ſpiritu opera carnis mortificaueritis,viuetis. Spiritus autē hic,ſpiritus dilectionis eſt,dicēte ſpōſa,Fortis vt mors dilectio. Spirit⁹ vitę dilectio eſt, vt ait Paul⁹,Lex ſpirit⁹ vitę liberauit me à lege peccati & mortis.

Gen. 27. *Iaco. 1.* *Pſal 110* *Mat. 19.* *Rom 8.* *Cant. 8.* *Rom. 8.*

¶Scriba porrò iſte de reſpōſo ſibi applaudebat,volens iam iuſtificare ſeipſum: vnde & dixit, Quis autem eſt meus proximus? Ecce innocentē & iuſtum ſe ſimulat, ratus ſe coram hominibus tantùm ſtare, qui hic deo aſtabat vero, cognoſcenti etiam occulta & abdita cordium. At nónne Rabinus egregi⁹ eſt? ignorat prima duo legis præcepta, ignorat quis ſibi ſit proximus, neſcit adhuc myſteria Chriſti, quæ pater reuelauit paruulis. Aut ſi adhuc interrogauit dominum, quis ſuus ſit proximus, & antè ſcierit illud hypocrita fuit, Dominus autē reſpōſum illi dedit ita temperatum, vt inde

Beda.

cognoſceret quemlibet, qui alteri miſericordiam exhibet etiã proximũ ei eſſe. Quãuis hæc ipſa parabola diſcere poterat dominũ Ieſum deum per aſſumptã carnem factũ eſſe proximũ noſtrũ, qui & miſericordiã exhibuit nobis: ſicut in ſequẽti homilia dicemus. Iuſtificare ſemet volens coram hominibus, interrogauit quiſnã ſibi ſit proximus. hic ſiquidem iſti hominum generi mos erat perpetuus, corã mundo
Mat. 23. cupiebãt haberi ſanctuli, etiã ſi aliàs peſſimi omniũ forent, ſicut alibi eos dominus ſepulchris cõparat dealbatis, & diſcipulos præmonet ne faciãt ſimiliter, iubens attendere eos,
Mat. 6. ne faciãt iuſtitiã ſuã coram hominibus, vt videãtur ab illis. ¶Quod autem hac interrogatione iſte iuſtificare voluerit ſeipſum, ſic intelligito, putabat enim dominum ſibi reſponſurum Iudæos proximos eſſe ſuos: quod ſi factũ eſſet, ſubiũxiſſet, ipſe iuſtificaturus ſemet. Semper ego Iudæos dilexi. Erat autem hic maximus error Iudæorũ, quòd alios homines proximos ſuos nõ reputabãt, ſed vbicũque alienos fallere poterant & decipere, idipſum ſummũ ducebãt gaudium: quod etiam ſtrenuè & fortiter faciunt, prætextũ fal-
Deut. 23. ſæ opinionis ſumentes ex eò quod ſcriptum eſt, Nõ fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniã, nec fruges nec quamlibet aliam rem, ſed alieno: fratri autem tuo abſque vſura id quod indiget, cõmunicabis. Hoc in hodiernum vſq; diem faciunt, vſuram inter ſe mutuò nullam accipiũt: ſed a Chriſtianis, quos alienos reputant, quum interim ipſi ſint ab eccleſia & regno dei alieniſſimi, tantum vſuræ accipiunt, vt plurimi pereant in anima & fortunis omnibus. Durum eſt quod dico, ſed tamen periculum eſt, ne principes & optimates omnes, qui Iudæorũ ſuſtinent vſuram, in confœderatione ſint damnationis æternæ. Dici nanque non poteſt, quantum malorum cõciliẽt inter homines vſura ſua: taceo quòd maximi ĩterim ſunt authores illis decoquẽdi, abligurriendi, ludo, alea & ſcortis bona ſua perdendi: nam vbi primùm defectus argenti ſentitur & penuria, ad Iudæũ curritur, cuius poteſtati ſi quid bonorũ alicui⁹ pauperis, fuit attributũ ſemel, actum eſt, petierit illico. Taceo quod Iudæi prouincias omnes faciunt abundare furibus, qui quicquid furtiuum attulerunt eis, iſti ſtatim mercantur quàm minimo. Graue & intolerabile foret toti prouinciæ, ſi quis nobilis aut comes latrones foueret, & ꝓmoueret publicos atque

prædones: ſed minus tamen eos crediderim nocere, quàm qui Iudæos tolerant vſurarios tãtos. Sed hæc aliàs, iam veniamus ad reliqua. Interim oremus dominum, &c.

HOMILIA TERTIA.

Bene quidem reſponderat ſcriba iſte domino de præcepto, quòd illi faciendum iniunxerat dominus, vt vitam poſſideret æternam. Verùm cùm nollet ſcire quis ſibi eſſet proximus, parabola quadam hoc eum deinceps docuit dominus, quemlibet hominem alteri proximũ eſſe. Antea tamen ſuſpexit in cœlum, commuuis vtique vel iniqua ſcribæ iſtius malignitate, vel potius renouata iam cogitatione ſuper lapſu generis humani, qui in hac parabola deſignatur. Sic autem ſuſpexit etiam dominus reſuſcitaturus Lazarum, quoniam & illic recogitabat immenſam mortis anguſtiam, quæ per peccatum irrupit. Adiungit ergo parabolam vel ſecundum quoſdam, hiſtoriam veram, vnde diſceret hic ſcriba nos omnes vnius eſſe naturæ proximóſque cenſendos, non ex operum dignitate: ſed nihil perſuaſit hæc parabola Iudęis & cęteris, qui nulla dicuntur miſericordia. Deſcendit, inquit, homo à Ieruſalem in Iericho. homo hic Adam eſt, ſiquidem apud Hebræos Adam non primum tantùm, ſed quemlibet hominem ſignificat, éſtque nomẽ proprium ſimul & appellatiuum. In hoc Adã tota lapſa eſt natura humana: quod vtraque loci huius appellatio pulchrè figurat. Ieruſalem enim idem eſt quod viſio pacis, quamobrem & paradiſum & regnum poteſt ſignificare cœlorũ. Ierícho autem lunam deſignat, noſtrámque in hoc mundo mortalitatem, in quam per peccatum Adæ prolapſi ſumus: & in ea iam permutamur alternis vicibus vt luna, creſcentes & decreſcentes in variis defectibus, erroribus, miſeriis. Et meritò cum deſcendiſſe ait euangeliſta, quia homo poſt peccatum humiliatus totus eſt collapſus & demiſſus: neque id ſemel, etiãnum quoque deſcendit ſubinde & labitur magis in preceps ſecundum vitiatæ naturæ concupiſcentiam ſemper declinans ad ima. Quod autem Hieruſalem ciuitatem ſanctam ſignificet, quæ in ſupernis eſt, mater omnium noſtrum, ſatis nobis teſtatur Paulus ad Galat. Et incidit in latrones, incidit inquam, nihil tale cogitans vel ſuſpicatus: ſiquidem nemo vel peccatum vult præcipuè, vel ad manum reſpiciens operatur, ſed quicquid tum volumus tum

Ioan. 11

Theoph.

Augu.

Beda

Theoph.

appetimus aſpectu boni,id omne facimus.Quia autem bonum variũ ſit & multiplex,ſunt qui delectabile tantùm aut
Matt. 6. vtile bonum,non etiã honeſtum reſpiciunt:& ij quidẽ bonũ mutabile ſuſpiciũt,immutabili relicto, nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire,quod quia neſciuit Eua,volẽs ſeruire deo ſimul & diabolo,perit dũ peccauit:quia veriſſi-
Bernard. mũ eſt illud Bernardi,Nemo ſimul adhærere poteſt iis quæ
Colo.3 ſupra nos ſunt & quæ ſuper terrã. ſic nãq; malum etiam eſt in mundo per accidens tantùm,& non primaria intẽtione.
Auguſt. 2 Incidit autem in latrones,latrones ſcilicet angelos noctis & tenebrarum, qui non rarò ſe transfigurãt in angelos lucis,ſed perſeuerare non poſſunt. Conſtans itaq; ſententia eſt doctorũ omnium,latrones hîc dæmones intelligi: ſicut pulchrè Auguſt.Beda & Theophyl. hic declarant,quamuis etiam alio ſenſu omnes qui paruulũ innocẽtem ſeducunt, latrones dici & cenſeri poſſunt. Deſpoliarunt iſti miſerũ &
Cõtra Pe vulnerauerunt Quod eò refert Auguſtinus, quoniam dæ-
lagianos. mones miſerum deſpoliarunt hominem ornamẽto bonorum morum & virtutũ.ſauciarũt quoq; adeò,vt non poſſit liberum illius arbitrium amplius in bonũ. Ampliſſimè patet hic intellectus extendens ſe ad materiam liberi arbitrij, de quo aliâs dicetur. Auguſt.quoq; in alio loco vult diabolum deſpoliaſſe hominem ſua immortalitate,& vulneraſſe tunc,quũ ei peccatum perſuaſit,& vires animę ſuæ per pec-
Ambro. catum ſauciauit. Ambroſius porrò aſſerit deſpoliatum eſſe à diabolo hominem, dum eũ denudauit veſte gratiæ ſpiri-
Geneſ.3 talis,vulneratum quoque, quando recedens ipſe à lege dei & teſtamẽto fidei:ſauciatus eſt, plus credẽs dæmoni quàm deo,dæmoni inquã,promittenti eos non morituros:quan-
1.Tim.2 uis Paulus ait Adam non eſſe ſeductum , ſed Euam tantum
Beda in præuaricatione deceptam:tamen Adam quoque, vt diabolo non conſenſerit,Euam perturbare noluit , ſed magis illi quoq; morem geſſit,neq; eam deſerere voluit,ratus deũ non tantum ſupplicij irrogaturum ſuo peccato. Ferè etiam ſic exponi ſolet: quòd diabolus hominẽ deſpoliauit gratia dei,& vulnerauit in naturalibus ſuis virtutibus,ſicq; priuatus ille eſt dono maximo, dum veſtẽ innocentiæ amiſit & immortalitatem,ſublimẽ quoq; illã ſcientiã,quam deus ei
Gene.2. dederat,& magnam potentiam vt ne vulneraretur à quoquam animaliũ,quorum regimẽ & vniuerſale , dominium

ſimul amiſit,& iucũdiſſimã illam paradiſi inhabitationem, magnámq; cœleſtis influxus benignitatẽ, & clemẽtiã omnium elementorum,hæc ſimul omnia perdidit.Nunc viciſ ſim in peccato cũ dolore maximo in lucẽ editur homo:ani malia ei omnia aduerſantur & nocere cupiũt:corpus habet æſtibus,frigori,morbis & neſcio quibus nõ iniuriis obnoxiũ,virib' naturalibus pluſquã ad mortẽ ſaucius eſt,intelle ctũ habẽs ita læſum,vt in prima ætate nihil omnino valeat, ſed & adueniẽte iam rationis vſu necdũ quicquam intelligit,niſi à ſenſibus emendicatũ.Nihil enim(inquiunt philo ſophi)eſt in intellectu,quin priùs fuerit in ſenſu: & vſqueadeo quidẽ ille ſaucius miſerè eſt,vt in iis etiã quæ ſunt naturæ manifeſta,ſe habeat vt ocul' nyctycoracis ad lumẽ ſo lis. ¶ Quomodo autem volũtas noſtra vulnerata ſit,nonne etiam nimiũ & plus quàm vellemus experimur quotidie, quando omnis cogitatio noſtra ab adoleſcẽtia prona eſt,in malum?Sic,ſic inquam vulneratus fuit & Paulus cùm diceret,Velle adiacet mihi,perficere autẽ bonũ nõ inuenio,&c. Tandem verò abierunt ab illo ſemiuiuo relicto,quod quid ſibi velit,ſatis docet Auguſt.quoniam quantum adhuc deũ agnoſcit homo & legem illius requirit, tantum viuit:quan tum autem à peccatis opprimitur mortuus eſt . Ac proinde ille etiam Pelagianum refert iacuiſſe ſemiuiuũ,nec potuiſſe à ſemetipſo reſurgere. Siquidem nõ poteſt liberum hominis arbitrium à ſe ſolo erigi , niſi aliunde adiuuetur per gratiam dei,quæ pedes illi confirmat & conſolidat. Theophylactus hominem ſemiuiuum reputat, eò quód aſpiciẽs originem ſuam primum illum Adam , nil niſi mortẽ videt & peccatum:ſiquidem hoc per vnum hominem intrauit in mundũ,& per peccatum mors. Quum autem aſpicit cœleſtem illum Adam Chriſtum, per ipſius iuſtificationẽ mors deletur,& vita reuocatur æterna.Quidam volũt hoc ſic intelligere,quãdo Adam in paradiſo geminã habuit vitã,gratiæ & naturæ,per peccatum amiſſa vita gratiæ, ſolã hãc ſeruauit vitã naturæ(illud nõ vocat mæandris. Poſſet quis hic quatuor aut quinq; elegãter ſermones formare de ſtatu innocẽtiæ,& paradiſi,& ſanctis patribus,quorũ in hac re ſententia diligẽter collegit antiſtes Parrhiſinus in ſecũdo Sẽtẽtiarum.)Diceres,Iam ſuprà dictum eſt , latrones hos dæmones eſſe atqui dæmones nõ receſſerũt ab homine poſt-

Gene.8 *Rom.7.* *Auguſt.* *Theophy.* *Roma. 5.*

quam vulneratus eſt in paradiſo, ſed miſerè adeò ſauciarũt illum per peccatum, vt non temerè ideo mundum vniuerſum aquis diluuij perdiderit deus: deinde totum terrarum orbem ita infecerunt & contaminarunt idolis, vt etiã principem mundi diabolum dixerit Chriſtus. Reſpondet Beda,
Mat. 4 & dicit receſſiſſe latrones, non quòd deſierint inſidiari homini: cuius perniciẽ & damnationẽ modis omnibus procurant, adeò vt inſidiator iſte nec ipſi quidẽ Chriſto pepercerit, ſed tẽtarit etiã tertiò: vt rectè nos vigilare iuſſerit Petr⁹,
1. Pet. 5 eò quòd aduerſarius noſter diabolus circũeat vt leo rugiẽs, & quærat quẽ deuoret: ſed ideo tantum dicit receſſiſſe illos ab eo, quod fraudes ſuæ impoſturę celarunt: iámq; diabol⁹ hominẽ nõ vt olim in paradiſo manifeſtè, ſed ex oculti s inſidiis adoritur. vnde & Dauid inquit, ſedet in inſidiis cũ di-
Pſal. 9. uitib⁹ in occultis, vt interficiat innocentem. Sic infelix iſte Adam quum in honore eſſet non intellexit: deſcendit de Ieruſalem, ex paradiſo, incidit in dæmones, qui tentauerũt eũ per Euã, cui⁹ vocẽ quũ maluit audire quã dei, priuatus omni honore, comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: adeò vulneratus eſt in omnibus viribus ſuis
Iob 19. quibus antea bruta omnia ſuperabat. Cõqueſt⁹ hoc iã olim eſt Iob de diabolo, dicens, Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronã de capite meo, deſtruxit me vndiq;, & pereo.
3 Accedit autem vt ſacerdos quidam deſcẽderet eadẽ via, & viſo illo præteriuit: præteriit inquam ſacerdos, & ipſe frater ſuus Moyſes. per ſacerdotem autem & Leuitam tempora duo deſignãtur: alterum legis, per quam ſacerdotium & ſacrificium inſtituta erant: alterum prophetarum. & ſacer-
Aug. contra Pelagianos. dos autem & Leuita præteriuit vterque, quoniam nec per legem, neque per prophetas aboleri potuit peccatum Adæ. Ita etiam Theophylactus intelligit, adducens in hoc locũ
Theophy. Pauli, Impoſſibile eſt ſanguine taurorum & hircorum au-
Heb. 10. ferri peccata. Venit quidem ad ægrotum lex, ſed iuuare eũ nil potuit: miſerta etiam eſt ſui, & orauit deum vt illum Samaritanum tandem mitteret, qui curare vulnera poſſet. Sic ſacerdotis frater Moyſes clamauit ad dominũ, Mitte quem
Exo. 3 miſſurus es. quaſi diceret, de me actum eſt, ſcilicet. Expedit
Theoph. etiam Theophyl. hic illud quod dicitur accidit. neq; enim lex de induſtria & ex propoſito inuenta eſt, ſed propter humanã fragilitatẽ data, quoniam illa non ſtatim ſufficiebat

capiendis Chriſti ſacramentis, ſicut idipſum per lõgum te- *Galat. 3.*
ſtatur Paulus ad Galatas:tandémq; cõcludit,legẽ nobis pę-
dagogum fuiſſe in Chriſto.¶Sacerdos deſcendit, eadẽ via: *Beda.*
quoniam hoc ipſum ſacerdotale requirit officium, vt ſacer-
dotes peccatoribus ſubueniãt,ſedulámq; eorum curam ge-
rant. Verùm lex,ſacerdotes & prophetę ægrotãtis potuerũt
vulnera mundi prodere,ſed curare nõ potuerunt. Quãuis
ad literã arguitur hîc durities ipſorum,qui interdum miſe-
ros peccatores grauiter tractant. Et quid mirum? quando á
minimo vſq; ad maximũ omnes ſtudent auaritiæ, & à pro-
pheta vſq; ad ſacerdotẽ infideles ſunt omnes, deplorãre id-
ipſum etiam Hieremia, & dicẽte, Filia populi mei crudelis *Hiere. 6.*
quaſi ſtruthio in deſerto. ſtruthio autem, vt ait Iob, derelin *Thre. 4*
quit oua ſua in terra, & obliuiſcitur quòd pes cõculcet ea, *Iob. 39*
aut beſtia agri conterat: duratur ad filios ſuos quaſi nõ ſint
ſui. Væ væ iſtis, qui nõ ex officio ſuo animas abſoluũt à pec
catis, ſed hoc puſillum tantũ quod diabolo reliquũ manſit,
bonum tẽporale appetunt. Væ iterũ magiſtratibus, quibus
prouincię & ciuitates regendæ traditæ ſunt, qui quum iuſti
tiam adminiſtrare debeant etiam prædari inſuper cupiunt;
& reſiduum bonorum tẽporalium ſibi attrahere, qui ſingu
los annos nouum inueniunt aucupium, nõnunquã etiã ve-
natum integrũ quo ſpoliẽt miſeros. Væ iudicibus & tabu-
lis forenſibus, qui linguam tantũ in foro venalem circunfe
runt, vt prædentur, vt rapiant. Væ medicis, quibus ſolis, vt
ait ille, impune licet occidere homines, iis inquã, qui nõ cu
rant neq; ſtudent ſanare alios, ſed quorũcunque etiam vitæ
diſpẽdio ſua ſibi vt cõparẽt cõmoda. de quib⁹ dicit Miche- *Mich. 2*
as. Contra dominũ eſt manus eorũ, & cõcupierũt agros, &
violenter tulerunt & rapuerũt domos. Eſaias quoque ait, *Eſa. 5*
Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiã iuſti au-
fertis ab eo. 4 Sequitur, Samaritanus autem quidam iter
faciẽs, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus
eſt. Samaritani quo ad literam Chutæi erãt collocati in Iu-
dæam, poſtquam decem tribus ductæ eſſent à rege Salma- *Li 9. c. 15*
naſar in Aſſyriã, autore Ioſepho, ante quam illi ex Iudęa in *et li. 11. c.*
Babylonem abducerentur. Quum autem leones eos tãquã *2. 3. ſen. 4*
Ethnicos & Gentiles laniarent, miſit eis rex ſacerdotẽ He- *4. Re. 17*
bræum, qui ipſos legem Moyſi doceret: vnde & legẽ Moy-
ſi receperunt quidem, ſed tamen idola ſua derelinquere no

lucrunt, ſimúlque deũ Iudæorũ coluerunt. hinc illę lachrymæ, hinc iſtud Iudæorũ odium erga Samaritanos. Vos autem nomé hoc nolite exhorreſcere, cuius virtus & energia in ipſa vocabuli etymologia latet. Samaritanus enim idem quod cuſtos eſt, deducta voce à verbo ſchomar, hoc eſt cuſtodiuit. Sed quis alius cuſtos noſter, niſi is de quo ſcriptũ eſt, Quia cuſtodit paruulos dñs? Quoniã ſicut aliũ intelligere debes Iudæum, ſecũdũ literam, & alium ſpiritum (ille enim cæcus & obſtinat⁹ eſt, qui nec legem Moyſi recipere, neq; in Chriſtum credere voluit: hic autem quilibet eſt, qui dominum cófitetur & laudat, quomodo nos Chriſtiani omnes Iudæi eſſe debemus) ita hic quoq; Samaritanum intellige, non litera, ſed ſpiritu: & videbis Chriſtũ verum eſſe Samaritanum. At eo modo quo Iudæi accipiebãt, Samaritanus multũ ab illo diſtabat in gente, ſed nõ item in miſericordia: quandoquidé & Chriſtus lõge à nobis poſitus ratione naturæ diuinæ, factus eſt proximus in miſericordia, ideóq; & deſcendit de cœlo, & eandé hãc viã ingreſſus eſt, habitu toto inuétus vt homo. Verè auté Samaritanus erat, quia nõ dormitat, neque dormit, qui cuſtodit Iſraël. Quæ etiã cauſa eſt, quod calumniantibus illũ Iudæis Samaritanũ eſſe, idipſum non negauit, ſciens cuſtodem ſe eſſe infirmorũ: ſed dæmonium habere ſe, id vero vel maximè negauit. ¶Iã porrò ſuprà diximus, ſcribam hunc multũ faſtuoſe ſuperbiiſſe in lege, at hîc in parabola dominus proponit ei, quomodo ſacerdos & Leuita imbecilliores fuerint, quã qui perfectionem legis aſſequerétur. Chriſt⁹ autem is erat, qui venerat implere legé, quod ante eum nemo potuit. ideóq; meritò erubuiſſe debebat hîc ſcriba, qui tãtum ſibi arrogabat. Atque Chriſtus illud cuſtodiæ ſuæ munus ſe tutatum eſſe, ipſe teſtatur apud Ioãnem, inquiens, Pater, quos dediſti mihi, ſeruaui, & nõ periit ex iis quiſquã, niſi filius perditionis. Atque hoc modo omnes nos confiteri debem⁹ Chriſtum Samaritanum eſſe & cuſtodem omnium credétium: quoniam niſi dominus ille cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eã. Væ miſero homini huic, qui cuſtode illo caret, O felicé autem, cuius coſtos Chriſtus eſt: quãuis etiam quiſq; ſu⁹ eſſe debeat cuſtos, & ſeipſum animámque ſolicitè cuſtodire. Cæterũ an Samaritanus noſter Chriſtus fuerit viator, aut non, & quomodo, quum hic dicatur. Iter

Marginal notes: *Ambr.* — *Pſal. 114* — *Auguſt.* — *Philip. 2.* — *Mat. 17.* — *Ioan. 17.* — *Pſa. 126.* — *Mala. 2.*

faciens, venit ſecus eum, relinquo cõtentionibus ſcholaſticis: ſed tamen quo pacto venerit ad vulneratum, facilè collectus eſt, quoniam venit in ſimilitudine carnis peccati, & *Auguſt.* miſericordia motus eſt ſuper eum, quẽ hic miſerè videbat *Rom.8.* ſaucium, nec quicquam opis ſibi ferre valentem, nec quid mereri potentem, ſed omne auxiliũ illius pẽdebat à domino. 5. Appropinquans, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Multa dici poſſent, ſi luberet vagari per ſymbola, ſed hoc nimis amplum eſt, ideóque ſumma tantũ prælibemus. Quin vnquam dominũ vidit benigniorẽ magíſque miſericordẽ, quàm deum noſtrum erga ſuos etiam inimicos peccatores? Appropinquauit ille ad vulneratum. Ecce, quæ natio tam grandis vt habeat deum ſibi appropinquãtem vt nos, dummodo ipſi appropinquauerimus, dicẽte apoſtolo, Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. *Deut. 4.* O te miſerum & infelicem hominem, expende ſaltem qui *Iacob.4.* tu ſis, quis dominus ille tuus, vt accedat ad te, tandẽ cor tuũ aperi ad tandem miſericordiam quæ hîc venit ad te. Vulnera porrò alligat domin', dũ malitiæ obſtat, ne vlterius peccet homo. vnde & Auguſtinus ait, Alligatio vulnerum eſt *Auguſt.* cohibitio peccatorum ¶ Quæres autem, Quomodo nos à peccatis impediuerit Chriſtus? ſane per ſua illa mãdata, per conſilia euangelica, dicẽte Dauide, Qui ſanat cõtritos corde, & alligat cõtritiones eorum. Ita facilè licet intelligere, *Pſal.146* quomodo ſpiritualiter infuderit vinũ & oleum: ſicut enim *Beda.* vulnera alligat præceptis ſuis quibus ad pœnitẽtiam & vitæ puritatem nos prouocat, ita deinceps oleum gratiæ ſuæ infundit, dona ſpiritus ſancti, ſuauitatẽ ſacramentorũ, peccatorum remiſſionem, & promiſſionem gaudiorum vitæ æternæ: iuxta illud Dauid, Oleo ſancto meo vnxi te. An nõ *Pſal. 88.* hoc oleum ſalutare eſt, quum dicit, Appropinquat regnum cœlorum? Huc accedit & pertinet vinum quoque, quod acore ſuo impuritatem emundat vulnerum ſi eo lauẽtur, teſtante idipſum etiam Dauide, quũ ait, Potaſti nos vino cõpũctionis. Vis huius vini hauſtũ guſtare? en tibi hoc quod *Pſal. 59.* dicit dominus, Omnis arbor quæ nõ fert fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Sicut enim peccatores dñs benignè refouet oleo remiſſionis peccatorum: ita pungit acerbitate vini, dum rigorem iudicij oſtendit. Et talem ſe *Matt.3.* quilibet prælatus atque parochus exhibeat, vulnera peccato

rum conſtringat, infundat oleum, hoc eſt, iis qui puſillanimes ſunt miſericordiam & gratiam dei proponat: duris autem & contumacibus, quos citius frangas quàm flectas, infundat vinum, minetur iuſtitiam & iudiciũ dei, atque ſuppliciorũ grauitatẽ. ſiquidem & equus qui palpationibus nõ vrgetur vt eat, verberibus & calcaribus ſubditis impellend'
Gregor. eſt. Et hoc eſt quod ait Gregorius. 6 Vlterius imponens illum in iumẽtum ſuũ, duxit in ſtabulũ, & curã eius egit. Sa-
Auguſt. maritani noſtri iumẽtũ, ipſa caro eius eſt, quã pro nobis aſſumpſit, peccata noſtra portans in corpore ſuo ſuper lignũ, quatenus nos mortui peccatis, deinceps, iuſtitiæ viuamus,
1.Pet.2. cuius liuore ſanati ſumus. Nanque & nos per peccatum facti ſumus vt iumenta, iuxta illud Dauidicum, Vt iumen-
Pſal.72. tum factus ſum ante te. Ne autem maneremus vt equus &
Pſal.31. mulus, in quibus non eſt intellectus, carnem ille noſtram fragilem ſuſcepit, vt noſtram fragilitatem tolleret. Vel etiã dici poteſt, vulneratum ſuo impoſuiſſe iumento, quod nos
Ambro. quoque membra fecit corporis ſui: ſicque in corpore ſuo nos aſcenderemus in cœlum, & nullo alio modo, quoniam
1.Cor.12. nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius
Theoph. hominis qui eſt in cœlo. Quãdo igitur ille nos inſerit corpori ſuo, de eo rectè dicitur, quod vulneratum & ſaucium
Ioann. 3. hominem iumento ſuo impoſuerit. ¶ Auguſtinus adhuc
In li. hypo alio ſenſu vult iumentum hoc ipſum eſſe gratiam dei, ne-
gnoſ. que id latinæ linguæ malè conuenit, in qua iumenta à iuuãdo dicta credimus, eo quòd hominem illiúſque adiuuent labores, cuiuſmodi ſunt, equus, mulus, aſinus, bos, bubalus, &c. quando igitur gratia dei animam noſtram adiuuat in
Theoph. operibus bonis, ſiquidem ſine ea facere nil poſſumus, rectè
Ambr. quum iumento illi imponimur, priſtinæ reſtituimur ſanitati Adduxit eum ſecum in diuerſorium, hoc eſt, in eccleſiam catholicam, in quam omnes pœnitentes deducuntur, vt ibi ſarcinam abiiciant peccatorum: quíque in via ſcele-
Pſal.112. rum defatigati fuerant, ibi rurſus refocillẽtur ab eo: qui ſu-
Ambroſi. ſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem. Ita
Ioan. 16. ergo Chriſtus in eccleſia curam egit hominis. Altero autẽ
Theoph. die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario. Neq; enim Samaritano huic diu licebat eſſe in terra, abeundum ei erat in cœlum vnde deſcenderat, ſicut dixit ad diſcipulos ſuos: Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mun-

dum,& vado ad patrem. Denarij porrò duo, duo ſunt teſtamenta, quæ dominus reliquit apoſtolis, doctoribus, & animarum curatoribus: ſiquidem vtrunque teſtamētum imaginem dei geſtat & habet. Stabulario verò dixit Samaritanus, Curam illius habe, & quodcunque ſuper erogaueris, ego quum rediero, reddā tibi. Verè multa de ſuo expoſuerunt & erogarent apoſtoli, plurimum laborauerunt, omnē doctrinam diſpergendo, multum ſupererogauerūt doctores, vtrunque illud teſtamentum ſedulò interpretati: vnde & mercedem recipient æternam, quando ille rediturus eſt in altero aduentu. tunc enim dicent, Domine, ecce duos illos denarios dediſti mihi, eos expoſui, & vlteriꝰ adhuc alios duos ſupererogaui. Et tunc reſpōdebit dominus, Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Auguſtinꝰ hic per denarios duos, vtrunque intelligit præceptum charitatis, quod acceperunt à ſpiritu ſancto, euangeliū annunciaturi vniuerſo mundo. ¶ Et hic iam videant ſcioli neochriſtiani, quod non vtriuſque tantùm teſtamenti ſcripta nobis ſeruanda ſunt, ſed ea inſuper quoque, quæ ſancti dei apoſtoli & doctores erogarūt, quibus prætetea largam retribuet dominus mercedem. Quid quòd commiſſionem illi habent à domino ſibi traditam ſupererogandi vltra duo teſtamenta, & dominus Chriſtus quando redidit in cuiuſque hominis morte, vel etiam die nouiſſima, redditurus eſt eis mercedem retributionis æternæ? Ad hæc omnia iam tādem quærit dominus legiſperitum, dicens, Quis horum trium videtur tibi fuiſſe proximus illi qui incidit in latrones? At ipſe dixit, Qui fecit miſericordiam in illū: peregrinus ſcilicet iſte & alienigena, nam noti illius tranſierant relicto eo: ſed qui approximarat ei opere miſericordiæ illi impenſo, hic proximus ipſius fuit: iuxta illud Salomonis, Vir miſericors benefacit animæ ſuæ: qui autem crudelis eſt, proiicit à ſe proximum ſuum. Concludens itaque dominus ait, Vade, & tu fac ſimiliter. Ita & ego dico vobis dilectiſſimi in Chriſto fratres, Ite & facite ſimiliter. Eſtote miſericordes & erit vobis quoque deus propitius, qui retribuet vobis omnia opera veſtra bona in vita ſempiterna: quam omnibus nobis concedere dignetur, qui eſt in ſecula benedictus, Amen.

Theophy. *Matt.25.* *Auguſt.* *Prou.11.*

IN illo tempore, Dum iret Ieſus in Ieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilaeam, Et cum ingrederetur quoddam caſtellū, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes, Ieſu preceptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit,
Mat. 8. *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent, mundati*
Mar. 1. *ſunt Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum*
Supra. 5. *magna voce magnificans deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus, dixit, Nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam deo, niſi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade, quia fides tua te ſaluum fecit.*

HOMILIA VNICA.

DIe abhinc octauo clariſſimi, audiſtis quomodo Samaritanus maiorem vulnerato exhibuit miſericordiam, quam vel ſacerdos, vel Leuita, Iudęus vterque quod vtique
Ephes. 2. malè habuit Iudęos, quoniā ij inuidebāt Samaritanis plurimū hanc gloriā à domino tribui. Chriſtus autē qui eccleſiam ſuā ædificare voluit ex Iudæis & Gentibus atq; facere vnum, hic quoq; inter Samariam & Galilæā iter faciēs, nouā adhuc Samaritani virtutē cōmendat. ſiquidē nouem Iudæis ex mūdatione lepræ ingratis exiſtētib⁹, vnus ex oībus Samaritanus redit, & gratias egit domino. Etiā docere hic voluit Chriſtus, nō ſolam ſine operibus ſufficere fidem, cōtra neochriſtianos. Sed nos iam textū hūc ipſum aggrediamur, & eum iuxta ſenſum literalem breuiter excutiamus. ¶Aſcendens dominus Hieroſolymam, iámque cōſummaturus opus redemptionis humanæ, hoc ipſo tam multiplici ſuo itinere, quod huc illuc commigrauit, grāde nobis propoſuit miſericordiæ ſuæ argumentum: vt enim ſuccurreret multis, his quidem prædicando, aliis ſanitatem reſtituēdo, ſicque attraheret multos ad fidem euāgelij ſui, ex vno loco perrexit in alium. Aſcēdit autem Hieroſolymam ad populum exaſperatum odio erga ſe, & ſitibundum ex ſanguine & morte ipſius. Verùm nimirum memor ille fuit veniſſe ſe in redemptionem generis humani, quū ergo adeſſe iam feſtinabant

ſtinabant tempora,aſcendit: & adhuc in via cōſtitutus miracula plura exhibuit. Ingredieti enim caſtellum, occurrerunt leproſi decem:& rectè quidem fecerunt illi,quoniam ægroti omnes accurrere debent ad dominum,ſiue corpore ægrotent,ſiue animo,vt inquit propheta,Para te Iſraël, vt in occurſum venias deo tuo. Mitto hîc quod quidā ex ſcripturis varios leproſos afferunt, & myſticè exponūt. A longe autē ſteterūt leproſi iſti,quoniā ex lege habebantur immundi,neque audebant appropinquare hominibus:& fortè metuebāt illi ne dominus faſtidiret eos, eò quòd in lege præceptū erat cauere lepram corporis,veſtiū & domus. At quanuis iſti loco procul ſtant, oratione tamen prope ſtāt: prope enim eſt dominus omnibus inuocātibus eum in veritate. Procul erant copore, quia pro maledictis habebantur, nec audebāt cohabitare hominibus, quò docemur leproſos ſpiritu,hoc eſt excōmunicatos,vitare. Prope autem erāt Chriſto oratione & affectibus piis,quomodo publicanus ille etiam à lōge ſtās,ne oculos quidē audebat attollre,& tamen deſcēdit iuſtificatus in domū ſuam. Neque verò ſteterunt tantùm,ſed & leuauerunt vocē ſuam:quod argumentum boni animi erat,dum dolorē cordis ore exprimebāt. Siquidē corde & ore noſmet accuſare debemus coram domino:quod de filiis Iſraël legimus, léuaſſe eos vocē ſuam,& magnis gemitibus fleuiſſe. Dixerūt autē, Ieſus præceptor,miſerere noſtri. Inuocant ecce dulciſſimum nomen Ieſu,& virtutem illius adepti ſunt,quia factus ille eſt eis Ieſus,dum mundauit ipſos à lepra:ſed non ſimpliciter eum orant vt hominem, ſed vt eum qui ſupra hominem, præceptorem enim eum nomināt,hoc eſt,dominum,creatorem. Nanq; verè præceptor ille eſt, qui præcepta nobis dedit ſalutis & vitæ:cuius verba ſolus habet,teſtante Petro. Præceptor,inquiunt,miſerere noſtri. Non aurum petimus,neque ebur,neque argentū,tātū miſericordiā tuam imploramus.

Amos. 4 · *Leuit. 13.* · *Theophy.* · *Luc. 18.* · *Iudi. 21.* · *Theophy.* · *Ioann. 6.*

2 Sequitur, Quos vt vidit,dixit, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Vidit vtiq; ille eos oculis ſuæ miſericordiæ & pietatis:quomodo eum orauit Dauid,vt ſe reſpiceret ſuíq; miſereretur,quòd vnicus ſit & pauper. Populus quoq; clamauit ad illū dicens,Ecce reſpice,populus tuus omnes nos. Ita in miſſa hodierna clamat ad dominū eccleſia,Domine, reſpice in teſtamentū tuū,& ne derelinquas animas pauperū

Pſal. 24. · *Eſa. 64.*

Pſal. 83. tuorum. Deus protector noſter, reſpice in facie Chriſti tui.
Adeò vſitatum eſt in ſacris literis, vt petituri homines miſe
ricordiā dei, orēt quatenus ille reſpiciat eos. Sic deus miſe-
Exo. 3. rationū ipſe dixit ad Moyſen, Vidēs vidi afflictionē populi
mei. O quā neceſſariū foret nobis quoque, vt inuocaremus
deū, quò reſpiceret nos tā duris tēporibus miſerè afflictos.
¶ Reſpexit eos miſericorditer, & dixit, Ite, oſtendite vos ſa-
cerdotibus. Miſericors ille fuit aſpectu ſuo, miſericors in
verbis, miſericors in opere. Verbum enim ipſius efficax &
omnipotens in opere eſt, qui nos animo & corpore ſaluat:
Sap. 16. iuxta illud Sapiētis, Neq; herba, neq; malagma ſanauit eos,
ſed tuus domine ſermo qui ſanat omnia. Oſtēdite, inquit,
vos ſacerdotibus, de qua oſtēſione multa diximus domini-
Beda poſt ca ab Epiphania domini tertia: & Beda hîc tāgit, dicēs, Nul-
Auguſt. lum dominus eorū quibus hæc corporalia beneficia pręſti-
tit, inuenitur miſiſſe ad ſacerdotes niſi leproſos: quoniā ſa-
cerdotium Iudæorum figura tātū erat futuri ſacerdotij re-
galis, quod iam eſt in eccleſia, quo etiā ſanctificātur quot-
quot pertinent ad corpus principis omniū ſacerdotū Chri-
ſti. Quilibet ergo, q vel hæretica prauitate, vel Iudaica in-
fidelitate, vel ſuperſtitione gentili, tanquā variis coloribus
lepram repræſentātibus infectus eſt, niſi ad eccleſiam feſti-
narit, & colorem veræ fidei exhibuerit, non mundabitur.
Sic Paulus quoque quum in terram eſſet proſtratus & vo-
Act. 9. cem Chriſti audiret dicentis, Ego ſum Ieſus ille quē tu per-
ſequeris: miſſus tādē eſt ad Ananiā, à quo perciperet ſacra-
mentum ſalutaris documenti fidei. Poterat quidem domi-
nus id omne pręſtare per ſe citra medium, ſed vt ſocietas fi-
delium cōprobaretur, & vnus ille omniū Chriſtianorū co-
lor aſtrueretur, miſit eos ad ſacerdotem. Sic Cornelius etiā
Act. 10 miſſus eſt ad Petrū, & ſemper deinceps miſſi ſunt peccato-
res ad prælatos eccleſiæ & animarū curatores, vſque ad hæc
tempora. Quibus tandē neochriſtiani noſtrates ea ſunt fœ
licitate, vt ſacerdote nullo indigeant neque cōfeſſione: tā-
tum enim deo peccata ſua annunciant, atque ab eo abſolui
Leui 14. ſe putant, quanuis egregiè in hoc falluntur. Quo ad literā
autem, verum eſt in veteri teſtamento, ſacerdotibus traditū
fuiſſe iudicium cognoſcēdi inter leprā & nō lepram: quod
quando ſublatū nōdum fuerat officium, rectè hos quoque
leproſos miſit dominus ad ſacerdotes. Sicut autē ſacerdoti

typico oportebat illos ex præcepto oſtēdere lepram, ita ſacerdoti euangelico detegere cõuenit, aperire & cõfiteri lepram ſpiritualem:quoniam in hũc modum Salomon dicit, *Proue.2.*
Eum,qui abſcondit peccata ſua, nõ acquiſiturum iuſtificationem: illum autẽ qui confeſſus ea fuerit, & inde reliquerit,miſericordiam adepturum. Quoniã quod hic eos ad ſacerdotem miſit,vtique eo animo fecit, quo apud Matthæũ vnicum illum leproſum ablegauit ad ſacerdotem , vt ſe illi oſtēderet,ipſius iudicio ſe vt ſubiicerēt, ex præcepto quod mandatũ erat offerrēt,& quicquid iniungeretur ſeruarent. ſicque multis miraculum tantùm dum innoteſceret, plures ad fidem cõuerterentur. 3 Et factum eſt,dum irent,mundati ſunt.Hinc colligunt doctores, quòd propoſitum cõfitendi peccata cum pœnitētia eorumdem & cõtritione, deleat illa,ita vt quum homo pœnitētiam agit de peccatis, & abit ad ſacerdotem confeſſurus eadem adeò miſericors eſt dominus,vt nondũ confeſſo peccata dimittat, quanuis adhuc confeſſio requiratur. Vide plura ſuper hac re in homiliis de ſacramento,in materia pœnitentiæ.Dauid ſanè,Dixi,inquit,cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino,& tu remiſiſti impietatem peccati mei.Euntes mundati ſunt quod etiam factum credi poteſt,quoniã ſi apud ſacerdotes demum mũdati eſſent, poterãt illud ſibiipſis tribuere,& nõ virtuti diuinæ.Quum autem vnus ex eis,Samaritanus,mundationem ſuam cerneret,rediit ad dominũ,gratus & beneficium ſibi collatum agnouit,quod non fecerũt reliqui nouem Iudæi.Ita impletum eſt illud Eſaiæ,Bos cognouit dominum ſuum,& aſinus pręſepe domini ſui,Iſraël autem me nõ cognouit,& populus meus nõ intellexit. Sic Samaritanus hic dominum deúmque ſuum cognouit, Iudæi verò nõ cognouerũt authorem ſanitatis ſuæ & ſalutis. ¶Quatuor porrò hîc indicat Euãgeliſta vnde gratitudinẽ huius Samaritani colligim⁹.Reuerſus eſt enim,magna voce magnificauit dominũ, cecidit in faciẽ ante pedes & gratias egit,Quod regreſſus eſt magna voce,magnũ ipſi⁹ gaudium declarauit, quod ex miſericordia Chriſti ſuſcepit,per quam ex magna miſeria liberatus eſt:& ideo magnificauit dominũ,cæteriſque hominibus idem faciendi dedit occaſionem:velut illud Dauidicũ inclamãs, Magnificate dominum mecũ,& exaltem⁹ nomẽ eius in idipſum. Certè enim

Pſal. 31. *Eſa 1.* *Luc. 17.* *Pſal.33.*

Eccle. 43. hic fecit iuxta conſilium Sapientis, Glorificátes dominum quantũcunque potueritis, ſuperualebit, & adhuc admirabilis magnificentia eius. Et quod procidit in faciẽ, argumentum de ſe præbuit euidens, quod dominũ cognouerit deũ ſuum, dum adorauit eum, diuinitatem ipſius hoc modo cõ-
1. Reg. 4. feſſus. Mali autem non procidunt in faciem, ſed retrò tan-
Ioan. 18. tùm, ſicut Heli ex ſella prolapſus eſt confracto cranio, & Iudæi in monte Oliueti ceciderunt retrórſum. Magnam
Deut. 33. itaque gratiã adeptus eſt hic Samaritanus, quãdo ſic ſe humiliauit coram domino, cuius pedibus qui appropinquant,
1. The. 5. accipiũt vrique de doctrina ipſius. Id adeò vos quoque facere & accurare addecet, vt ſitis grati deo: agnoſcatis illum, qui quicquid habetis cõtradidit vobis, in omnibus gratias
Theophy. agentes ei. ¶ Atque non temerè Samaritanum hunc fuiſſe euangeliſta inſinuat. Aſſyrij enim erant Samaritani. Vt iam nemo deſperare debeat cuiuſcunque nationis fuerit, modò corde toto ſe cõuertat ad dominum, ſicut & reliqui nouem nihilo erant meliores, quod ex bonis nati fuerant Iudæis, Samaritanus ſiquidem ille illuminatus nõ erat per ſcripturas prophetarum, pauca ex Christo viderat miracula. Si autem percurramus euangelium totum, inueniemus Samaritanos ex tribus virtutibus laudatiſſimos: quod facilè credi-
Ioan. 4. derint, ſicut mulier iſta Samaritana ad puteum ſedẽs, & totus populus in ea ciuitate: quod miſericordiã proximis ſuis adhibuerint, ſicut ille qui vulneratum iumento ſuo impoſuit. & quod grati fuerint, vt hic de quo nunc loquimur.

4 Reſpondens autem Ieſus, dixit, Nõne decem mundari ſunt? & nouem vbi ſunt? Decem fuerãt leproſi. Qui numerus ſæpe pro vniuerſo genere humano vſurpatur, ſicut in pa-
Luc. 15. rabola de decima: drachma: itaque & hi leproſi decem, genus deſignãt humanũ, quod vniuerſum ſordida lepra infectum fuit. Et quãuis dominus Iudæos redemit vt Gẽtes, illi tamen nec honorẽ nec gloriam dederunt deo, neq; crediderunt ei. Atqui hic videmus, quòd quũ de nouem illis inquirit dominus, & ſi noſtri nõ indigeat nec gratiarũ actione noſtra, gratitudinem tamen è nobis requirit: iuxta illud
Iob 38. Iob, Vbi eras quãdo me laudabant ſimul aſtra matutina, & quum iubilarent omnes filij dei? Grauiter offendit dominũ homo ingratus, & ſanè periculũ eſt etiã hodie, ne ex decẽ baptizatis vix vnꝰ permaneat in gratia dei, ex decẽ cõfeſſis

vix vnus gratiã dei acquirat. Multi enim ſunt vocati, pauci electi. Et tamen de nouem aliis quærit dominus, non quòd ignoret, qui nouit omnia antequam fiãt: ſed vel vt attendatur magis ratio ingratitudinis, vel etiam quòd ex more ſcripturæ, neſcire dicitur dominus quòd nõ approbat, quodq; ſibi non placet: ſicut neſcire profitetur ille ſe virgines fatuas, ſcientià nimirum approbationis. Ita hic quãdo diſplicebat domino ingratitudo iſtorũ nouem, quærit de eis tãquam ignotis, Non eſt inuentus qui rediret & daret gloriã deo niſi hic alienigena: qui melior fuit reliquis omnibus etiam Iudæis: iuxta iſtud Pſalmi, Ecce alienigenæ & Tyrus & populus AEthiopum, ij fuerunt illic. Commendauit itaque eum domin', & dixit. Surge, vade, quia fides tua te ſaluum fecit. Quam hic fidem collaudat dominus? nõ vtique iſtam neochriſtianorum nudam & mortuam, ſed illam quæ per charitatem operatur, quam habuit hic Samaritanus, ex ea compulſus reuerti ad dominũ caderete in faciem & gratias agere. 3 Cæterum myſticũ quoque huius hiſtoriæ ſenſum inueſtigãt hic doctores, quando certũ eſt nos à domino nõ verbis tantũ, ſed & factis edoctos eſſe. Atqui omnes omniũ expoſitiones vobis hîc referre faſtidioſius forte eſſet q̃ vtilius, proinde mitto reliquas oẽs, vnicã vobis ſentẽtiam Augu. proponã, quã Beda, Ericus, & cæteri ſequuntur. Leproſi eos ſignificant, qui verã non habent fidei ſcientiã, & iactant multa atq; varia errorũ documenta: neque ea celant, ſed proponunt omnibus, & iactãtiam ſermonis breui mercãtur gloriola. Eat nũc quiſquis volet, & neochriſtianorũ videat mores & acta, quoniã alios ex aliis diſſeminãt libellos vernaculos & latinos elegãtiſſimè cõpoſitos, quib' aures hominũ perficent, & animos alliciãt. Nulla autẽ vnquã fuit doctrina falſa, quæ non aliquid veritatis habuerit admixtũ. Vera igitur falſis permixta in diſputatione aliiſue hominũ ſermonibus, leprã præ ſe ferunt, quę corpus hominis veris fictitiiſq; colorib' coinquinat. Et huiuſmodi quidẽ homines euitare debet eccleſia, ita vt ꝓcul ab illa arceãtur, claméntque ad dñm Ieſum, & præceptorem vocent eũ, atque meritò præceptorẽ: quoniam in cuius verbis aberrauerant, eum humiliter præceptorẽ vocãt, reuerſuri ad verã ipſius cognitionẽ. Siquidẽ quũ à communione fideliũ per excõmunicationem ſe ſegregarint, nõ audent accedere ad

Matt. 20
Mat. 25.
Pſal. 86.
Auguſt. de q. euã.

dominum propius,ſed vix à longe ſtare poſſunt: petitáque ex domino ope,iubētur ire ad ſacerdotem, vnde eruditionem accipere debēt omnes hæretici,& agnitionem veritatis cōtra ſuos errores,abſolutionem quoque de peccatis,vt ſic emundati iuxta regulam fidei chriſtianæ, priori inſerātur reſtituūtúrque dignitati. Quáuis enim dominus errantibus omnibus poſſet per Spiritū ſanctum emittere veritatem,vult tamen audiri prælatos & doctores eccleſiæ in doctrina chriſtianæ ꝓfeſſionis,ſicq́; fideles ſuos in multa humilitate cōfirmari. Id adeò in ſancto Paulo quoque cernimus,qui tamen Euāgelium ſuum neque ab homine neque per hominem ſuſcepit,& tamen eundē dominus miſit Ananiam,ex quo diſceret quidnā ſibi facto opus eſſet. Vnicus autē ille qui reuerſus eſt, Chriſtianos bonos ſignificat, qui inter blaſphemas Iudæorum & hæreticorum voces magna voce Chriſtum cōfitentur,laudant & celebrant, ſine intermiſſione gratias ei agentes,atque genua illi ſua curuantes: quum interim mali retrorſum tantùm in terga cadāt. ſicut de ſequacibus Antichriſti dicit Iacob, Fiat Dan coluber in via, & ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcēſor eius retro. Salutare tuū expectabo domine. Ita vos quoq; chariſſimi,licet videatis mundum iam pene vniuerſum lepra hæreſum & errorem perditè corruptum,quando leproſi nolūt ſe ſpiritualibus exhibere prælatis, ſed eos cōtemnunt & ſpernūt:attamen confidite, ſpem habete firmā fore,vt det deus iis quoque finem,dicite cum Iacob, Salutare tuum expectabo domine. Id adeò citò & propere nobis largiatur miſerator & miſericors dominus, Amen.

Gene.1.
Actu.9.
Gene.29

¶DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, Matth. 6.

Luc. 16.
Luc.12.

IN illo tempore,dixit Ieſus diſcipulis ſuis,Nemo poteſt duobus dominis ſeruire:aut enim vnum odio habebit,& alterū diliget:aut vnū ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis,neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca,& corpus plus quàm veſtimentum? Reſpicite volatilia cœli,quæ non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter

cæleſtis paſcit illa. Nónne vos magis pluris eſtis illis? Quis veſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimētis quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, deus ſic veſtit, quātò magis vos, modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirūt. Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Luca.12. Luc.12.

HOMILIA PRIMA.

DEhortari nos hoc euāgelio vult dominus ab auaritia, curis ſuperfluis, & inordinato amore bonorum temporalium: idq́ue ea de cauſa, cùm multa iam preclara docuiſſet diſcipulos ſuos, & inter cætera monuiſſet theſauros eſſe colligendos in cælis, ne quis ſibi proponeret & hîc & in cęlo ſe theſauros comparaturum, adiunxit, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. atque quos intelligat dominus, ipſe exponit cum ait, Non poteſtis deo ſeruire ſimul & mammonę. At nos iam textum aggrediamur, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Voluit hic dominus permanere nos ne tyrānide auaritię nos ſuperari ſinamus: & addit cauſam, Quoniam diuitię multę manus armāt latronum & furum, neque pauci ſunt quorum vitæ inſidias ipſæ ſtruunt diuitiæ. Altera porrò ratio quod diuitiæ animum hominis obcæcant. Et hæc quā nunc in manibus habemus cauſa tertia eſt, quod per auaritiam geminum quis incurrit malum: alterum, quia cui dominari illum oportebat, ei ſeruit: iuxta illud poëtæ, Chryſoſt. Theoph.

Imperat aut ſeruit congeſta pecunia cuique.

Altera, quoniam ſic cultum dei deſerit, cui modis omnibus aliis neglectis ſeruire oportebat: idq́ue ille probat per hanc communem theoricam & animi conceptionem: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ſcilicet aduerſantibus ſibi inuicem & repugnantibus, atque contraria imperantibus. Quando enim vnum quid homo eſt, in duo diuerſa diuidere ſe quomodo poterit? iuxta illud Pauli, Non poteſtis ſimul participare menſæ domini & dæmoniorum. 2.Cor.6. & alibi, Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? quæ

ſocietas luci ad tenebras? quę conuentio Chriſto ad Belial?
Quòd ſi autē domini inter ſe contrarij nō ſint, fieri poteſt
vt quis pluribus ſeruiat dominis, in ſua cuiq; ordinatione,
1. Cor. 7. ſicut Paulus de coniugato dicit, quod ſit diuiſus, cum curā
gerat mundi huius, & tamen ſeruire ille poteſt deo tempore
ſuo, quoniam & bonum coniugij ex Chriſto eſt. Quiſquis
autem ſe omnino ſcindere volet in dominia, alterius
vtique domini gratiam amittet, ſicut ſi quis nimium inordinatè
ſuam diligeret vxorem. Præcipuè autem hic dominus
de deo loquitur & diabolo: cui Paulus quoque iubet locum
Ephe. 4. dari non debere. Atqui Papæ, Imperatori, magiſtratibus
legitimis ſeruire quis bene poteſt ſimul cum deo, quomodo
& magiſtratus à deo eſt, & à deo legem habet, ſicut
ſubditus ipſe. Si autem magiſtratus aduerſa præciperet legi
Eſa. 26. diuinæ, tunc ſane dicere poſſent ſubditi, Nemo poteſt
Eſa. 36. duobus dominis ſeruire. Et huiuſmodi quidem magiſtratus
deo aduerſantes habuerūt Iudæi, iuxta illud prophetæ, Domini
poſſederunt nos abſque te, tantùm in te recordemur
Rom. 6. nominis tui. & deinceps. Facti ſum⁹ ſicut in principio, quādo
non dominabaris nobis. & nomen tuum non inuocabatur
ſuper nos. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: ſeruire,
inquam propriè, ſicut Paulus dicit, An neſcitis quoniam
cui exhibuiſtis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius
cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?
Et tamen ſicut de duobus dominis diximus, deo &
diabolo, ita de omnibus aduerſaris intelligi debet, puta de
virtutibus & vitiis, de rebus cœleſtibus & terrenis, & de vera
gloria & honore inani.

2 Idipſum quoq; ꝙ duobus dominis ſeruire nemo poſſit
iam porrò dominus certa ratione cōfirmat. Aut enim vnū
odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & al-
Chryſoſt. terum cōtemnet. Quod Chryſoſt. ait eſſe prioris ſermonis
velut cumulationem quandam, quodque ibi declarare voluerit
dominus non tantùm aliquē duobus dominis ſeruire
non poſſe, ſed & alterum odio habere & cōtemnere eum
Auguſt. oportere. Augu. hic bene expendit verba illa & dicit, quòd
prior pars ſic intelligatur. Alium odio habebit, diabolum:
hūc autem diliget, deum. At cur in altero membro dicit, ſuſtinebit
aut cōtemnet, & non vt prius, diliget, vel odio habebit?
Eò nimirum quòd ad diabolum hoc pertinet, quem

ſuſtinent mali:& quanuis eum ſequantur, non tamen diligũt? Quis enim eſt qui diligat diabolum & ſequaces eius? de quibus etiã Dauid ait, Perfecto odio oderã illos,inimici facti ſunt mihi. Et Abacuc de diabolo dicit, Horribilis & terribilis eſt,ex ſemetipſo iudiciũ & onus eius egredietur. Quãdo igitur nemo diligit diabolũ, propriè id hic expreſſit dominus, & dixit, Suſtinebit illũ.ſiquidem ferre diabolũ,ſeruire & velle placere ei, verè onus magnũ & graue eſt. ¶Sic ergo qui ſuæ prauæ inſeruit concupiſcentiæ & auaritiæ.Sane durum peruerſi domini ſuſtinet imperiũ,cuius rei exemplum tale præbet Auguſt Si quis ardẽter deperiat domini alicuius ancillulam,quid nõ ſuſtineat obſecro, etiam duriſſimum domini iugum toleraturus, dummodo ipſam nõ deſerat? Ita hic cum illicitas amat homo voluptatũ turpium illicebtas,diaboli ſubminiſtrat, ſeruit vtique duriſſimam etiam ſeruitutem apud diabolum, ipſumque interim non diligit tyrannum,tamen tolerãs operarium ſuæ perditionis. Et rurſus nõ dicit alterum,puta deũ odio habet, ſed contẽnet. Propriè enim loquẽdo, deum nemo odio habet, quia bonum ſummum & altiſſimum: mali autem cũ à mala ſua concupiſcẽtia ſuperantur,deum cõtẽnunt,dum mandata eius non ſeruant, dum miſericordiæ ipſius nimiũ tribuũt,quod facere nemo debet,iuxta illud,Ne addas peccatum peccato,& ne dixeris,Miſericordia dei magna eſt,& ipſe miſerebitur multitudini peccatorũ meorũ: quoniã miſericordia & ira ſtatim declinant ab eo, & ira illius reſpicit ſuper peccatores. Tãtaq; eſt in puniẽdo acerbitas ipſius, vt naturalibus etiã ramis nõ pepercerit, quin & ipſi confracti ſunt propter infidelitatẽ ſuã.Atq; hoc eſt quod dicit,dominus,Alterum cõtẽnit,ſcilicet deũ, quẽ odiſſe nemo poteſt. ¶Diceres autem. Intelligo iam quidem, quod iiſce verbis docere vult dominus,omnes qui peccãt, grauiter contemnere deum. Quid ergo quod ſacræ etiam nobis teſtãtur literæ, malos quoq; odiſſe deum?ait enim Dauid, Superbia eorum qui te oderunt,aſcẽdit ſemper. Quo verbo vult ille dæmones malos duo ſemper committere peccata: alterum, quia dum odio habent:alterum, quia ſuperbi ſunt, & elati aduerſus eum. Reſpondetur ad hoc, Quandoquidem creaturis omnibus eſſe dat deus, & quicquid habent boni nulla creatura odiſſe ipſum poteſt ſua natura ſiue ſubſtantia., cũ

Pſal 138
Aba.1.
Auguſt.
Eccle.5.
Roma.11
Pſal. 73.

ſit bonum ſummũ. (ratio mali, eſt ratio odibilis: ſed ratio mali nõ eſt in ſummo bono.) Quãdo autem dominus noſter iudex eſt, cuiq; retribuens pro merito ſuo, fit ſic vt mali dum iuſtitiam odêre & iudicium, dicantur odiſſe deum: non in ſua eſſentia, ſed tantùm in operatione, quod eos affligit. Et ideo dixit dominus, quia alterum contemnet.

¶ Hinc ſequitur omne peccatũ contemptum eſſe dei; quoniam cõtẽptus dei bifariã intelligi poteſt: ſpecialiter, vt cũ quis recordatur domini, cui obedire debebat, neque tamen facit: quod peccatũ ſanè magnũ & graue eſt aduerſus deũ. Deinde cõſiderari poteſt contẽptus vt operi cõiunctus eſt, eſtq́, in omni tranſgreſſione ſiue peccato: & dicitur etiam contẽptus interpretatiuus, quò peccatores oẽs cõtemnunt

Pſal. 49. deũ, vñ dicit p Dauidẽ, Proiecisti ſermoẽs meos retroſũ. &

Eſa. 1. p Eſa. Filios educaui & exaltaui eos, ipſi autẽ ſpreuerũt me.

3 Ex prædictis iam porrò concludit dominus, & ait, Nõ poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Mammona, inquit Au-

Auguſt. guſtinus, apud Hebræos diuitiæ appellari dicuntur, & congruit illi Punicum. Nam lucrum Punicè mammon dicitur. Mãmonæ igitur quiſquis ſeruit, ei ſeruit, qui vitio ſui peccati præpoſit' eſt rebus terrenis, dictus ideo a domino princeps mundi huius. Quem quicunq; ſuſtinere & ferre cogitur, onus ſanè fert ponderoſum & moleſtum, quoniã concupiſcentiis irretitus eſt & inuolutus, atque diabolo ſubiectus. Curate igitur ne vos cõcupiſcẽtiis bonorum temporalium ſuperare ſinatis. vobis ſeruiant illa, non vos eis. Audiat hoc auarus, audiat qui cenſetur vocabulo Chriſtiano, non poſſe ſe diuitiis ſimul & Chriſto ſeruire. Atqui non dixit ille tamẽ qui habet diuitias, ſed qui ſeruit diuitiis. nam qui diuitias expendit vt dominus, non ſeruit eis. Abraham, Loth, Iob, Dauid, aliiq; plures ſexcentis, diuitias quidẽ habuerunt, ſed eis non ſeruierunt. Auarus autem ſeruit illis, dum vbi expendendę ſunt, non diſtribuit: & vbi accipiendũ eſt, non accipit. Cuiuſmodi homo erat iſte, de quo Sapiens

Eccle. 6. inquit, Eſt & aliud malum quod vidi ſub ſole, quidem frequẽs apud homines, Vir cui dedit de' diuitias & ſubſtantiã & honorẽ, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatẽ deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & magna miſeria eſt. Serui mãmonę ſunt omnes, qui ſuperfluas curas gerunt.

magíſque ſoliciti ſunt de reb⁹ temporalibus, quàm æternis: *Eccle. 5.*
cum tamẽ moneat Sapiens, ne quis ſolicitus ſit nimis de bo *Epiſt. 89.*
nis iniquis. Pulchrum eſt quod Auguſtinus dicit aduerſus hæreſim Pellagianorum, contendentium diuites non poſſe ſaluari, niſi venditis omnibus ſequentur Chriſtum. Diuitiæ ſi deſint, non quæruntur per mala opera in mũdo: ſi aũt adſunt, per bona opera ſeruẽtur in cælo. Animũ virilem & Chriſtianum nec debent, ſi accedant, extollere: nec debent frangere, ſi recedunt. De diuitibus aliâs dicturi ſumus plura. 4 Quando vniuerſalis & communis hæc regula eſt, *Chryſoſt.*
neminem poſſe dominis duobus ſeruire, ſolicite animo percipiat omnis Chriſtianus & caueat, ne animum inducat ſuũ duobus dominis velle ſeruire: quod ſi ſibi ſũmpſerit, errabit vtique, ſe ſimul & animam ſuam perditurus. Non deſunt iam, qui cum eccleſiam laudant catholicam, tamen intetim eis arrident etiam iſta, quę neochriſtiani noſtrates & Lutherani recẽs adinuenerunt: quod quicunque faciunt, peccant ſanè, eò quòd eccleſiæ ſimul & hæreſi ſeruire non poſſunt diuiſi enim ſunt hæretici: apud Chriſtum autem vnum eſt neceſſarium, puta ſancta & cõcors vnitas. Siquidẽ
ibi dominus vnus, vna fides, baptiſma quoq; vnum eſt, de⁹ *Luc. 11.*
vnus & dominus omnium, qui eſt ſuper omnes, per omnia *Epheſ 4.*
& in omnibus vobis, inquit Paul⁹ Milites iſti & miniſtri Pi *Ioan. 19.*
lati pepercerunt tunicæ inconſutili Chriſti, quam qua fronte audebis tu diſſuere & ſartum hæreſis inſuere? non decet conſutam eſſe eam, nec quicquam in ea ſarcire exoticum & aliunde petitum. Sic Helias dixit ad populum Iſraël. Quouſq; claudicatis in vtranque partem? Si domin⁹ deus veſter
eſt, ſequimini eum. Si autem Balaam, ſequimini & illũ. non *3. Reg. 18*
reſpondit autem populus ei verbum. Ita nunc quoque dico vobis de iis, qui vna ferè, quod aiũt, fidelia parietes duos dealbare nitũtur, nã & ipſis obiici poteſt illud, Vt quid claudicatis in vtranque partem? Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Vel enim eccleſia catholica ſolidũ & verum habet ſcripturæ intellectũ: quod ſi ita eſt, ſequimini ipſam: vel hæretici habent, & ſic quoque eos audite & ſequimini. Atque tu hic interim circunſpice diligenter, vnde intellectũ illum potius petas, vbi magis quæras quàm penes ſponſam Chriſti eccleſiam, quæ columna eſt & firmamentum veritatis.
¶Dices, Atqui & Neochriſtiani volunt & contendunt pe-

nes ſe eſſe eccleſiã? Sane eſt inter eos eccleſia, ſed iſta quam
Pſal. 25. odiſſe ſe iã olim profeſſus eſt Dauid, eccleſia iquã malignã
tiũ, hoc eſt in malitia ardẽtiũ. Noua iſthæc eccleſia eſt quã
erigere nunc conantur, neque fuit antiquitus, neque diuertit
eccleſia ad latibula & cõciliabula hæreticorũ, ſed per immenſum
late mundũ diffuſa eſt, ſicut præclarè iã olim etiã
Auguſtinus obiecit Donatiſtis, cõtendẽtibus penes ſe tantum
Augu. in Aphrica eſſe eccleſiã: aliter autẽ deus pater Chriſto
promiſit. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã,
& poſſeſſionem tuã terminos terræ. Vbicũque ergo amplã
Pſal. 2. illam Chriſti hæreditatem, magnam ſcilicet Chriſtianorũ
inueneris cõgregationem, noris ibi eſſe Chriſtum & euangelium
eius. Ne itaq; duob' dominis ſeruire coneris: Chriſto
ſerui, & non hæreticis. Sed audire videor obganniẽtem
hic mihi neochriſtianum, & dicentẽ, Nunc quoque in multis
regionibus Chriſtiani ſunt vſque ad finem mundi. Audio,
ſed quo ore tu infringes illum Pſalmi locum, quẽ vtiq;
nolens volẽs cogeris fateri eſſe veriſſimũ? Atqui quod adeò
deficit fides, vitio fit peccatorũ noſtrorũ. Sic enim videmus
Sarracenos totam occupare Aphricã, in qua diœceſes fuêre
plures trecẽtis, Ægyptum quoq; & Arabiã: ſic Turca minorẽ
Aſiã, Græciã totã & Bulgariam cũ oĩb' adiacẽtib' regnis
poſſidet. Quæ omnia eò fieri credũtur, quòd nũc appropinquãt
tẽpora Antichriſti: ſed quod ex Turcæ & Soldani Tyrannide
mãſit reliquũ in noſtris iã regionibus, hæretici ſuo
iugo ſubiiciũt. Et ſic quidẽ impleri oportet prophetiã illã
Ioãnis, Mulier fugit in ſolitudinẽ: eccleſia ſancta vi infide-
Apo. 12 liũ & inſultibus hæreticorum preſſa adeò deficiet, vt rectè
Chriſtus ipſe de nouiſſimis iſtis tẽporibus dixerit, Cũ venerit
fili' hominis, putâſne quod inueniet fidẽ ſuper terrã? Et
Lucæ 12. vos itaque in Chriſto dilectiſſimi, ne quid moueamini ab
iſtis neochriſtianis, quin potius hãc Chriſti theoricã ſiue regulã
cõmunẽ ſedulò attendite, Quia nemo põt duob' dñis
ſeruire. Ne claudicetis, ſed Chriſto adhęrete & eccleſię illi'
atq; retribuet ille tandem vobis æternæ gaudia vitæ, Amẽ.

HOMILIA SECVNDA.

INſanabile in multis & incurabile vitium auaritiæ medicari
volens ſummus noſter medicus Chriſtus, remedium
præſcripſit generale, quoniam nemo poſſit duobus dominis
ſeruire, deo & mammonę. Vbi communis eo morbo

laborantium querela moueri ſolet. Atqui cura & ſolicitudine hic opus eſt, quibus veſcamus, veſtiamur & liberos noſtros enutriamus. Huic quoque iam porro occurrit dominus, dicēs, Ideo dico vobis. quaſi diceret, Si repulſam à deo pati non vultis, ne ſitis ſoliciti animæ veſtræ quid manducetis. Ergo, inquit Hieronymus, quod omnibus natura tribuit, & iumētis ac beſtiis hominibúſque commune eſt. huius cura non penitus liberamur: ſed hoc nobis iniungitur, ne de cibo ſoliciti ſimus, ſiquidem in ſudore vultus noſtri pane nobis veſcendum eſt. labor nobis præcipitur, & ſolicitudo prohibetur. Sanè ibi Hieronymus è medio tollere conatur rudem & ſtupidū iſtū intellectum eorū, qui ex iis verbis Chriſti laborem recuſare vellent. Idipſum quoq; Theophylactus inſinuat, quum ait, Non explodit omnia operari ſed ſeipſos totos curis tradere & negligere deum, hoc eſt quod prohibet: quoniam & agros colere oportet, & vitę curam habere. Sed ſolicitum eſſe de rebus tēporalibus, neglectis ſupernis & cœleſtibus illis, maiorémq; in iis mundanis quàm deo diuiníſque collocare fiduciam, per fas nefáſque corradendis bonis inhiare, nec quicquā pauperibus impendere, honori quoq; & cultui dei deeſſe, ea demum eſt ſolicitudo, qua hîc prohibetur. Vnde & Dauid inquit, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: hoc eſt, in eis nolite confidere, deo & pauperibus illius neglectis. Quinimo qui diues eſt in marſupio, horreo, & cui velut clauſum poſſidet arca Iouē, adhuc tñ pauper ſit ſpiritu, multáq; poſſidēs ſit tāquā nihil habēs. Quomodo qui omnib⁹ abūdāt diuitiis, adhuc tamen pauperes eſſe bene poſſunt: de quibus dixit dñs. Beati pauperes ſpiritu quoniā ipſorū eſt regnū cœlorū. E quorū numero & Dauid fuit, cùm diceret, Egenus ſum & pauper ſicut omnes patres mei: Et hoc eſt quod prohibet dominus, non vt nemo diuitias habeat, ſed tantū inanē & nimiā vetat ſolicitudinē. ¶ Si quidē diuitem eſſe, in ſe malum nō eſt, cùm ſit ingens donū dei, modò diuitiis quiſq; ſuis bene vtatur, Ecce enim dicit Sapiēs, Omni homini cui dedit de⁹ diuitias atq; ſubſtātiā, poteſtatēq; ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo, hoc eſt donum dei. En duo hic cōmemorātur dei dona, diuitem eſſe, & diuitiis pro neceſſitate ſua vti. Ita ſi quis bona conſcientia & honore integro ſine iniquis cōtractibus, vſuris & fur-

Hierony. *Gene.3.* *Theoph.* *Pſal. 61* *2. Cor. 6.* *Matt. 5* *Eccle. 5*

pauperum,ſed in contumeliā eccleſiæ & blaſphemiā Chri-
ſti. Quaſi verò dominus deus qui paſcit omnes volucres in
cœlo,piſces in mari,& homines brutáq; in terris, pauítque
hactenus multis milibus annorū,nūc egere cœperit,& am-
plius nō habeat vnde det nobis,quo cultu ſui ſimul & pau-
perū curam habeamus. Profectò enim ſi nos cultū diuinū
& ceremonias ſeduló obſeruaremus,rerū omniū affluentiā
haberemus vndique. ¶ Obiiciunt iſti, Quid opus eſt domi-
no lucernas accendere,qui antea cuncta conſpicit?ſumptus
hic inutilis eſt,pauperibus magis impendendus. Atqui hoc
argumētum diaboli eſt,quod iā olim etiā Iudę perſuaſit &
indidit, quando Magdalena precioſis vnguentis pedes do-
mini oblineret,ita vt odore tota impleretur dom⁹,indigna
ri cœpit ille & dicere, Vt quid perditio hęc?poterat enim ve *Ioan.*12
nūdari trecētis denariis & dari pauperibus. Ecce quoniā & *Matt.*26
Iudas miſericordię fucū prætexuit, ſicut nūc neochriſtiani
faciunt,quo & plebē ſibi conſiliant,volētes detrahere glo-
riā deo,malitiæ ſuę pretextum proponunt de miſericordia
pauperū,meráq; iſta interim impietas eſt:ſiquidem in ciui-
tatibus eorum plures ſunt pauperes,quā vnquā fuerint. Nā
quem cuique terminum præſcribunt, eo contentum ipſum
eſſe oportet:quod tenue ſatis eſt,niſi turpe & inhoneſtū ne
gociū & ſimul tractare norit. Qui poterat ante circuire, &
vndecunque ex proximis fratribus neceſſitatem ſuam po-
ſtulare,nunc vrgeturvt maneat domi,vbi nil ei niſi eſurire,
algere & egere fortiter licet. Atqui & euangeliſta Iudā te-
ſtatur hoc dixiſſe,nō quod curam magnā gereret pauperū,
ſed quia fur erat & marſupiū geſtabat. Quod in hūc quoq;
diem fieri ſolet,vt neochriſtiani ex cēſibus eccleſiaſticis cæ
nobiorū aliarúmque prębendarū redditibus incaleſcere cu
piunt,ſicut Iudas. Idque vtinā nō eſſet, quàm facilè de om-
nibus fidei articulis cōueniremus. Et ego dico eis loco dei,
quia bona illa ex ſpiritualibus direpta, ſimul etiā ſecū de-
uorabunt iſta priora tēporalia,ſicque vno interitu peribūt.
Si autē eis domin⁹ ita miſericors eſſet, vt primo ſtatim ini-
tio affligeret eos, vt Heliodorum,qui cúm vellet ſplendidū
Hieroſolymæ templum ſpoliare,multis verberibus percuſ- 2. *Mac.*3
ſus concidit. neque quod inſtituerat perfecit, vtique aliter
ſe rēs haberet: Antiochus quoque aſcendit in Ieruſalem,& 2. *Mac.*9
ingreſſus templum cum magno faſtu,aureum altare & can

delabra diripuit,aurum,argétū, omniáq; templi ornaméta abſtulit. Quæris quem ſortitus ſit exitum? Ecce præceps de curru lapſus,arreptus eſt à dolore diro viſcerū,ita vt de cor pore impij vermes ſcaturirent,odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur,tandémq; in monte miſerabili morte
2. Mac. 1 vita functus eſt. Alchimus qui templū prodiderat,paralyticus fact⁹ eſt,ita vt verbū loqui nō poſſet,& inde in magnis doloribus mortuus eſt. Achaz cū ex theſauro templi pecu-
4. Re. 16 niā abſtuliſſet,miſiſſétq; regi Aſſyriorū, idololatra impius demortuus eſt. ¶ Rex Balthaſar temulentus iam afferri ſibi præcepit vaſa templi aurea & argentea,& vidit manum ſcri
Daniel 5. bétem in pariete:quam ſcripturam quum expoſuiſſet Daniel,rex ea nocte miſerè occiſus eſt. Multæ gentiū teſtātur hiſtoriæ, quomodo Craſſus Romanus templū Hieroſoly-
Ioſephus mitanū ſpoliauit,neq; multò pòſt cum omni Romanorum exercitu proſtratus eſt turpiter. Brennus præfectus exerci-
Trogus tus Germanorū Senonū. Galliam,Italiam,ipſámque adeò
Pom. Romanorum deuicit. Cum autem primum templum Delphicū aggreſſus eſſet,mōs terræ motu collapſus, bonā exer
Va. Max citus ſui partem perdidit,ipſéq; tādem ſaucius ſemet interfecit Rex Perſarū potentiſſimus Xerces quū miſiſſet quoſdam quidem illud templum Delphicū ſpoliarét,omnes iſti miſſis imbribus & fulminibus perierunt. Poſſent id genus hiſtoriæ pene innumerę hic referri quibus tamé recēſendis breuitati ſtudens ſuperſedeo:tantùm hæc breuiter comme morare libuit,vnde conſtaret rapinā iſtam eccleſiaſticā nō manere impunitā:ſi ergo deus raptores iſtiuſmodi hîc non punit,illic cruciatib⁹ affliget æternis. ¶ Sed ad hoc quoque reſpondere oportet,quod dicit neochriſtianus, nō indiget luminibus deus qui antea cūcta perſpicit. Sane non ille,ſed nos indigemus:ſiquidem inutile eſſe nō poteſt,quod in ho noré & gloriam dei viuentis exhibetur. Ecce enim in veteri teſtamento prę̨ceptum habebāt Iudęi à domino de holo
Leuit. 1 cauſtis,quæ ſacrificia erāt honeſtiſſima,ſicut & primo loco
Exod. 38 ante omnia alia in Leuitico deſcribuntur,habebántq; pro-
Leuit. 6 prium altare ad ea paratū. Quæ ſi tu eò dices fuiſſe inutilia quòd cōburebantur,neque in vſus pauperū cōuertebantur, quorum vtique plures etiam tunc in Iudæa fuerunt,errabis turpiter reprehendere volés opera eius, qui iuſtus eſt in omnibus viis ſuis Magis adhuc blaſphemus eſt, qui mādam

& legem

&legem ipſius iudicat,capit,damnat, dicens, Ad quid hæc proſunt? an non putas magnã hic tibi ſperandã eſſe vtilitatem,cum dominũ deũ tuum honoras & colis?Dicis inquã, *Ioan.1.*
Nõ indiget lumine deus.Sane quãdo ipſe lux vera eſt,quæ illuminat omnẽ hominem. Et vidit ille vtiq; ab æterno in veteri teſtamento ſicut in nouo,atque illic tamen pręcepit iugem ignẽ in tẽplo foueri cõtinuò à ſacerdote. Qui ignis *Leui.6*
cui obſecro luxit?cui profuit totos dies ardẽs,niſi quia hoc ſic voluit deus?Quòd ſi ergo iugiter arſit ignis ille in veteri teſtamẽto,lucens in templo iſto antiquo,in quo tantùm erãt virga Aarõ,tabulę Moſaicæ & panes ꝓpoſitionis ſiue facierũ:pudeat te vecors & inſanũ caput indignari ex ſuccẽſſo corã venerabili corporis Chriſti ſacramẽto. Sic,ſic olim *Exo.25.*
pręcepit dominus parari cãdelabrũ magnũ ex auro puro cũ violis & floribus , atque in eo lãpades ſeptem cum ſingulis emũctoriis,quæ ſemper veſperi accenderentur, arderẽtq; vſq; ad mane ex oleo nobiliſſimo.Nõ eo vtiq; fecit hoc do *Leui.24.*
minus,quod noctu nõ cerneret ipſe,ſed tamen in honorem ſuũ impẽdi illud ſibi voluit.Iudęis ad exercitiũ,nobis verò in eruditionẽ & ſignificationem myſterij Adhoc autẽ clamat neochriſtianus,ceremonię hę tantũ ſunt veteris teſta- *Act.15.*
menti,quæ iam in nouo penitus ſunt ſublatę,ſicut apoſtoli in primo cõcilio declarauerunt,proinde mittenda ſunt iſta externa oĩa,& in ſpiritu & veritate nobis adorandus deus. *Ioan.4*
Verum quidem eſt quod ceremonię & legalia veteris teſtamẽti nos nõ obligãt,neq; illa omnia hîc adduximus:ſiquidem nos ſacrificia noſtra nõ exurimus,nec iugem ignẽ fouemus,neq; cãdelabra noſtra ex auro puro ſunt cõfecta,ſicut præcepit dominus Moyſi:ſed quoniam omnia quę ſcripta ſunt,ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt:& quãuis illis in veteri teſtamẽto in figuris cõtingebant omnia,ſcripta tamen *Roma.15*
ea quoq; ſunt ad noſtrã emẽdationẽ . Docemur itaque hîc inutile non eſſe quod honori diuino impẽditur, ſicq; iſtos erroris ſui argui,dũ inutile hoc vocant,& ad pauperes om- *1.Cor.10*
nia referũt:(quãuis fucato tantũ prętextu idipſum turpiter mentiuntur)nõ valentes ne aſpicere quidẽ cultum & honorẽ dei promoueri:ſed metuunt ad tantam inopiam redactũ eſſe dominũ,vt pauperes ſuos fouere ampliusnõ poſſit,niſi cultu ſancto dei abolito : neque interim cogitant, neq; vidẽt quantis ſumptibus extructũ ſit magnificũ illud tẽplum

Salomonis in Hieruſalem,& tamen illum adeò ditauit de⁹
3.*Reg.5* & abundare fecit,vt tantũ eſſet Hieroſolymis argẽti quan-
& 6. tum lapidũ,tantúmq; cedri quantũ lignorũ quę creſcunt in
3.*Reg.3* ſyluis,ita vt nec paremvllum habuerit regẽ ſibi in gloria &
19. diuitiis,quas dedit ei dominus. Quãobrem Chriſtus hic illum præcipuè commemorat in euangelio, Cõſiderate lilia
Mat.6 agri quomodo creſcũt,nõ laborant, neq; nent:dico autem vobis,quoniã nec Salomõ in omni gloria ſua coopert⁹ eſt ſicut vnum ex iſtis. Hæc vos quoq; percipite animo,quod nullus vnquã rex tantũ impẽdit cultui diuino (ſicut in dedicatione tẽpli dicetur) ideóq; rurſus largiter adeò eum donauit dominus gloria & diuitiis,vt nullum vnquam regem aliũ. Omnes igitur qui cultũ diuinum impedire conantur, ſub prætextu pauperũ,nimium curioſi ſunt & ſoliciti de rebus temporalibus,quod hic vetuit dominus. Prouenit autẽ iſtud ex diffidentia quadã in deum,quaſi ille non poſſet victũ nobis neceſſariũ ſuggerere,quo colere poſſemus & honorare deum ſufficienter,ſicut & illi in veteri teſtamẽto fecerunt,& maiores quoque noſtri ſuperioribus ſeculis ſemper etiã in nouo ſanctè obſeruârũt. ¶ Ego porrò conſilium eis ſalubrius dedero,etiam nõ rogatus:audiãt modò, Quãdo tãtum amas pauperes, ipſiſq; bene adeò vis & cupis,age noli per hoc tamen quicquã cultui detrahere diuino. Malè perit,quicquid inde detrahitur:ſed deparce in ipſo, ne tantum potites,ne tam magnificè veſtiaris,ne ita luxuries reb⁹ omnibus,cõuiuiis,apparatu nimio, luxu denique toto:qui inter neochriſtianos dici non poteſt quàm profuſus ſit & abundans,vt interim frigeant ſacra:quod quis obſecro bona ratione vel ferat vel commendet? Deterius adhuc & grauius peccant,qui etiã aliena diripiunt,vt habeant quod dẽt pauperibus,eos volo qui redditus cœnobiorum,pręhendarum, fraternitatum & anniuerſariorum turpiter recipiunt ſub prætextu pauperum, Miſera ea ſanè eleemoſyna & frigida eſt,quæcũque ex alienis bonis erogatur. Quòd ſi quis bonus vir & pius anniuerſariũ inſtituit, vltima hac ſua voſũtate fretus,ratúſq; eam eſſe nõ immutandã, irruis ecce tu ſcelerate & ſacrilege,tibíq; vſurpas, quod cultui diuino impenſum erat. Quis vnquã audiuit talia?furta & rapinas huiuſmodi quis vidit vnquã?Ecce hîc vos appello neochriſtiani,quãdo rerum omniũ ex ſcripturis teſtimonia requiritis,

Eleemoſyna neochriſtianorum.

date & hic ſcripturã mihi, qua ratiõe liceat ex alienis bonis eleemoſynam facere. Contrariũ nos docet ille Tobias, qui filium ſuũ erudiens ſubiũxit, De tua ſubſtantia fac eleemoſynam & noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere. En quod hic dicitur bene conſidera, De tua ſubſtantia, non ex bonis alienis cœnobiorum, præbendarũ, & anniuerſariorum Sic Salomõ inquit, Qui pronus eſt ad miſericordiã, benedicetur. de panib⁹ enim ſuis dedit pauperi. Ecce de panib⁹ ſuis, nõ ex panibus fraternitatũ. Quod iam neochriſtiani ſuperbiunt inflati de ſuis eleemoſynis, inanis eſt gloriatio ex bonis alienis, cum quibus videant, ne ſua quoque quę habent propria, depereant. Sed audio, nõ eſt fides tanta apud neochriſtianos Tobiæ & Salomoni, vt perſuadeantur, inſuper quoq; ex nouo teſtamẽto requirũt teſtimonia. En Chriſtũ iubentẽ, vendere nos quæ poſſidemus, & hinc dare eleemoſynã. Non præcipit ille hinc aut iſthinc petere nos quæ demus pauperibus, & metere quę nõ ſeminauimus, ſed noſtra noſmet vendere bona & diſtribuere in eleemoſynas pauperum. Neochriſtiani autem ex bonis alienis tãtùm liberales eſſe cupiunt erga pauperes. At hæc iam dicta ſufficiãt ſuper eo quod iubet dominus, nos nõ nimiũ eſſe ſolicitos de victu temporali. Atq; huic tam ſalutari doctrinæ Chriſti aduerſantur neochriſtiani omnes, qui vel auaritiæ ſtudio, vel alia perdita opinione cultũ diuinum negligũt, cõtemnunt impediunt, ſolam pauperũ prætexentes neceſſitatẽ. Verùm hoc quidẽ eſt, quod ſi neceſſitas tãta foret, vt alia via vel captiui ex manib⁹ hoſtiũ redimi nõ poſſent, vel infirmi ad ſanitatẽ redire, tunc ſanè bona eccleſiaſtica in eiuſmodi vſus cõuerti liceret, authore etiã Ambroſio. Quãdo cõſtat veteres patres, ſi quãdo pecunia carebãt, etiã ſeipſos vendidiſſe, vt eo precio captiuos ex manibus infideliũ redimerẽt, quomodo ſanctus Paulinus epiſcopus Nolanus ſemet fertur in ſeruitutem redegiſſe, vt filium viduæ cuiuſdam redimeret, dante ei teſtimoniũ etiam ſancto Gregorio, Neque tamen eò neceſſitatis adhuc redacti ſunt neochriſtiani, quamobrẽ etiam cura & ſolicitudine illa minus opus habent pro temporali victu pauperũ. Nos iam Chriſtũ oremus, vt gregem ſuum defendat ab incurſu Turcarum, & erroribus peruerſa docentium: eos autem qui iam aberrarunt, per gratiã ſuam ad ſolidam veræ fidei integritatem reducat, Amen.

Tob. 4
Prou. 3
Pro. 122.
Lucæ 12.
Li. 2. off.
Gregor.

HOMILIA TERTIA.

DOminus nos ab auaritiæ ſtudio conatur hoc euange-
lio deterrere, eò quòd duobus nō poſſimus ſeruire do-
De her. minis, deo & mammonæ: ideóque nobis etiam iubet non
eſſe ſolicitos animæ noſtræ quid manducemus. Quæ verba
Auguſtinus vult non ita craſsè intelligi debere, quaſi quis
non poſſit & debeat victum ſibi procurare decentem, & la-
borare in æſtate, vnde tranſigat hyemen, id enim hominis
Prou.6 eſſet nimium pigri, cuiuſmodi quendam Salomon relegat
ad formicam, vt diſcat ab ea prudentiam, dicens, Illa quum
non habeat ducem neque præceptorem, nec principem, pa-
rat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod come-
dat. Vſquequo piger dormies? quando cōſurges de ſomno
tuo? Quum ergo ait dominus. Nolite ſoliciti eſſe, non hoc
dicit, vt iſta nō procurent, quantum neceſſitas eſt, vnde vi-
uere queant honeſtè, ſed vt iſta non intueātur, nec propter
iſta faciāt quicquid in euāgelica prędicatione facere iuben
Gloſſa. tur. Gemina itaq; ſolicitudo eſt altera prouidentiæ, quæ nec
ſuffocat, neq; impedit obſeruationē rerum cœleſtiū, cuiuſ-
Galat.2. modi curā habuit Paulus, multū ſolicitus exiſtēs de paupe-
Luc.10 ribus. habuit & Martha, dū domino pararet cibos perquam
ſolicita. Et habere illā debēt prælati omnes ſuper familiam
ſuam & ſubditos, atq; adeò quilibet vir bonus curare debet
vt honeſtè & pacificè viuat cū vxore. Sic omnis pręlatus ſo
licitus eſt de ſubditis ſuis, ſicut ait Paulus, Qui pręeſt in ſo-
1. Tim.5 licitudine. & alibi, dum enumerat quanta ſit paſſus: Inſtan-
1.Cor.7 tia, inquit, mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarū.
Rom.12 ¶ Quid quod Chriſtiani omnes ſoliciti eſſe debent ſeruare
2.Cor.11 vnitatē ſpiritus in vinculo pacis? quam ſolicitudinē ſi neo-
Ephe.4 chriſtiani quoque habuiſſent, nō ita ſe ſegregaſſent ab vni-
tate eccleſiæ. Altera porrò multùm nociua eſt ſolicitudo,
qua ſolicitus quis eſt in malo, ſicut iſti duo ſenes in decipiē
Dan.13 da Suſanna fuerunt ea fit, ſi quis nimiū ſolicitus exiſtēs de
rebus temporalibus, planè obliuiſcitur eorum quæ diuina
ſunt & cœleſtia. Huiuſmodi ſolicitudo rectè ſuffocans dici
tur, quia ſuffocat totámq; ſubmergit mentē hominis. Aua-
rus enim ſi quid orare vult, ſtatim ſubit animū illius cogita
tio venditionū & emptionū ſuarum: ſi miſſam parat audire
aut cōfiteri, ſubitò cogitat de bonis ſuis, quę eū non patiun
tur quicquā boni facere. O quàm durū & graue eſt iſtis prę-

dicare, quoniã non ſuſcipiunt prę multitudine curarũ, quas de diuitiis gerunt. Ac proinde dixit dominus, Semen iſtud quod inter ſpinas cadit, ſignificare eos qui audiunt quidem verbum dei, ſed tamẽ cura mundi huius & fallacia diuitiarum ſuffocãt verbum illud: ideo iſta cura hic prohibetur in victu & veſtitu. 2 Doctrinã porrò hanc ſuam ſalutarem dominus prudenter cõfirmat & probat, eò quòd anima pluris ſit quã cibus, & corpus prçſtantius indumento: quaſi dicere vellet, Qui maiora præſtitit, vtique & minora præſtabit, ſine quibus viuere nõ poſſumus, cibum & veſtem. Sunt qui per animam ipſam intelligũt vitã: ſiquidẽ anima cibo nõ indiget in ſe, ſed tantũ ad vitã corporis, ſicq; animæ velut retinaculũ alimentũ iſtud corporeum eſt. Diſcam' hinc & cognoſcam' nos animã & corpus habere à deo, ſicut mater illorũ ſeptem Machabæorum cõfeſſa eſt, dicens, Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis. neq; enim ego ſpiritũ & animã donaui vobis & vitam, & ſingulorũ mẽbra non ego ipſa compegi, ſed enim mũdi creator qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omniũ inuenit originẽ. Deinde quoque id probat vtrunque, alimẽtũ quidẽ auium, veſtitum autem lilij propoſito exemplo, & ait, Reſpicite volatilia cœli, non ſerunt neq; metunt, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Sunt quidã, inquit Hieronymus, qui dũ volunt terminos patrum excedere, & in alta volitare, in ima merguntur, volatilia dicẽtes eſſe angelos, cęteráſq; in miniſterio dei fortitudines, quæ abſq; cura ſui, dei alantur prouidentia. Si hoc ita eſt vt intelligi volũt quomodo ſequitur dictum ad homines. Nõ ne vos magis pluris eſtis illis? Atqui nos in natura nõ ſuperiores angelis, ſed inferiores & aliquantũ imminuti ſumus ab illis Simplex itaq; hic ſenſus ſuſcipiẽdus eſt, quod dominus dũ ex ſua prouidẽtia volucres paſcit, quarũ anima corruptioni obnoxia eſt, quãtò magis homines paſcit, qui animas habẽt immortales: quia vtiq; rationale animal ſicut eſt homo, ſublimius ordinatiúſq; eſt in rerũ natura quàm irrationalia. Triplicem autẽ hic curã indicat dominus, quę pro cibo haberi ſolet, quia ſeritur, metitur & cõgregatur ĩ horrea Quæras, cur volatilia propoſuerit dominus: & nõ alia animalia, quæ & ipſa neque ſerunt nec metunt? Reſpondet Ambroſius. Volucres propter varias cantiones quas edunt, magis cõferri viris ſpiritualibus quàm cęteras beluas terrę,

Matt.13. *Hierony.* *Auguſt.* *2. Mac.7* *Hierony.* *Leui.14.* *Pſal.8.* *Auguſt.* *Ambro.*

Pſal. 54 iuxta illud Dauidis, Quis dabit mihi pẽnas vt columbæ, & volabo & requieſcam? Deinde eò etiam fortaſſis cõmemorare voluit dominus volatilia, quòd eorũ cibus magis vagus & diſiectus eſt, quàm aliorum animalium: quamobrem natura eis plumas & alas addidit, quibus facilius victũ ſibi comparent. Quũ ergo viuant ſine cura, multò magis idipſum etiam hominẽ facere decet. Ad hęc volucres nõ ita cõſeruant frumẽta in cibum, vt formicæ & quædã alia. nemo tamen hinc excuſationẽ ſumat ſuæ ignauiæ quaſi ideo ſerere nolit aut metere: quoniã nemo ſine labore viuere debet iuxta illud, In ſudore vultus tui viſceris pane tuo. & iſtud
*Geneſ.*3 Iob, Homo ad laborãdum naſcitur, ſicut auis ad volandũ.
Iob 3. Grauiter inuehitur. Aug. aduerſus eos, qui ad cœnobia cur
Augu. runt, & cucullam ſibi iniici ſinunt, eò tantùm ne laborent. ſicque ait, Qui veniũt ad profeſſiones ſeruitutis dei ex vita ruſticana, & ex opificum exercitio & plebeio labore, ſi quò minus operentur, excuſari non poſſunt. Nulli enim licet vt in ea vita, vbi ſunt ſenatores laborioſi, fiant opifices ocioſi: & quò veniunt relictis delitiis ſuis, qui fuerant prædiorum domini, ibi ſint ruſtici delicati. cõcordat in regula
2.*Theſ.*2 ſua Chryſoſt. Quò illud oſtendit, quòd corpus ipſum non
1.*Cor.*4. tã alimonia ſui creſcat, quàm prouidẽtia creatoris. Ideóque
*Act.*18. & Paulus qui ipſe quoq; manibus ſuis laborauit, dicit, Qui non laborat, non manducet. Neque tamen laborẽ hunc intellige ruſtico & craſſo more, quaſi cuiq; laborãdum ſit manibus. Quiſq; laborare debet vel corporaliter, vel ſpiritualiter. vniuerſaliter, aut ſpecialiter. Magiſtratus adminiſtrationi ciuili incũbũt, qui iura dictãt & æquitati præſunt, bonos præmiis donant; malos ſuppliciis afficiunt. Spirituales quoq; multùm & duriter laborant, dum orant, cantant, legunt, contemplantur. Et hîc non vetat laborẽ dominus, ſed ſuffocantem iſtam ſolicitudinem prohibet. Hæc itaq; illa probatio domini eſt, Quãdo volucres cœli dominus paſcit citra omnem earum curam, quantò magis homines, dicẽte
Iob 38. Iob, Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad eum vagientes, eò quòd non habeant cibum? ¶Coruus (authoribus Phyſicis) pullos ſuos dum prodierunt, nõ vult agnoſcere pro ſuis (ita zelotypus magnus eſt) nam dum eos videt albos putat ipſam aliunde eos cõcepiſſe: ſicque nec coruus quicquam cibi eis ſuggeri ſinit, neque

ipſa audet ſubminiſtrare vſque in nonum diem, erumpẽtibus paulatim plumis nigris:tum enim tãdem videt ille pullos ſibi ſimiles fieri,itaque permittit eos paſci,cùm interim iſtis nouem diebus continuis pulli coruorum cœlitus paſcantur:iuxta illud Dauidis, Qui dat iumentis eſcam ipſorum & pullis coruorum inuocantibus eum. *Pſa.146.*

3 Adhuc amplius argumentum ſuum confirmat dominus in hunc ſenſum,Vt maximè nõ multùm ſolicitus ſit homo quiſpiam de victu ſuo, tamen hic nõ ſufficit niſi per gratiã dei.Quò oſtendit dominus,authore Chryſoſt.quia corpus *Chryſoſt.* ipſum non tam alimonia ſui creſcat,quàm prouidẽtia creatoris.quaſi diceret,Non ex humana cura longitudo & proceritas corporis humani prouenit,multò minꝰ igitur veſtitus:quoniam qui dedit augmẽtum, dabit & veſtimentum, verúſque adeò omnium author eſt dominus ſiquidem neq; qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui incrementũ *Auguſt.* dat,deus.Et ſicut iã ſuprà confirmauit dominus animã ſeu vitam hominis pluris eſſe quàm eſcam,ita nũc probat cor- *1. Cor. 3.* pus pluris eſſe quàm indumentum, inquit Hiero. Nam de veſtimento quid ſoliciti eſtis?reſpicite & conſiderare lilia agri,quomodo creſcunt,non laborãt neque nent. Et rectè lilia præ aliis floribus proponit:quoniã in altũ excreſcunt, candida ſunt & boni odoris:quo bene ſignificãtur corpora ſanctorum,quæ ſublimia erunt & excelſa,benéque munda & fortis odoris.Sic Oſeas ait, Iſraël germinabit ſicut liliũ. *Oſea.14.* Liliorum autem plurima fit in libris Canticorum mentio. *Can.2.q.* ¶Chryſoſtomus porrò hîc quærit in hunc modum, Quur *Chryſo.* nobis ex auibus non pauum propoſuit aut cygnum, vel ex pecoribus agnum?Quia ſcilicet vtrunque cumulum voluit exaggerationibus attollere, & ab herbarũ ſcilicet vilitate, quæ tantò tamen adornãtur decore, & ab illis pulchritudinis dignitate,quæ ſplendet in foribus:minus enim exquiſitè veſtis ambitum depreciaret, ſi ei non ornata ſolum, verum etiam animata præponeret. Vt maximè antẽ in ſe viles ſint flores, quãtò tamen pulchriores ſunt Salomone etiam in omni gloria ſua?fuit ſiquidem ille potentiſſimus ſimul & ſapientiſſimus rex Iudæorum, ſicut & nos ſuperiori homilia oſtãdimus,& ipſe de ſe profitetur dicens, Magnus effectus ſum,preceſſi omnes ſapientia, qui ante me fuerũt in Ieruſalem.Præcipuè autem magnificus fuit Salomon in *Eccle.1.*

3. Re. 10. veſtimentis, adeò vt etiã regina Saba admirata ſit precioſas veſtes ſeruorum ſuorum. ¶ Ait itaque dominus, Si fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, deus ſic veſtit: quãtò magis vos, modicæ fidei? Ecce quũ vilipendit iã flores, quos tamen tantopere exornat & veſtit deus: dum etiam fœnũ vocat, quod quàm vile ſit, quis neſcit? labore enim non indiget, cùm hodie ſit, & cras in clibanũ miſſum pereat igni. Ecce inquam vile hoc quantum exornat deus, quàm pulchre ſua prouidentia veſtit? Quur itaque hominẽ nõ veſtiat? Sed quòd iſtos vocat homines modicæ fidei, eò facit quòd deo nõ confidunt, etiã in certiſſimis promiſſio-

Rom. 5. nibus eius. Contrà maximæ fidei fuit Abrahã, in qua adeò confirmatus eſt, vt dederit gloriam deo, perfectéq; ſcierit, quòd quicquid promiſit deus, potens ſit ipſe etiã facere & exhibere. Sequitur inde quomodo omnia potẽter tum adminiſtret, tum prouideat deus, eò quòd voluntas ſua omnipotens eſt, adeò vt illi reſiſtere nemo queat. Nemo itaq; tãſit ſolicit', vt dicat, Quid mãducabimus? quídve bibemus? quibus operiemur? ea enim cogitant Ethnici, rati hominẽ ad aliud non eſſe creatum, niſi vt hic viuat ad tẽpus. Iis nos ne fiamus ſimiles, cogitemus potius, quã miraculosè fouerit & ſuſtentarit dominus Iudæos in deſerto manna & volatilibus cœli, ita vt nec veſtimenta eorum, nec calceamẽta fuerint detrita quadraginta annis. Quumq; norit ille quo-

Deu. 29. modo nos creauerit, nõ ſinet vtiq;, vt in hac parte deficia-

Chryſoſt. mus, modò ſecundum ipſius voluntatẽ vixerimus, Scit pater noſter quib' indigeamus antequã petamus. Quomodo enim pater filiorum ſuorum obliuiſcatur? Ethnici autẽ qui neſcio quam ſibi per ſomnia fingũt fortunæ diuinitatem, neque vident, nec expẽdunt deum vniuerſalem rerum omnium curam gerere & ſolicitudinem, ſicque ſoliciti ſunt.

4 Egregio ad extremum epiphonemate concludit hoc euangelium dominus, dicens, Primùm quærite regnũ dei & iuſtitiã eius, atq; omnia adiicientur vobis. Hoc ergo bo-

Auguſt. num noſtrum eſt regnum dei & iuſtitia illius. Idipſum cõcupiſcere debemus: finis enim noſter eſt, propter quẽ facere omnia debemus, & ideo etiam primùm omnium quærere, ſine quo viuere non poſſumus. ¶ Pulchrè obſeruauit hic

Hieron. Hieronymus quomodo illa diſcernãtur, illud enim, nolite ſoliciti eſſe, de carnali cibo & veſtimẽto accipere debemus

cæterum de ſpiritualibus cibis & veſtimentis ſemper debemus eſſe ſoliciti. ¶ At quid tandem eſt regnum dei? inquit Chryſoſtomus, remuneratio vtiq; bonorum operum, & iuſtitia illius via eſt cultus diuini, qua itur ad regnũ. Quãdo igitur homo recogitat regnum dei, gloriã ſanctorũ oportet eum amore gloriæ illius etiam feſtinare ad regnum, aut certè formidine pœnæ, vt iſte ait, odiſſe malum. Et hic, ait Auguſt. manifeſtiſſimè oſtendit non hæc eſſe appetẽda tãquam talia bona noſtra, vt propter ipſa debeam' benefacere, ſi quid facimus: ſed tamẽ eſſe neceſſaria. Nemo prædicare debet vt edat: ſed potius vt prædicare poſſit, edere. Meritò quoque dicit dominus, Primùm quærite regnũ dei, quòd nihil eò prius, nihil debeat eſſe antiquius. Et ſanè iniquè faciũt qui deum aut ſanctos ſuos inuocãt propter bona temporalia, vel vt ab hoc aut ab illo cuſtodiãtur morbo præcipuè ac primaria (vt aiunt) intẽtione. Quid enim hoc aliud eſt quàm quòd prouerbiũ habet, Currus bouem trahit? Primùm quærendũ eſt regnum dei, primùm pete gloriã ſempiternam, dona & gratias animæ. Inuoca ſanctos, vti apud deum tibi impetrent fœlicitatem & ſalutem, quam ipſi iam poſſident. Veruntamen hoc eſt quidem per accidens, & vt maiori tutela peruenire queamus ad ſalutẽ: poſſumus etiã petere temporalia à deo, & à peculiaribus ſanctis orare cõſeruationẽ de certis morbis & à Maria cõmuniter de omnibus. Sic nãque & Iacob orauit petiitq; liberari de manu Eſau, & Ezechias pro ſua ægritudine plorauit ad dominũ, & Dauid non ſemel rogauit ſe eripi è manu hoſtiũ. In vltimum tamen hæc omnia finem tendere debẽt, quia in gloriam dei & ſalutem animarum noſtrarum: nemóque adeò infirmus petere debet vt ex morbo liberetur, ſi ſit contra ſalutẽ animæ ſuæ. Vide parte tertia in die ſancti Sebaſtiani. ¶ Audiant hæc auari, qui ſua tãtùm curant temporalia, neglectis miſſis, poſthabitis cõcionib', & omni cultu diuino. Quod non faciunt pij & veri Chriſtiani: ſed primùm quærunt regnum dei, cultum illius non negligunt, ſperãtes ſatis bonorum daturum eſſe eis deũ, iuxta illud Dauidis, Iunior fui, etenim ſenui, & nõ vidi iuſtum derelictum, neque ſemen eius quærens panem. Cuique pio nõ ſubtrahit temporalia deus, quæ aliàs dicere tantum ſolet velut auctoria: ideo enim propriè hic dixit, Hæc omnia adiicientur vobis,

Chryſoſt. *Auguſt.* *Gene. 32.* *Eſa. 38.*

non dabuntur: ne quis cogitet hæc tẽporalia vera bona eſſe, ſi conferantur æternis: atque ideo iubet nos æterna tantùm quærere. Diceres, Atqui oramus omnes, Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie. Orare autẽ pro aliquo, quid aliud eſt quàm ſolicitum eſſe? Verum quidem eſt quod panem petimus quotidianum nobis dari, idque ex mãdato & doctrina Chriſti, ſperantes quia ſi coluerimus deum & ſeruierimus illi ſedula oratione noſtra, daturus ille nobis ſit victum neceſſarium. Sed hoc nullam in ſe habet ſolicitudinem, dum deũ oramus pro pane quotidiano. Hic enim curam & ſolicitudinem prohibet dominus in craſtinum, hoc eſt, in longa tempora. Et tamen dum apud Matthæum panem petimus quotidianum, etiam ſuperſubſtantialem illũ petimus, & ſpiritualem cibum animæ.

¶ Vos itaq; chariſſimi admonitos ſedulò volo, ne ſumatis hoc vobis, vt cõemini duob' dominis ſeruire, ſed vni Chriſto ſecũdum inſtitutionem eccleſiæ ſuæ ſanctæ: deinde ne ſoliciti nimium ſitis de rebus tẽporalibus, ſuffocantes orationem, omnémque pietatem veſtram, eleemoſynas quoq; & omnia opera bona. Deus enim ſua ſapiẽtia bene omnia prouidet, ſuáque omnipotenti voluntate perficit cuncta. Primùm itaque quærite regnum dei, & omnia neceſſaria adiicientur vobis: quærite & iuſtitiam eius, opere complẽ-
1. Pet. 1. tes quicquid fide tenetis, atque iuxta illud Petri, O fratres chariſſimi, ſatagite vt per opera veſtra bona certam vocationem veſtram faciatis, quoniam regnum dei eorum eſt, qui ad hoc ſunt electi: ad id autem peruenimus per iuſtitiã. quam hîc nobis largiatur deus in terris, vt per eam ad regnum ſuum perueniamus in cœlis, Amen.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM.

4. Re. 4.

LVCAE. 17.

IN illo tempore, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quã cũ vidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi, Noli flere: & acceſſit & tetigit loculũ. Hi autẽ qui portabant ſteterunt. Et ait,

Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedit illum matri ſuæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum, dicentes, Quia propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia deus viſitauit plebem ſuam. *Matt. 5. 4.Re. 4. Ioa.4. 6.*

HOMILIA PRIMA.

PAulo ante hoc Euangelium refert Lucas ſanaſſe Chriſtum ipſum Centurionis ſeruum, eius inquam qui indignum ſe profeſſus erat qui dominum reciperet ſub tectum ſuum. Iam verò nõ rogatus maius adhuc miraculum facit Chriſtus, reſuſcitans mortuum: quo facto, & diuinitatem ſuam & noſtram probauit reſurrectionem, quam plures tunc non ſatis credebant. Chriſtus autem dominus ille ipſe qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, ingreſſus eſt ciuitatem Naim: quæ ciuitas eſt Galilææ, duobus miliariis diſtans à monte Thabor, non longè à ciuitate Endor. Et hîc quidem diligentiã Chriſti vides, qui ex vna ciuitate in aliam commigrans, veram fidem docuit homines verbo & opere, quomodo prælati viſitare debent ſubditos ſuos, malúmq; inter eos corripere & reformare: neq; immeritò vel temerè Lucas hic cõmemorat in comitatu & apoſtolos fuiſſe & turbam plurimam. Id enim eò diſpoſuit dominus, vt plures eſſent tanti miraculi teſtes, ſicq; cõuerterẽtur ad fidem: diſcipulos quoque ideo hic ſecum duxit, vt hoc in eo cernerent magiſterium, quo ipſi quoque deinceps vterentur, poſt illius paſſionem & mortem vniuerſum mundum edocturi: ſemper etiam curauit dominus multitudinẽ hominum emẽdare in melius. ¶Quúmque appropinquaret dominus portæ ciuitatis, efferebatur mortuus filius vnicus matris ſuæ. Fiebat ex conſuetudine Iudæorũ, qui ſepulchra ſua extra vrbẽ & mœnia habebãt: ſic em̃ Chriſtus quoq; extra ciuitatẽ ſepultus eſt in horto. Quod nũc etiã à Chriſtianis q̃buſdã receptũ eſt, vt cœmeteriis id vrbe abolitis, noua extra ciuitates cõſtituãtur more Iudæorũ, quod equidẽ vt non vituperarim, ita neque multũ laudarim. Nam ſi id bonũ admodum eſſet maiores noſtri quoq; iã olim feciſſent. Tãtũ itaq; ſuſpectu nouitas eſt, vbi ratione careat euidẽti, vt vbi cœmeteria nimis ſunt anguſta & populus multus, tũc ſanè alia ratio eſt. Efferebatur mortuus, inquit Theophylactus. Aliud rarius facit miraculum, ne quis dicat, Et quid noui in hoc ſeruo

Rom.4. *Beda.* *Euſebius.* *Heb. 13.* *Ioan. 19.*

contigit?fortaſſis alioqui nõ fuiſſet mortuus. Ad hoc decli-
Theophy. nandũ, reſuſcitauit iam mortuum illum dominus, quem iã
ferebant ſepeliẽdũ: quo facto, arguitur iſtud quoque prius
miraculum factum eſſe ex omnipotentia dei. ¶ Admirabe-
ris autem, quare miraculũ hoc fecerit dominus, nec requi-
ſitus, neque rogatus, aut quis tandem ratus fuerat eum mor
tuum aliquem ſuſcitaturum? Sed defines mirari. vbi videris
Ambro. etiam euãgeliſtã hic demonſtrare, quid promouerit ad hoc
dominum. Erat enim mortuus ille filius vnicus matris ſuæ
viduæ, quæ luctu fletúque ſuo animum Chriſti pertulit, &
ad miſericordiam cõmouit: quoniã vnigeniti plerũque cha
riores cæteris ſunt liberis, inter quos amor diuiſus eſt. Ma-
ter hæc vidua erat, cui per hoc ſpes & cõſolatio omnis adẽ-
pta fuit, quod filio quem habuerat vnicum, iam deſtituta
2. Reg. 1. erat, maritúmque ſuum amiſerat. Sic Dauid dixit dilexiſſe
Hier. 6. ſe Ionathan, vt mater filiũ amat vnigenitũ. Sic Hieremias
Tob. 5. ait ad Iſraẽlẽ, Luctũ vnigeniti fac tibi plãctum amarum. Et
quis dubitet multũ cõtriſtatam fuiſſe viduam hãc, quód fi-
liũ vnigenitũ amiſerat, baculum ſenectutis, lumen oculorũ
ſuorũ? Commouit itaq; cor matris exacerbatũ ipſum domi
nũ ad miſericordiã, quum iam antè in lege præceperat do-
Exo. 22. minus, viduas & pupillos negligi non debere ¶ Diuino au-
Beda tem nutu, inquit Beda, multa dominũ turba, multa viduam
comitabatur, vt viſo tãto miraculo multi ipſius teſtes, mul-
ti dei fierent laudatores. Bonum etenim eſt & ſalutare, mi-
2. Cor. 10 rabilia domini prædicare, vt multi ſaluẽtur: iuxta illud Pau
li, Sine offenſione eſtote Iudæis & Gẽtibus & eccleſiæ dei,
ſicut ego per omnia omnibus placeo, nõ quęrens quod mi-
hi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Idipſum quilibet
faciat prelatus, multorum hominũ ſalutẽ promouere curãs
& emendationem. Sed & antiquum illum hic atque lauda-
bilẽ morẽ videmus, conducẽdi funera ad ſepulturã. Eodem
nanque exemplo Ægypti vnà profecti ſunt, quum Ioſeph
& fratres eius defunctum patrem ſuũ Iacob abduxerunt ad
Gen. 50. ſepulturam Ita enim habet ſcriptura, Ierũt cum eo omnes
ſenes domus Pharaonis, cũctique maiores natu terræ Ægy
pti. & habuit in comitatu currus & equites, factaq; eſt tur-
Tob. 2. ba nõ modica. Laudatur & Tobias hoc nomine, quòd mor
tuos ipſe detulerit ad ſepulturã. Quò docemur nos quoq;
iniquum nõ eſſe, ſi quis corpus ſuũ ab vna ciuitate in aliam

deuehi ſinat: quod nobiles ferè nunc facere ſolent, quũ ſic Iacob via admodum longua voluit ſe ex Ægypto aduehi in terram Chanaan, ibiq́ue ſepeliri ſe cum maioribus ſuis, Abraham, Sara Iſaac, Rebecca & vxore Lia. Ioſeph quoque mortuus, adiurauit fratres ſuos & dixit, Poſt mortem meã deus viſitabit vos, & aſcẽdere faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac & Iacob. Aſportate tunc oſſa mea vobiſcum de loco iſto. Quod & fecit Moyſes, quoniã commigrans ex Ægypto, abſtulit ſecum oſſa Ioſeph. Cui ſi nõ vitio datur, quod oſſa ſua deſerri voluit ex vna regione in aliam tam longinquam, ibiq; ſepeliri cum patribus ſuis, quid iam malo verteretur noſtratibus, dũ oſſa ſua etiam in remotiora deuehi volunt ad ſepulturam patrum ſuorum? *Gen. 45.* *Gen. 50.* *Sepelire.* *Exo. 13.*

¶Redeo autem ad illud vnde ſum digreſſus, Pium eſt ſepelire mortuos, honeſtum quoque & laudabile deducere funus ad ſepulturã, quo virtutis & laudis genere cõmendãtur duo Iudæi, princeps alter, alter legis doctor, in ſepeliendo Chriſto. Apoſtoli quoque Mariam iam demortuam honeſtiſſima proceſſione ſepelierunt. Angelicum quid eſt comitari mortuos, ſicut anima Lazari ab angelis delata eſt in ſinũ Abrahæ. Dices, Quid cum cadauere agamus? aut cũ craſſioribus iſtis, quas pompas exhibeamus cũ oſſib' putridis? Cuiuſmodi homines eſſe putas, qui ſic blaterant & impudẽter adeò loquũtur? neq; enim eſt quod reſpicias corpus putre & mortuum, exanime, exangue, & viribus omnibus deſtitutũ: ſed conſidera corpus eſſe hominis, qui ſimilis tuæq; adeò fuerit imaginis, corpus inquam baptiſmo ablutum, cuius os ſacroſanctum corporis Chriſti ſacramẽtum ſuſcepit, cuius lingua deum viuum adorauit, oculi reſpexerũt in cœlum, aures audierunt ſanctum euangelium Chriſti, manus quoq; expandit ad deũ patrem cœleſtẽ. Quo ipſo corpore emeruit vitam æternam, in quo & reſurrecturus eſt in die nouiſſimo, & recepturus clarificationẽ gloriæ ſempiternæ. Sic Auguſtinus inquit, Neque contemnenda, nec abiicienda ſunt corpora defunctorum, maximéq; iuſtorũ & fideliũ, quibus tanquam organis & vaſis ad omnia opera bona ſanctus vſus eſt ſpiritus. Laudãtur formicæ, quod mortuas formicas ſepeliunt, ſicut in hiſtoria Malchi monachi legitur, quę á ſancto Hieronymo deſcripta, & nunc in vitis patrum repoſita eſt. Quid quod ad hoc mouere ſua quenque debet *Ioan. 3. 19* *Luc. 16.* *Auguſt.* *Hieron.*

fides,cũm hoc argumẽtum nobis certũ ſit fidei noſtræ, quã de reſurrectione cõceptã habemus. Sed & eadem remoue-
Auguſt. mur ad pœnitentiam peccatorum,ad emendationem vitæ, dum cogitamus eadem nocte quoque calcandam eſſe viã, & futurum vt nos quoque exanimes ſinéq; viribus & ſpiritu hîc iaceamus. Atque ob eam rem in quibuſdam regionibus moris eſt,vt mortuus veſtibus ſuis induatur,ſicut in vita ambulauit,ſicq; pheretro imponatur, ſolo vultu retecto
In Italia. cõſpicuus omnibus. Qua facie hoĩes moueantur,vt amaritudine mortis couſiderata,relinquãt peccata. O faciem miſerãdam,ô vultum luctuoſum,ô triſtem& lugubrẽ aſpectũ.
Eccle. 35. 3 Viſa itaq; vidua, miſericordia motus eſt dominus. Siquidem is ille erat,de quo Sapiens ait,quod non cõtemptu rus ſit orationem pupilli aut viduę,quum clamabit & effun
Iob 29. det gemitus ſuos. Quod facit illud Iob,Cõſolatus ſum cor viduæ. Dixit autem domin⁹,Noli flere. quaſi dicere vellet: Deſiſte quaſi mortuum flere, quem mox viuum reſurgere videbis. Neque enim ideo eam flere prohibuit dominus, quod fletus pro mortuis iniuſtus foret & iniquus: ſicut nũc neochriſtiani ſentiunt. Siquidem ſi vetus & nouum ſcrutemur teſtamentum,inueniemus flẽdum nobis eſſe pro mor-
Eccle. 22. tuis. Ecce enim Sapiẽs dicit, Supra mortuũ plora,quia de-
& 38. fecit lux eius. & inde,Fili, in mortuũ produc lachrymas, &
Gen. 23. quaſi dira paſſus incipe plorare. Sed quid multis indigemus
Gen. 50. ſcripturæ teſtimoniis? tãtùm exempla diſpiciamus ſanctorũ. Nunquid non Abraham fleuit ſuper Saræ vxoris mortẽ? Nũquid non mortuo Iacob procidit Ioſeph in faciem ſuã,
Deflere mortuos. plorans & oſculans eum, omniſq; Ægyptus defleuit illum ſeptuaginta diebus?& rurſus quum ſepeliiſſent eum, planxerũt eum ſeptem diebus, adeò vt Chananæi profiterentur magnum illum eſſe planctum Ægyptiorũ Nonne & Moy-
Deut. 34. ſen mortuum in campo Moab,planxerũt filij Iſraël trigin-
2. *Reg.* 1. ta diebus? Nonne Saul & Ionatham occiſos Dauid planxit luctu maximo, ita vt præciperet etiam Iudæos hoc ipſum docere filios ſuos,dicens,Filię Iſraël flete ſuper Saul?doleo
1. *Ma.* 9. ſuper te frater mi Ionatha. Nonne Iudã quoq; Machabæũ occiſum planxit omnis Iſraël maxima cum triſtitia per aliquot dies?Et quid huiuſmodi immoramur teſtimoniis,quũ conſtet Chriſtum ipſum fleuiſſe atq; adeò infremuiſſe ſpi-
Ioan. 11. ritu ſuper mortuũ Lazarum,ita vt Iudęi hinc argumentum

ſumerent magnæ dilectionis & ardẽtis amoris? Flendũ itaque eſt ſuper demortuis, maximè parentibus amicis & cognatis noſtris. ¶ Obiiciunt neochriſtiani. 1 Chriſtus hic vetuit flere viduam etiam ſuper vnigenito. 2 Paulus inquit, Nolo vos ignorare fratres de dormiẽtibus, vt ne cõtriſtemini ſicut alij qui ſpem non habent. Cyprianus quoque ſeduló admonere ait ſe fratres, vt ne fleãt ſuper iis qui vocatione diuina ex hoc mũdo cõmigrarũt. Similiter & Chryſoſtom⁹ lugere, ait, & lamẽtari eos, qui ab hac vita decedũt, ex puſillanimitate cõtingit. Prohibitũ hoc idẽ eſt à Papa Anaſtaſio & conſilio Toletano. ¶ Reſpondemus porrò, Quòd hic viduam flere prohibuit dominus, eò factum eſt, quòd illi filium à morte reſuſcitaturus erat. Et neochriſtiani igitur ſi mortuos reſuſcitare poſſent priuſquam ſepelirẽtur, ſicut hic dominus fecit, poſſent & ipſi fletũ prohibere: quum aũt mortuos ſuſcitare nequeant, adeò vt nec claudũ equum ſanare hactenus potuerint, ſinant nos deflere mortuos noſtros. Ad reliqua obiecta dicimus planctũ nõ abſolutè prohiberi, ſed illũ tantũ qui ex diffidentia & deſperatione prouenit. Id adeò manifeſtè patet ex verbis Pauli, ſicut egregiè ſuperiori loco teſtatus eſt Chryſoſtomus, inquiẽs intelligẽdũ hoc eſſe, ſi fiat ex deſperatione futurę reſurrectionis. Nõ ergo abſolutè dixit Paul⁹ nolle ſe triſtari fratres de dormiẽtibus: ſed addit, ſicut alij qui ſpem non habent. Illi enim ſic dolent ſuper mortuis, quaſi eos in perpetuũ amiſerint. Deinceps ait Chryſoſtomus, Ex charitate & vnanimitate bonæ voluntatis, vel etiam humanæ conditionis reſpectu, nũ prohibemus flere ſuper mortuos ſicut legimus multos ſanctos vehementes lachrymas profudiſſe ſuper vulnera aliorũ. Multa adhuc dicenda hic reſtarent de ficto luctu: quoniam ſæpe coniuges aut liberi plorant ſuper obitum ſuorũ nõ ſeriò, nolentes interim Chriſtũ veniẽtẽ reſuſcitare eos, quos gaudẽt ſemel eſſe defunctos. His dici poteſt, nolite flere, quia nõ ſeriò fletis, ſed eò tantũ, ne de vobis quid paulò indigni⁹ loquãtur homines, teſte Sapiẽte, Propter delaturã amarè fer luctũ illius de vno die, & cõſolare propter triſtitiã: fac luctũ ſecundũ meritũ eius, vno die vel duobus propter detractionẽ. Nec eſt quòd illud ſic ĩtelligas, quaſi ſeriò id dixerit Sapiens, veneritq́; ſuper mortuos flere, niſi forte ad biduum, ſed illuſit tantum iſtis, qui ſimulatũ adeò luctũ

Luc. 7. *1. Theſ. 4* *Cypria. ad. Heb.* *13. q. 2. c. habent. et c. quidimi.* *Chryſoſt.* *Eccle. 38.*

gerunt, vt triduano plāctu, ſi nō ſibi & mortuis, at hominū ſaltē detractionibus ſatis feciſſe ſibi probe videantur. Sunt etiā qui nō mortuū lugent, quaſi tantū ei faueant, ſed quod multū ipſis incōmodi ex morte ſua accedat. Qui etiā fletus nō eſt pius: quoniā iſti non mortui, ſed ſuum deplorant incommodū. Quanuis & hoc interdū in bono fieri poteſt, vt quū tota natio principē amittit, & ſuper eius morte turbatur etiā propter ſe, eò quod multū in magnanimo principe poſitū eſt: qui vt fideliter tractat ſubditos, ita eorū neminē grauat. Sic tota Iudęorū congregatio planxit ſuper Iudam Machabæū iam occiſum, Quomodo cecidit iuſtus, qui ſeruauit Iſraël? Atq; vt eò redeam, vnde noſtra hæc decurrere cœpit oratio: dominus dixit viduæ, Noli flere: non quòd ſuper mortuis flendū non ſit, ſed quia ipſe ille erat, qui defectū hūc, omnémq; dolorē mitigare ei & ſedare poterat: illumq́ue qui ex filij morte prodierit luctum, vertere in gaudium defunctum ei reſuſcitando filium. Poterat vtique aliter dicere, Noli flere, ſicut per Hieremiam ait, Vox tua quieſcat à fletu, & oculi tui à lachrymis. Nos quoque oremus dominum pro viuis & defunctis omnibus, &c.

HOMILIA SECVNDA.

ANna Samuelis mater, quum exaudita eſſet in oratione ſua à domino deo, venit in templum, & gratiarum
1. *Reg.* 2. actionem obtulit domino ex inſtinctu ſpiritus ſancti, ibique inter cętera ſic inquit, Dominus viuificat & mortificat, deducit ad inferos & reducit. At hic eum qui poſſit talia, ſe eſſe probaturus dominus, appropinquauit portæ ciuitatis Naim, & ibi defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuę. Acceſſit autem dominus & tetigit loculum. Ecce, inquit
Theophy. Theophylactus, non ſolo verbo facit miraculum, ſed & loculum tangit, vt diſcamus quòd corpus eius viuificum ſit: quia quando caro ſua vnita eſt verbo omnia viuificāti, ipſe
Beda. quoque largitur vitam propulſata morte. Cuius exemplo notare meritò deberent neochriſtiani omnes, quanta ſit ef
Mar. 6. ficacia ſacramenti corporis Chriſti. Tactu enim ſuæ mundiſſimæ carnis, dedit vim regeneratiuam aquis per verbum vitæ in baptiſmate: tactu ſuæ ſanctiſſimæ carnis mundauit leproſos: tactu fimbriæ veſtium ſuarum mulierem infirmā priſtinæ reſtituit ſanitati. ¶ Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et dominus ait, Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Qui portabant,

tabant, cõſideraturi erant quidnam facturus eſſet dominus, quando matrem humaniter adeò conſolatus fuerat. Et dominus quidẽ tãquam is qui poteſtatẽ haberet vitæ & mortis: præcepit adoleſcenti vt ſurgeret: ex quo ipſo imperio multum potentiæ acceſſit huic miraculo, longeq́ue pl⁹ maieſtatem quàm in illa reſuſcitatione tum Eliæ, tũ Eliſei exhibitum fuerat (induc hiſtorias, vt voles) Chriſtus nanque hoc totũ quod fecit, propria ſua fecit authoritate, cęteri tã tùm per orationes & inuocationem nominis diuini, multis geſtibus ſuam declarantes imbecillitatẽ, dum ſe per modũ crucis reponebant ſuper mortuos, neq; tamen idipſum ſine myſterio: ſiquidẽ eò ſignificare voluit ſpiritus ſanctus, eum qui redẽpturus eſſet orbem in cruce, poteſtatẽ habiturũ viuificãdi homines. Dixit ergo domin⁹, Adoleſcẽs, tibi dico, ſurge: cum mortuo loquẽs tanquã viuente & audiente. quo etiam probat verbum ſuum, quod dixit Iudæis: Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. Quotquot enim nobis verè mortui ſunt, deo non ſecus habentur ac ſi dormirẽt, ideoq́ue ille eos tam facilè ex morte reſuſcitat ad vitam, quàm facilè nos dormientem excitam⁹. An nõ hic domin⁹ potentiſſimus eſt, qui tribus verbis mortuum viuificat, adoleſcẽtẽ illũ vocat, ſermonẽ ſuũ ad eum conuertit, dicens, Tibi dico, imperat & addidit, Surge? Ecce quàm non eſt impoſſibile apud deum omne verbum. Ecce quomodo omnipotens dei ſermo à regalibus ſedib⁹ venit. 4. *Reg.* 4. *Ioan.* 5. *Luca.* 1. *Sap.* 18.

2 Et reſedit qui erat mortuus. O quàm ſtatim vita ſuo paruit domino, verbo nimirum omnipotenti, neque reſedit tantùm, ſed etiam cœpit loqui: & dedit illum dominus matri ſuæ. Sic Thabita quoque ſuſcitata à Petro, reſpexit eum, & reſedit. Sed tu hic miſericordiam dei conſidera, qui poterat iam reſuſcitato mandare, vt ſequeretur aut ſimile quiddam: ſed nihil horum, tãtùm miſertus matris, tradidit eum illi, quæ omni iam fuerat ſpe & ſolatio orbata. ¶ Quum verò miraculũ tantum vidiſſet turba, quę partim Chriſtum erat comitata, partim funus cõduxerat, pręadmiratione timore correpta eſt ob magnitudinem facti, & laudantes magnificabant dominum. Non hoc modo, quaſi poſſit homo verè magnificare dominum, ſed quod hoc modo tantùm illius agnoſcamus potentum, ſicq́ue eum prędicemus coram omnibus, iuxta illud Sapienti, Magnificate dominũ, exal- *Act.* 9.

Eccle. 43 tate eum quantũ poteſtis: quia maior eſt omni laude. Quomodo autẽ magnificarẽt dominũ, etiã oſtendit euãgeliſta, dũ ait eos dixiſſe, quia propheta magnus ſurrexit in nobis.
Prou. 6. Norant illi vtique mortuum fuiſſe adoleſcentem, eumque iamiam ſepulturi erant, audierant paucula illa & breuia, ſed potentiſſima Chriſti verba: ſigna iam rurſus videbãt hominis viuentis in adoleſcente, qui fucus nullus erat: ſiquidem reſidere & loqui, ad corpus animatum pertinent. Aiunt ergo,
Theophy. propheta ſurrexit in nobis. Prophetam vocant, eo fortè animo, quod & magni illi prophetæ duo, Elias & Eliſeus mortuos ſuſcitauerũt. quod quia hîc etiam fecerat domin⁹, pro propheta habitus eſt eis, qui imperfecti adhuc erant, purum ipſum credentes eſſe hominem, neque rati filiũ ipſum eſſe dei. Omnia enim nouit dominus, non inſtinctu diuino ſeu dei inſpiratione velut reliqui prophetæ, ſed per diuini-
Deut. 18. tatem ſibi vnitam. ¶ Vel etiam putare potuerunt eum prophetam illum fuiſſe, qui in lege promiſſus ipſis fuerat, quẽ ſuſcitaturus eis erat deus, quem ipſi audituri eſſent nõ ſecus atque deum. Et ſanè quod eum prophetam illum eſſe putarint ſequentia quoque ſatis arguunt verba: dixerunt enim,
Ioan. 6. Quia deus viſitauit plebem ſuam. ſicut & turba dixit apud Ioannem, Vere hic eſt propheta qui vẽturus eſt in mundũ. Magnũ porrò vocabant, quoniã ratione miraculi tanti non vilem eum reputabant eſſe prophetam, ſed in hũc pene mo-
Luc. 24. dum, quo Cleophas de illo dixit, Hic fuit vir propheta potens in verbo & opere. Sic iſtic prophetam magnũ vocãrũt eum, quod deus per miracula ſua clemẽter viſitarit plebem ſuam. Quotieſcũq; deus aliquem vel admodũ affligi ſinit, vel maxima bona illi donat, dicitur viſitaſſe eum. Et tamen
Gene. 21. magis in bonam partem intelligitur, quomodo viſitauit do-
Exod. 3. minus Sarã, Iudæos in Ægypto, & alios pleroſque nóſque
Luc. 1. adeò ipſos oriens ex alto. ¶ Et tamen in ſupplitiis etiam ma-
Leui. 18. los viſitat: iuxta illud quod ſcriptum eſt in lege, Polluta eſt terra, cuius ſcelera ego viſitabo. & iſtud propheticum, Ecce
Eſa. 13. dies domini veniet crudelis, & indignationis plenus & iræ furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Et viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. eſt gratioſè viſitare.
¶ Et exiit ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & omnẽ circa regionem. Solent hîc oſtẽdere quidam ſeptem reſurrectio-

nes mortuorum ante Chriſtũ. Surrexit enim filius viduæ, *3. Re 17.*
Sareptanæ, filius Sunamitidis, qui proiectus eſt in ſepul- *4. Re. 4.*
chrum Eliſei & illius oſſa. (quamuis nunc neochriſtiani oſ- *& 13.*
ſibus ſanctorum nihil tribuant & reliquiis) Reſurrexit & fi- *Marc. 5.*
lia Iairi, & hic adoleſcens in Naim, Lazarus quoq; Magda- *Ioan. 15.*
lenæ frater, & illi qui ſub paſſione Chriſti (non vacat tamẽ *Matt. 27*
hoc mæandris) viſi ſunt in ſancta ciuitate, & apparuerunt
multis. Octauus iam tandem eſt ipſe Chriſtus, qui reſurre- *Roma. 6.*
xit à mortuis, ita vt amplius non moriatur, neque mors illi
ſit dominatura magis. Et ſic reſurrectio noſtra in die octa-
uo, hoc eſt nouiſſima, durabit perpetuò. Auguſtini regula *Super*
quam ſæpe vobis propoſui, hic quoque locum habet, quo- *Ioã. tract.*
niam facta Chriſti non opera tantùm, ſed & ſigna ſunt: er- *49.*
go præterquam quod miracula ſunt, aliquid etiam ſignifi-
cant. Atque hinc equidem putarim inoleuiſſe, quod iam o-
lim miracula dei ſigna dicta ſunt: quo nomine Chriſtus ip- *Signa mi*
ſe ea vocauit, dicens, Signa eos qui crediderint, hęc ſequen- *racula.*
tur. Iam verò ſi diſpiciamus ſingula, videbimus tres mor- *Mar. 16.*
tuos reſuſcitaſſe dominum, ſingulos certis circũſtãtiis. Si- *Mar. 5.*
quidem filiam Iairi reſuſcitauit in domo, puellam adhuc
exiſtentem annorum fortè duodecim. Adoleſcens autem *Luc. 7.*
hic magis ſuccreuerat, ideoque reſuſcitauit eum dominus
iam elatum ad portas ciuitatis. Lazarus iam ſenior, ex mo-
numento fœtidus prodiit reſuſcitatus. Neque omnino te- *Ioan. 11.*
merè eſt quicquid eſt quod ita diuerſis rerum, locorum, æta
tum circunſtantiis expreſſum eſt. Quoniam cùm dominus
ex gratia & miſericordia animas reſuſcitat ex morte pecca-
torum, ne moriantur in æternum, quis non facilè colligat
hos tres mortuos in ſuis corporibus reſuſcitatos, typicè re- *Tres mor*
ſuſcitationem ſignificare animarum? ¶In triplici autem *tui.*
ſunt peccatores diſcrimine. Quidã enim voluntate tantùm *Triplices*
peccant, quidam etiam opere complent. Alij aſſueſcunt pec *peccatores*
care ita, vt ex peccatorum ſordibus fœteant. Primi generis
peccatores deſignantur per filiam Iairi: ſiquidem peccatum
mors animæ eſt, & cùm primùm homo interius conſenſit
per peccatum, anima iam demortua eſt, & tamen adhuc in
domo detinetur, quia non dum erupit in opus. Atque hu- *Mar. 5.*
iuſmodi peccatum faciliotis curationis eſt, adeò vt dixe-
rit dominus puellam iſtam mortuam non eſſe, ſed dormi-
re. Sicut autem peccatum illud ſola volũtate committitur,

Vnde par tem.1.de marty. ita eadem ſola deponitur. Eaq; radix eſt quæſtionis huiuſmodi, Quòd ſi virgo tantùm voluntate peccauit, rurſus per pænitentiã acquirit decus virginale: ſin autem peccarit opere, amplius iam non poteſt illud aſſequi Vt ſi in die quo ieiunium indictũ eſt, comedere cupias, nec ieiunare velis, deinde pænitẽtiã agas ſuper hoc peccato, potes adhuc ſeruarè ieiuniũ hactenus nõ violatũ. Sin autẽ frangas ieiuniũ, mãducans extra tẽpus, iam ſanè ieiuniũ tuum ipſo facto violaſti, adeò vt quantacũque pœnitẽtia acta, nequeas adhuc diẽ illũ ieiunij vt decet obſeruare. Neque abſimile eſt quod de
Augu. virginitate diximus. Reliqui qui etiã operibus peccant, per hunc noſtrum edoleſcentẽ deſignantur, qui extra portã delatus eſt mortuus. Quiſquis enim voluntatẽ malam opere complet, iamiam mortuum affert extra portam animæ ſuæ in hunc mundum. Sed quã bene omnia hic Chriſtus expreſſit? Primi mortui loco, puellam nominauit domin⁹, peccatum per hoc volens exprimere voluntatis, eò quòd ſexus puellaris multùm imbecillis eſt, & facilè labitur in peccata tum cogitationibus tum conſenſu prauo, interimque tamẽ maiori ducitur verecundia & pudore quã adoleſcẽtes, dum non audent ita temerè opus aggredi, vt illi qui impudẽtiores aliquando ſunt & leuiores. Prudẽter itaq; dominus peccatum cordis voluit pudica illa duodeni puella ſignificare, & peccatum operis exprimere paulò robuſtiore adoleſcente, qui iam portatus erat extra mœnia ciuitatis. Portæ animarũ ipſi ſunt ſenſus externi, per quos anima à morte vulneratur, dicente propheta. Aſcendit mors per feneſtras ve-
Hiere.9. ſtras, ingreſſa eſt domos veſtras. ¶ Tertij porrò generis peccatores qui aſſueuerũt peccatis, indurati in illis, per Lazarũ ſignificantur iam in ſepulchro repoſitum, obuoluto iam lapide conſuetudinis prauę, & fœtore inueterato mali exempli, ita vt iam inde offẽdãtur homines. Iſti nimirũ ægrè reſuſcitari poſſunt, ſicut hîc infremuit ſpiritu dominus, & fleuit, reſpiciénſq; in cęlum, clamauit, Lazare, exi foras. Vſque
Ioan.11. adeò difficulter qui in peccatis vſq; ad vtrãq; aurem obſorduit, cuiuſmodi homini dicit dominus per ꝓphetam. Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Tales
Baruc 3. erãt & adulteri illi duo, quorũ alteri dixit Daniel, O inueterate dierũ malorũ, iam venerũt peccata tua quæ operaba-
Deut.13. ris prius. Quã ægrè aſſueta relinquimus, quã difficulter qui

in peccatis inueterati ſunt, ab eis diſcedunt? Sic enim & Sapiens ait, Adoleſcentē ambulātem ſecūdū vias ſuas, vbi cōſenuerit, non receſſurū ab illis. & propheta peccatorem centum annorū maledictū prædicat. Sepulchrum igitur peccatoris, ipſa perdita eſt cōſuetudo Nos tamen hic de nemine deſperare debemus, quoniā Chriſtus etiā Lazarū adhuc poteſt de monumēto reſuſcitare, fœtidū, iamq; quatriduanū. *Eſa. 65.*

4 Cęterùm, in hunc ſenſum ſancti patres hiſtoriam hāc totius euāgelij exponūt etiā, vt eſt iter per ſymbola facilimū. Vidua hęc, ipſa ſācta eſt eccleſia catholica, quę hic peregrinatur quidem, ſed tamen ſponſus illius Chriſtus dominus in cælis eſt etiam corporali cōuictu, & huius vnigenit⁹ defunctus eſt: quāuis enim Chriſtiani plurimi ſint, eccleſiæ tamē ſanctæ quilibet Chriſtianus filius vnus eſt, & is quidē per peccatum mortu⁹ eſt, iamque efferebatur extra portas, hoc eſt, peccatum, quod in corde geſtabat per verba, opera effert in mundum, tāquam per portas ſuæ ciuitatis. ſiquidē mors iſta animæ effertur per offendicula peccatorum, teſte Eſaia, Exclamauerūt peccata ſua ſicut Sodoma, & nō occultarunt. Sed quis illum deportauit ad opus? quatuor paſſiones animi, gaudium, triſtitia, ſpes & metus. de iis ait Bernardus, Amant quod non decet, timent quod non oportet, dolent vanè, & gaudēt vanius. Pluribus adhuc modis exponi illud poſſet, adeoque dilatari, vt per totam quadrageſimam extēderetur, per ſymbola facilima. Pheretrum in quo mortuus effertur, malè ſecura deſperati peccatoris conſcientia eſt, vel etiam malè ſibi cōſtans pœnitentia. Ambroſius quatuor iſtos qui portauerunt, quatuor elementa intelligit, ſed quando pheretrum ligneum ſit, ſperat quòd vbi primum Chriſtus tetigerit lignum crucis, qui mortuus fuerat, reſurrecturus ſit viuus. Longè autē deportato peccatore à domino, nihilominus tamen hic appropinquat ad illum, & miſericordia motus ſuper viduam eccleſiam ſuam, admodū perturbatam propter filium demortuū in peccatis, accedit dominus, tangit loculum: & ſtatim accedēte domino, res melius habere incipit pheretrū autem ille tangit flagello tribulationis, verbo ſuæ prædicationis, & gratia ſuæ inſpirationis. ſic Iob ait in perſona pturbatorū, Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltē vos amici mei: quia man⁹ dñi tetigit me. Hoc ipſo verbo tetigit domin⁹ Hieremiā, quādo dixit ipſe, *Ambr.* *Beda.* *Eſa. 1.* *Bernard.* *Beda.* *Ambro.* *Iob 19.* *Hiere. 1.*

Miſit dominus manũ ſuam,tetigit os meum. Sic Danielem
Dan. 10 quoque tetigit in labis ſuis Neq; verò ſatis iam hoc eſt ſtatim,ſi tangat dominus conſcientiã peccatoribus,niſi & qui geſtabant illum,ſiſtant pedem greſſuſque figant,puta concupiſcentias,voluptates,vanaque gaudia mundi. Niſi enim
August. aliquem pœniteat veteris vitæ,nouam ille nõ poteſt induere. Ait autem dominus mortuo, Adoleſcẽs,tibi dico,ſurge. O vocem præclaram,ô vocem potentem,ô benignam tum & clementiſſimam Chriſti vocẽ, quæ excitat peccatorẽ, vt ſurgat,ſedeatque per pœnitentiam & contritionem, quam rectam erigit incorde ſuo,dicens cum filio prodigo, Surgam,& ibo ad patrem. Mox etiã confiteri incipit & loqui, non tacens peccata ſua.ait enim. Pater peccaui in cælũ coram te,non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnũ de mercenariis tuis. Ad hanc confeſſionem ſceptrum illud dominus tradidit matri ſuæ eccleſiæ catholicæ,idque in ſacramento pœnitentiæ,dura à ſacerdote illi datur abſolutio ab omnibus peccatis ſuis,ipſeq; adeò reſtituitur ſacramentis eccleſiæ,cui vnitur. O igitur domine Ieſu Chriſte,rogamus te per immenſam miſericordiam tuam, noſtrũ quoq; digneris tangere loculum gratia ſancta tua, quatenus reſurgentes à peccatis, viuamus iuſtitiæ per gratiam tuam, ſicq; per abſolutionẽ ſacerdotis reſtituamur matri noſtræ militãti eccleſiæ hîc in iſta vita,eáque cõſummata, per angelos triumphanti quoque ſociemur ſecula, Amen.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM Lucæ 14.

IN illo tempore, Cùm introiſſet Ieſus *in domum cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbato, manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illum. Et reſpondens* Ieſus,*dixit ad legiſperitos & phariſæos, dicens, ſi licet ſabbato curare?*
Mat. 12. *At illi tacuerunt. Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit.*
Mar. 3. *Et reſpondens ad illos, dixit: Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum*
Supra 6. *cadet & nõ continuò extrahet illũ die ſabbati? Et nõ poterãt ad hac re-*
Mat. 23. *ſpondere illi. Dicebat autẽ & ad inuitatos parabolã,intendens quomo-*
Mar. 12. *do primos accubitus eligerent,dicens ad illos, Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuita-*

tus ab illo, & veniẽs is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouiſſimo loco, & cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur.

HOMILIA PRIMA.

INuidi homines mundi huius morem habent admodum pertinacem & abſurdum, quod cum nemine vel manducare volunt, vel bibere, rati idipſum ſuis ſiue corporibus, ſiue bonis eſſe detrimẽtoſum. Atque hoc fieri non decet extra domũ inter chriſtianos maximè, ſicut Chriſtus ipſo facto docuit. Phariſæi nanque & legiſperiti quærebant occidere dominum, quod ſe filium profiteretur ſui patris, quod ſæpe apud Ioannem meminit dominus. Et tamen nihilominus, inuitatus ipſe à quodam principe Phariſæorum, comparauit, non ignarus ſe non amore aut animo bono eſſe vocatum. Obſeruabant enim eum, & quidem ſabbatum id erat, quod iam antea ſæpe exprobrauerant domino, quia nõ ſeruaret. Subornauerant quoque infirmum, vnde anſam arriperet dominus violandi ſabbatum. Atque hinc patet dominum nullo bono affectu fuiſſe inuitatum, & tamen illi ad inimicos ſuos venire dedignatus non eſt. Curæ enim ei erat in animarum vtilitas, & propterea etiam ad inimicos ingreſſus eſt, ex cuius doctrina, ſermone & opere poterant vtilitatis permultũ ſuſcipere, ſi voluiſſent. Eáque fortè cauſa eſt, cur alio loco etiam inuitato ad phariſæos domino, hoſpitis nomẽ exprimitur Simon, hic autem non ſic: quoniam cum malo animo inuitarat dominum, indignus habebatur cuius nomen in memoria hominum permaneret. ſic enim ait Dauid, Non recordabor nominũ eorum per labia mea. Fuit ergo ingreſſus dominus domum principis phariſæorum iam in ipſo ſabbato, quod tẽpus erat eorum quidẽ ſentẽtia aptiſſimũ, quo occaſionẽ haberẽt domino iniquitatis nõnihil exprobrare, maxime ſi quid in illo faceret aduerſus legem: ſicut apud Ioannem dicebãt, hominem hunc non eſſe à deo quiſquis ſabbatum non ſeruaret. Mãducare debebat cum phariſæis dominus quod hic euangeliſta ſimpliciter admodum exprimit, dicẽs, Vt manducaret panem. Quo innuitur, non curaſſe dominum magnum apparatum

Matt. 13. *Ioan 5.* *Matt. 12* *Theophy.* *Luc. 7.* *Matt. 26* *Pſal. 15.* *Ioan. 9.*

ciborũ,ſed ſolo etiam pane fuiſſe cõtentum:niſi fortè more Hebræorum.hæc quoq; locutio intelligenda eſt,vbi nomine panis omnis cibus intelligendus venit. Præſentẽ autem dominũ diligẽter admodum obſeruabant:qui mos eſt malorum & malignãtium. Inuitârant ſiquidem illum tanquam amici eius,& inimici interim erãt peſſimi, inſidiẽtes etiam vitæ ipſius : ſicut eos vere propriis deſcripſit domin⁹ coloribus,inquiens,Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſec⁹ autẽ ſunt lupi rapaces.Huiuſmodi homines ſumma cura cauendi ſunt,iuxta illud Sapientis,Ne cõtra faciẽtes cõtumelioſi,ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. Qua ratione autem inſidias ſtruxerint phariſæi domino,deinceps euangeliſta oſtendit,dum fuiſſe ante eum hydropicum cõmemorat:idipſum nanq; ſic ſubornarũt phariſæi, nõ bene tamẽ præmeditati ſuper eo quod agebant. Siquidẽ hydropiſis ex nimio prouenit humore, qui & inflat & anhelitum fœtidum reddit,vnde hydropici quò magis imbibũt aquæ, eò plus ſitiunt.Ideóq; auari per eos deſignãtur,qui vt ſemper egent,ita quò plus diuitiarum poſſident,eò magis illas appetũt.Quod autem corpore paſſus eſt hic infirmus, idẽ animo patiebãtur phariſæi homines auariſſimi,quod ſæpe eis obiecit dominus,& apud Matthæum præcipuè: quamobrem plus ipſi indigebãt ope Chriſti,quã hîc hydropicus.

Matt. 7

Eccle. 8

Beda

Beda.

2 Sequitur,Reſpondẽs Ieſus, dixit ad legiſperitos & phariſæos.Quætis,Cuinam reſpondit,à nemine interrogatus? Sanè non reſpõdit hic eorũ interrogationi, ſimúlque præuenit & arguit ipſorum ſtultitiam, qui incuſare eum volebãt de ſabbato.Scit enim deus cogitationes hominũ,quoniã vanę ſunt.Et ait,Si licet ſabbato curare?Quo verbo nõne manifeſtè irridet eos vt inſipiẽtes? ſiquidem cũ deus ſabbatum benedixerit, ipſi bene facere prohibent in eo,& per hoc faciunt eũ omnino maledictum. Nõ enim benedictus eſt dies,in quo nihil boni fieri ſolet.Ideóq; tacuerũt Iudæi non valentes ad hoc reſpondere quicquã.ſiquidem videbãt ſe captos,quicquid omnino reſpõderent.Et ſi licet ſabbato cur obſeruant dominum:ſi verò non licet, cur ipſi iumenta ſua adiuuant in ſabbato ? Tacentibus iam porrò phariſæis, curauit dominus hydropicum,& dimiſit.Mos hic fuit phariſæorum,vel enim turpiter ſilebãt, vt hic:vel impiè irridebant verba Chriſti,vt apud Lucam: vel certè iniquè inter-

Pſal. 39

Theophy.

Beda.

Luc. 16

pretabantur ea,quemadmodum in Ioãne,quum iam ad lapides currerent:& ſicut in templo per triduum reædificando. Chriſtus autem etiam tacentibus Iudæis noluit magnũ atque pręclarum hoc opus miſericordię intermittere,quin potius tetigit,ſuæque mundiſſimæ carnis contactu curauit hydropicum,(multa hîc dici poſſent & deberẽt de eo,quomodo feriæ peragendæ eſſent:ſed materiã hãc vide in homiliis de decem præceptis)dimiſit eũ,nec cuiquam ſeruitutis ab eo exegit,tantùm doctrinam ſuam voluit opere conſummare:ſicut alibi dixerat, Gratis accepiſtis, gratis date. Fecit hoc idẽ & Eliſeus propheta cum Naaman,quem liberum quoque dimiſit ita vt animo liberrimo cõfiteretur, & credens gratias ageret deo. Sic etiã paralytico dixit dominus,Ecce ſanus factus es, vade & amplius noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. Quúmq; iam antè noluiſſent quicquam reſpondere phariſæi,ipſe nunc dominus proponit,ſic tamẽ,vt interim ipſos quoq; redarguat auaritię ſuæ, & ait:Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet,& nõ cõtinuò extrahet illũ in die ſabbati? Si hoc vos facitis bruto,non idem ego faciam homini? Nec poterant reſpõdere quicquam. Quod cui mirũ videatur quęſo,ſi æterna dei ſapientia illorum exceſſit ſtolidam & ignaram prudentiam, quando in Stephano quoque non potuerunt contradicere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur in eo? Si vis extendere ſermonem hunc ſymbolicè, expone hydropiſim de auaro aut luxurioſo:in vtroq; eſt tumor corporis ſuperbia, fœtor oris,infamia peccati, ſitis indeficiens inexhauſtæ libidinis aut appetitionis,pigrities pedum ad bona opera,ſpirituum & meatuum compreſſio per inuidiam, & cutis infectio externæ conuerſationis. Curre per ſymbola vt libet,habebis ſemper ſcripturas. fuit primus ſermo meus 1308 Friburgi.

Ioan.8 *Matt.10* *4. Reg.5.* *Ioan.5.* *Act.6*

3 ¶Videns porrò dominus inſolentiã eorum, & quomodo ambiebant primos accubitus,quod & apud Matthæum exprobrat illis,ſiquidem idipſum etiam in ſynagogis faciebant,vt hic in cõuiuiis,doctrinam ergo humilitatis proponit. Vides hic cœnas Chriſti,quales ſunt?nẽpe in vtilitatem animæ,& non in ſatietatẽ ventris vertuntur. Quoniã iam antè docuerat,licere etiam ſabbato curare:curato itaq; hydropico,nũc nitebatur dominus mederi etiam phariſęis in tetro iſto & abominabili malo arrogãtiæ atq; ambitionis.

Mat. 23. *Theoph.*

Eſtq; doctrina hęc in ſe facilis, nec multa indiget explicatione. Vtinam modo tam facile eã impleremus opere, quã
Beda facilis eſt intellectu. Sed quoniam hanc euãgeliſta nõ fruſtra parabolam vocat, breuiter intuendũ eſt, quid etiã myſticè ſignet. Inter Chriſtũ quoq; & eccleſiã nuptię quædam ſunt, ad quas Chriſtiani nos velut vnius corporis mẽbra in
Matt.22 uitamur. Nemo autẽ noſtrum primum ambire debet accubitũ, hoc eſt, de ſuis operibus & meritis gloriari nemo debet. Veſtem quidẽ quiſque habeat nuptialẽ, ſed illã humilitatis ſplẽdor illuſtret: nõ ambitionis fulgor obfuſcet. (poſ-
Theoph. ſet cõuiuium hoc latiſſimè deduci per ſymbolũ.) Nos hinc diſcamus peccatũ quod præ oculis eſt, & in publico corrigere, quoniã & dominus hic, quia hora cœnæ & ambitionis morbꝰ ante oculos ſaluatoris verſabatur, tẽpus erat admonitionis, decebat enim vt magiſter humilitatis, omnes tũ ſuperbię, tũ arrogãtię ramos prę ſcinderet. Docemur hic
Rom.12 quoq; nos, inter nos mutuo honore pręuenire, ita vt ne qs
1.Cor.15 ſemetipſum præ aliis obſeruandum reputet & venerandũ, quomodo Paulꝰ nos iubet inuicẽ præuenire honore, quod ipſe etiã fecit, qui minimũ ſe dixit eſſe apoſtolorũ. O quã neceſſarium nũc foret, vt Chriſtus in hæc quoque reuerſus ſecula veniret ad nuptias, conuiuia, comitia, & reliquos cõuentus, vbi quiſque fere minimus eſt, ita pro maximo vult haberi: nemo humilitatẽ ſectatur, omnes honorẽ quærunt & gloriã, arrogãtes, atque pro primis reputari cupiũt: nemini volunt ſubiici, nemini parere, ſiue eccleſiaſtici ſint, ſiue ſeculares, vt quis etiam in cœnobiis ſit homo nihil, tamen Abbas, Prior, Cellarius eſſe cupit. Inter canonicos plerique omnes vicariatum, cuſtodis officium, decanatũ, præpoſituram, epiſcopatum deſiderant, & ſic in aliis etiã ſecularibus.

4 Poſtremò iam doctrinã ſuam concludit dominus egre-
Iacob.4 gio epiphonemate & ait, omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Hoc certũ ſanè eſt corã deo, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam. idẽ quanuis hic non fiat, fiet tamen in
Luc.16 illo futuro ſeculo, ſicut ĩ diuite & Lazaro ſatis patet. In hoc mundo multi in ſuo faſtu elati ſuperbiunt per omnẽ vitã, & ab hominibus hic quis ſit maximi: interimq; clã reiicitur
Theoph. à deo. Eſt qui in honore viuat, ſed neq; vſque ad finem, nec apud omnes: ſed quantum à quibuſdã obſeruatur, tantùm ab aliis irridetur, & nonnunquã ab iis à quibus honoratur.

Quid quòd multi dum ſummos ambiunt honores, nõ rarò in ſummas incidunt ignominias? Lucifer dũ ſe ſuper angelos euehit, corruit, in ima inferni detruſus. Adam & Eua ſuperbire cœperũt in paradiſo, volẽtes æquari deo in cognitione boni & mali, ſed ex paradiſo pulſi ſunt cũ omni poſteritate ſua. Aman voluit inclinari ſibi oẽs homines, quod cum nõ faceret Mardochæus, patibulũ erigi ei iuſſit 50. pedũ altitudine, ipſéq; in illo ſuffixus, ſceleratã euomuit animam. Dauid paulò altius animo ſuo elatus iuſſit, numerari populũ ſuũ omnem, neq; in eo impune trãſgreſſus eſt præceptum domini, quod dederat, Quãdo tuleris ſummam filiorũ Iſraël, iuxta numerũ dabũt ſinguli pretiũ pro animabus ſuis domino, & nõ erit plaga in eis cũ fuerint recenſiti. Dauid nõ dedit hoc pretiũ, & tamẽ populũ numerauit, paulò arrogantiùs ipſe de ſe ſentiẽs: ſtatímq; miſit ad eũ dominus prophetã Gad, qui dixit illi, Aut ſeptẽ annis veniet tibi fames ĩ terra tua: aut trib⁹ mẽſibus fugies aduerſarios tuos, & iſti te perſequentur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & elige vnũ quod volueris ex iis, vt faciam tibi. Dixit autẽ Dauid ad Gad, Coarctor vndiq; nimis: ſed melius eſt vt incidã in manus domini, multæ enim miſericordię eius ſunt. Mortuíq; ſunt ex populo ſeptuaginta milia virorũ. Percuſſus eſt propter ſupbiã ſuã Sẽnacherib, amiſit cẽtũ & octoginta quinq; milia virorum, ipſéq; adeo deinceps in Niniue occiſus eſt à propriis filiis ſuis. Poſſem hoc modo per totam ſcripturam diſcurrere, quoniam odibilis eſt deo & hominibus ſuperbia. Deus quoq; memoriã perdit ſuperborum, eorũ autẽ qui humiles ſunt corde, cõſeruat recordationẽ. Vnde ſæpe fit vt confundãtur ſuperbi: iuxta illud Sapiẽtis, Superbũ ſequitur humilitas. Viciſſim autem quiſquis ſe humiliat, exaltabitur, ſicut Chriſtus ipſe, quoniã ſe exinaniuit, formã ſerui accipiens, exaltat⁹ eſt à deo, dato ſibi nomine ſuper omne nomẽ, &c.

Eſa. 14
Gene. 3.
Heſter. 7
Exo. 30.
2. Re. vl.
2. Par. 21
4. Re. 19.
Eccle. 10
Prou. 29
Philip. 2.

¶ Quid multa? quicquid primus Adã per ſuperbiã amiſerat id omne cœleſtis Adã Chriſtus per humilitatem reparauit. Et quanuis præclare illa in vtroque teſtamento multum commendatur humilitas, vnde & Iudith dixit, Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit domine deprecatio: & Dauid cecinit. Tu domine populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Rurſus deinde,

Iudit. 9
Pſal. 17

Pſal. 33. Prope eſt dominus iis,qui tribulato ſunt corde, & humiles
2.Reg. 6 ſpiritu ſaluabit. Cum Michol derideret Dauidem eò quòd
ante arcam domini cithara canens ſaltaret, dixit. Ludam &
vilior fiã plus quã factus ſum,& ero humilis in oculis meis.
Prou. 12. Didicit hoc ex optimo patre non imprudens fili' Salomõ,
docuítque vbi ſuperbia ſit, ibi contumeliam eſſe:& vbi ſa-
Iob 22. pientiam,ibi humilitas. Sed & Iob inquit, Qui humiliatus
fuerit,erit in gloria:& qui inclinauerit oculos ſuos,ipſe ſal-
uabitur. Id genus loci innumeri in veteri teſtamẽto extãt,
*Pſal.*137. quoniam deus humiles reſpicit in cœlo & in terra. Peculia-
rem tamen illa laudem meretur in euangelio, vnde & præ
aliis virtus appellatur euangelica,eò quòd per illam cœpit
Luc. 1. virgo Maria,quod profitetur ipſa in cantico ſuo,dicẽs,Ma-
gnificat anima mea dominum,& exultauit ſpiritus meus in
deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Ecce quanuis multis exornata fuit Maria virtutibus, vni tñ
humilitati adſcribit, & tribuit illud, quod electa ſit mater
Luc. 1. dei,ſicut & humiliter reſpondit angelo, Ecce ancilla domi-
ni,fiat mihi ſecundum verbum tuum. Angelus illi denun-
ciat,quoniam futurum ſit,vt fiat mater dei,ipſa ſe ancillam
domini tantùm profitetur. Quid quod Auguſtinus dixit,
Auguſt. Quia caſtitas Mariæ non placuiſſet domino ſine humilita-
te? Si humilitas non eſſet,filius dei homo factus nõ fuiſſet,
euangelio & ſacramentis omnibus adhuc careremus. Hu-
militatem in omnibus amat dominus,nec ſine ea quenquã
recipit, quum illa ianua ſit qua ingredi oportet in cœlum.
Ianua autem iſta humilis eſt,quum & Chriſt' mitis exiſtat
Ioan. 10. & humilis corde: ideóque per eam ſuperbi intrare nõ poſ-
*Matt.*11. ſunt,ſed cõfringunt capita ſua. Tu itaque ſi Chriſtiano vis
gaudere nomine,fac ſis humilis vt Chriſt': in cœlum veni-
re ſi optas,eſto humilis. vnde & Paul' ait, Obſecro vos fra-
Ephe. 4. tres ego vinctus propter dominum, vt dignè ambuletis in
vocatione qua vocati eſtis in omni humilitate. Et nos igi-
Iudit. 8. tur humiliemus animas noſtras coram domino, & corde
contrito flentes, oremus illum vt ſecundum voluntatem
ſuam agat nobiſcum. Quia cum humilibus operabitur mi-
ſericordiam. In eorum itaque numero nos etiam fac eſſe,
domine Ieſu,vt vitam mereamur æternam, Amen.

¶DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, MATTH. 22.

IN illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi, & interrogauit eũ vnus ex eis Legiſdoctor, tentans eum, Magiſter, quod eſt mãdatum magnum in lege? At illi Ieſus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet ac prophetæ. Cõgregatis autem phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicũt ei, Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eũ dominũ, dicẽs, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare. Deut. 6. Leui. 10. Mar. 12. Rom. 13. Supra. 7. Luc. 20. Iacob. 2. Mar. 12. Luc. 20. Pſal. 109 Mar. 22. Luc. 20.

HOMILIA PRIMA.

RAtionem euangelicæ huius hiſtoriæ ipſe quoq; aperit euangeliſta: dũ enim exaſperato erant aduerſus Chriſtum animo Iudæi, amarulento odio erga eum concepto, quærebat quomodo occiderent eum. Iámque ipſe propoſitum eorum in denario impedierat, profeſſus debere illos cenſum Cæſari. Sadducæis ſilentium impoſuerat, qui aduerſabantur phariſæis, negantes reſurrectionem mortuorum. Quódque de Herode & Põtio Pilato legimus, eos in domini nec fuiſſe concordes: hoc etiam nunc de Sadducæis cernimus & phariſæis. Verum maleuolentia & inuidia impudentes faciũt homines, ideóq; ſemoto pudore, ſurrexit vnꝰ ex doctis illis, nõ quod vellet doceri quicquã, ſed vt dominum tentaret. Quod autem vnus interrogauit eum, ideo factum eſt, vt ſi vinceretur ille, ſolus cõfunderetur: ſin autem ſuperaret dominum, omnes ſibi honorem arrogarent. Omnis enim malitia confunderetur quidem aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem nũquam, maximè eorum qui propoſito malo & non ignorantia peccant. frigidum iſtud fuit inſtitutum, quaſi non daretur intelligi, ſi vnus ipſe vinceretur, omnes eos eſſe ſuperatos, qui illum adiuuerãt, ſicut ipſi in conſcientia ſua profiteri cogebãtur. Exigua etiam iſta eſt conſolatio in ſeipſo confundi, quum interim id alij maximè ignorent. Chryſoſto. hinc doctrinã *Hierony.* *Chryſoſt.* *Hæretici nolunt vinci.*

colligit huiuſmodi, Quãdo ſæpe ſuperati ſunt Phariſæi,& tamen non deſtiterunt tentare dñm,ne ſe fatebãtur victos: docemur nos vinci quidem,ſed nõ placari malitiã:ſicut hic Phariſæi aduerſantes veritati,veritatẽ conabãtur infringere. Quiſquis nanque pro veritate pugnat, quamprimũ illã cognouerit,in eã conſentit:qui autẽ veritati aduerſatur,in eam quanuis commonſtratam ſibi non vult cõſentire. Attẽdant hic quicũq; aduerſus hęreticos diſputãt,quòd ſi Phariſæi coerciti ſunt vt taceant,& conuicti de veritate vtiq; fieri poteſt,vt quis etiã hæreticos cõpeſcat, vbi eos ſuperauerit. Quando aũt Chriſtus ipſe Phariſæos ſuperauit quidẽ, & tamen non cõpeſcuit, quod frenũ iniicies tu etiã ſuperato hæretico?An ne Chriſto fortior es?Pẽſandũ eſt hoc iſtis maximè tẽporibus, quũ clamatur ab omnibus diſputandũ

Diſputatio Lipſica & Badens. eſſe aduerſus Lutherum & alios hæreticos. Id vtiq; libenter facerent multi ipſéq; adeo ego cum Luthero Lipſiæ tribus ſeptimanis,cũ Oecolẽpadio in Badã ſuperiori quatuor heb domadib' diſputaui. Sed fruſtra aduerſus huiuſmodi hæreticos diſputatur, eò quòd non quærũt veritatẽ ſicut prætexunt,ſed tantũ ſuos defendere errores. Ideóque vt maximè ſuperentur,vt & factũ eſt per gratiã dei vtrinq; , nihilo cõ-

Origen. peſcũtur inde, ſed fere magis ſæuiunt:iuxta verba Chryſo-

Chryſoſt. ſtomi,cui pene cõſentit Origenes,inquiẽs, Propriũ eſt eorũ,qui mendacij ſunt doctores, obmuteſcere quidem quantũ ad rem nũ aũt tacere:ſane enim cũ etiam vix queũt mu-

2.Tim.2. tire,adhuc tamen nõ tacent . Quæ etiam cauſa eſt,quod in

Hiere.17 hac re doctores oẽs prohibent diſputare cũ hæreticis,quo-

Lib.13.c. 10. niam & Paulus de diſputando loquens,ait. Noli cõtendere verbis,ad nihil enim vtile eſt,niſi ad ſubuerſionẽ audiẽtiũ. Hinc eſt quod hæretici perdici cõparantur apud prophetã, ſicut idipſum pulchrè explicat Auguſtin' aduerſus Fauſtũ.

2.Tim.3. Paulus quoque eos nõ temere comparat duob' iſtis magis Pharaonis,quia ſicut illi duo Iannes & Mambres reſtiterũt Moyſi:ita & ij reſiſtũt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ. In prõptu eius rei cauſa eſt,quoniam iudicem ferre nolunt:quẽ quum non habeant,quid timent obſecro,quo modo cauſa aliqua excidãt?ipſi ſe iniuſtos & falſos nõ iudicãt, quum interim ſi regulam Pauli obſeruarẽt,

1.Cor.14. vt duobus aut tribus prophetãtibus, reliqui iudicarent, iãdudum tot erroribus finis eſſet impoſitus, ſed trãſeo iſta,&

ad cætera pergo. 2 Quum iam ex veritate dei obmutuiſſent Sadducæi ad verba Chriſti,acceſſit, vnus ex phariſæis. Porrò ſicut ſaluator verbo doctrinæ ſuæ ſilẽtium impoſuit Sadducæis,ſic facient & Chriſti imitatores exẽplis ſcripturarum,quibus oportet ſecundum ſuam doctrinam omnem vocẽ obmuteſcere Pharaonis,hoc eſt,impiorum.Phariſęus autẽ iſte accedens,tentat dominũ,& ait magiſter, quod eſt mandatũ magnũ in lege?Interrogatio ſanè præclara,niſi ex animo maligno profeſſa eſſet:dominũ ilie vocat magiſtrũ, cuius nolebat eſſe diſcipulus: ſimplicẽ ſe ſimulat interrogatorẽ,quum interim fraudulentus erat inſidiator.De magno vel etiam maximo quærit mandato,qui minimũ nõ ſeruabat.ſiquidẽ ille demũ iuſtitiã debet inquirere maiorẽ, qui minorem ſeruarit.Quicũque nouit & interrogat non voto diſcendi,nõ quaſi diſcipulus,ſed quaſi tẽtator accedit. Imo & fratrẽ phariſæi huius æſtimare debem⁹, quiſquis nõ corde bono,& ſimplici volũtate doctorem interrogat de locis ſcripturæ.Hi nimirũ ſunt phariſæi iſti,de quibus Dauid cecinit olim, Quia auerterũt ſe,& tentauerunt deũ, atq; ſanctũ Iſraël &c. ¶ Phariſæus tamen hic quanuis ſubdola mẽte Chriſtũ acceſſerat, ex reſpõſione tamen ipſius ſeſe emẽdauit.ſiquidẽ,teſtãte Marco,domin⁹ vidẽs eũ prudẽter reſpõdiſſe,dixit eũ nõ lõge eſſe à regno dei.Ita inter nos quoque fieri cõuenit, vt peccator ſit aliquis,audire tamẽ debet verbũ dei,quis ſcit vbi tandẽ gratiã ſuam largiatur ei deus? Siquidẽ neſcit,ait Ambroſius,tarda molimina ſpiritus ſancti gratia.idipſum in miniſtris videmus Iudęorum,qui quũ veniſſent tenere dominum, audiẽtes autẽ verbũ & doctrinam ipſius,reuerſi ad dominos ſuos,à quibus emiſſi erãt,& interrogati cur non adducerent Chriſtum, dixerũt neminẽ vnquam ſic eſſe locutũ,vt loqueretur ille.Sic Hermogenes ſancti Iacobi aduerſarius,conuerſus ab eo,diſcipulus ipſius effect⁹ eſt.In hũc modũ ex Cypriano magno (quẽ Cyprianum Baſilius vult eundẽ eſſe,cuius ſcriptis ſanctis vtimur) ſancta Iuſtina fecit miniſtrũ dei:& Catharina quinquagĩta ſapiẽtes cõuerſos ad fidẽ ex philoſophis fecit,vt eſſent martyres Chriſti.Ne deſperet itaq; prædicator ex eo quod malos homines in grege ſuo habeat,quis ſcit quibus & quando gratiã ſuam effundat dñs?Ita planè euenit huic legiſperito,qui ad dominũ veniens,magiſtrũ eum profeſſus eſt,&

Orig. homilia.2.

Chryſoſt.

Hieron.

Origen.

Pſal.77.

Ambroſ.

Ioan.7.

de magno mădato quęſiuit. Apoſtoli quoq; magiſtrũ appellarũt Chriſtum, ſed melioti affectu quàm hic phariſæus, ſicut ipſe teſtatur dominus, inquiens, Vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis: ſum etenim. Sic quiſquis animo bo-
Ioan.13. no magiſtrum vocat dominum rectè facit. Sic hodie etiam
Origene. plerique faciũt Chriſtiani. Omnis enim qui dicit, Pater noſter qui es in cœlis, non debet habere ſpiritum ſeruitutis in timore. quia qui nõ habet ſpiritum adoptionis filiorum, & dicit, Pater noſter mentitur, cùm non ſit filius dei, deũ patrem ſuum appellãs: qui ſi pater eius eſt, cur non diligit eũ? Iam antè diximus interrogationem hanc in ſe præclarã eſſe, planéque talem, quam etiam Chriſtiani omnes attento
Malac.1. animo obſeruare, & corde percipere debent: ſed cùm dixit textus eum tentaſſe dominum, cogitabis forſitan, qui fieri potuerit, vt in tam magnifica interrogatione Chriſtum tẽtarit? Theophylactus reſpondet, & ait, Accedit tentãs, ſi ap-
Theophy. ponat aliquid mãdato primo quaſi legem corrigens, vnde occaſionem ſumeret arguendi eum. Sunt tamen qui dicant phariſæum ratum eſſe Chriſtum pro maximo mãdato propoſiturũ illud, Non habebis deos alienos, quod ex omnibus decem, locum primum obtinet. Id ſi feciſſet dominus, ſtatim obiecturus fuerat phariſæus præceptum charitatis,
1. Cor.13. quæ etiã (ex Pauli ſentẽtia) fide & ſpe potior eſt. In hac interrogatione id quoque expendendum eſt, quod dũ ille de magno quęrit mandato, mãdata dei æqualia nõ eſſe: ideóq; nec tranſgreſſionem peccati æqualem eſſe certum eſt, quia priuatio menſuratur ſecundum habitum. Sequitur inde quam immeritò dixerit hæreticus Iouinianus, omnia peccata æqualia eſſe: quam ſententiam D. Hieronymus forti-
Lib.2. ter quamplurimis ſacræ ſcripturæ argumẽtis impugnat, Sicut enim boni nõ æquè omnes ſunt boni, ita mali nõ iuxtà mali exiſtũt omnes: quomodo & ſancti non omnes ęquali-
1.Cor.15. ter ſunt ſancti: iuxta illud Pauli, Alia claritas ſolis, alia lunę, & alia ſtellarũ: ſicuti nanque ſtella à ſtella differt in cla-
Orige. ritate, ſic erit & reſurrectio mortuorũ. Origenes quoq; ait, Si tentanti phariſæo dominus non reſpondiſſet, conſequẽter æſtimabamus non eſſe mandatum alio maius: quãdo autem reſpondit, neceſſariò ſequitur mãdatorum alia magna, mediocria alia, alia etiam eſſe minora. 3 Reſpondit ergo dominus & dixit, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo,

de tuo, in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Reſponſione hac domin⁹ & phariſæum ipſum & falſam eius arguit cõſciẽtiam. Dilige, inquiens, dominũ deum tuum: quaſi diceret, Non ſicut tu, qui deuotionẽ tantũ exhibes ore, & dolos meditaris in pectore. Conſtat hinc, iam inde à tempore Moyſi vſque ad Chriſti aduẽtum, quæri ſolitũ inter Iudæos, quod eſſet magnum mãdatum: neque erat inuentum, donec veniẽs Ieſus docuit nõ ſolùm quod eſſet magnum, ſed etiam primũ. Patet igitur ordinẽ & gradus quoſdam eſſe mandatorum. Deinde certi iam ſumus quodnam ſit mandatũ primum, quod proximum: deinceps autem ad tertiũ, quartum & reliqua procedendo, nihil nobis cõſtat: ſed Chriſtus tantũ qui virtus eſt & ſapientia patris, idipſum nouit. Eſſe autem & mãdatorum aliquod minimum, ſatis patet ex verbis Chriſti, quando dixit, Qui ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Cæterùm omnis illa mãdatorũ magnitudo intelligenda eſt ratione dignitatis, nõ neceſſitatis, qua æquè neceſſaria ſunt omnia inter ſe inuicem cõnexa, & velut cõcatenata. Sed & eadẽ mandatorum omnium vtilitas eſt meritũ vitæ æternæ. Atqui interim in vno tamẽ magis quàm in alio exercere ſe, id plus vtilitatis habet: ſicuti viciſſim plus peccat, qui in hoc quã alio præcepto delinquit, puta maior offenſa eſt concupiſcere vxorem, quam aliam quãcunq; rem proximi, & maius eſt adulteriò homicidium. In vniuerſum quoque loquẽdo grauiora ſunt peccata quæ directè aduerſantur deo, quàm quæ contra proximum fiunt. Odio igitur proſequitur maximum peccatũ deus, cuiuſmodi eſt alienos deos colere, deum blaſphemare, neque in eum rectè credere. Vtique grauiorá hæc ſunt peccata adulterio, homicidio, furto, &c. Videant interim neochriſtiani, qui paruifaciunt ſua naufragia in fide: nõ exiguum eſt in fide impingere aut aberrare, quoniam eo ipſo grauiter offenditur deus, imo & vehemẽtius quàm ſi latrocineris, fureris, adulteria cõmittas & homicidia. Neque parui momenti eſt obſeruare quæ quibus præceptis ſint maiora, vt hinc conſtet nobis, quãdo grauius ad iram cõcitemus excelſum. Hinc etiam ſequitur aduerſus neochriſtianos nõnihil, cùm dicunt fidem ſupremam eſſe virtutum omnium. Cõtrá ſentit Paulus, cùm ait,

Chryſoſt. *Origenes.* *Matt.5.* *Chryſoſto* *1.Cor.13.*

Maior horũ charitas. Cui accedit & ille optim' pceptor chriſtus, Hoc eſt maximũ, inquiẽs, & primũ mãdatorũ. Quòd ſi mãdatũ illud de charitate maximũ eſt, quomodo nõ ipſa etiã charitas virt' erit maxima? Vt interim errẽt turpiter explodẽdiq; ſint q obgãniũt, dicẽtes, Fides virt' maxima eſt, fides eſt quę ſola iuſtificat hominẽ, cũ ſimilibus erroribus.

4 Conſequitur inde quoq; cur dicat dominus, diliges dominum deũ tuum, nõ cognoſces quoniam cognoſcere deũ nõ ſolùm bonorũ eſt, ſed & malorum: quamobrẽ & dęmo-

Iaco.2. nes credunt ſimulatque cõtremiſcunt. Verùm diligere deũ, propriè piorum eſt & bonorum hominum. Similiter non dicit ille, Metues dominũ deum tuum: ſiquidẽ diligere plus

Chryſoſto eſt quàm timere. Hoc enim eſt quod dicit Chryſoſtomus, Inchoatio culturæ dei, timorem habet: perfectio autem dilectionem: ſi modo verum eſt quod veritatis aſſertor verè vtique dixit, Perfecta charitas expellit timorem, qui quan-

1.Ioan. 4. diu in homine ſeruiliter permanet, non diligit deum: cùm timor ſeruorum, dilectio autem ſit filiorum. Quiſquis ergo bonum facit timore ſeruili, atque adeò metu pœnæ, iuſtificatus nondum eſt Et hîc ipſe deus noſter miſericors & miſerator dominus eſt, qui nõ vult à nobis timeri vt dominus, ſed diligi tanquã pater, qui omnibus nobis ſpiritum dedit filiorũ adoptionis. Id adeò in prima hominis creatione de-

Gene.1. clarauit dominus, quãdo non dicit dominus. Faciam hominem, vel fiat homo, vt in cæteris: ſed faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. In domo autem non

Chryſoſto ſerui, ſed filij ſimiles ſunt parentibus, vt ait Chryſoſtomus,

¶Dixeris autẽ. Qui fit tandem quòd mãdatũ illud vt eſt & primum & maximum, nõ æquè in omnibus ſcripturæ locis

Deu. 6. eſt deſcriptum? In Moyſe nãque legimus. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota

Mat.22. fortitudine tua. pro quo hic apud Matthæũ habem', Ex to-

Luc.10. ta mente tua, in Luca verò quatuor iſta colliguntur in hũc modũ, Diliges deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus virib' tuis, ex tota mẽte tua: idem quoq; apud

Mar.12. Marcum in quatuor hæc mẽbra diuiſum legitur Neq; interim eſt quòd hîc vllã ſuſpiceris diuerſitatẽ, ſiquidem quod Moyſes nomine fortitudinis expreſſit, paulò ſignificantius expoſuerũt euãgeliſtę, cùm dixerũt, Ex cunctis viribus tuis, & ex tota mente tua. Quia tũc aliquid ex tota fortitudine

diligitur, quando ex toto cordis affectu, omniq; effectu amatur in opere. Qua de re plura in ſequenti dicem' homilia, opitulãte nobis gratia dei. Quã nunc profuſis præcibus oẽs dari petamus, non audiendi tantũ, ſed & opere implendi hæc ſalutaria fidei præcepta, vt diligere poſſim' deum ex toto corde noſtro, ex tota anima & cũctis viribus, tandẽq; poſt hanc vitam illam cõſequi mereamur æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

De dilectione Dei.

MAximum ac primum eſt mandatum, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, & in tota mente tua. Vt autem mandatum hoc eſt maximum, ita eſt etiam intellectu omnium difficilimũ, multò tamen difficilius operibus id adimplere. Cùm autem præceptum hoc vnà cum alio de dilectione proximi mandato tam latè ſe extendant, adeò vt omnis lex atque prophetæ in his pendeant, certa huius mãdati cognitio nobis eſt neceſſaria, vt operibus id deſignare noſcamus. Proinde mandatum hoc in præſentia, dei adiutorio, clariùs declarare & interpretari volo. Idque principio facturus ſpecialiter, ad ſententiã quorundam ſanctorum atque doctorũ, deinde ad communem ſcripturæ ſacræ intellectũ. Principio omnium inuenio beatum Auguſtinum ſic explicaſſe, Diliges dominum deum ex toto corde, tota anima, & tota mente, adeò vt omnes cogitat', omnem vitam tuam atque conatũ, omnem itẽ ſenſum & intellectũ tuũ dirigas in deũ: à quo hæc omnia à te in eum directa, recepiſti. Cũ enim dicit, ex toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ noſtræ partẽ reliquit ocioſam, aut aliquã præſtitit occaſionem vel locum quid aliud à ſe ſuper omnia diligendi. Quinimo, quicquid diligendum nobis occurrit, hoc totũ eò vel referri, vel rapi debet, quo omnis motus dilectionis fluit, nimirum in deũ. Hoc eſt, deum diligere debemus ſuper omnia, cætera verò propter deum ſunt diligenda. Quòd in alio loco (teſtante hîc Gloſſa) ſic declarat, vt dominũ diligamus ex toto corde, id eſt ex ſana dei cognitione abſque errore: ſicque cor noſtrum in ſummam veritatem abſque errore erigi debet. Diligere ex tota anima, eſt diligere ex bona volũtate abſq; rebellione, ne abſtrahi ſe ſinat volũtas à bono, repugnante ſibi malo. Ex tota mẽte diligere, eſt ſic diligere tota abſque

Matt 22.

Auguſt. de doct. c. li. 1. ca. 22

Deum diligere ex toto corde. &c.

obliuione, memoria, vt perpetuò dei cognitionẽ memoria ſeruet, nec ſui vnquam obliuiſcatur (In ſumma, cor refertur ad intellectum, anima ad volũtatem, mens ad memoriam.) proinde qui deum diligit ex toto corde, is intellectũ ſuum in ſeruitutẽ Chriſti debet captiuare: vt Paulus inquit, quod omnem diligentiã ſuam principaliter Chriſto tradat, & co-
2.Cor. 11 netur ac toto feratur affectu in diuinitatis aut diuinæ eſſentiæ fruitionem. Præterea ex tota anima, vt nemo per nullum commodum temporale, non abſtrahat à charitate dei.

¶Ex toto corde diligere deũ. diu' exponit Chryſoſtomus,
Chryſo. vt cor tuum ad nullius rei dilectionẽ magis afficiatur quàm dei, neq; in alicuius creaturæ ſpecie magis delectemur quã in deo. Non in honore, nec aurò, vel argento, nullo pretioſo veſtitu, vel ornatu, nõ pueris aut amicis, atque in vniuerſum: quicquid diligit homo, ſemper debet magis diligere deum. Perinde atque vxor honeſta præ quocunque etiam ſpecioſiſſimo, ſapientiſſimóq; viro, ſuũ diligit maritum, & quanuis alius ſit pulchrior illo, id tamen neſciat, nec oculis ſuis quiſq̃ pulchrior ſuo appareat. Quod ſi intra ſemetipſam dixerit, ſiue maritum ſuũ alteri pulchritudine fore ſimilem optarit, iam ex corde eum nõ amat: quãdoquidẽ diuiſa eſt, ex quo alterius pulchritudinis eſt cupida, cõſequẽs eſt amorẽ iã eſſe diuiſum. Sic quęlibet anima Chriſto fidelis, quæ eſt ſpõſa Chriſti, neminẽ à domino potius diligere debet. Quæcũque etenim anima creaturã aliquam duxerit creatore meliorem, cõmodiorem, præſtantiorẽ, gratiorem, magíſve delectabilem: hæc deum ex toto corde nõ diligit.

Anima. ¶Ex tota anima diligere, inquit Chryſoſtomus, eſt certiſſi-
Chryſoſt. mum habere animũ in veritate, & firmũ in fide, quo nobis innuit in corde quaſi viuã atque ſenſibilẽ eſſe dilectionem, quæ mente cognoſcatur, vt ſi fide cognoſcas vnũ eſſe deũ, à quo & per quẽ omnia ſint facta. Si quis ergo de eſſentia diuina addubitare cœperit, is deũ ex tota aĩa nõ diliget.

Mens. ¶Ex tota mente dilectio tunc fit, quando ſenſus noſtri om-
Chryſoſt. nes ad mentem pertinentes, in deo ſeſe exercẽt, vbi tota ſua ſapientia, ſcientia, cogitatus, memoria, deo ſeruiunt: quemadmodũ de ſe teſtatur Paulus, Pſallã ſpiritu, pſallam & mẽ-
1.Cor.14 te. Si quis igitur ſecũdũ deum nõ ſapit, aut cuius cogitatus deo diſplicet, deũ tota mente non diligit, quoniã & ſapientia & cogitatus ſui ſunt tẽporales, carnales, vacui & inanes.

Per cor, Origenes intelligit omnes cogitationes, operationes & memoriã, vt qui ex toto corde diligũt, apud ſe illam dilectionem recõdant & operationes eius & cogitationes. Ex tota anima, id eſt, vt parati ſint eam ponere pro pietate dei quando vtilitas exegerit verbi. Et in tota mente noſtra, nihil aliud cogitantes vel proferentes, niſi ea quæ dei ſunt. Bernardus ſic vult. Deũ ex toto corde diligẽdũ rationabiliter ſcilicet ac ſapienter, vt ſupra deũ vel pariter cum deo nihil diligam⁹. Ex tota anima, id eſt animi iucũditate ſiue dulcore, abſq; triſtitia vel acerbitate, ita vt deo ſimus grati, eius bonitatem & beneuolentiã agnoſcentes. Ex tota mẽte, hoc eſt fortiter diligam⁹, ne quis ex puſillanimitate vel pudore aut metu ſiue tędio laboris affect⁹, in dei ſeruitute deficiat. ¶Quanquam autem ſancti patres proculdubio cauſam hãc probe expenderint & ſint interpretati, atque ſingula hæc ſcripturę teſtimoniis ornari atque probari poſſent: ita tamẽ quam poſſum apertiſſime: ac vt vulgus facilimè capiat, apertiſſimè deo adiutore tradam. Ad quod animi mei propoſitum facilius conſequendum, ſequens pono fundamentũ.

Origenes.

Benardus de diligendo deo.

Quod alterum altero plus diligere poteſt intelligi quatuor modis. Primo, quod in vnũ, maiori feratur affectu amoris vel dilectionis eſſentialiter & intenſiuè, quemadmodum aqua calore ebulliẽs, calidior eſt aqua tepida. Deinde poteſt magnitudo amoris conſiderari, ratione ſubiecti vel obiecti, quãdo vni maius bonum faueo quàm alteri. Tertio inhæſiuè, quòd cum naturalibus tum infirmis vni dilectio inhæret quàm alteri. Vltimò æſtimatiuè, vel (vt dici ſolet) appreciatiuè alterũ altero pl⁹ diligetur: quod quãdoquidẽ retineri non poteſt, præ eligitur tamen vnum alteri, quod citius retinetur alio amiſſo. Primùm ergo eſt ex parte actus, alterum ex parte ſubiecti, tertiũ ex parte prędicationis in ſubiecto, vltimum appreciatiuè. Quæ licet aliquibus videri poſſent obſcuriora, infra tamen fient clara & liquida, ac ſole manifeſtiora Fundamento hoc, vt præferetur ſuppoſito, primùm dico Deum ſuper omnia & præ omnibus diligere non eſt adeò neceſſariũ, vt quis deũ præ cæteris rebus omnibus ardẽtiùs feruentiúſq; diligat. Nam ſi deo gloriam ſummam atque honorem, ſummúmque bonũ quod in me eſt impendere volo, hunc ſuper omnia diligo ſiue intẽſiùs, remiſſiúſve aliud diligam. Neq; eò præceptũ hoc ſe exten-

Alterum altero plus diligere.

Deum diligere ſuper omnia.

dit. Etenim intenſum atq; remiſſum non variant ſpeciem, quantũcunq; remiſſe diligam deum, dum tamen diligam deum ſuper omnia, non dicor defeciſſe à præcepto. Argumentum à ſimili, Si quis habeat vicinũm frequẽti & amica cõſuetudine ſibi iuſtum, habeat item patriæ ſuæ, vel territorij principẽ aut ducem, cui vt domino ſuo in debita obedientia ſubiectus, omnẽ dignitatem fauet atque honorem: is licet vicinum ſuũ intẽſius frequentiúſq; domino principe diligat ob continuam conſuetudinem & frequẽs amoris exercitiũ: (Ex actibus enim frequentibus intẽditur habitus.) Principem tamen plus quàm vicinum diligit, quandoquidẽ illi plus honoris & dignitatis fauet quàm vicino ſuo. Potius quoq; vicini quàm principis indignationem, ſi tempore & loco oporteret, incurreret. Vitæ quoque diſcrimen ac mortis periculum citius pro principe quàm vicino ſubiret. Et ſi alterius indignationem hanc ſibi incurrere oporteret, vicini magis quàm principis præoptaret. Interim tamen ſi vicinum contingeret obire mortem, hic maiori animi mœſtitia afficeretur, ac ſi principem audiſſet obiiſſe. Par eſt ratio ꝓpoſiti noſtri, Si quis hominum, alterum ardentiori feruentiorĩq; deo proſequatur amore, interim nõ peccat, dummodo ſummam gloriam, ſummúmque honorem, bonum item, quod in ſe eſt ſummum, deo impendere curet & ſtudeat. Sequitur hinc ſecundum dictum.

¶Nos omnes ac ſinguli deum ſuper omnia diligere debemus atque tenemur, ſic videlicet, vt maius bonũ præ cæteris omnibus creaturis illi velimus & faueamus: qui enim ſecus vellet, vellet deũ nõ eſſe deum. Quemadmodum dæmones omnéſque dãnati deo inuident, ac deũ non eſſe cupiunt, ne poſſet ab eis ſumere ſuppliciũ. Deũ diligere ſuper omnia, nemini noſtrum eſt adeò neceſſarium, vt amor dei naturalibus magíſq; anxiè præ cæteris rebus omnibus nos angat afficiátque, licet hoc hominẽ maximẽ addeceret. hoc enim amore, homo naturaliter ſuper omnia ſe diligit. Hęc eſt naturæ ac carnis noſtræ cæcitas, quæ nec videre, nec eo attingere poteſt, vt deũ ſuper omnia alia atq; ſeipſam diligendum intelligat: ſed ſeſe reſpiciens, ſe plus cæteris omnibus ac deo ipſo amantiſſimẽ amat. At gratia veniente & docente naturam carnis reddidit meliorẽ, inſinuans maius quoddã eſſe bonum, nimirũ deũ ſuper omnia diligendum.

Et ſi ardenti feruentíque amore in deum ferri, quemadmodum ſancti ac dei electi fecerunt, bonum vtile ac ſalutiferum foret, (quod & propheta Dauid dicit, Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum) non tamen eſt nobis id præceptũ. Verùm, vt antea eſt dictum, deum diligere debemus ſuper omnia appreciatiuè, ne ob quamcunque huius ſeculi rem dei dilectionẽ amittamus. Quod his verbis Gerſon teſtatur, Inter omnia quæ nobis proponuntur, nihil debemus diligere, per quod dilectionem dei amitteremus. Ex hoc igitur nũc apparet, quî fiat vt peccator dei charitatem & dilectionem amittat, vnde ſeipſum ſuper omnia diligat, ac ſupra deum (vt Auguſtinus dicit) ſe erigat. Quæ ſic ſunt accipienda, vt iam porrò declarabimus. *Pſal. 83.* *Gerſon.* *Augu. de doct. chri. cap. 22.*

¶ Quando peccatum nobis prohibuit deus ſub interminatione mortis æternæ, & amiſſione ſalutis & vitæ cœleſtis, homo autẽ ſic afficitur, vt nihil cõſiderato præcepto dei, velit ſuę libidini & appetitui ſatisfacere, cibo & potu, luxuria, vel etiã cupiditate vindictæ, aut ſuperbia vitæ & auaritia, ſicq́, ſtatim peccet: is ſanè non diligit deũ ſuper omnia. Siquidẽ qui videt luxuriam ſibi prohibitam à deo, & tamẽ mandatum diuinum tranſgreditur peccãs, chariorẽ ſibi habet voluptatem, quàm deum ipſum Rurſus ſi is magis diligeret deum, faceret ſanè quod beneplacitum eſſet ei, neq; temerè ipſum offenderet, exiguę & momentaneę voluptatulæ cauſa, tranſgrediẽdo mãdatum domini. Atq; hæc ipſa cauſa eſt, quod homo creaturam aliquam magis quàm deũ diligens, ipſo facto amittit gratiam & charitatem dei. *Augu.*

¶ Sicq́; ille ſeipſum pro deo habet, quoniam dum propter vnicam voluptatem, quam vel ex bonis, vel honoribus, vel etiam ex carne ſibi cõcipit, magis vult carere deo & gratia illius præ voluptatis huius illecebris: nónne voluptatẽ appetit propter ſeipſam, & ſibimet eligit velut magnum aliquod & ſummum bonum? vnde ſequitur, quod peccator dilectionẽ dei relinquens, incipit iam ſemetipſum amare ſuper omnia. Siquidẽ luxurioſus quiſpiam mulieres amat, nõ illis, ſed ſibimet in bonum. Auarus diuitias amat in ſuũ cõmodum. Vino quoq; delectatur ebrius ob voluptatẽ, quam ipſe ſibi inde cõcipit. Quãdo igitur ſic peccator ſeipſo fruitur ſuper omnia, ſemet pro deo habet, ſaltẽ interpretatiuè. Verè enim deus bonum ſummũ eſt, atque hoc ſuper omnia *Peccator fruitur ſeipſo.*

maximè diligendum:& peccator, quia ſemel ſuper omnia diligit quaſi ipſe bonum eſſet ſummum, ſeipſum videtur facere deum: ſicut de inimicis crucis Chriſti Paulus loquitur,
Pphil.3. dicens, Quorum finis interitus, quorum deus venter eſt, & gloria in cofuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Atq; hoc modo glibet peccator dici poteſt idololatra, eò quòd deum verum relinquit, & ſemetipſum velut idolum erigit: iuxta
2. Re.15. illud Samuelis, Quaſi ſcelus idololatriæ eſt nole acquieſce
q.30.99. re. Atq; ea fere omnis humana peruerſio eſt, iuxta Auguſt. quod etiam vitium vocatur, fruendis vti velle, atque frui v-
Peccatū. tendis: quod omnes communiter faciunt peccatores.

¶ Sequitur inde quàm omnino graue & vitioſum quid ſit peccatum, æternaq; pœna digniſſimum. Duo enim ſunt in peccato, conuerſio cordis humani ad creaturam caducam, alterū verò ipſa eſt, aduerſio à ſummo & immutabili bono: quoniam quū temporale nimis amatur, amittitur æternū. Dum ergo anima hominis ſe ad finitum & periturū bonū conuertit, peccat quidem, ſed ita tamen, vt in ſe peccatum illud temporaliter tantùm ſit puniēdum. In eo autem quod ſe à ſummo & infinito bono auertit, & ſeſe priuat æterna ſalute, peccatum fit malum infinitū, & ſine fine æternis ſupppliciis puniendum, planeque infinita pœna dignum. Errant itaq; & impiè loquuntur quotquot aduerſus iuſtitiam dei temerè blaterant: vnde fiat quòd deus peccatorem aliquem ob breuem delectationem, tam duriter & ſine fine affligi ſinat, quum tamen non deceat pœnam peccato eſſe maiorē. Ad hoc enim aperta eſt reſponſio, quòd quāuis peccati voluptas breuiuſcula eſt & exigua, ſæpeq; ipſa ſibi pœna exiſtens, flagellum ſecum fert in tergo, vt ſic in ſe exiguam tātum mereatur pœnam: quando tamen peccator breuē iſtā delectationem pro æterno bono aſſumit, illamq; hoc ipſo habet charitatem ſit vt merito æternis debeat deputari ſuppliciis. Mitto ſcripturas quæ hic induci poſſent, eò quòd ſic nō poſſem materiam iſtam multis pertractare ſermonib⁹. Tu tamen cōcionator ſi omnino vis afferre ſcripturas, hoc facito ex ſequenti ſermone. ¶ Cæterùm, vt ad prima reuertamur, & maximum & primum mandatum eſt, diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. O vtinam hoc vt ſanctè præceptū eſt, ita pari pietate & diligētia obſeruaretur ab omnibus, atq; cum

debito feruore & omnino (quod aiunt) intenſiuè. Verũtamen poteſt alicui hominis dilectio vel charitas alteri⁹ magis eſſe cordi & affectui, nullius autẽ amor creaturæ maioris ponderis ſiue momenti eſſe debet quàm dei: non ſecus quàm ſi quis nepotẽ aut alium puerum ſecum foueat, qui quicquid ille velit & oportet facit, hũc ille ſanè ex quotidiano cõuictu diligere poteſt familiariùs, quàm proprium fratrem, quem vix ſemel aliquot annis viderit: quòd ſi iam illi paruulus iſte ſeu nepos moriatur præmaturius, nonne fieri poteſt vt magis doleat & angatur animo, mœroreq; conficiatur ex ipſius quàm proprij fratris morte, & ſi aliàs eſſentialiter plus diligat fratrem, atq; plus ſuo nomine auderet, perferret & ſuſtineret quàm propter puerum? Ita & hic in propoſito modo ſe res habet, quæ etiam radix eſt illius dubij, quomodo Chriſtus magis dilexerit Petrum, & feruentius quàm quemcunque alium apoſtolum: & tamẽ familiariùs adhuc eo dilexit Ioannem, ſicut dicturi ſumus, fauentibus ſuperis, in feſto Ioãnis. ¶ Dices, Quo pacto ſeruare potero mandatum illud tantum? Reſpondeo hîc quoq;, quandiu ſumus in hoc mundo & in nobis habitat peccatũ, tyrãnúſq; ille lex membrorum in nobis regnat, euolare nõ poſſumus vtraque ala charitatis ad deũ ſine impedimẽto: quoniam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, vt iã nõ poſſimus liberè euehi ad cœleſtia, imperfectos nos reddente fragilitate iſta humana in corpore hoc mortali: adeò vt etiã Dauid rectè dixerit, Imperfectum meũ viderũt oculi tui. & item Eſaias, Omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt vt pannus menſtruatæ mulieris. Atque ideo præceptum hoc in hac vita perfectè non impleretur, ſed in illa demũ patria, quando aſſociabitur choris beatorum: tunc enim laudabimus & videbimus eum citra omne impedimentum in ſecula, Amen.

In 3. pa. *Rom. 7.* *Sap. 9.* *Pſal. 138* *Eſa. 64.*

HOMILIA TERTIA.

QVandoquidem hîc dominus dicit, primum & maximum eſſe præceptum legis, de diligendo deo ex toto corde, anima & mente, atque adeò ex hoc vno præcepto charitatis dei & proximi vniuerſa lex pendet & prophetæ. age paucula adhuc de charitate dei diſſeramus: primum omnium precantes ipſum, vt nobis quoque per ſuam miſericordiam donare dignetur charitatem & dilectionem illam,

quatenus nihil in hoc mundo tantopere diligamus, vnde charitatem dei amitteremus. Verè enim ex ſententia Augu
Augu. ſtini charitas via illa eſt, qua homo tendit ad deum, quaq́ue deus hominibus appropinquat, ita vt ſine ea non poſſit homo accedere & peruenire ad deum. Quamobrem illam toties & tam diligenter commendauit nobis & pręcepit, vt hîc apud Lucam, & alibi apud Matthæum, & ſæpiſſimè in
Luca. 10 vltimo ſuo ſermone, quē Ioannes deſcripſit, vbi dixit, Hoc
Ioan. 15. eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Deinde, Maiorem charitatem nemo habet, niſi vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. & rurſus, Manete in dile-
Ioan. 13. ctione mea: ſi mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Iterum quoq; poſtea, Ego pręcipio vobis, vt di
Ioan. 14. ligatis inuicem. & antea, Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem. In hoc nanq; cognoſcent omnes, quòd mei
Scriptura eſtis diſcipuli, ſi dilexeritis inuicem. Omnis qui diligit me,
locuples de mandata mea ſeruabit: & pater meus diliget eum, &c. Neq;
charitate. minorem affectum & ſanctæ charitatis commendationem habent plura alia ſcripturæ ſacræ teſtimonia, quib' nos ſpi-
1. *Cor.* 16 ritus ſanctus ad dilectionem mutuā hortatur. Paulus enim
Coloſſ. 3. ſic ait, Omnia opera veſtra in charitate fiant. & paulò antè,
Ephe. 4. Sectamini charitatē, æmulamini ſpiritualia. atq; ī alio loco iubet nos præ omnibus habere dilectionē, quod ea ſit vinculum perfectionis. Præcipit etiam nobis, vt operemur ve-
Ephe. 5. ritatem creſcentes in dilectione in eo, per quē omnia, qui & caput eſt domin' Chriſtus. & deinceps ſic ait, Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos, & tradidit ſemetipſum pro vobis oblationem & hoſtiam deo in odorē ſuauitatis. Ad eādem nos quoq; charitatem ſectandam, adhortatur Petrus,
1. *Pet.* 4. inquiens, Ante omnia mutuā in nobiſmetipſis charitatem habentes, quia illa operit multitudinem peccatorum. Dilectiſſimus porrò Chriſti diſcipul' Ioānes, multis modis nos
Auguſt. adhortatur ad charitatem mutuam, adeò vt dicat Augu. nō eſſe librū aliquem veteris & noui teſtamēti, in quo ampli'
1. *Ioan.* 4. commēdetur charitas, vt in Canonica Ioannis. Inter cętera nanq; ille ſic ait, Chariſſimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo eſt: & omnis qui diligit fratrē ſuum, ex deo natus eſt, & cognoſcit deum: qui nō diligit, non nouit deū, quoniā deus charitas eſt. Chariſſimi. ſi ſic deus dilexit nos,

& nos debemus alterutrum diligere. Multa ibidem charita tis præconia habet Ioannes in Canonica, & Auguſt. quoq; *Auguſt.*
ſuper eandem ſcribens ait, Charitatem commendamus, cha ritatem cõmendat hæc epiſtola: & tractatu ſeptimo, Semel breue præceptũ tibi præcipit, dilige & fac quod vis. laudat charitas vobis. habete, poſſidete. & inde tractatu octauo, Dilectio dulce verbũ eſt: ſed dulcius factũ. Quid aliud poſt *Ioan. 21.*
reſurrectionem ſuã dominus ex Petro inquiſiuit, niſi illud *Actu. 7.*
an diligeret ipſum? aut quid cauſæ fuit, ꝙ pro nobis mortuus eſt Chriſtus, niſi hæc ipſa dilectio? Quid Stephanũ cõ pulit orare pro lapidantibus ſe? charitas. Sed nũquid etiam charitas in cauſa fuit, vt diceret Paulus, Ego libẽtiſſimè im- *2. Cor. 12*
pendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris, licet plus vos diligens, minus diligar. Quàm porrò pulchrũ eſt quod dicit ibidem Aug Signent ſe oẽs ſigno crucis Chriſti: *Tract. 5.*
reſpõdeant omnes, Amen: cãtent omnes, Alleluya: baptizẽtur omnes, intrent omnes eccleſias, faciant parietes baſilica rum: non diſcernũtur filij dei à filiis diaboli niſi charitate. *Mat. 13.*
Magnum indicium, magna diſcretio, & plenitudo legis charitas. Puto iſtam margaritam eſſe inuentam à negotiatore. Qui proximum diligit, ait Paulus, legem impleuit. Nos tamen *Rom. 13.*
dilectiſſimi non ſolùm verbo diligamus & lingua, ſed *1. Ioan. 3.*
opere & veritate: quia ſic etiam Auguſtinus, vt ſuprà indu- *Tract. 7.*
xim⁹, nos ad charitatem exhortatur, quod dulce verbum ſit dilectio, ſed tamen longe dulcius factum. ¶ O pretioſum *Charitatis laus.*
theſaurum, ô immenſum & incomparabile pretium charitatis, nihil eò nobilius, nihil ſanctius, nihil in terra inueniri poteſt pretioſius. Quid enim obſecro futurũ de tota eccleſia, ſi charitas nõ ſit? nihil: aut ſi quid, etiam vanius eſt nihilo. Quid ſancti omnes forent ante ipſum quoque cõſpectũ dei, ſi non ſit charitas? nihil. Atq; hoc eſt quod Paulus conſi *1. Cor. 13.*
derauit dicẽs, Si linguis hominum loquar, & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonãs aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſciẽtiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes trãsferam, charitatem autẽ non habeã, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã, charitatẽ autem nõ habuero nihil mihi prodeſt. Et vos itaq; in Chriſto domino dilectiſſimi, ſectemini charitatem dei, quoniã

ſine illa fruſtra expectabitis ſalutem animarum veſtrarum.
1 Ad hæc charitas non tantum pretioſum adeò eſt donum dei in ſeipſa, ſed etiam eò magni facienda eſt, quòd fructus ſecũ apportat & maximos & præſtantiſſimos: quorũ nunc
Prou.10. aliquot vobis cõmemorabimus. Principio enim purgat &
Iaco. vlt. purificat hominẽ à peccatis. iuxta illud Sapientis, Vniuerſa delicta operit charitas. & iſtud quoque Iacobi, Charitas o-
Luc. 7 perit multitudinẽ peccatorum. Id adeò ſuo nos docet exẽplo Maria, cui ideo dimiſſa ſunt peccata multa, quoniã dilexit multum Charitas ſoli ſimilima eſt. ſol quum primum oritur, euaneſcũt tenebræ omníſque caligo noctis Et in no
1.Cor.13. bis quando oritur ſol charitatis diuinæ, profligantur tenebræ peccatorum. Quod & Paulus non ignorauit, quum dixit, Charitas non æmulatur, non agit perperã, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quę ſua ſunt, nõ irritatur, nõ cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate. (Si vis, ex eo loco Pauli fac elegãtẽ ſermonẽ de charitate: habes ibidem
Fructus charitatis affirmatiuè ſeptẽ bona quæ operatur charitas: habes negatiuè ſeptem mala, à quibus tuetur charitas hominem: eſt & materia vulgaris, & ſecũdũ qualitatem auditorum, pulcherrimè applicabis monachis, clero, ruſticis ciuibus, nobilibus virginib⁹, mulierib⁹. experire, & fateberis me verũ dixiſſe.)
2 Facit etiã charitas vt homo bene placeat deo cum operib⁹ ſuis itavt ille in homine cohabitet. Quod vel inde maximè patet, quod adeò diſplicet diabolo placere charitatẽ
Prou.8 illam deo. ſic Sapiẽs ait, Ego diligẽtes me diligo. Atque id quidem meritò fit, vt placeat deo dilectio, quando ipſi etiã tantopere & ſuper omnia placet deus, vt ait in euãgelio do
Ioan.14. minus, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eum, & manifeſtabo ei meipſum. Neque homo tãtùm acceptus ſic fit deo, ſed & omnia opera eius quæ per ſe vana forent & inutilia, ea iam per charitatem deo placent & accepta fiunt ſimul ac meritoria vitæ æternæ, ſicut ex ſuperio
1.Cor.13. rib⁹ Pauli verbis ſatis manifeſtè patet. Virtutes omnes op⁹ colligũt meritorium, ſine charitate tamen meritoriũ nullũ eſt, ipſa autẽ plus cęteris omnibus colligit, vt rectè de ea di-
Prou. vlt. catur iſtud Sapiẽtis, Multæ filiæ congregauerũt diuitias, tu ſuperegreſſa es vniuerſas. Inde iã patet intellectus verborũ
Augu. Auguſtini, Nõ numeroſitas operũ, nõ diuturnitas tẽporum ſed maior dilectio auget meritũ. Vis hoc videre? ſi quando

propter deum miſſam audis,ſi ſis in gratia dei, plus meritis *Gerſon.*
quã ſi miſſas audires ſexcentas deſtitut⁹ omni gratia & cha
ritate dei. Et qui ieiunat vnum diẽ in dilectione dei, quan- *Hugo de*
tò plus meretur ad vitã æternã, quàm ſi annũ totũ ieiunet *S. Victo.*
extra charitatẽ dei? Amor enim eſt põdus animæ & operũ, *Gregor.*
quæ charitas ardens facit opera multũ põderoſa: rurſúſque
ſi nulla adſit dilectio, nulli⁹ põderis ſũt opera. Charitas er-
go ſi ſemel mentẽ ceperit, ad innumerabilia opera eã extẽ
dit. Teſtatur idẽ Hieronymus quoque, quum ait, Charitas
eſt ſecundũ quã opus mẽſuratur & attẽditur. An quid aliud *Hierony.*
quotidianis à deo precibus efflagitamus niſi miſericordiã?
Atqui ille diligentibus ſe miſericordiam facere profitetur.
Sed & charitatẽ ille præcipuè pro omnibus, quæ nobis ex- *Exod. 20*
hibuit, poſtulat à nobis, dicens, Et nunc Iſraël, quid domi-
nus tuus petit à te, niſi vt diligas eũ & ambules in viis eius?
Salutaris itaq; & ſancta ſalutatio eſt quã Paulus dat Theſſa *Deut. 10*
lonicẽſibus, cũ ait, Domin⁹ dirigat corda & corpora veſtra
in charitate. Quid multa? ſicut nõ habenti charitatẽ claudi *2. Theſ. 2*
tur ianua regni cœleſtis, ita viciſſim habẽtibus illã aperitur
ianua paradiſi: eò ꝙ charitas animam & opera eius omnia *Bernar.*
facit beneplacere deo, & multũ mereri. Sic Paulus, Scimus,
inquit, quia diligentibus deũ omnia cooperantur in bonũ,
iis qui ſecundum propoſitũ vocati ſunt ſancti. Sic & Hiero *Hierony.*
nymus ait, Quiſquis diligere incipit deũ, iam incipit inha- *Super*
bitare cęlum. Porrò quam grata deo charitas eſt, tam ingra *Eze.*
ta diabolo: qui nihil prius habet aut antiquius, quàm vt cha
ritatẽ adimat homini. Idipſum pulchrè teſtatur Gregorius,
Antiquus hoſtis caſtitatẽ in nobis non timet, quia ipſe car-
ne nõ premitur, vt luxuria diſſoluatur: abſtinẽtiã nõ timet,
quia ipſe cibo nẽ vtitur, qui neceſſitate corporis non vrge-
tur: eleemoſynam nõ timet, ſi eidẽ operi charitas deſit, quia
diuitiarum ſubſidiis non eget. Humilẽ autẽ charitatẽ mul-
tum metuit, nóſque odio proſequitur illam ſeruãtes in ter-
ra: quam quia ipſe non ſeruauit in cœlo, inde repulſus eſt.
3 Atque id ex Paulo ſatis conſtat, qui cum multa ſcribe- *1. Cor. 12*
re inſtitueret Corinthiis de charitate, ſicut iã ex illis quędã
citauimus, præmiſit illud, Adhuc excellentiorem viam vo-
bis demõſtro, & ſtatim ſequitur doctrina illa de charitate.
Verè enim via iſta altiſſima eſt ad deum, hominẽ ambula-
re i ſumma charitate. ſiquidẽ iuxta ſublimitatẽ dilectionis

quiſque etiam altius ambulat in via felicitatis æternę. Vinculũ illud verum eſt dilectio dei, quo vincimur & vnimur deo: funiculus hic eſt, quo ſubinde rapimur & attrahimur, iuxta illud domini dicentis per prophetam. Traham eos in funiculis & vinculis charitatis. Sed quò nos ille trahit? ad ſeruãda mãdata ſua. abripiens & auocãs nos à veritate mundi huius, & trahens ad ſublimia regni cœleſtis. Neque verò vinculum tãtum animæ hominis eſt dilectio, ſed & ea ipſa vincitur deus ex gratia. Quia cũ charitas faciat manere & hominẽ in deo & ipſum in homine deũ, quomodo nõ forte quid erit & beneplacitũ deo? Vinculũ illud ipſum dei filium ex ſinu patris traxit in terrã, ſub caſtũ virginei cordis domiciliũ. Imo & hoc vinculũ è cruce traxit Chriſtum vſque ad inferos, amore ſaluãdi tũ patres in limbo, tũ vniuerſos homines in terris. Quis obſecro cruci defixit dominũ Chriſtum? quid ibi detinuit illũ? non clauus vtique, nec funis ipſum potuiſſet in illa retinere, niſi vinculis charitatis eſſet in illa detẽtus. Quam enim lapis iſte magnus obuolutus ſepulchro, nõ potuit eũ in ſepulchro detinere, tã nõ cõſtrictũ cruci detinuiſſent claui, niſi tãta fuiſſet in illo generis humani dilectio. Atq; ideo in Cãticis legitur, Fortis eſt vt mors dilectio, & dura ſicut infernus æmulatio. Sed quid tãdẽ morte forti⁹, vt quę omnia vel fortiſſima ſuę ſubiiciebat tyrannidi? hęc enim homines oẽs, oẽs in aëre volucres, inuictiſſimas in terra feras, piſces maris maximos vicit, domat, perimit. Hoc nimirũ vinculo vinct⁹ fuit ille qui dixit, Quis nos ſeparabit à charitate dei? nõ tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an periculũ, an gladi⁹? ſicut ſcriptũ eſt, Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus ꝓpter eũ qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neq; vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neq; iſtãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, quę eſt ĩ Chriſto Ieſu domino noſtro. ¶ Quid multa? vinculũ eiuſmodi charitas eſt: quod Chriſtianos oẽs vno veluti faſce conſtringit, & quaſi vno corpore vnit Chriſto ſimul & angelis in cœlo & domino deo: iuxta illud, Cõglutinaui mihi omnẽ domum Iſrael. & iſtud Moyſis, Patribus tuis cõglutinatus eſt dñs, & amauit eos. Atq; hinc eſt quod

Oſeæ 11 · *Ioan. 4* · *Hugo. de S. Victo.* · *Cantic. 8.* · *Roma. 8.* · *Pſal. 43.* · *Iere. 13.*

illam vinculum perfectionis vocauit Paulus. Vinculũ ſiquidem iſtud & fortiſſimum & ampliſſimum eſt, quod ab ortu in occaſum ſe extendit ſuper omnes amicos & hoſtes ſuper diuites & pauperes: nõ vt iam clamitant neochriſtiani aduerſus euangeliũ, nolentes mendicos peregrinos pro proximis ſuis reputare, quaſi tam anguſtũ & ſtrictũ vinculũ ſit dilectio vt nequeat extendere ſe amplius niſi ad mẽdicos ſuę ciuitatis, omnes enim qui aliunde adueniunt mẽdicos, peregrinos reputãt, & quidem eiuſmodi, quibus nõ debeãt mutuam charitatẽ. vnde nec quicquã eleemoſynę eis elargiuntur, iniquè ſanè & (vt ſuprà oſtenſum eſt) impiè. Vos itaq; quoque dilectiſſimi deũ amate ſuper omnia, & diliget vos: quoniam & honorifica & ſumme vtilis & maximè ſalutaris eſt dilectio dei, vt rectè dixerit Sapiẽs, In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius non derelinquas. *Eccle.7*
Honora deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes. Multa hîc induci poſſent quæ mouere nos queãt & debeãt ad diligendũ deum ſuper omnia, quoniam ille nos creauit, redemit, ſacramẽta nobis maxima elargitus eſt: adhuc nos gubernat, regit ſuſtentat corpore & animo, glorificaturus tandem nos in æterna gloria. Mitto autem hæc & iſtiuſmodi quędam alia de dilectione proximi, de qua nõnulla etiã ſuperiùs diximus dominica 14. à feriis pentecoſtes.

4 Ad concluſionem huius euãgelij iam porrò veniamus, Congregatis, inquit euãgeliſta, phariſæis interrogauit eos Ieſus, dicẽs, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? *Theoph.*
Quoniam purum hominem Chriſtum eſſe putabant, ſubuertit hic eorũ opinionẽ loco illo Dauidico. ſiquidẽ reſpõderunt filium Dauid eſſe eum, iuxta datũ ſibi promiſſum, *Pſal.131.*
De fructu ventris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. & illud propheticũ, Suſcitabo Dauid germẽ iuſtũ, & regnabit rex, & ſapiẽs erit. Neque omnino nullũ fuit hoc reſpõſum, ſed tamẽ nõ ſatis perfectum, eò quòd hominem tãtùm profitebatur eſſe Chriſtũ: ſatius fuerat reſpondiſſe eos huiuſmodi quiddam, quale eſt illud Pauli, quoniã filius dei Ieſus Chriſtus factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ. ſimúlq; tamẽ prædeſtinatus filius dei in virtute, ſecũdũ ſpiritũ ſanctificationis, atq; ſecundũ hanc generationẽ Chriſtus erat cum nõdũ eſſet Abraham. Illam autem nõ agnouerũt Iudęi: quamobrẽ ita obiecit eis domin', quomodo Dauid in ſpiritu vocat eũ *Iere.23* *Rom.1.* *Ioan.8*

Pſal. 109 dominũ, dicẽs, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris
meis? Dominus inquam pater dixit domino meo Chriſto,
quod ſi filius ei⁹ eſt, quomodo in ſpiritu dominũ vocat eũ?
Quaſi diceret, Sicut Dauid in ſpiritu cognouit Chriſtũ filiũ
ſuum fore, ita in eodẽ prævidit ipſum ſibi dominũ futurũ:
nobis aũt Chriſtianis in prõptu ſolutio eſt, quia filius eius
fuit ſecũdũ humanitatẽ, ſed ſecũdũ diuinitatẽ, dominus. Iu
dæos autẽ hic reſpexit Chriſtus, qui ſibi aduerſabãtur: ſede
1.Cor. 15 bit enim ille ad dexterã patris, donec ponat inimicos ſuos
ſcabellũ pedũ: iuxta illud Paulinũ, Oportet illũ regnare do
Orige. nec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Et hoc eſt, qđ
dicit Origenes, Dominus videns phariſæos lõgè eſſe ab in-
tellectu diuinitatis ſuæ, voluit eos prouocare ſermonibus
ſuis eò, vt intelligerẽt pſalmũ illũ totum de ſe ſcriptũ eſſe,
ſicq; viderent ſtatim quod ſequitur, In ſplẽdoribus ſancto-
Pſal. 109 rũ ex vtero ante luciferũ genui te. Vnde cognoſcere pote-
rãt generationem ipſius æternã ex vẽtre intellectus. Et ne-
mo potuit ei reſpondere verbũ. Quid enim hoc mirum, ſi
nõ potuit humana ſtoliditas & ſtultitia diuinę reſpondere
Eſa. 41 veritati ac ſapiẽtiæ? quod etiam in ſpiritu prævidit Eſaias,
dicens, Vidi, & nõ erat ex iſtis quiſquã qui iniret cõſiliũ, &
interrogatus reſponderet verbum. Hæc autem interrogat
dominus, vt ſi dicant ſe neſcire, interrogent atque diſcant:
ſin dicãt veritatem, credãt: ſi verò nil poſſint dicere confun-
dãtur & ſecedãt. Atq; ĩterrogatio iſta, autore Hieronymo,
Theophy. proficit nobis vſq; in hodiernũ diem cõtra Iudęos. Etenim
Hierony. qui confitẽtur eum venturum, hominem ſimplicem & ſan-
ctum aſſerũt: ergo interrogemus eos edocti à domino, cur
illum Dauid dominũ vocarit. Multa proponit ille ibidem
quæ in prætextum ſui erroris comminiſcuntur Iudæi fabu-
loſa & inepta, quoniam pſalmus hic ſcriptus ſit in perſona
pueri Abrahæ, cuius filius extiterit Damaſcus Eliezer, poſt-
quam Abraham percuſſit reges illos quinque. Sed quomo-
Ge. 14.15 do tunc ſequentia, conueniet Abrahę, quod genuerit illum
Pſal. 109 in ſplendoribus ſanctorum ante luciferum? aut quo pacto
competet illud Abrahæ, quod ſacerdos ipſe ſit ſecundum
ordinem Melchiſedec, qui tamen decimas accepit ab Abra
ham, & pro eodem panem obtulit cum vino? Rectè itaque
dicit hic euangeliſta, quia non potuit ei quiſquam reſpon-
dere verbum, nec audebat aliquis interrogare ipſum am-
plius.

plius. At quanuis nihil ei reſpondere potuerint, inſidiari tamen illi non deſierunt, & ad mortem vſque perſequi, ſicuti & tertio abhinc die ipſum in crucem ſuffixerũt. Ex quo intelligimus venena inuidiæ poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere. Quomodo etiam hoc noſtro ſeculo neo christiani multis diſputationibus conuicti & ſuperati ſcriptis plurimorum, ita vt nequieuerint amplius reſpondere verbum, latenter tamen non deſinunt virulentũ ſuum proſequi inſtitutum, alióſque Chriſtianos abducere à veritate & implicare erroribus. Nos iam oremus dominum, vt cuſtodire nos dignetur ab erroribus fidei, & impartiri gratiã ſuam ſanctam ſimul & dilectionem dei & proximi: quatenus ſic ipſum diligẽtes, laudemus cum electis omnibus, Amẽ. ¶Si vis plura dicere de amore dei, & multiplici eius ſpecie, vide Bernardum de amãdo deũ, Anſelmum in ſtimulo amoris, Kempis in ſoliloquio, Auguſtinum in meditationibus, & aliàs in pluribus locis, Paraldum ampliſſimè & locos ſacræ ſcripturæ, & dicta ſanctorum patrum colligentẽ pro deuotariis & religioſis egregia dicẽdi materia. Verum ſeculares in mundo verſati, hanc ſpiritus dulcedinem non ſentiunt. *Hierony.*

¶DOMINICA XX. POST PENTECOTEN, EVANGEL. MATTH. 9.

IN illo tempore, Aſcendens Ieſus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam: & ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula? Vt autẽ ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domũ tuã. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam, Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. *Mar 2. Luc. 5 Ioan. 5. Mar. 2. Ioan. 5.*

HOMILIA PRIMA. *Luc. 18.*

MVlta hîc à domino exhibita ſunt miracula: ſiquidem & leproſum mundauit, & Centurionis ſeruum ſanauit, ſicut dominica tertia ab epiphania domini audiſtis, dilectiſſimi in Chriſto, & febrientem Petri ſocrum curauit: móxque cum transfretaret, ſolo verbo imperij ſui vento *Matt. 8*

rum cohibuit impetus: deinde dæmoniacos duos à ſpiritibus immūdis liberauit:qui & in porcos ingreſſi,furore correptos eos in ſtagnū præcipitârunt,ita vt perirent ſubmerſi:quo nomine & Geraſeni rogârunt dominum,vt diſcederet ab eis. Sicut in hodiernum vſque diem plurimi ſunt qui malint carere domino, quàm exiguum pati rerum temporalium defectum. An tu adhuc ex me cupis commonſtrari tibi Geraſenum aliquem?Ecce ad proximū cauponem perge & ex eo quære, cur patiatur hoſpites ſuos malè loqui de ſanctis dei, aduerſus miſſam & ſacramenta dei inuehi turpiter. & reſpondebit ille tibi,Eſt quod ex iſtiuſmodi hominibus victum mihi quæram: nolim eos à me abigi : quod ſi temeritatem eorum conſperem, non venirent ad me amplius,actum fuerit,periero : & erunt interim alij, qui vltro eos ad ſe recipiant, & ferant patienter. En Geraſenum hîc tibi,qui metuat porcellis ſuis,ne fortè nō ſatis impinguentur,vnde mauult carere ipſo domino,iniquè ſanè & impiè.

Geraſeni.

Sequitur iam euangelium hodiernum, quando dominus à Geraſenis digreſſus,rediit in Galilæam:& ibi denuò omnipotentiam ſuam in anima & corpore paralytici huius manifeſtauit,quem à morbo liberauit ſimul & peccata ipſi ſua remiſit.¶ Ita autem habet textus, Aſcendens Ieſus in nauiculam. Non indigebat ille quidem naui, qui populo Iſraël profunda maris aperuit,ita vt ſiccis tranſirent pedibus: qui pedibus Petri obedire fecit fluctus maris, niſi voluiſſet eò ipſo ſuam quoque declarare humanitatem, quod nauicula vectus ipſe,Petrum interim faciebat calcare aquas. Si enim manſiſſet Chriſtus in potentia diuinitatis ſuæ, nihil commune haberet nobiſcum,nec humani generis operatus eſſet redemptionē. Voluit itaque ſubiacere neceſſitati,vt humanam ſuſtinens infirmitatem, ſe quoque verum teſtaretur hominem:quoniã ſi verè dicere voluerimus,non Chriſtus naui,ſed nauis indigebat Chriſto:& Chriſtus aſcendit in nauim,vt nos ex mari mundi huius educeret in patriam regni cœlorum,qui intellectus loci huius myſticus eſt.

Exo.14.
Matt.14
Hierony.

¶ Quo ad literam autem transfretauit ille ſtagnum,& venit in ciuitatem ſuam,quam Nazareth intelligit Hieronymus,eò quòd Nazaræus etiã appellatus eſt dominus Chryſoſtomus verò Capharnaum eſſe putat:ſiquidem Bethleem ipſum tulit,Nazareth educauit,ſed Capharnaū perpetuum

Hierony.
Chryſoſt.

illi erat domicilium: eáque ferè communis eſt doctorum omnium ſententia. ſicut hîc Theophylactus ſentit, & Auguſtinus inquit, Nemo dubitat Chriſtum hoc miraculum feciſſe in ciuitate ſua Capharnaum. (Tamen quòd exiſtimat ille Galilæã vniuerſam fuiſſe ciuitatem domini, & ita ſingulas Galilææ ciuitates, id communiter recipi non ſolet: quia non eſt ſimile quod affert de ciuitate Romana, eò ꝙ ſit in imperio Romano. nã populus dicitur Romanus, quia gaudet iure Romano & priuilegiis: non ſic in præſentia. Tamẽ noli multùm diſputare coram plebe, quia plus ſe inuoluunt & non bene capiunt, quando in vnam vel aliam partem colligantur argumenta.) Atqui ex Marco etiam ſatis liquet, ciuitatem hanc fuiſſe Capharnaum, qui & ipſe hiſtoriam deſcribens, ait eam factam eſſe poſt octiduum in ciuitate Capharnaum. Lucas quãdo factum hoc refert, nullius loci meminit. Manet itaque firmum quod ait Marcus, apertè veniſſe dominum in ciuitatem ſuam: hoc eſt in Capharnaum. 2 Et obtulerunt ei paralyticum decumbentem in lecto. Marcus ait eum deportatum eſſe à quatuor, tantámque fuiſſe in ædibus & foribus ædium anguſtiam, vt coacti fuerint illum demittere per tectum, quod & Lucas commemorat. Nullus autem euangeliſta refert quid locuti ſint cum domino, tantum meminerunt reſpexiſſe dominum fidem eorum qui geſtabant infirmum. Quoniam quanuis miracula in multis periêrãt: ſicut alibi dixit dominus, Væ tibi Capharnaum, quia vſque ad cœlum exaltata, nunc vſque ad infernum demergeris: erant tamen adhuc aliquot homines pij, in quorum cordibus operabantur miracula Chriſti, cuiuſmodi fuerunt illi portatores, quorum fidem reſpexit dominus, non infirmi: cui tamen dixit, Confide fili, remittuntur tibi peccata. Beda ait hunc graui adeò morbo laboraſſe propter peccata ſua. Quo nomine dominus vt medicus optimus primùm ſtatim cauſam morbi ſuſtulit, peccatum dum illi remiſit, non ſecus quàm colonus primùm radices euellit ſpinarum, deinde agrum conſerit: & medicus prius humores reprimit peccantes & aufert, quàm morbum ipſum aggrediatur curare: ita planè hic dominus primum peccatũ aufert, hinc tãdem curat ægrotum, qui quandiu in peccatis permanſiſſet, curari non potuiſſet. Talis erat ille paralyticus apud Ioannem, quem ex peccato

Theophy. *Augu.* *Mar.2* *Lucæ 5* *Mar.2* *Luc.5.* *Luc.10.* *Hierony.* *Beda.* *Ioan.5.*

ſuo liberaſſe teſtatus eſt dominus,quando dixit,Ecce ſanus fact⁹ es,iam noli peccare,ne deterius tibi aliquid cõtingat.

Auguſt. ¶ Reſpexit fidem illorum: vbi Auguſtinus dicit, Quantum valet apud deum fides propria, ſi tantum valuit paralytico fides aliena? Atque hîc præclarum & eximium habem⁹ fundamentum eius,quod pro confeſſo habemus,quod alter alteri quid promereri poſſit. ſiquidem portatores iſti meruerunt paralytico huic non ſolùm ſanitatem corporis, ſed & remiſſionem peccatorum. Et quanuis hoc verum eſt,quod nemo poſſit alteri promereri vel vitã æternam,vel aliquem beatitudinis gradũ, eò quòd quilibet recipiet prout geſſerit in vita ſua,ſiue bonum ſiue malum, attamen alter alteri

1.Cor.15 promereri poteſt gratiam pœnitentiæ & contritionis:alius quoque pro alio ſatisfacere poteſt,illique gratiam ſanitatis impetrare & bonę fœlicitatis,lõgęuitatis & aliorum bonorum temporalium. Quòd ſi itaq; reſpexit dominus fidem illorum qui portârunt infirmum,ideóque curauit illum: vbi ſunt iam neochriſtiani noſtrates,qui nec virgini matri,nec cuiquam ſanctorũ tantum honoris relinquere volunt apud Chriſtum: vt ſi quis illorum oret dominum pro infirmo aliquo,non ſanet eum ad preces ipſius? An non tantùm facit apud Chriſtum interceſſio matris, quantum valuit fides illorum quatuor?ſicut & mortuum ſuſcitauit dominus tan-

4. Re.13. tùm ad contactum oſſium Eliſæi. (induc ſi vis hiſtoriam totam,quia valet pro populo hoc tẽpore.) Vide homilias de interceſſione ſanctorum. Inter cætera hic quoque obſerua, quomodo opus aliquod meritoriũ ſit apud deũ. dicit enim euangeliſta, Reſpexit dominus fidem illorũ,quam externo opere geſtationis exhibebãt, eáq; ipſa fide meruerũt ſanitatem huius paralytici. Quid ergo obgannit neochriſtianus aduerſus omnẽ tum rationem,tum ſcripturarũ authoritatẽ nihil prodeſſe opera noſtra? Nõne ad Cain dixit dominus,

Gene.4 Quoniã ſi bene egeris,recipies: ſin autẽ male ſtatim in foribus peccatũ tuũ aderit: ſed ſub te erit appetitus eius,& tu dominaberis illius? En hæc tibi verba dei ipſius,non papæ, nõ doctoris alicuius,nõ hominis. Et vbi interim latent temerarij iſti neochriſtiani, qui aduerſus verbũ dei conantur in nobis liberũ auferre arbitriũ? aut vbi in nobis dominiũ eſt ſuper peccatũ,quod tamẽ nobis dedit deus, vt ut eripere illud nobis conentur hęretici citra omnẽ rationem? At ad-

huc tu probationem requiris eius, quod opera noſtra bona ſint meritoria? Ecce hiſtoriam tibi probatiſſimam de rege Achab, cuius vxor Iezabel occidi fecerat virum bonum Na- 3. Reg. 22
both propter vineam. Et tunc miſit dominus ad eũ Eliã, qui peccati huius vltionẽ denũciauit ei, &c. dic hiſtoriam vtut voles. Achab autem audiens ſermonem illum, diſcidit veſtimenta ſua, cilicium induit, ieiunauit, dormiuit in ſacco, demiſſo capite ambulauit triſtis: & factum eſt rurſus verbum domini ad Eliam, Nõne vidiſti humiliatũ Achab corã me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducã malum in diebus eius. Cætera require in homilia de fide & operibus.
3 Quum iam reſpexiſſet dominus fidem portantium, licet & infirmus fidem habebat, dixit ad eum dominus, Confide fili. filium vocat, tanquã dei creaturam, vel quia iam creden- *Chryſoſt.*
tem: ſiquidẽ niſi credidiſſet, demitti de tecto non voluiſſet. Atqui quàm piè & clementer compellat eum dominus, fili, inquiens, confide. O mira humilitas, deſpectum & debilem totíſque membrorum cõpagibus diſſolutũ, filiũ vocat: ſed *Hierony.*
tamen verè filius ille Chriſti erat per fidẽ, ſtatímque iam filius efficiebatur dei per gratiam, remiſſis ei peccatis. Vſqueadeo mitis & miſericors eſt dominus deus. Fili, ait, cõfide. Beatus enim vir qui cõfidit in domino, & dominus erit cõ- *Ioel 2.*
ſolatio atq; fiducia eius Cõfide fili, inquit, remittũtur tibi *Hiere. 17*
peccata tua Quo verbo teſtatus eſt dominus infirmitatem illius ex peccato ortam fuiſſe. Eſt hîc gloſſa quędã multùm põderanda, quæ rationes continet vnde pleriſque adueniãt *Gloſſa*
morbi, quæ quanuis non ſit iam materia noſtra, tantùm indicanda eſt paucis, neque ita curſim trãſilienda. Et principio quidem grauibus ſæpe morbis corripiuntur boni, vt meritum eorum per patientiã augeatur: ſicut de ſancto Iob con- *Beda*
ſtat, & ex eo liquet quod Raphaël dixit Tobiæ. *Iob 1. 2.*
2 Ad virtutum cuſtodiã, ne quis in ſuperbiam & alia peccata incidat, ſic Paulo datus eſt ſtimulus carnis, ne magnitudo reuelationum extolleret ipſum. *Tob. 12* *2. Cor. 12*
3 Veniunt morbi etiam in pœnam peccati, ſicut Maria Moyſi ſoror, lepra infecta eſt, eò quòd murmurauerat contra Moyſen, & hic de paralytico. *Num. 12*
4 Ad manifeſtandam gloriam dei, ſicut ipſe teſtatur dominus de cæco nato & Lazaro. *Ioã. 9, 11.*
5 Ad initium pœnæ æternæ, ſicut Dathan, Chore, & Abi- *Num. 16*

Act.12 ron viuentes ſunt abſorpti, & Herodem percuſſit angelus, vnde à vermibus abſumptus periit miſerè. De huiuſmodi *Iere.17* ægrotantibus ait propheta, Duplici contritione contere eos (extende ita vt placuerit, quia vulgare, ita facile eſt, & ſecundum propoſitum applicari poteſt ad alias quoque tribulationes, puta peſtis, famis, belli, inclementiæ aëris, &c. quanuis & naturaliter eueniant.)

4 ¶Magnificum & multùm conſolatorium hoc Chriſti verbum audientes quidam de ſcribis, dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Quo animo & effectu, pulchrè exprimit Mar- *Mar.2* cus, Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Lucas *Luc.5* quoque idipſum nō tacuit, quoniã inauditum erat Iudæis, hominem dimittere peccata, & poteſtas illa omnibus retro ſeculis audita non fuerat, donec lex euãgelica in terram dimitteretur. Norãt iudæi illud dictũ à domino per prophe- *Eſa 43.* tam, Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas pro- *Sacerd. ve.leg.* pter me, & peccatorum tuorum nō recordabor, Norant ſacerdotibus ſuis magna commiſſa datáq; eſſe priuilegia diuinitus, ſubliménſque poteſtatẽ traditã Obtulerunt illi ſacrificia, & deprecati ſunt pro populo, confeſſioné apertam *Num.6* propoſuerunt, benedixerunt cõſecrarũt omnia, decimas & *Leui.9.* primitias receperunt, nullam autem poteſtatem dimittẽdi peccata habuerunt. Nōdũ enim venerat verus ille clauiger & artifex, qui claues poſſidet ad regnum cœlorum, quas in ardentiſſimo ſanguinis ſui feruore cadentes parauit in ara *Matt.16* crucis, eáſq; Petro & apoſtolis commẽdauit iam planè in- *Ioan.20.* ſtauratas in die paſchæ quando dixit diſcipulis ſuis, Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. quæ maieſtas atque poteſtas inaudita priſcis fuit ſeculis, núncq; primùm à deo collata hominibus tẽpore gratiæ & nouæ legis. Quã uis hîc quoq; vt in aliis, ingrati ſunt neochriſtiani deo, clamantes cum Iudæis, deum ſolum remittere poſſe peccata, ſacerdotem hîc nihil facere. Hæc iſta veterũ eſt crucitatio coruorum, non agnoſcentium gratiam dei, meritum Chriſti & dignitatem noui teſtamenti legis noſtræ euangelicæ. Iudæi adhuc ſunt illi, dum non vidẽt Chriſtum hanc pote- *Remiſſio peccatorũ* ſtatem contuliſſe hominibus. Atq; ideo ſancti patres differenter loquuntur de remiſſione peccatorum. Primùm enim de ea loqui poſſumus, vt de illo qui principaliter peccata

dimittit,idq; propria virtute,tanquam ſummus ille & præcipuus, qui primam ſupremámq; habeat dimittendi peccata poteſtatem,iſque qui peccato offenditur, eſt deus.

2 Peccata dimittit quiſpiam, tanquam is qui noxam ſeu culpam pro illo ſoluit, atque ideo eminentiùs penes eum eſt poteſtas remittendi peccata, atque is Chriſtus ipſe eſt. Quo facit illud dictum Auguſtini,Nemo tollit peccatum, niſi Chriſtus,qui eſt agnus dei tollens peccata mundi. Neque diſſentit huic Ambroſius, cùm ait, Solus ille remittit nobis peccata,qui pro peccatis noſtris mortuus eſt. *Auguſt. Ioan.1. Ambr.*

3 Poteſt & adhuc dimittere aliquis peccata tanquam miniſter & vicarius, à vero domino in eam poteſtatē repoſitus. Sic ſacerdotes dimittunt peccata per ſacramentum pœnitentiæ:quod efficaciam & virtutem ſuam habet ex merito paſſionis Chriſti. Sic ait Auguſtinus: Confitētibus poſſunt ignoſcere ſacerdotes, quia quibuſcunque illi remittūt peccata, iis & deus remittit. Siquidē & Lazarū iam à morte rediuiuum apoſtolis dedit ſoluendum, innuens poteſtatem ſoluendi presbyteris eſſe contraditā. In hoc enim alibi dixit, Quicquid ſolueris ſuper terram erit ſolutū & in cœlis. hoc eſt, Ego deus cum omni meo cœleſti exercitu,ſanctíſque meis omnibus in gloria mea ratum approbo vobiſcum,quicquid vos vel ligaueritis vel ſolueritis. (ſolet aliâs breuibus dici, Triplex eſt clauis:authoritatis,& eſt dei: excellentiæ,& eſt Chriſti:& miniſterij,quam habet ſacerdos, miniſter dei & eccleſiæ.) At nos iam deprecemur dominū: vt nobis quoque gratiæ ſuæ conſolationē imparriri dignetur, quatenus remiſſis nobis omnibus peccatis, poſt hanc vitam illam conſequi mereamur æternam, Amen. *Auguſt. Ioan.11. Mat.16.*

HOMILIA SECVNDA.

OBLATO ſibi paralytico, dixit dominus,Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Id audiētes ſcribæ Chriſtum inſimularunt plaſphemiæ, rati ipſum hominem eſſe purum,neque illius agnoſcentes diuinitatem. Ipſe verò cōprobare voluit æqualem eſſe ſe deo patri, & non blaſphemum,quāuis dixerit ſe deum eſſe. Blaſphemia etenim iuxta Ambroſium, eſt impoſitio falſi criminis in deum,aut attribuendo ei quod non conuenit, aut auferendo quod ad deū pertinet,aut attribuendo creaturæ quod ſolius dei eſt. *Ambro.*
¶Atque hac ratione dominum blaſphemum hîc putabant

eſſe Iudæi. Sed ille viciſſim ſuperiorem ſuum ſermonẽ cõfirmauit hîc alio nouo ſigno, quoniam ſit ipſe æqualis deo
Pſal. 7. patri. Quis enim inter homines ſcit quid ſit in homine, niſi
1. Cor. 2. ſpiritus qui in eo eſt: Solus ſiquidẽ deus ſcrutatur renes &
1 Par. 28 corda. At Chriſtus animaduerſis eorũ cogitationibus, dixit
Rom. 5. illis, Quid cogitatis mala in cordib⁹ veſtris? Quid facilius eſt dicere, Remittũtur tibi peccata, an dicere, Surge & ambula? Vidit vtique cogitationes eorũ dominus, iuxta illud Sapientis, Oculi domini multò plus lucidiores ſuper ſolẽ,
Eccl. 23. circunſpicientes omnes vias hominũ & profundum abyſſi, & hominum corda, intuẽtes in abſcõditas partes. Ita hîc reſpexit dominus cogitationes Iudæorũ, & ait, Quid cogitatis malum? Verè enim malũ cogitabant, dum illũ deum nõ credebãt, qui diuina tamẽ ſibi opera arrogabat, cuiuſmodi eſt remiſſio peccatorũ, niſi ſuſpicabantur ipſum eſſe blaſphemum. Dominus autẽ qui videbat cogitationes eorũ, ve
Beda. luti ſic dicere eis voluit, Eadẽ tum virtute, tum maieſtate, qua veſtras intueor cogitationes, poſſum etiã dimittere peccata. Idipſum alio adhuc probat argumẽto, dicẽs, Quid facilius eſt dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula? Eadẽ hæc vtiq; eſt poteſtas ſoli deo cõceſſa, licet altera ſic maior exiſtat, vt anima corpore dignior eſt.
Auguſt. Quando igitur ita ſanare corpus verbo vnico, tantũ virtutis eſt diuinæ, nunquid & cura & ſalus animæ ſolus erit diuinæ poteſtatis? facilius ſiquidẽ eſt curare corpus quã animã, eo quòd illud non reſiſtit, ſicut anima diuinæ bonitati ponit obicẽ. Et qd multa? noluit hic auferri ſibi dñs poteſtatẽ ſuã curãdi animas hominũ, ſicut de eo prædixerat angelus, Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. ¶ Obiiciet autẽ aliquis, Quum maius ſit curare animã quã corpus, quomodo hic domin⁹ probare conatur ex eo, quod infirmũ ſanabat, ſe etiã illud poſſe quod maius erat, quando etiã illi ſancti veteris teſtamẽti miracula quidẽ operati ſunt, pecata autẽ nõ dimiſerunt? Reſpondetur, Et ſic verè, hoc minus ſit ſanare corpus quàm animã, tamẽ corã oculis noſtris difficili⁹ videtur verbo vnico ſanare corp⁹: ideo hic teſtatus eſt ſuam diuinã virtutem, quæ quando hic præſens extitit, ꝓcul abfuit omnis blaſphemia. Quaſi igitur in hæc
Theophy. verba dicere voluit dominus, Ego ex corporis cura fidẽ vobis facio, quod animã ſanẽ, per rem minorem quidem: ſed

quæ difficilior videatur confirmãs, ſic etiam peccatorũ remiſſioné:quæ magna quidẽ eſt, ſed facilior vobis videtur.

2 Et ſi dominus non apertè poteſtatẽ ſuã manifeſtauerat ſuperiori ſermone,eò quòd nõ dixerat,dimitto, ſed dimittuntur tibi peccata:inimicis tamẽ virgentibus,manifeſtius iam ſuam poteſtatem oſtẽdit, & ait, Vt ſciatis quia fili⁹ hominis habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata,tũc ait paralytico:Surge,tolle lectum tuũ, & vade in domum tuam. Inter dicere (inquit Hiero.) & facere,multa diſtantia eſt. vtrũ ſint paralytico peccata dimiſſa,ſolus nouerat q dimittebat:ſurgere autem & ambulare cũ tam ipſe quàm alij vidẽtes approbabant.factum itaque eſt ſignum illud corporale,vt crederetur ſpirituale, remiſſio ſcilicet peccatorum. *Chryſoſt.* *Hieron.*

¶Quur autẽ factum hoc tam diligenter ſit à tribus deſcriptum euangeliſtis,ipſéq; adeò dominus tanta euidẽtia probare voluerit poteſtatem eſſe ſibi dimittẽdi peccata?Sancti patres rationem afferunt ex ipſo fundamẽto ſcripturę:quoniam propter hãc poteſtatẽ manifeſtandã totum omnino ſcriptum eſt euangeliũ, & ſi hìc aliquod exoriretur dubiũ ſuper illa poteſtate,tam grauiter eam cõfirmare voluit dominus,támque diligẽter factum id totum deſcripſerũt tres euangeliſtæ, quomodo & quartus ille teſtis miraculorum Chriſti Ioannes dicit,Scripta ſunt hæc,vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Et ecce quàm pulchrè conueniunt illa, quæ hic dicit,omnia.primũ ait,vt ſciatis quia filius hominis,en primum hoc, quod & obſeruauit beatus Petrus cùm dixit, Huic omnes prophetæ teſtimonium perbibent, recipere peccatorũ remiſſionem in nomine ipſius, iis qui credunt in eum Deinde poteſtatem ſuã cõmemorat in cœlo & in terra,locum quoq; ſubindicans & dicens,peccata ſe dimittere in terra nõ minus quàm in cœlo. Quando igitur poteſtatẽ hãc dimittendi peccato habuit Chriſtus filius hominis hìc in terra, ne indignetur neochriſtiani illum poteſtatẽ hanc etiam communicaſſe apoſtolis,tanquã miniſtris & vicariis ſuis,quibus antequam poteſtatem illã traderet,dixit, Sicut miſit me pater,& ego mitto vos. Miſſus ille fuerat in hunc mundum ad remittenda hominibus peccata ſua. Itaque & apoſtolos dum ablegauit, poteſtatem illis dedit dimittẽdi peccata. Atque hoc forſitã illud eſt quod eodem pene filo *Ioan.20.* *Act.10* *Mat.vlt.*

prędicationem ſuam exorſi ſunt Ioãnes Baptiſta, Chriſtus,
Mat.3.4 & apoſtoli, in hunc modum, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. Quibus verbis & Chriſtus & apoſtoli principio ſui ſermonis vſi ſunt: ita eñ Petrus cœpit dicere, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorũ ve-
Act. 2. ſtrorum, atq; ſic recipiẽtis donũ ſpiritus ſancti. O verè immenſam & ſuperafluẽtem dei miſericordiam! qui poteſtatem tantam dedit hominibus, ſignum elargitus certiſſimũ, ſacramentũ illud pœnitẽtiæ, vnde certi, ſiamus de remiſſione peccatorũ, modò ne ſacramẽto tãto obicẽ ipſi ponam⁹. Atque ideo tam efficaciter probauit hic dominus poteſtatẽ illam remittendi peccata. vtinam modò neochriſtiani plus tribuerent huic poteſtati clauiũ, quàm faciunt homines temerarij & impudẽtes, qui tãtis audent detrahere myſteriis.

3 Porrò iam validiùs diuinitatem ſuam confirmat dominus per miraculum tantum, & imperioſe dicit, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domũ tuam. In hũc mundum operari miracula ſolius dei eſt, ſic propria imperare virtute. Operantur nanque & ſancti quidem miracula, ſed quicquid eſt quod faciunt illi ab oratione ſeu deprecatione parum differt, quum conentur tantùm precibus ſuis quod volunt impetrare apud deũ: ſicut Elias, Eliſeus & alij fecerunt. Atque vt maximè etiam ſancti nõnunquam operantes miracula vſi ſint verbis imperatiuis, idſpſum tamen quoq; non propria fecerunt virtute, ſed tantùm poteſtate Chriſti: quo
Act.5. modo Petrus Ananiã & Sapphiram verbis tantùm occidit, multíque alij ſæpe dæmoniis imperãtũt, vt ſecedãt ab obſeſſis in nomine Chriſti domini ſui. Chriſtus autẽ qa propria ſua poteſtate hic præcepit paralytico, vt ſurgat, ſuam profeſſus eſt diuinitatem: neque multò aliter quàm aliquis inſtitutum ſuũ ſigillo proprio aut literis proponit: ſic Chriſtus poteſtatem ſuam miraculis velut ſigno ſuæ cõprobauit diuinitatis, diuinæque volũtatis, quoniã deus volũtate ſua non ferret ſubſidiũ errori alicui ad quicquã ſupernaturaliter operãdum: ſed hîc ſolo verbo paralytici anima priores aſſecutura eſt vires, vt iam ille ſuum portaret lectum, in quo paulò antea iacuerat diſſolutus. Sic, ſic inquã lectus il-
Hieron. li argumẽto & probationi fuit ſuæ ſanitatis, qui ſibi antea ſignum fuerat infirmitatis. Ideo autẽ iniunxit ei vt lectum

geſtaret in domum ſuam, partim ne multi non ſignum ve- *Theophy.*
rum, ſed phantaſma factum dicere auderent, partim vt vi-
deret populus ciuitatis illius magnitudinem miraculorum
dei, qui magna vtiq; hinc tenebatur admiratione, dũ omnĩ
bus notũ videbat ſub lecto incedere, qui antea in illo fue-
rat portatus, quíque iam vt ille canit, Vectorem ipſe ſuum
grata mercede reuexit. Atq; faciebat hoc plurimum ad ho- *Sedulius.*
norem & gloriã dei, vt ſic plurimis hominibus manifeſta-
retur. Et ecce quam idem planè & vnum in deo eſt, dicere
& facere: iuxta illud Dauidis. Ipſe dixit & facta ſunt, mãda *Pſal.* 148
uit & creata ſunt. Omnia quæcũque voluit dominus, fecit.
Statim igitur ad illud Chriſti verbũ ſurrexit & abiit in do-
mum ſuam, obediens ei qui ipſum curauerat medico. Cęte- *Chryſoſt.*
rùm mittit ille eum, cùm ſanaſſet in domum ſuã, partim vt
humilitatem oſtenderet, quod eum non retinuerit: partim
ne multi non ſignum verum, ſeu phantaſma factum dicere
auderent. Nullum vnquam vel cæcum vel paralyticum, vel
dęmoniacum curatum, vel reſuſcitatum à ſe mortuũ diſci-
pulum aſſumpſit dominus. Multa quidem coram diſcipulis *Mat.* 8. 9
ſuis operatus eſt ille miracula, in corporibus, tamen eorum *Leui.* 5.
nullum exhibuit ratione alicuius ægritudinis ſed in anima *Mat.* 14.
bene, ſicut miraculoſè ſibi attraxit Matthęũ: ĩ amicis eorũ,
vt in ſocru Petri, quã ſanauit à febribus. Petrũ quoque ip-
ſum fecit capere piſces calcare aquas maris, cuius etiã ven-
tos & fluctus verbo compeſcuit: ſed in corporib⁹ eorũ nul-
lum vnquã curauit morbũ: ſed magna humilitate quotquot
ſanauit à ſe ſtatim emendauit, ſicut hunc ipſum paralyticũ.

4 Videntes autem turbæ, (quæ in ædibus illis erant tan-
tæ, vt non liceret, paralyticum hunc per fores, ſed per tectũ
ſolum inferre demiſſum) timuerunt, admirabundæ ſcilicet
& meritò quidem aduerſariis Chriſti iam ex miraculo tan-
to cõfuſis, laudauit populus deum: ex cuius verbo & impe-
rio ſolo infirmus iſte ſanitatem recepit. Quis enim non ob
ſtupeſcat attonitus ex tã magnifico facto, quando etiã pro-
pheta exclamat? Quis nõ timebit te, ô rex gentiũ? Bene no- *Hier.* 10.
tandum eſt quod ait euangeliſta, quia glorificauerunt deũ,
qui poteſtatẽ talẽ dedit hominibus. Quî ſic, inquies? quo-
niam volebant ſcribæ nullum hominem habere poteſtatẽ
dimittendi peccata. Iam verò quãdo probauerat hoc Chri-
ſtus virtute propria poteſtatẽ habere ſe dimittendi peccata,

ſiquidem & poteſtatẽ habeat verbo curandi paralyticum, idque ipſum facto præſtiterat: cœperunt laudare dominum deum, qui poteſtatem tantam remittendi peccata, & infirmos curandi dederat Chriſto, quem purum adhuc credebãt eſſe hominem. Quòd ſi rem melius expendiſſent, vidiſſent eum quoque filium eſſe dei: tunc tamen temporis ſatis erat illos plus aliquãdo ſentire de Chriſto, quã quolibet alio homine: quodq; profitebantur aliquid diuinũ de eo quẽ à deo
Ioan. 3. eſſe dicebãt. Sic enim & Nicodem⁹ primulũ nõ plus tribuit Chriſto, niſi quia dixit, Scimus quia à deo veniſti magiſter. Ita illi cognoſcentes miraculũ tantum nõ poſſe non à deo eſſe, glorificauerũt deũ, iuxta illud Sapiẽtis, Glorificãtes dominum quantũcunq; potueritis, ſuperualebit adhuc & ad-
Eccle. 34. mirabilis magnificentia eius. Sic Dauid, Laudem inquit, lo
Pſal. 144 quetur os meũ, & benedicat omnis caro nomini ſancto ei⁹. Docet idipſum nos quoque euangelicus propheta Eſaias,
Eſa. 63 inquiens, Miſerationũ dñi recordabor, laudem dñi ſuper omnibus quæ reddidit nobis dominus, & ſuper altitudinem bonorum domus Iſraël, quæ largitus eſt nobis ſecundũ in-
Beda. dulgentiã ſuam Beda hiſtoriã hanc myſticè quoq; exponit, in hunc modũ. Ægrotum ex lecto ſurgere, eſt animam ſeſe abdicare à voluptatum carnalium, illecebris & ſordibus peccatorũ. Quamobrem & Paulus peccatori loquens, dicit,
Ephe 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Lectum aũt geſtare non aliud eſt, quàm carnẽ per abſtinentiã reſtringere atque in ſpe remuneratiõis cœleſtis
Hebr. 13. corpus ſegregare à voluptatibus carnis. Redire verò in domũ, quid eſt niſi in paradiſum reuerti, quem perfidia diaboli amiſimus? Neq; enim hîc vllam habemus manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirim⁹ (facilimũ eſt & iter per ſymbola) Ægrotantem peccatorẽ iubet deus per pœnitẽtiã reſurgere, ſuúmq. geſtare lectulum, hoc eſt, carnẽ domare peccatri
Pſal. 40. cem. Quò reſpiciens etiã Dauid, dixit, Vniuerſum lectum ei⁹ verſaſti in infirmitate eius. Quilibet peccator carne ſua tãtopere ſibi deum conciliet, in illa tãtùm deo ſeruiat, quãtum antea ſeruierat per eã peccatis: ingrediatur domũ ſuam per contemptationẽ piam, meditetur quàm contemptũ, ſordidum, lutulentũ & caducum corpus habeat, cibum & eſcã
Nahum. vlt. vermium. Atque omnino iuxta illud Nahum. Intret in lutũ & calcet, ſubigens teneat laterẽ. Si vis huiuſmodi complura

alia inferre, vide Hugonem in additionibus de 4. dietis. Si vis, fac ſermonem de naui eccleſiæ, quę magnis quatitur fluctibus à tyrannis, ab hęreticis, ab hypocritis, perſequutione errore prauo opere. In iſta naui ſecurè nauigat eccleſia gubernaculo fidei, ancora ſpei, velo liberi arbitrij, flante vero ſpiritus ſancti, remigrantibus angelis, Chriſto nauclero, erecto malo ſanctę crucis: deferuntur chori iuſtorum ad portũ tranquillum paradiſi. Extende ſicut placet, in ſymbolis iter facilimũ. Aut per nauem intellige nauẽ pœnitentiæ, ad quã inducuntur peccatores: per nautas ſacerdotes, aut qui iam in mari fluctuant peccatorũ, in hanc nauẽ conſcendant pœnitentiæ per gradus contritionis, cõfeſſionis & ſatisfactionis, cibentur pane nauali euchariſtiæ, contra malos ventos tentationũ, ancora fiducię in deum ſe firment, velum mentis aperiãt inſpirationibus & flatibus ſpiritus ſancti. Exigãt vexillũ ſanctæ crucis cum crucifixo, & huic robur nauis credant, cum omnia bona opera ex paſſione Chriſti habeãt efficaciam: implorent angelos cuſtodes nauis, inſpiciant cõpaſſum fidei, nauticum cantent laudem domini, dirigãt nauem temone diſcretionis, remos trahant pręceptorum dei, opere illa implendo, caueant monſtra marina & Sirenũ cãtus dulces, voluptatis illecebras, ne antiqua peccatorũ aqua nauem ingrediatur: obſtruẽda ſunt foramina prauæ cõſuetudinis, & occaſiones peccatorũ excidendæ, eiiciẽda omnia quę nauẽ onerãdo dimergũt, velut iniuſtè acquiſita & poſſeſſa reſtituẽda, &c. Vide Keyſerſpergium, & libellũ noſtrũ.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN, EVANGEL. Math. 22.

IN illo tempore, dixit Ieſus turbis, Simile factum eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam. Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ quidem paratæ ſunt ſed qui inuitati erant, non fue- Luc. 14. Apo. 19 Supra 21

runt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, voca te ad nuptias. Et egreſsi ſerui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt. malos & bonos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi, Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Multi autem ſunt vocati, pauci verò electi.

HOMILIA PRIMA.

¶ Sequentem hanc homiliam habui Monaci, vbi eſt regia ducum Bauariç, Anno M.D.XXII. Dominica proxima ante feſtum ſancti Martini, ideoq; de verbo ad verbũ huic loco inſerta eſt.

In nomine tuo dulcis Ieſu, Aue Maria.

NOn ſatis eſt, chariſſimi, euangelium ſecundum literã tantum audire: ſiquidem quantulum foret quod hinc fidei tuç acceſſurum fuerit roboris, & operibus bonis profectus in charitate dei & proximi? Ac proinde oportet claram & dilucidam habere ſancti euangelij interpretationem & intellectum, ad emendationem vitæ vniuſcuiuſque. Profectò enim non ſine magno ſpiritus ſancti conſilio & peculiari ratione ſcriptura ſancta ſub aliquo velamine occultata & prodita eſt verbis abſconditis, nec cuiuis vel erutu vel *Auguſt.* intellectu ita facilibus, ſicut multis declarat Auguſtinus in lib. de doctri. chriſtiana. Siquidem non Iudæi, imo nec a- *Chryſoſt. ſuper Mat* poſtoli ſemper Chriſtum intellexêre loquẽtem, quod hinc inde contextus nobis declarat euangelicus. Quicquid igi- *Ioan. 2.* tur velatum eſt detegi oportet: ſicut Chriſtus ipſe allegoriã *Mat. 13.* nobis expoſuit de ſemine cui omnes intelligentia ſuç vires *Ioan. 12.* deinceps intenderunt ſancti patres, vt abſconditum illum *Eccle. 14.* ſancti ſpiritus ſenſum eruerent: quo labore vitã ipſi meruerunt æternam, iuxta promiſſum illud, Qui me elucidant, vi- *Eſa. 40.* tam æternam habebunt. quanuis ea ſibi ſapientia nũc vidẽtur eſſe Lutherani, vt citra illius operã intelligant quicquid vſquam ſcriptum eſt. Sed miſeri fallent ſeipſos, & inſolens ipſorum temeritas perdet eos corpore & animo. Quapro-

pter principio allegoriæ huius breuem proponemus expoſi *Eſa.38.*
tionem, deinde aliquot illius verba introſpiciemus & ex- *Pſal.18.*
plicabimus. ¶Atque vt negocium hoc breuiter aggredia- *Apo.19.*
mur, ex ſententia ſanctorum patrum rex ille deus pater eſt, *Hier.44*
qui filio ſuo in diuinis nuptias parauit in carne, cum eccle- *1.Cor.3.*
ſia ſancta: & miſit ſeruos ſuos patriarchas: ſed noluit mundus venire ad verã fidem, contaminatus totus in peccatis & idololatria. Iis itaq; nihil proficientibus, miſit alios ſeruos prophetas, Ioannem & apoſtolos, ſed ne illos quidem recepit mundus, quin & homines mali, inhiantes honoribus & bonis magnis, quoſdã ex eis occiderunt, Zachariã, Eſaiã, Ioannem, Stephanum, Iacobum apoſtolum, ipſumq; adeò regem Chriſtum, Indignatus hinc rex dominus deus, cum exercitu ſuo miſit Titũ & Veſpaſianũ, qui Iudæos quos nõ occiderãt vendiderunt, Ieruſalẽ & alias Iudææ ciuitates deuaſtarunt, tandemq; rex dominus ſeruos ſuos apoſtolos, diſcipulos, alioſq; prædicatores in vicos miſit gentiũ per vniuerſum orbẽ, & ingreſſi ſunt per fidẽ in eccleſiã boni & ma *Mat.13.*
li. Intrãs autẽ & dominus per iudicium, inuenit in eccleſia non habentẽ veſtem nuptialẽ, hoc eſt, charitatem & gratiã dei, eũ per miniſtros ſuos angelos eiecit in tenebras exteriores inferni. Atq; hic breuiter omnis eſt ſenſus parabolæ.

DE REGNO COELORVM.

¶Nunc iam aliquot euangelij huius verba melius excutiamus, idq; ex cõſuetudine ſanctorum patrum, Auguſtini, Chryſoſtomi, Cyrilli, Gregorij, & aliorum: primũq; ſtatim *Mat.22.*
exordiamur à principio, quãdo dicitur, Simile factũ eſt regnum cælorum homini regi. Nomine regni cælorũ nõ intelligitur hic loc⁹ beatorum, ſed eccleſia hîc militãs in terris. Et ne hoc mirũ tibi videatur, fac memineris illius quod iam paulò antè præmonui, multa inuoluta & obſcura eſſe in ſacris literis, adeò vt non quiſquis in manus illas ſumit, ſtatim intelligat: quod nunc inepte præſumunt Lutherani. Atqui manifeſtè hoc affirmat & probat Gregori⁹ in quadã *Gregor.*
homilia ſuper euangelio de decẽ virginibus, quarũ quinq; *Mat.25.*
erant fatuæ, & quinque prudentes ait enim. Dum regnũ cælorum cõſtat quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur ſimile eſſe perhibetur? ſed ſæpe in ſacro eloquio regnum cælorũ præſentis tẽporis eccleſia dicitur, in qua fideles omnes inſtar virginum Chriſto domino ſunt

2. Cor. 11. deſponſati, teſtante etiã Apoſtolo. Virginum autem quędã
ſunt fatuæ, quædam prudentes: & ex fidelibus boni alij, alij
mali. quod ex hoc quoq; liquet euãgelio: quoniã ſerui quoſ
Apo. 21 dam in vicis inuenerunt bonos, quoſdã malos. Conſtat autem quod nihil coinquinatum ingrediatur in regnum cęlorum. Et quanuis interdũ eccleſiã intelligimus congregatio-
Auguſt. nem iuſtorũ ab Abel vſq; ad vltimũ iuſtũ, ſicut pulchrè do-
Gregor. cet Auguſtinus in libro decimo, de ciuitate dei, & Gregorius ſuper euangelium Matth. 20. attamẽ peculiariter eccleſia regnũ dicitur cælorum tẽpore gratiæ iam poſt aduentũ Chriſti. Atque hinc eſt quod in quinq; libris Moyſi & omnibus ſcriptis prophetarum, in pſalmis & alijs veteris teſtamẽti libris eccclesia quidem non ſemel exprimitur, ſed illa nunquã regnum vocatur cęlorum. vſq; adeo appellatio illa & nomenclatura reſeruata eſt ad ortum euãgelicæ legis: vbi primùm Ioannes, inde & Chriſtus regnum cælorũ annunciauit, multiſq; parobolis dominus loquẽs plebi, eccleſiam vocauit regnum cælorum, vt Matthæi 13. 20. 22. 25. Si
Matt. 3. quidẽ in eccleſia regnat Chriſtus per gratiam & ſacramenta, ita vt extra illam nemini ſit ſperauda ſalus.

DOCTRINA EX prædictis collecta.

¶Age nunc tibi cõſtat regnum cælorum dici eccleſiam. Videamus porrò quid hinc diſcas, atque in mores & vitam tuã accõmodes. Hoc inquã diſce ex his, eccleſiã ibi regnũ eſſe cælorũ, vbi veritas dei regnat, nõ fraus, nõ falſi errores, nó hæreſes tyrannidem obtinẽt. Ne ergo ſomniet & opinetur quis eccleſiã hactenus mille & aliquot annis errasſe vſq; ad Lutherũ, quod quidã turpiter errãtes perſuaſum habent, adeò vt etiã ſuperiori ſeptimana dixerit quidã, Malè ſe pœnitere nõ ſuos quoq; parẽtes ad Lutheri tẽpora perueniſſe, ſicq; miſerè in erroribus demerſos periiſſe, ſicut cæteri ſui ſeculi homines interierunt O veſaniã, ô furorẽ & amentiã hominis, confitẽtis parẽtes ſuos aberraſſe procul à fide, atque proinde æternam dãnatos! O cæcitatẽ obſtinatam! Ob vnum ne perfidum monachum parentes tuos ipſe ad inferos detrudis? Sed tu mihi hic oculos mẽtis tuę pauliſper accommoda & aperi, videbíſque nõ parẽtes tuos, ſed te, te inquam ipſum in medio errorũ luto hærere demerſum, dum nó credis eccleſiã eſſe regnum cælorùm, ſed illam facis regnum inferorum: vbi errores, hęreſes, & omnia mala dominantur.

nantur. Nihil errat eccleſia in iis quæ ſunt fidei, ſed tuus ecce Lutherus & hæretici in errorũ cœno vt ſues prouoluuntur. Apoſtolis dicit Chriſtus, Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. Quòd ſi itaq; ſemper præſto adeſt eccleſiæ ſuæ dominus, ſicut hæc verba Auguſtinus ad Eſitium intelligit, qua frõte eccleſiam inſimulabis errorũ? Ego pro te rogaui, inquit alibi dominus, Petre, vt non deficiat fides tua. Tu itaque eccleſiam ſequere, cuius fides non deficit, ſicut Lutheri tui vtroque claudicat pede. *Mat. vl.* *Ep. 80.* *Luca. 22*

DE NVPTIIS FILII REGIS.

¶Mitto hîc breuitatis gratia, quid ſibi velit expoſitio regis eò quòd homo dicitur. ſequitur, Rex ille fecit nuptias filio ſuo. Triplices inuenio in ſacris literis nuptias filij dei: deſpõſatus enim ille eſt primùm humanitati, deinde cuiuſque boni hominis animæ, mox & eccleſiæ ſanctæ. Nos autem quando iamiam eccleſiam hîc intelligi diximus per regnum cælorum, de illis tantũ nuptiis dicemus, quas cõtraxit Chriſtus cum eccleſia: quoniã & de iis ſolum dicit euãgelium, & loquitur Paulus ad Epheſios. Quod vt intelligatis melius, ſcitote, quia ſicut Apoſtolus illum carnalẽ Adã vocat primum hominem in paradiſo, & Chriſtum cœleſtẽ appellat Adamum, ita etiam coniunctio primi Adæ cum Eua in paradiſo, matrimonium ſignificat illud magnum & ſublime ſacramentum Chriſti & eccleſiæ. Ecce autem Adam primus cœleſtis, hic terren': ille pater omniũ noſtrum extitit ſecundum generationem, hic parens noſter eſt ſecũdum regenerationem baptiſmi. Adam & Eua parentes nobis fuerunt omnibus, Chriſtus & eccleſia fidelibus tantùm: quia extra eccleſiam nemo cũ fructu renaſcitur, niſi per baptiſmũ Chriſti: quãuis illũ etiã hæretici præſtant. Sicut autem Eua illa prima deſumpta eſt ex latere Adæ dormientis, ita altera hęc noſtra Eua ex latere Chriſti in cruce ſopiti ex ædificata eſt, ꝓfluentibus inde fluctis ſanguinis & aquæ. Præterea quẽadmodũ Eua ex coſta Adæ ſumpta eſt, coſta autẽ oſſea eſt & robuſta, ſed in illi' locũ carne latus ĩpleuit dominus deus: caro autem flexilis & debilis eſt, ſic quoque altera Eua, eccleſia ſancta, facta eſt ex coſta, hoc eſt, fortitudine Chriſti, ex cuius plenitudine omnes accepimus, & ſacramẽta omnia & omnia opera bona quæ fiunt in eccleſia, cuncta hęc virtutem, efficaciam & meritũ habent ex merito *Ephe. 5.* *1. Cor. 15.* *Ephe. 5.* *1. Cor. 15.* *Gen. 2.* *Ioan. 19.* *Gen. 2.* *Ioan. 1.*

paſſionis & mortis Chriſti. ſiquidem omnis ſufficientia noſtra ex deo eſt, nec ſine eo poſſumus facere quicquam. viciſſim à nobis Chriſt⁹ habet carnẽ, in qua paſſus & mortu⁹ eſt. ¶Sed viſne videre robur & fortitudinem noſtri Adæ? Ecce

Ioan. 1. in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & de⁹ erat verbum. Vis adhuc aliud ſuæ fortitudinis argumentũ? En omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quódque factum eſt in ipſo, vita erat. Vis inſuper illius cognoſcere infirmitatem? audi quod Ioannes ait, Verbum caro factũ eſt. Atque ea fere de cauſa ſe dominus galline com

Matt. 23 parat, quum inquit, O Hieruſalẽ Hieruſalem, quoties volui cõgregare filios tuos ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti? Gallina inter omnia volatilia infirmatur, non quum oua ponit, ſed dũ pullos fouet, tum grauiter laborat, debilitatur, mutat vocem tantiſper dum educat pullos, idque nulli aliarum auium contingit. Sic Chriſtus quũ nos viuificaret gratia ſua & ſacramentis, debilitatus eſt inſtar gallinę in ſuppliciis ſuis tantis, dum nos ſubduxit alis ſuæ crucis, in qua expanſis pẽdebat brachiis. Atque hoc modo iam intellectus nuptiarum iſtarum patet, & ſenſus illorum verborum, Regnum cælorum ſimile factum eſt homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

QVID INDE NOBIS SIT DICENDVM.

¶Docemur hinc nos manere cum ſponſo noſtro Chriſto quem non eſt quòd vel penes Vuicklephum, vel apud Lutherum quæras, ſed cum ſua ſanctiſſima ſponſa eccleſia catholica: extra quam vbicũque illum quæris, inani labore cõſumeris. Monuit hoc idem nos dominus diligenter apud

Mat. 24 Matthæum, Si quis vobis dixerit, ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoꝓphetæ. Tãtũ igitur penes eccleſiã ſanctã fac quæras Chriſtũ in iis quæ ſunt fidei: ipſe te seduces, ſi ad Lutherũ vel aliorũ hæreticorũ cõciliabula curras, quęſiturus ibi dominũ.

DE SERVIS A REGE MISSIS.

¶Et miſit rex ille ſeruos ſuos qui vocarent inuitatos ad nu-

Mat. 22. ptias. Idque hîc ter cõmemoratur, ob triplicẽ legẽ naturæ, Moyſi, & gratiæ. Paucis tamen cõprehendẽdo plurima: ſerui illi ſunt patriarchæ, ꝓphetæ, apoſtoli, & omnes prædicatores veræ ac Chriſtianę doctrinę: nõ ij qui ſeducũt ſimplices, vt ſunt Luther⁹ & ſui ſimiles. Seruos autẽ eos hîc vocat

domin⁹, vt & alibi in multis locis, quũ ait, Euge ſerue bone *Mat.* 25.
& fidelis. Alios amicos dixit, vt apud Ioannẽ, Iam nõ dico *Ioan.* 15.
vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus ſuus. Vos
autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota *Mat.* 28.
feci vobis. Interdũ etiam fratres appellauit, vt cũ mulierib⁹
ad ſe venientibus diceret, Ite & annũciate fratribus meis, vt
eant in Galilæã, ibi me videbũt. Simile fuit quod dixit Ma *Ioan.* 20
riæ Magdalenæ. Inuenias porrò vbi filios dei eos vocitet, &
cohæredes. Dedit enim eis, inquit Ioãnes, poteſtatem filios *Ioan.* 1.
dei fieri. & Paulus ait, Quod ſi filij dei ſumus, etiã hæredes: *Rom.* 8.
hæredes quidem dei, cohæredes autẽ Chriſti. Atqui hic ſer- *Apo.* 6.
uos eos vocat, quoniam ſeruiant ipſi in verbo dei, ab initio
mũdi vſque ad finem, donec impleatur numerus bonorum
fratrum. Tantumque de hac ipſa euãgelij parte. Supereſſet
adhuc nõnihil dicere de triplicibus illis ſeruis, atque de ſin
gulis ſpeciatim, ſed non licet per temporis anguſtiam: pro-
inde ad vitæ noſtræ emendationem progrediamur.

QVID NOBIS HINC SIT DOCTRINÆ colligendum.

¶ Diſcamus hic, nunquam defuiſſe neque defectũ aliquem fuiſſe in miniſtris dei ad vocandos inuitatos, ſed in vocatis tantùm. Omni tempore cuiuſcũque legis, fuerunt qui viam veritatis docuerint, omniumque maximè in lege euãgelica ad prædicandum euangelium gratiæ dei. Pudeat itaque Lutheranos turpiter adeò non prędicatores tãtùm bonos, ſed & eccleſiam, & ipſum eccleſiæ ſanctæ ſponſum Chriſtũ cõuitiis & cõtumeliis proſcindere, dum ganniũt plus quadringentis annis non prædicatum eſſe euãgelium: quod ſi eſſet, vbinam dormitaſſet tanto temporis ſpatio dominus, quod nõ emiſerit ſeruos, qui Chriſtianos bonos inuitarent ad nuptias, niſi ſcurras iſtiuſmodi, quales fuêre Vuicklephus, Huſs, Luther, & alij cõſimiles? Quin tu potius crede deum ex ſua ſumma tum bonitate, tum miſericordia ſemper vocaſſe homines: neq; paſſum vt aliquis penes illos eſſet defectus in iis quæ ſunt ſalutis & fidei, cuiuſmodi ferè pręcipuũ eſt, mittere prædicatores veræ diuinæque veritatis. Diſce hinc miniſtros dei in officio prædicationis non cõtemnere, neq; illis inſidiari mortémve intentare. Illi etiã qui à deo in id muneris ſunt vocati, videãt ne, ſicut Mercuriales ſtatuæ, dum aliis viam quam ingrediãtur, oſtendunt, ipſæ ſuo loco

manent immortæ:ita ipſi cùm alios ad nuptias inuitēt, excludantur interim. Nóſque ſic cóiuncti omnes oremus dominum pro gratia, vt ex ſua miſericordia nobis donet, quatenus ſimul omnes & ſerui & inuitati cum gaudio veniam⁹ ad nuptias fœlicitatis æternæ: quam vobis vnà mecum concedat Ieſus Chriſtus dominus noſter, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

Hierony. PHariſæi, inquit Hieronymus, intelligentes de ſe dici parabolas, quærebant tenere Ieſum & occidere: atque tamen metuebant plebem, quæ illum credebat eſſe prophetam. Rurſus autem eis dñs bonū pro malo repēdit, ipſoſq́;, multis parabolis erudiuit, ex quib⁹ hæc quoq; eſt vna, in cuius nūc expoſitiōe laboram⁹. Ait enim ille, Simile eſt regnū
Luc. 14. cælorū homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Quærit hic
Gregor. Gregorius, eadē ne ſit & vna hiſtoria de inuitatione ad nuptias, hîc & ad cœnam apud Lucam, tādemq́ue cōcludit nō eſſe vnam, eò quòd hîc prandium, illic cōmemoretur cœna: hîc qui veſtē nō habebat nuptialē eiicitur in tenebras, illic nihil huiuſmodi habetur. Per cœnā igitur vita ſignificatur æterna: hîc autem eccleſia præſens deſignatur in hac vita, quam etiam qui eiicitur intrat. Simile eſt regnum cælorum homini regi. Qua parabola domin⁹ docere propoſuit, quā-
Chryſoſt. tam prouidētiam & curam habuerit erga Iudęos, ſignificare etiam voluit eorūdem tum ingratitudinem, tum eiectio-
Gregor. nem, & gentium vocationem: quāuis ne hę quidem omnes ſunt ſaluatæ. Siquidem illum qui veſte caret nuptiali, eiici oportet: quotquot autē perſeuerant in vocatione & gratia dei, ij ſunt qui ſaluabūtur, ad nuptialia gaudia peruenturi. Quomodo autem præſens eccleſia regnum poſſit dici cæ-
Gregor. lorum, Gregorius aperit, cùm ait, Cōgregatio iuſtorum, regnum cęlorum dicitur. Quandoquidē enim dicit dominus
Eſa. 66. per prophetam, cælum ſibi thronū, & terram ſcabellū eſſe
Sap. 7. pedum ſuorum. Sapiens quoque profitetur animam iuſti ſe-
1. Cor. 1. dem eſſe ſapientiæ. Et Paulus Chriſtum virtutem ait & ſapientiā eſſe dei Sequitur ſanè ex iis tribus locis, quod quia cælū thronus dei, & anima ſedes eſt ſapiētiæ, quę deus ipſe eſt, anima quoque cælum illud ſit, quod propheta dicit eſſe dei thronum, quando nō diuerſo admodum ſenſu apoſtoli
Pſal. 18. quoque cæli appellantur à Dauide: teſte Ambroſio, Cæli

enarrant gloriam dei. Si itaq; anima cęlum eſt, nemo mire- *Ambr.*
tur cõgregationem iuſtorũ regnum dici cælorum: quoniã
quum corda eorũ in hac terra aliud nec appetãt neque deſi
derent niſi cæleſtia, vtique in iis regnat dominus, nõ ſecus
in cæleſtibus. Atque hoc illud regnũ eſt, de quo Paulus ait,
Deinde finis cum tradiderit regnũ deo & patri. Aut quod- *1. Cor. 15.*
nam tradet Chriſtus regnũ patri in fine mũdi, niſi hanc præ
ſentem eccleſiam in terris: quam vbi tradiderit deo, officia
omnia, poteſtates & magiſtratus illius deſinẽt: ſicut egregiè
exponit Auguſtinus? Regnũ enim dei ſunt illi, in quib' ip- *83. q. 6.*
ſe regnat per fidem. & hoc eſt quod ait dominus, Simile eſt
regnum cælorũ homini regi, &c. Rex ille citra dubiũ deus
pater extitit de quo ſimul & filio ſuo dicit Dauid, Deus iu- *Pſal. 71.*
dicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Quæri
autem hîc poſſet, quo pacto illa ſibi conſtaret ſimilitudo,
cùm deus pater non ſit aliquando homo factus. Aut cur hîc
dominus regnum cælorum confert homini, cùm pater ho-
mo non ſit? Aut cur tandem non prætermiſit illud, homini,
vt ſic melius ſibi cõſtaret parabola? Reſpõdet ad hæc Theo *Theoph.*
phylactus, & ait, Non apparet vt eſt, ſed qualẽ decet, vt no-
bis ſe videndum exhibeat. Nam quando vt homines mori-
mur, vt homo apparet nobis de': quando autem ambulam'
vt dij, tunc ſtat deus in ſynagoga deorum. Sin verò viuim' *Pſal. 81.*
vt feræ & b-luę immanes, etiam ſic nobis deus leo efficitur
vrſus aut pãthera. Eãdem dubitationem inducit hic etiam
Origenes: qui quanuis admodum ſit antiquus, meminit ta- *Origenes.*
men cuiuſdam antiquioris ſe, qui hoc idem ſic ſit interpre-
taturus. Ait autẽ in hũc modũ, Quemadmodũ proprietates
hominum tribuuntur deo ratione operationum, non quòd
illas ipſe propriè habeat in ſe, ſed quia in hũc modũ ille no
ſtram paſſibilem corripit naturã: ita in eo manus ſunt & pe
des, ira, pœnitentia, &c. Crediderim equidẽ Theophylactũ
præ manibus habuiſſe ſcripta Origenis, eò quòd tria hæc
quę ipſe nominat animalia, etiã Origenes expreſſit in Oſea *Oſea 13.*
dicẽte, Ero domui Iſraël quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſ
ſyriorũ. Occurrã eis quaſi vrſa raptis catulis. Quãdo igitur
homo creatura mitis & placida eſt, & in hoc euangelio dei
nobis immenſa commẽdatur bonitas, non immeritò deus
pater homini comparatur, ſiquidem & ipſe benignus, miſe-
ricors, multæ miſericordiæ, & præſtabilis eſt ſuper malitia.

¶Hominem dici deum,iam explicauimus. Eundem quoq;
Ioel 2. regem rectè appellari. vel propheta teſtatur, cùm ait, Dominus legiſlator noſter,dominus rex noſter.& antea, Ecce
Eſa.32. in iudicio iudicabit rex,& principes præerunt in iudicio.
Eſa.13. Quo facit etiã illud Apoſtoli,Regi ſeculi,immortali,inuiſi
1.Tim.1. bili,ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. Fecit hic rex nuptias filio ſuo. Nuptiæ domini cùm plurimæ
Nuptiæ diuinæ. reperiantur in ſcripturis,è quibus tres huic noſtro negocio maximè deſeruiũt, ideoq; eas breuiter recenſebimus, partim ob emendationem vitæ noſtræ & exhibitionẽ bonorũ operum, partim propter cõtemplandam immenſam illam
Ioan. 3. diuinæ bonitatis miſericordiam.Et principio quidẽ deſpõ-
Gen. 2. ſauit deus pater filium ſuum cum humanitate,quando magna quedam naturæ humanæ dilectione, vt eam redimeret ipſam illi ſociauit,vt eſſent duo in carne vna, de⁹ & homo, naturæ duæ in vna Chriſti perſona. De hac deſponſatione dici multa poſſent,ſiquidẽ ea p nuptias ſignificata eſt Aſſue
Heſter 2. ri cum regina Heſter.Quid enim aliud eſt Aſſuerus, ſi etymologiã vocabuli ſpectes,niſi beatus? aut qui ille verè beatus eſt, niſi filius dei, beatus inquam eſſentialiter & bonus? Hic ipſe nuptias anno tertio celebrauit hoc eſt, tertio tempore mũdi:quoniam nec primo illo ſub lege naturæ,neque ſecundo ſub lege ſcripta incarnatus eſt, ſed tertio demum
Galat.4. tempore gratiæ,quando iam venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret. Rectè igitur humanitas Chriſti deſignatur per Heſter, cuius appellatio ſignificat pręparatã in tempore,ſiue exaltatam ex plebe. Verè enim pręparata illa fuit diuina prouidentia ab ęterno prędeſtinata:& tamen temporaliter tantùm in opere cõpleta, ſicut
Eccle. 24 in perſona ſua dicit Sapiens, Ego primogenita ante omnẽ creaturã,ab initio & ante ſecula creata ſum.Quę omnia intelligenda veniunt ſecundũ diuinam prędeſtinationẽ. Sed & eò quoque non malè Heſter dicitur,quòd ſit exaltata ex plebe omnium hominum ſuper choros angelorũ. In cuius
Gen.28. rei figuram Iſaac præcepit filio ſuo Iacob, ne duceret vxorem Chananęam,ſed vt proficiſceretur in Meſopotamiam:
Heb.2. ita nanque etiam deus pater noluit filium ſuum coniugem aſſumere Chananæã,ſed patriæ ſuæ,hoc eſt de cęlo,vbi chori erãt angelorũ.Quod intelligẽs Paulus,ait,Quoniã non

apprehẽdit angelos,ſed ſemen Abrahæ. Atq; hoc eſt, quod oportuit eum ex ſublimibus cęlorum demitti in terrã,quæ rectè Meſopotamia dicitur ,(ne quid interim curemus hîc Græcum, vbi à medio fluuiorum ſibi nomen vſurpat)hoc eſt,exaltatio vocationis:quoniã verè humanitas Chriſti tũ exaltata,tum vocata eſt ad vnitatẽ diuinarum perſonarum. Tunc itaq; deus pater fecit nuptias deo filio.quando deum ante ſecula fieri voluit hominem in fine ſeculorũ:tunc vte rus illi virgineus thalamus fuit,iuxta illud propheticum,In ſole(hoc eſt,Maria) poſuit tabernaculum ſuum,& ipſe tan quam ſpõſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam,à ſommo cœlo egreſſio eius. *Gregor.* *Pſal.18*

¶Iniquè hoc ſanè videbitur cõparatum, & eſt illa quoque in ſe inæqualis admodum deſponſatio,regem tam & diuitem & omnipotentem , filium ſuum dare infirmæ adeò & egenti ancillulæ. Verùm in hoc magnã illius cognoſcimus bonitatem. Nanq; inde nouimus iam gratiam dei & domini noſtri Ieſu Chriſti,qui cùm diues eſſet propter nos pauper factus eſt,quod & admiratur propheta, Quare quaſi colonus factus es in terra,& quaſi viator declinans ad manendum?Et viator erat ille merendo,& quia ſimul fuit in Ieruſalem,viator nõ fuit notitia intuitiua carẽdo. Sed quid obſecto potẽtiſſimum illum ditiſſimi regis filium cõpulit adducendam ancillulã iſtam?nónne maxima humani generis charitas,iuxta illud prophetæ, AEterna charitate dilexi te, & ideo attraxi te miſerans ? Dicere quoque poſſumus in iis nuptiis feciſſe dominũ ex aqua vinum:ſiquidem ex duriſſima lege Moyſi & ex figuris,perfectã nobis fecit legẽ euangelicam,ipſámq; pro figuris dedit veritatẽ . patribus enim omnia contingebant in figuris Et quid multa?Quicunque antea ex timore implebant legem,nunc quę euangelij ſunt faciunt ex charitate,eò quòd manus Chriſti non ita graues ſunt,vt illæ Moyſi. Sed de iis nuptiis hîc nihil agitur. *2. Cor.8.* *Iere.14* *Iere. 31.* *2.Cor.10*

3 Aliæ adhuc ſunt nuptiæ Chriſti cum anima fideli,eáſq; ille quotidie celebrat in conuerſione peccatorum : & de iis dicit dominus per prophetam, Sponſabo te mihi in ſempiternum,& ſpõſabo te mihi in iuſtitia & iudicio,& in miſericordia,& in miſerationibus,& ſpõſabo te mihi in fide,& ſcies quia ego dominus. Ita & Paulus ait, Deſpondi vos vni viro virginẽ caſtam Chriſto. Has quoque nuptias dominus *Exo.17* *Oſee 2.* *2.Cor.11.*

peragit magna animarũ piarum dilectione, quáobrem zelotem ſe vocat, dicẽs, Ego domin⁹ deus tuus, fortis, zelotes nimis. Per omnia quoque omnium prophetarũ ſcripta teſtatur ille zelotypiam hâc. Sic enim ait per os Zacharię, Zelatus ſum Ieruſalẽ & Sion zelo magno. & item per Eſaiam, Iuxta me diſcooperuiſti & ſuſcepiſti adulterũ, dilataſti cubile tuum, & pepegiſti cum eis fœdus. Rurſus quoq; per alium prophetã, Fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium, & multiplicaſti fornicationẽ tuam ad irritandum me. Et hoc eſt quod dicit Bernardus, Anima ipſa quæ peccat, adulteratur in deum. Neq; de iis nuptiis credo quicquã hîc loquutũ eſſe dominum. Tertiæ porrò nuptiæ ſunt inter Chriſtum filium dei & eccleſiam: atq; de iis ſenſit in hac parabola dominus. ſic Paulus ait, Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. Et ad finem loquens ille de ſacramẽto matrimonij ſubdit, Sacramentũ hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Ita Chriſtus ipſe ſpõſam illã ſuã vocat in Canticis Ita & Ioannes in ſpiritu vidit Ieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, ſicut ſpõſam ornatam viro ſuo. Atque de iis nuptiis hæc narrat parabola iuxta communem doctorum expoſitionẽ. Multa de illis dici poſſent, ſed quia bona pars materię hui⁹ partim ad ſcholas releganda eſt, partim ad homines contẽplatiuos pertinet, nõ diſcutiemus latius. Sed tamen conſtat eccleſiã cœpiſſe in Abel primũ, non ita quod ſit illi etiã deſpõſata: verùm ſit cœpit in Abrahã, à quo peruenit ad Moyſen: tãdẽ poſt multa colloquia mutua deſponſatio hęc perfecta eſt in Chriſto. Et hoc cęteri doctores paucis ſic colligũt, Nuptiæ ſiũt in natura, ſpiritu & gloria. In natura quidem quando filius dei naturã aſſumpſit humanam In ſpiritu autem, cùm ſibi ſpiritum hominis vniuit. Atq; in gloria, hoc eſt in occulto illo diuinæ maieſtatis intuitu. De iis nuptiis ait Ioãnes, Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius prępauit ſe. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & cãdido. Præcipuè autẽ deſpõſantur deo perſonæ religioſæ, quæ ſe totas deo dedunt, ſuæ voluntati abrenunciant, per vota ſpiritualia peculiariter ſe addicẽtes Chriſto in ſeruitutem Quapropter dum inueſtiuntur, dici vel cãtari poteſt illud, Iamiam ecce rex magnus nuptias fecit filio ſuo. Sic ſancta Agnes exclamauit, Illi ſum deſpõſata, cui angeli

Exod.20 *Zachar.1* *Eſai.57.* *Eze.16* *Bernard.* *Ephe.5* *Cant.4* *Apoc.21* *Luc.11* *Gene.17.* *Exod 24* *Apoc.19.*

ſeruiunt,cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur: ei ſoli ſeruo fidem,illi me tota deuotione commẽdo,Et nos iam, chariſſimi,rogemus dominum, vt ipſe ſibi per gratiam dignetur deſponſare animas noſtras in hoc tẽpore,quatenus ab illo non ſeparemur in æuum: quod omnibus nobis cõcedat deus pater,deus filius,& deus ſpiritus ſanctus,Amen.

HOMILIA TERTIA.

PArauit ecce deus omnipotens, dilectiſſimi in Chriſto fratres,nuptias filio ſuo,cum natura humana & eccleſia ſancta ſua,miſitq́ue ſeruos ſuos,qui inuitatos ad nuptias vocarẽt:per quos Moyſen & prophetas intelligimus.(Hiero.dicit,quòd ſi legatur ſeruum referendum ſit ad Moyſen: ſin autem ſeruos ad prophetas) Et obſeruare vos hîc bis miſiſſe dominum illum ſeruos ſuos:quoniã incarnationis dominicæ prædicatores adhuc futuræ prophetas,& iam tranſactę fecit apoſtolos. Prophetas autem miſiſſe dominum,tota vndique plena eſt ſcriptura. Ecce enim per Ieremiam dicit,Miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas,de nocte cõſurgens miſi eos Sic ergo Iudæi non crediderunt miſſis à deo,ſed exaſperauerunt eum in deſerto quadraginta annis nec verbum dei,nec charitatem volentes recipere, adeò vt etiam conqueratur Sapiens,Vocaui vos,& noluiſtis: extendi manus meas,& nemo fuit qui reſpiceret. & per Iob dicit dominus. Seruum meum vocaui,& non reſpõdit: ore proprio deprecabar eum. Poſt hæc alios emiſit ſeruos apoſtolos. Peculiariter enim Chriſtus & apoſtoli ad Iudæos ſunt miſſi,iuxta illud,In vias gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini,ſed tantùm ad oues quæ perierunt domus Iſrael. & de ſeipſo ait dominus alibi, Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël.

Hieron. Gregor. Iere. 44. Theoph. Prou. 1. Iob 19. Matt. 10 Matt. 15.

¶Sequitur,Dicite inuitatis,ecce prandium meũ paraui,tauri mei & altilia occiſa ſunt,& omnia parata, venire ad nuptias. In talibus,inquit Origenes,nuptiis, intellige prãdiũ quod paratur,eſſe eloquium dei, vt fortia quæq; eloquiorum dei,tauri intelligantur,ſuauia autem eorum ſunt ſaginata. Vt ſi concionator de virginitate prędicet,en turturem tibi:quod ſi ad eam rem inducat veluti cõdimentorum loco ſacræ ſcripturę teſtimonia,ecce turturem iam ſaginatũ. Diſcant hinc prædicatores cõciones & homilias ſuas ſacris literis condire,& velut impugnare, illáſque populo prædi-

Matt. 22 Orige.

care non ex ſenſu tantùm,ſed & verbatim recitare, quantũ memoria ſuppetit. nanque ſi ille ſua tantùm afferat verba, quantũuis bona ſint ea,attamen adhuc arida, ieiuna & ſucco ac ſanguine carẽtia ſunt,nihilq; carnoſç habẽt pinguedinis,nihil medullæ,quç ex ipſis ſcripturç verbis accedit plus ſemper in corde hominis operatur viuũ illud & efficax verbum dei quàm hominis, atteſtãte idipſum etiã Paulo apo-
Heb.4. ſtolo,cũ ait,Viuus eſt ſermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus,compagum quoque ac medullarũ & diſcretor cogitationum & intẽtionũ cordis,Et non eſt vlla crea-
Grego. tura inuiſibilis in cõſpectu eius.Gregorius porrò ſupra hac re ita ſentit, vt per tauros & altilia vtriuſque teſtamenti patres accipiat.Illi enim veteris teſtamẽti patres,quando po-
Leuit.19. terãt hoſtes ſuos & odiſſe & perſequi , tauri fuerũt:quoniã inimicos ſuos cornibus impetere potuerũt humanæ fortitudinis.Per altilia autem patres noui teſtamenti intelliguntur,eò ꝙ receperint hi iam internæ dulcedinis gratiã ſimul & pinguedinem ſpiritus:ita vt confiſi de æterno illo deſiderio,eleuentur alis piæ cõtemplationis in ſublimia cœlorũ. Verẽ enim deuotio vitæ contẽplatiuæ ſpiritualiter impin-
Pſal.62. guat hominem,teſte Dauide,Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea,& labiis exultationis laudabit os meũ. Quia autem & prophetç & apoſtoli occiſi ſunt,bene dicit, Tauri mei & altilia occiſa ſunt.& quòd tauri homines graues atq; maturos ſignificent,teſtatur nobis propheta,Tauri tui & pulli aſinorum qui operantur terrã , cõmixtũ migma comedent,ſicut in area ventilatum eſt.Hoc modo pinguis fuit Monica mater Aug.quæ ſumẽs ſacramẽtum tantã perſenſit ſpiritus dulcedinẽ , vt etiã ex terra eleuata clamaret, Eia,eia euolem⁹ in cœlũ.Ita nimirũ homines pij,leues,agiles,& tamen pingues reddũtur intuitu diuinæ veritatis:iuxta quod petiit Dauid,Quis dabit mihi pennas vt columbç,
Pſal.54 & volabo,& requieſcã?Hiero. quoq; nõ diſcedit hic á ſententia Orige. volẽs per tauros & altilia accipi debere dog-
Hieronyȳ. matum magnitudinem , & doctrinam lege dei pleniſſimã.

2 Cùm vocaſſet iã dominus inuitatos ad nuptias per prophetas,illíque tamen abnuerent venire ad fidem veram & operationẽ virtutum,venit tãdem ipſe, & vocatur illos per
Matt. 11 apoſtolos ſuos atque per ſemetipſum,dicens,Venite ad me

omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos. Atqui hanc quoque vocationem mitiſſimam ſpreuerũt iſti,& abierũt,alius quidẽ in villã ſuam,alius verò ad negotiationem ſuam:reliqui autẽ tenuerunt ſeruos eius,& cõtumeliis affectos occiderunt. At tu hîc mihi magna vide diſcrimina eorũ qui venire noluerũt:ſunt quidã qui cum mali nõ ſint adeò vt cæteri,attamen ob carnalem voluptatem minus veniũt:ſiquidẽ ſuus cuiq; homini ager proprius corpus ſuum eſt. Sunt qui præ auaritiæ ſtudio venire nequeant,negotiatores lucro ita inſiſtentes, vt vultures cadaueri. Ita duo hominum genera hic Chriſtus oſtẽdit,qui ad nuptias etiã inuitati non veniunt:ij qui in voluptate carnis viuunt, & qui auaritiæ ſtudẽt. Neq; diſſimile eſt quod ait Greg. In villam ire,eſt labori terreno immoderatè incũbere:in negotiationẽ verò abire,eſt actionũ ſecularium lucris inhærere. Vtriuſq; autẽ iis deteriores ſunt, qui nõ tantùm vocationis gratiam excludunt,ſed & vocãtes ſe ſeruos perſequuntur. ij nimirũ contẽpto inuitantis affectu,humanitatẽ vertunt in crudelitatem & tyrannidem,occidentes illos, qui ſe ad tanti regis nuptias inuitarẽt. Sic Eſaiam,Zachariam, & alios pleróſq; prophetas occiderunt,Hieremiam quoque in ſpeluncã ſeu foueam abiecerunt: atque hoc eſt quod Elias dixit orãs ad dominũ,Altaria tua deſtruxerũt,prophetas tuos occiderũt gladio,& derelictus ſum ego ſolus,& quærũt animã meam vt auferant eã. ſic Dauid inquit, Effuderunt ſanguinẽ ſicut aquã in circuitu Hieruſalẽ,& nõ erat qui ſepeliret. Tyrãnus iſte potius quàm rex Manaſſes,Hieruſalẽ impleuit ſanguine innocẽtũ vſq; ad os. Et hîc quoque propriè loquitur dominus de Iudæis,deinceps tãdẽ dicturus de Gentibus. Atq; hoc ipſum eſt quod alibi dixit ille Iudæis,Mittã ad vos prophetas & apoſtolos,ex iis quoſdã occidetis & pſequemini. Stephanus quoque dixit ad illos, Quẽ prophetarũ nõ ſunt perſequuti patres veſtri? & occiderunt eos qui prænũciabãt de aduentu iuſti cuius vos nũc proditores & homicidæ fuiſtis,qui accepiſtis legẽ,&c. Sic lapidarunt Stephanũ,Paulũ virgis & flagris ceciderũt,alios aliis ſuppliciis affecerũt,tãtiſper dum Hieruſalem deuaſtaretur,ipſique in exiliũ mitterentur,venditis aliis,aliis occiſis. Et hoc eſt quod Paulus dicit,Maledicimur,& benedicimus: perſequutionem patimur,& ſuſtinemus:blaſphemamur,& obſecramus: tanquã

Theophy. *Gregor.* *Hierony.* *2.Pa. 24* *Mat. 23.* *Hiere. 38* *2. Reg. 19* *Pſal. 73.* *2.Pa. vl.* *Luc. 11* *Act. 7* *1. Cor. 11.* *1. Cor. 4.*

purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſq; adhuc. Et deinceps, Quotidie morior propter veſtram
1.Cor.15. gloriam, fratres Atq, ideo Dauid inquit, Facti ſum⁹ vt oues
Pſal.43 occiſionis. Dices, quando hic commemorat dominus illos, qui ſeruos erãt occiſuri, cur eos reticet qui ipſum occiderũt dominum? Reſpondet ad hoc Hieronymus, & dicit, quia in
Hieron. hac parabola ſponſi ſiletur occiſio, & per ſeruorum mortes contemptus oſtenditur nuptiarum. Ad hæc paulò antè iam dixerat dominus parabolam, quomodo coloni filium qui
Matt. 21 verus erat hęres, occiſum è vinea proiecerint: ideóq; cõſultò hic nõ meminit occiſionis ſpõſi, authore Chryſoſtomo.
Chryſoſt. 3 Iratus rex, inquit Theoph. mittit exercitus ſuos Roma-
Theoph. nos, qui inobedientes Iudæos perdiderũt, & ciuitatem eorum Hieruſalem ſuccenderunt. Porrò ſuperius quando in-
Hieron uitabat ad nuptias, & agebat opera clemẽtiæ: hominis nomen appoſitum eſt: nunc quãdo ad vltionem venit, homo ſiletur, & rex tantùm dicitur. Præterea obſerua illud, quando dicitur audiſſe regem, quod addit Gloſſa, vocẽ ſanguinis. ſanguis enim occiſorum clamat ad dominum, ſicut ille
Gene 4. ſanguis Abel iuſti clamauit ſuper Cain, ſic Machabæus de-
2.Mac.4 precatus eſt dominum, vt audiret vocẽ ſanguinis clamãtis ad ipſum. Sic ſancti illi occiſi clamarunt pro vindicta, dicẽ-
Apo. 6. tes. Vſquequo ſanctus & verus non vindicas ſanguinẽ noſtrum de iis qui habitant in terra? Gaudent nãque ſancti de
Pſal. 57. vindicta & vltione impiorũ, teſte Dauide cũ ait, Lætabitur iuſt⁹ cũ vĩdictã viderit, ſicut angeli magnis turbis laudarũt
Apo.19. dominum, dicẽtes, Laus, gloria & virt⁹ deo noſtro eſt: quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum. Docentur hic iudices & qui in magiſtratu poſiti ſunt, peccata publica & manifeſta per ſe punire citra omnem accuſationẽ. Greg exponens hæc verba, Ciuitatem
Grego. illorum ſuccendit, ait id eò fieri, quoniã illorum non ſolũ animæ, ſed & caro in qua habitauerãt, æternæ gehẽnæ flãma cruciatur. Sed quid hoc eſt quod exercitum ſuum miſit, niſi quia dominus omne iudicium ſuum per angelos conficit? Quorum chori quid aliud ſunt, quàm noſtri regis exer-
Eze.16. citus, vnde & ipſe de⁹ Sabaoth, hoc eſt, virtutum ſiue exercituum dicitur? Atque hoc eſt quod exercitum ſuum mittit dominus ad perdendos aduerſarios. Poteſtatẽ vindictę huius veteribus audire tantùm licuit, nobis autem iam videre

etiam licet. Vbi em̃ ſunt ſtolidi iſti tyranni, qui ſanctos dei martyres occiderunt? nónne perierunt miſere, & vltra hoc iam cruciãtur, ſupplicis depurati æternis? Vbi iam ſunt qui cordis ſui ceruicem extulerũt aduerſus conditorem redemptorémque ſuum? interciderũt vt flamma ignis, & in flammas gehennæ cõiecti ſunt. Ecce autem mortes martyrũ in fide florent, vigéntque in memoria totius eccleſiæ, quique contra eos ſæuierunt in crudelitate & tyrannide, non veniunt in memoriam noſtram, niſi vt mortui & damnati, ſicut etiam nũc Iudæos cernimus diſperſos miſerrimè & vix viuere, ſine gloria, ſine dignitate, ſine magiſtratibus & ciuili politia, per vniuerſum terrarum orbem. Et ſic in alio loco dixit dominus, Inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc & interficite ante me. *Luc. 19.*

¶ Origenes ad hæreticos referẽs illud, Puto, inquit, ciuitas impiorum eſt ſecundum vnumquodque dogma cõgregatio eorum, qui conueniunt in ſapientia principum huius ſeculi, eam nimirum ciuitatem illorum ſuccẽdit rex tanquã ex praua ædificatione extructam. Quotieſcũque igitur vides falſum aliquod ſcientię nomẽ euelli, vel eos qui veritatem verbis tantum profitentur, dic factum eſſe per exercitũ dei deuaſtantem ciuitatem eorum, qui aduerſabantur veritati. Sic diruta & ſuccenſa eſt ciuitas. Iudaicæ infidelitatis, de qua Hieremias ait, Succendit in Iacob, quaſi ignem flãmæ deuorantis in gyro. Eſaias quoque in ſpiritu præuidit illud, dicens, Succendetur vtrũque ſimul, & non erit qui extinguat. 4 Ait autem dominus, Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati ſunt, non fuerunt digni. Paratæ inquã ſunt nuptiæ præparatione æternæ prouidentiæ & diuinæ electionis, condonatione etiam gratiæ dei & ſacramento incarnationis Chriſti: & in ſumma cum omnib' iis quę ad ſalutẽ noſtram erant neceſſaria. Vſqueadeo enim bene inſtructa fuerũt omnia in iis nuptiis, hic per gratiam, illic in gloria, vt etiam dicat per prophetam dominus, Quid vltra debui facere quod non feci? Sed inuitati non fuerũt digni. Iudæi. ſ teſte Chryſoſtomo, qui dicit, Illud profectò dicere poſſumus, quia & ante crucẽ & poſt crucem ad Iudæos primùm miſit, Ante crucem enim ad oues ire iuſſit, quæ perierant domus Iſraël: poſt crucem autem iuſſit veritatẽ Iudæis atteſtari, ſiquidem quamuis in orbem vniuerſum apoſtolos.

Orige. *Thre. 2.* *Eſaie 1.* *Eſaie 5.* *Chryſoſt.* *Mat. 10.* *Mat. vlt.* *Act. 1.*

ire iuſſit prædicaturos Euangelium, tamẽ ante aſcẽſionem ſuam peculiariter teſtes illos cõſtituit eſſe ſibi in Iudęa, Samaria, & vſque ad vltimũ terræ. Hinc Paulus ait, Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum circũciſionis, optatus eſt & mihi inter Gentes. Primũ itaq; prædicauerũt Iudæos apoſtoli, diúq; permanſerunt in Iudæa, cæſi virgis, & ſæpe incluſi carceribus, lapidato iam Stephano, Iacobo decollato, capto Petro. ¶ Sed quid hoc quod dicit dominus, Iudęi qui inuitati erãt, nõ fuerunt digni? nónne ſimile eſt quod dicit ad eos Paulus, Vobis oportebat primùm loqui verbum dei, ſed quia reiiciẽtes illud, iudicatis voſmet indignos vitæ æterna, ecce trãſimus ad gentes, quoniam ſic præcepit nobis dominus. Cùm igitur indignos ſe fecerũt Iudæi fide Chriſtiana & veritate euãgelica, meritò eos dominus lutum vocat & fęces: ſic enim ait per prophetam, Parũ eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſraël cõuertẽdas. Dedi te in lucem gẽtium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. O domine Ieſu Chriſte, quãuis nos quoque ex multitudine peccatorũ noſtrorũ indigni ſumus qui veniamus ad nuptias, te tamen ſuppliciter obſecramus, vt per gratiam & miſericordiam tuam dignos nos afficias in hoc tempore nuptiis eccleſiæ tuæ ſanctæ, & poſt hãc vitam nuptiis agni in æterna patria, Amen.

Galat. 2. Act. 5. 7. & 12. Act. 13. Eſa. 49. Apo. 19

HOMILIA QVARTA.

INuitati ad nuptias Iudæi non venerunt, eò quòd indigni eſſent, vnde aliud quiddam commiſit ſeruis ſuis dominus, dicens, Ite in exitus viarum, & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Fecerunt hoc ipſum ſerui vt iuſſi fuerant, vocarúntque bonos & malos. Qui autem ſint viarum exitus, interpretatur Gregorius & ait, Si in ſacra ſcriptura vias accipimus actiones, exitus viarum intelligimus defect⁹ actionum: quia illi plerunq; facilè ad deum veniũt, quos in terrenis actibus proſpera nulla comitantur. Origenes per exitus viarum varias intelligit doctrinas & errores gẽtiliũ, qui deuiabant à vera ſemita, omnes vias ſuas educẽtes à veritate in perditionẽ & interitũ. Theophylact⁹ quoque, apoſtoli, inquit, vocârunt Gentiles in via vera, ſed alios aliò diuiſos, in viis plurib⁹ & dogmatib⁹ diſcordes imo exiſtentes iuxta exitus viarum, hoc eſt in errore & inæqualitate multa multis in erroribus omniũq; flagitiorũ genere

Grego. Orige. Theop.

verſantes,aliis alia ſibi comminiſcentibus.Erãt enim qui vt ſuæ libidini fucũ prætexerunt,Venerem credebant luxuriæ & amoris deá, vnde per idolũ iſtud multa hominibus mala cóciliauit diabolus. Auari præſidẽ ſibi quæſiuere Plutonẽ, alij Iunonẽ,ebrij Bachũ,bellatores Martẽ, alij alios. Serui ita vt iuſſi erant,fecerunt:exierunt è Iudæa apoſtoli,cęteriq́ue diſcipuli Chriſti venerunt ad Gentiles in vias,atque vt Salomõ, in plateis ait clamare ſapientiá ad filios hominũ, ita & illi palã cœperunt prædicare Chriſtũ, & ipſos inuitare ad nuptias,neminẽ prætermittẽtes,iuuenes cũ ſeniorib⁹, magnos paruóſq;,diuites ſimul inuitãrũt & pauperes: quoniam ſicut diabolus adduxerat Ethnicos per viã libidinis ad inferos,ita rurſus apoſtoli eos per ſemitam iuſtitiæ & pudicitiæ duxerũt ad Chriſtũ. Quæri poteſt autẽ hoc loco, quo tandẽ modo apoſtoli bonos & malos vocarint ad nuptias, *Sap. 7.* cũ Ethnici ſimul omnes fuerint mali? Diſſoluit hoc Hieronymus per verba apoſtoli, qm̃ gẽtes naturaliter faciẽtes ea *Hieron.* quæ legis ſunt,condemnant Iudęos. Inter ipſos quoq; Ethnicos infinita eſt diuerſitas, cùm ſciamus alios fuiſſe pro- *Roma. 2.* cliues ad vitia & ruentes ad mala,alios ob honeſtatem morum virtutibus deditos. Theophylactus arbitratur quoſdã dici malos,qui verè mali erãt:alios vocari bonos,quod illis *Theop.* paulò meliores fuerãt: ſicq; cõparati iſtis verè malis, boni nõ poterant haberi. Atq; hoc eò lubentius induco,quòd error magnus eſt eorũ,qui dicũt infideles oẽs ęqualiter puni- *Lutius.* ri, cũ interim hîc cõtrariũ ex vtraq; parte probetur. Magis hic mihi arridet ſentẽtia Gregorij,quæ & ab aliis docto- *Grego.* ribus pró receptiori habetur: per nuptias illas regis præſentẽ deſignari eccleſiam,in quam boni & mali conueniunt:illic autẽ apud inferos ſoli ſunt mali,in cœlo tantùm boni reperiuntur:hic mixta ſunt omnia,inſtar piſciculorum bonorũ & malorum in ſagena,tantiſper dum veniẽtes angeli ſegre- *Matt. 13.* gẽt malos de medio iuſtorũ. Ita ſinit paterfamiliãs ille triti cum creſcere cũ zizania vſq; ad tempus meſſis. Quo nomine etiam regnũ cœlorum decẽ virginibus comparat, quarũ *Mat. 25.* quinque fatuæ & quinque erant prudentes. Sed quid aliud eſt iſtud regnum cœlorum,niſi eccleſia præſens,cùm nõ ſit in illa ſumma fœlicitate aliqua virgo fatua? Valeant igitur neochriſtiani,qui neminẽ malũ ferre volunt in eccleſia, & quẽuis per peccatũ mortale cõtendunt amittere tum fidem,

tum charitatẽ dei, neq; amplius eſſe in eccleſia, Manifeſto ſcripturæ teſtimonio hic eorũ error falſitatis conuincitur.

2 Miniſtri dei in via, hoc eſt, apoſtoli ex Gentilibus congregârũt quoſcunq; inuenerunt. cõgregare enim opus dei

Ioan. 10. eſt, viciſſim diſpergere diaboli. Sic ergo apoſtoli aliiq; diſcipuli Chriſti gratia ſpiritus ſancti adiuti per diuerſitatem linguarũ cõgregârunt gẽtes in vnitatem fidei. Lupi igitur ſunt, quicũque per fidei ſectarũmque multitudinem eccleſiaſticam ſcindunt vnitatem. Venturos autẽ Gentiles adeò multos in eccleſiam præuidit iam olim Dauid in ſpiritu, cũ diceret, Memor ero Raab & Babylonis ſcientium me. Ecce

Pſal. 86. alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic. Sicque impletæ ſunt nuptiæ eorum, qui accubuerunt ad menſam, adimplebuntúrq; deinceps ſemper vſque ad finẽ

Grego. ſeculi. Gregorius hîc pulchrè inducit quædam ſuper illud, boni & mali, cũ ait, Si boni eſtis, quãdiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter malos tolerare debetis: nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerãtiam teſtis eſt, quia bonus nõ eſt Abel enim eſſe renuit, quem Cain malitia nõ exercet. Ita nimirum in area cùm trituratur, triticum purũ iacet ſub paleis, flores inter ſpinas creſcunt, ſimúlque cum ſpina, quæ pungit, creſcit roſa optimi odoris. Addit iis ex-

Gene. 4. empla ſcripturæ Gregor. Adam ecce primus homo duos filios habuit, quorum alter electus, alter eſt damnatus. Arca

Gene 9. tres Noë filios ſeruauit, & ex iis quoque vnus à deo relictus

Gene. 17. eſt. Abraham duos filios habuit, & nõne ex iis Iſmaël à deo

Mala. 4. proiectus eſt? Iſaac geminos ſuſcepit filios, & hĩc quoque

Gene. 39. Iacob dilexit de⁹, Eſau verò odio habuit. Iacob ille alter filios duodecim habuit, è quib⁹ Ioſeph innoxius propter ma

Ioan. 6. litiam aliorũ decem fratrũ venũdatus eſt. Apoſtolos Chriſtus elegit duodecim, & ex iis vnus erat diabolus Apoſtoli

Apo. 2. rurſus diaconos ſeptem elegerunt, quorum ſex in fide vera perſeuerãtibus, ſeptimus iſte Nicolaus autor factus eſt hæreſis Hinc iam omnes homines admonet ille, & exhortatur ad ſuſtinẽdos malos: ſiquidẽ ſi filij eſſe voluerimus ſanctorum & electorum, oportet nos per eorũdem exempla quoque ingredi: ſemp enim bon⁹ ſuſtinere malũ debet. Quod attẽdens etiam Iob dixit, Frater fui draconũ & ſocius ſtru-

Iob 30. thionum. Sic & ſponſus eccleſiæ ſuæ ſanctæ ait, Sicut liliũ

Cant. 2. inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Et domin⁹ ad ꝓphetam,

tã, Fili hominis, inquit, increduli & ſubuerſores ſunt tecũ, & cũ ſcorpionibus habitas. Sed & ex eo Petrus ipſum Loth commendat amplius, quod inter peſſimos habitarit in Sodoma. & Paulus Philippenſes ſuos laudat, quod ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ habitarent: inter quos lucerent ſicut luminaria in mũdo. Quid multa? etiam ſi per omnia omnium ſanctorum diſcurramus exempla, videbimus illum bonum nõ eſſe, quẽ non iniquitas exercet malorũ. Hæc eò magis libuit inducere, vt ipſi quoq; qui in hæc nouiſſima tempora incidim⁹, diſcamus etiã malos tolerare patienter: ſiquidem & nos à deo ſub hæreticis peruerſiſque hominibus probamur. Poteſt quiſpiam ex zelo bono & amore iuſtitiæ indignari atque ſuccẽſere malis, dicendo cum Paulo, Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Quiq; in magiſtratu poſiti ſunt, debent ex officio huiuſmodi homines pœna condigna afficere, parati exiſtẽtes vlciſci omnem inobedientiam: alij autem tolerẽt eos, orẽt pro ipſis, vt ad fidem rectam perueniant: quoniam cùm patiẽter eorum toleramus malitiam, multùm ſanè meremur, eò quòd oportet hæreſes eſſe, quibus qui probati ſunt, manifeſti fiant. Et vos itaque iſtos tolerate neochriſtianos, patientiæ veſtræ mercedem expectantes à domino. Ingreſſus (ait Theophylactus) ad nuptias, ſine diiudicatione fit: at vita eorum qui ingreſſi ſunt poſt hac nõ indiſquiſita erit, ſed examen valde magnum faciet rex eorũ qui poſt ingreſſum in ſordido habitu inuenientur. Horreamus igitur cogitantes, quia niſi quis habeat vitam purã, nihil ei proderit nuda fides. (audis Lutherane, ſola & nuda fides te nõ ſaluabit, ſicut tu perditiſſimè miſeram ſeducis plebeculam.) Atqui vn⁹ iſte omnes qui ſociati ſunt malitia, intelliguntur: ingreſſus autem ille in nouiſſimo die fiet, vel quandocũque dominus iudicaturus eſt aliquem. Et Christiani quidem dicũtur ad miſſam recumbere in nuptiis, eò quòd in fide & cultu diuino cõquieſcunt. Porrò de veſte nuptiali ſic ait Gregorius, Si veſtem nuptialem baptiſma vel fidem dicimus, quis ſine baptiſmate & fide has nuptias intrauit? Quid ergo debem⁹ intelligere per veſtẽ nuptialem, niſi charitatẽ? intrat enim ad nuptias, ſed cùm veſte nuptiali non intrat, qui in ſancta eccleſia fidem habet, ſed charitatem nõ habet, Veſtem hãc Chriſtus quoque induit ipſe ad illas nuptias. ſiquidem ex

Ezech. 1. *2. Pet. 2.* *Philip. 2.* *Galat. 4* *2. Cor. 10* *Theophy.* *Hierony.* *Origenes.* *Gregori⁹.*

ſola charitate facta eſt, tum incarnatio Chriſti, tũ ex ædifi-
Ioan. 3. catio eccleſiæ. Sic enim deus dilexit mundum, vt filiũ ſuum vnigenitũ daret pro nobis. Et nos itaq; dilectiſſimi in Chriſto, meminerimus nos omnes inuitatos eſſe ad has nuptias, modo dilectionem ſeruemus mutuã, ne reiiciamur. Si quis ad nuptias mũdi huius inuitatus acceſſurus eſt, nónne quæ habet ſplẽdidiſſima induit veſtimẽta? & nos ad nuptias dei properamus in veſte ſordida, habitum iſtum nihil immutaturi?
Hierony. Hieronymus quoque hoc loco ſic ait, Veſtis nuptialis præcepta ſunt domini & opera quæ complentur ex lege & euangelio, nouíque hominis efficiunt veſtimentum. Pannis autẽ veteribus & laceris quicũque ſunt obſiti, quos ex illo veteri Adam velut hæreditarios habẽt, iis dicit dominus illud quod & huic euangelio, Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? En hîc corruunt proſtratæ hæreſes variæ Lutheri & Zuinglij. Nam primò aberrãt, quòd tam pertinaciter negant malos eſſe in eccleſia, cũ hic in nuptiis fuerit malus, & ideo eiectus. Deinde & iſte error concidit, quod aſtruunt fidem ſolam & nudam ſufficere: hic ille ingreſſus eſt nuptias, & non niſi cum fide, nam infideles ſunt foris, Paulo teſtante. & tamen nuda fides nõ bene eum veſtiuit. Porrò & in hoc à vero plurimùm deuiant quod aſſerunt amittentem charitatem, & fidem perdere, niſi in nuptiis recumbens veſtem charitatis amiſerit, incolumi fide: at de his aliâs prolixiùs. ¶ Mirandum (inquit Gregorius) eſt valde, quòd hunc amicum vocat dominus & reprobat, ac ſi
Grgor. apertiùs dicat, Amice, & non amice, Amice per fidem, & nõ amice per operationem ſeu charitatem: atque hinc ſtatim diſſolutio patet. amicus enim ille erat, eò quòd ad menſam reſidebat: & idem non amicus, quoniam operibus charita-
Eccle. 37. tis carebat: cuiuſmodi hominem amicũ ſolo nomine vocat ſapiens, in quam ſenſum dominus Iudam quoque ſic cõpellauit, Amice, ad quid veniſti? ¶ Neque habuit ille miſer quod reſpõdere commodè potuiſſet, obmutuit ergo. Quia (quod dici ſine gemitu nõ poteſt) in illa diſtrictiõe vltimæ increpationis omne argumẽtũ ceſſat excuſationis. Quippe quia ille feris increpat. qui teſtis cõſcientiæ intus animum
Gregor. accuſat: & in illo tempore non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas: cùm omnes angeli & mundus ipſe teſtes ſint peccatorum. (vide ſuprà parte prima de aduentu.)

3 Tunc dixit rex miniſtris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores Cõmemorat hîc dominus membra corporalia, inquit Hieronymus, ad cõprobandã reſurrectionis veritatẽ aduerſus Sadducæos. Aut cur tandẽ manus illi ligantur & pedes? quoniã non poſſunt amplius currere ad malũ, ſicut in hoc mũdo fecerunt: ſed & bonum tunc facere nequeunt, quod hîc intermiſerãt: iuxta illud, Lignũ vbi ceciderit, ibi manet. Vel etiã manus, vt inquit Gregorius, & pedes ligãtur per diſtrictionẽ ſententiæ, qui modò prauis operib' ligari noluerũt per meliorationẽ vitæ: aut illic manus & pedes ſuppliciis ligantur, qui hic ligabãtur peccatis. Quiſquis igitur pedes ſuos noluit hic adhibere ad cultũ dei, & manus extẽdere ad eleemoſynas pauperum, huic merito ligãtur in gehẽna. Qui ſunt autẽ ſerui illi, quibus hic pręcepit domin' eiicere iſtum malè veſtitũ? Angeli nimirũ ij ſunt tortores, diaboli: iuxta illud, Immiſit in eos iram indignationis ſuæ, immiſſiones per angelos malos. Cõmittit etiam miniſtris domin' illum ligatis manib' & pedibus eiicere in tenebras exteriores: quoniam cõuenit eos qui intrinſecus obcæcati ſunt in cordib' ſuis per peccatũ in hoc mũdo, illic proiici in tenebras exteriores. Theophy. Stridorem dẽtiũ putat intelligi vanam peccatorũ pœnitentiam, quæ quid faciat ibi, vbi nec meritis nec pœnitẽtiæ locus vllus erit? Tu itaque quiſquis prouidam animæ tuæ curam gerere vis, vt in hac vita veſtem nuptialem ſanctiſſimæ charitatis acquiras, ne differ in illud tempus, quo & manus ligabuntur & pedes, Nullum ibi inuenies ſartorem, qui veſtem hanc nuptialem ſciſſam conſuat, vel ſi nullam habeas, paret nouam. Omnino quicunque hîc nõ ſeminat, nõ habebit illic quod metat. Hîc qui ſe ligat & obſtringit peccatis, eũ iſthic angelus tortor ſuppliciis alligabit æternis: quoniã iniquitates capiũt impium, & funibus peccatorum cõſtringitur. Sic Manaſſes dicebat, Incuruat' ſũ multis vinculis ferri, & non poſſum attrahere ſpiritum. Væ homini huiuſmodi miſero & infœlici, quiſquis ſic manibus & pedibus ligat' eſt, vt nequeat euadere tenebras exteriores. Itaque de peccatore ait Dauid, Ingredietur ĩ progenies patrum, & vſq; in æternũ non uidebit lumen. Et Eſaias, Precatur auferri impiũ, ne videat gloriã dei. Tremendũ valde eſt quod ſequitur, fratres chariſſimi, Multi quidem ſũt vocati,

Hierony. *Eccle. 11.* *Grego.* *Pſal. 77.* *Theophy.* *2. Cor. 9.* *Prouer. 2.* *2. Par. 36* *Eſa. 22.* *Grego.*

ſed pauci electi. Ecce nos omnes per vniuerſum chriſtianiſ mum vocati ſumus ad nuptias regis cæleſtis,omnes etiã ve nimus per fidem,iamq́ue veſcimur pane nuptiali, participã tes venerabile ſacramẽtum:in die autem nouiſſimo veniet rex nuptiarum,ibi ſibi caueat quiſq; ne audiat illud horren dum,Amice,vt quid intraſti,nõ habens veſtem nuptialem? Cæterum vocatiǹe ſimus,an non,incertum eſt nobis:vſque adeò inſtabilis eſt hæc vita noſtra.is cùm bene ſit exorſus, male definit:eſt alius qui ſemper perſeueret in malo:rurſus alij huc illuc velut vẽto impulſi agitantur. Et ô beatum ve réque fœlicem,qui in bono fine deprehenditur, ſic vt non vocatus tantùm,ſed etiam ſit electus in hoc,vt poſt hanc vi tam illam conſequatur æternam:quam largiatur nobis om nibus Ieſus Chriſtus dominus noſter, Amen.

¶ Induc hîc,ſi vis,exemplũ Gregorij de tribus amicis ſuis.

¶DOMINICA XXII. POST PENTECO STEN, EVANGELIVM. IOANNIS 4.

IN illo tempore, Erat quidam regulus,cuius filius infirmabatur Capharnaum:hic cùm audiſſet quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam,abijt ad eum,& rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret filium eius incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eum, Niſi ſigna & prodigia videritis,non creditis. Dicit ad eum regulus, Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus,& ibat. Iam autẽ eo deſcẽdente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam in qua melius habuerit, & dixerunt ei. Quia heri hora ſeptima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat qua dixit ei Ieſus, fili⁹ tu⁹ viuit:& credidit ipſe,& domus eius tota.

Mat. 8. Luc. 7. Mat. 9. Mar. 5. Luc. 8.

HOMILIA PRIMA.

Gregori⁹. QVando euangelica hæc lectio hiſtoria mera eſt: qua dominus ſuam tum diuinitatem tum omnipotentiam declarauit, minus longa indiget enarratione:ne tamẽ Chryſoſto illam omnino tranſgrediamur intactam, parænetice eam ſaltem percurremus. Erat quidam regulus inquam, ſiue quod regio eſſet genere,ſiue alia principatus dignitate fun- Theophy. geretur. Eius fili⁹ infirmabatur Capharnaum: qui morbus.

filij patrem ſanauit in mente: quoniam cùm audiſſet magnum miraculum à Chriſto exhibitum in facto ex aqua vino, multum quidem Chriſto tribuit, ſed tamen minus adhuc, ſi diuinam chriſti maieſtatem reſpicias ſicut deinceps dicturi ſumus. Capharnaum autem tantundem eſt, aeſi dicas, villa conſolationis. Audiens ergo ille dominum venire ex Iudæa in Galilæam, adiit eum & rogauit, vt deſcendens ſanaret filium eius: vnde conſtat, quòd is quia ignorabat Chriſtum natura eſſe deum, illum vt hominem adiit: & tamen dominum vocat, de euius magnifiea parum ſentiebat dignitate. Quoniam ſi credidiſſet poſſe Chriſtum ſolo verbo ſanare filium ſuum, non opus fuerat rogare eum vt deſcenderet ad illum. Conſtat etiam hinc, quantò perfectior fuerit Centurio ille hoc regulo: quoniam iſte nō tantùm non petiit vt veniret dominus ad ſeruum ſuum: ſed & ipſum per ſe venire volentem admittere noluit, indignum ratus eſſe, ſub cuius tectum ille ingrederetur: multò autem debiliorem fidem habuit hic regulus, dum putabat nō poſſe Chriſtum niſi coram ſanare filium ſuū. Dixit ergo Ieſus ad eum, Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. vbi Gregorius ait, Qui filio ſuo ſanitatem quærit, etiam credidit. credidit igitur etiam prius quàm ſignum in filio ſuo videret. Si autem petitionem illius rectè aſpicimus, videmus eum in fide dubitaſſe, dum corporalem domini præſentiam deſiderauit, qui ſpiritu vbique eſt. perfectus enim nouiſſet nullum locum eſſe in quo deus non eſſet. Et hic quidem reguli error fuit, quòd putauit Chriſtum corpore abſentē ſanare non poſſe filium ſuum. In eadem cōſimilis erroris naui fuit & Naaman Syrus, qui indignabundus dixit, Putabā quòd Eliſeus egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen domini dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me Neque multum ab hoc errore abfuit Martha, cùm diceret, Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. ¶Poſſent hic iam porrò multa quæri. Primùm, quando conſtat ſignis hominem adduci ad credendum, cur tandem hic regulus eò reprehenditur, quòd ſignū petierat: iuxta illud quod Chriſtus ipſe ait, Si non opera feciſſem, quæ alius nemo fecit, peccatum non haberent. Reſpondetur, quòd hic iā audierat de grādi illo miraculo trāſmutari vini in Chana, cum hæc loqueretur domino, & quis dubitet

Ioan. 2. *Cyrillus.* *Chryſoſt.* *Theophy.* *Matt. 9.* *Gregori⁹.* *Augu.* *4. Reg. 8* *Ioan. 11.* *Ioan. 15.*

ipſum quoque fuiſſe Hieroſolymis in feſto paſchę, quando multa miracula fecerat dominus? quamobrē honeſtiùs etiam ipſum exceperant Galilæi. Atq; ſuper hoc omnia non perfectè credidit regulus iſte diuinitatem Chriſti & omnipotentiam, vt ſic meritò eum reprehenderit dominus.

2 Suſpicetur adhuc quiſpiā, vnde infidelitatis inſimulet Chriſtus regulum iſtum, qui ſi nō crediſſet, ſequutus eū non fuiſſet à Galilæa vſque in Chanam. Credidit ille ſanè,
Ioan. 4. vt iam diximus, & plurimùm Chriſto tribuit: ſed quæcunq; ea fides erat, inconſtans certè, & multum varia erat, dū non credebat dominum eſſe vbiq;, & ibi operiri poſſe, vbi etiam corporaliter non eſſet præſto: quodq; virtute propria curare poſſet filium ſuū, ſed per interceſſionem tantum, & contactū infirmi: ſicut de Elia & Eliſeo legitur. Id omne quicquid erat, ſuperſtitio certè magis quā fides erat, vnde & reprehenſionem merebatur. Iterum cogitet quiſpiā apud ſe:
Mat. 8. nō admodum dehoneſtarat regulus hic dominum, quoniā quod centurio per medium petiit ab illo, hoc iſte ſine medio rogauit ab eo perſonaliter ſibi præſtari. At hoc quoq; prompta nobis reſponſio eſt, quoniam omnium potentiſſima virtus eſt & fortitudo, quæ vbiq; operatur ipſa ſine medio: quo quæcunq; vtitur, minus tam perfecta tum potens eſſe cognoſcitur. Credidit igitur Cēturio poſſe dominum ſine medio omnia operari, omnéſque illius imperio ſubditas eſſe creaturas, magis quàm ſui ſibi parerēt ſerui. Dominum igitur maxima dignitate affecit, illiusq; virtutem potentiſſimè confeſſus eſt, quæ citra mediū operatur vbique, quod hic regulus nō cognouit: atque ideo Centurio laudē, regulus autem meruit reprehenſionem. Sequitur inde, non eò redargutum à domino regulum, quod ſanitatem filij ſui pareret, ſed ob fidei ſuæ imbecilitatem: vnde & nos monemur in neceſſitatibus noſtris cōfugere ad dominum, & ob
Pſal. 119. eo opem petere: iuxta illud, Ad dominum cùm tribularer clamaui. & itidem iſtud Ioſaphat, Quum quid agamus ne ſcimus, hoc vnum habemus, vt occulos noſtros ad te diriga
2. Par. 20. mus, ô deus. Clamantes autem ad dominū, oremus cū fiducia maxima, ſpe robuſta, ītegra & infracta fidei: docēte idipſum nos Iacobo, Si quis ex vobis indiget ſapientia, poſtu
Iacobi 1. let à deo qui dat omnibus afflūēter, nec cuiquā ex probrat & dabitur illi: oret autem in fide, nihil hæſitans Magna igi

tur & forti fiducia clamemus ſemper ad dominũ, nihil cum hoc regulo hæſitantes in fide. Multùm durus eſt huic regulo B. Aug. aitq́; hominem eum fuiſſe in fide tepidũ aut frigidum aut omnino nullũ: ſed quia audierat vndiq; ſigna & miracula Chriſti prædicari, voluiſſe iam ipſum famæ huius periculum facere in filio ſuo, an rumori reſponderent opera eius, quãtumq́; poſſet ille præſtare: quod ſit ita eſſet, quid mirum ſit tam duriter ſit à domino reprehẽſus? Eius rei argumentum hoc quoq; eſt, quoniam cõperto iam illo ex ſermone domini, quod filius ſuus viueret, ſeruum ſibi obuiãtem ſtatim de hora interrogauit, qua reliquiſſet eũ febris, probaturus hoc modo an aliâs quocunque pacto vel etiam fortuito aut ex præcepto & imperio Chriſti ſanatus fuerit. *Auguſt.* *Chryſoſt.*

¶Sunt alij qui mitius tractẽt hunc regulũ, excuſantes eum, dicẽtéſq; loquutum hic eſſe Chriſtum nõ de perſona reguli, ſed de ipſis in vniuerſum Capharnaitis, ex quorũ ciuitate & hic regulus extitit. Vel ſic, quod hoc ſermone Iudæos voluit conferre Gentibus, eò ꝙ Samaritani verbis Chriſti ſiue miraculorũ exhibitione crediderint, quod paulò ante hoc euangeliũ Ioannes oſtendit. Putãt ergo generaliter loqui dominum, Niſi ſigna videritis. Quicquid autem ſit hoc, & vt maximè Iudæos in vniuerſum omnes reprehenderit hic dominus, conſtat regulum hunc ex eorũ quoq; fuiſſe numero, quos Chriſtus ad fidem conuertere nõ potuit, niſi miraculis: ſic Paulus Iudæos ſigna, Græcos autẽ ſapientiam ait, appetere. (ideo non aſſentior Lyræ, quòd fuerit Gentilis.) Quo pacto autẽ ſigna data ſint infidelibus, quóq; modo cõfirment verbum dei, audietis in feſto aſcenſionis domini. *Ioan. 4.* *1. Cor. 1.*

3 Paulò melius age tu mihi iã hæc exige verba. Regulus rogat domimum vt, ſanet ſibi filium ſuum: contrà dominus illi infidelitatẽ obiicit, quaſi diceret, Ægrotus quidem eſt filius tuus & graui morbo decũbit, ſed tu adhuc duriùs laboras, tuq́; filij tui petis ſanitatem, ego etiã te magis ſanum vellẽ vt crederes. Manens autẽ & perſeuerans in ſua exigua illa fiducia regulus, dixit ad dominũ: Domine, deſcẽde priuſquam moriatur filius meus. Reprehẽderat eum dominus ſed ipſe ſe nõ emendatât, nimium feſtinans: & veritus ne ſi moreretur filius, actum eſſet, nũquam reſurgeret etiam a domino reſuſcitatus: cùm tamen Chriſtus ille ipſe ſit, de quo Paulus ait, Poſui te ante deum cui credidiſti, qui viuificat *Rom. 4.*

Grego. mortuos,& vocat ea quæ nõ ſunt tãquam ea quæ ſunt. Sed quid eſt hoc quod dicit ad eũ dominus, Vade, filius tuus viuit, niſi quia humana ſuperbia hîc retũditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginẽ dei facti ſunt, ſed honores & diuitias veneramur: dumque penſamus quę circa eos ſunt, negligimus penſare ipſos? Aliter longe redemptor noſter, qui vt oſtẽderet cõtemnẽdũ eſſe bonis omnibus, quicquid mundanis pro bono habetur, renuit venire ad filiũ reguli, & vltrò ſe obtulit deſcendere ad ſeruum Centurionis. Non facit hoc humana ſuperbia longè inſolẽtior quã vt ſe demittat ad mancipium & abiectum ſeruum, cùm interim filius dei ex ſublimibus cælorum demiſerit ſe ad occurrendum ſeruo ægrotãti: & nos qua ſumus inſolẽtia, ex luto terræ compacti, nolumus nos mutuò humiliare in terris. Atq; hoc eſt quod phariſæos redarguit domin⁹, eò quòd ſe corã hominibus iuſtificarent, agnoſcente interim deo corda eorum: quoniã quod ſublime & excelſum eſt hominib⁹, abominatio eſt coram deo. Vade, inquit dominus, filius tuus viuit. Nó ſemper iniquam diſpoſitionẽ noſtram reſpicit dominus, ſed ipſe tãquam deus verus auxiliatur etiã peccatoribus, vnde & Chriſtus hîc ipſo opere docet ignorãtẽ, dans ei quod petierat citra omne meritũ ſuum. Nam cũ ait, Vade, volebat ei perſuadere fidem, cũ ſubdit, filius tuus viuit, largitur quod optauerat, & vtrunque quidẽ maieſtate magna: quaſi diceret, Vade, nõ credis tu dum mecũ es agnoſce me deum, viuit ecce iam filius tuus. Quantò inferior Cẽturione eſt hic regulus? ille tantã tũ fidẽ, tum humilitatẽ, tum deuotionem habebat, vt etiam nolẽtẽ eum dominus corporali ſua præſentia cohoneſtaret: huius autẽ infidelitatẽ dũ
Augu. erudiuit, ſimul ad fidẽ erexit. Ad hæc inducit Auguſt. illum
Rom. 11. Pauli locũ, Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autẽ cum oleaſter eſſes, iſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuę fact⁹ es, noli gloriari aduerſus ramos. Radix in patriarchis eſt, mauétq; ſancta. Rami autẽ Iudęi, q̃ ĩfideles & ſuperbi confringuntur: quiq; de oleaſtro ſunt Gẽtiles, inſerũtur eccleſiæ dei, ita fit, vt naturali ramo Iudęo exciſo, qui de oleaſtro fuerat, Gẽtilis iſte Centurio insereretur, adeò vt diceret dominus, tantam fidem non inueniſſe ſe in Iſraël.
¶Sequitur in euãgelio, Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ieſus, & ibat. Sic duob⁹ ille iiſdẽ verbis curauit, nã &

reguli animũ ad fidem induxit,& à corporis morbo adoleſcẽtem eripuit. Atque hinc patet, quomodo creſcat fides. (licet hęretici derideant intenſiones formarũ ſpiritualiũ) parum enim credidit hic regulus, non venturus ad dominum, niſi crediſſet. Credidit amplius, quando ad verba Chriſti regreditur in Capharnaum: tandem credidit in integrum, quando comperit filium ſuum ſanatum eſſe ea hora, qua dixerat ei dominus, filius tuus viuit. 4 Quantum porrò antea regulus hic inſtiterat vt ipſe veniret dominus, iã parum iam curauit, totàque illa opinione excidit, credẽs etiam abſentem poſſe curare dominũ ſuum filium, per efficax illud & omnipotens verbum ſuum, iuxta illud Sapientis, Neque herba neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſermo q ſanat omnia. Quod etiam agnoſcẽs Dauid, dixit, Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. Ita ille iam credidit verbis Chriſti, atq; reuertenti ex Chana in Galilæam, occurrerunt ſerui ſui, allaturi ei nuncium bonum, quod viueret iam filius ſuus. Serui autem fortaſſis non vt nũciaturi tantùm, ſed vt ſuperfluum fore Chriſti aduentum dicerent, obuiam ierãt. Theoph. putat obſtupefactos repentina morbi mutatione ſeruos occurriſſe domino: quoniam nõ cõmuni febricitantium more ſanatus eſt, ſed ſubitò omninò & repente: vnde conſtaret eſſe hoc Chriſti, nõ naturæ opus. Cyrillus, Serui, inquit, occurrerunt, velocitatem & vim verborum Chriſti renunciantes, domino ſic diſpenſante, vt ab euentu rerũ reguli fides cõfirmaretur. Sequitur enim, Interrogauit horã ab eis in qua melius habuerat: & dixerunt ei, Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris, connumerando horas more Iudæorum ſimul cũ die. Et hoc præcipuè obſerua, quod dicunt ſerui, filius tuus viuit, ſicut antea dominus dixerat, vel diſponente ſic voluntate diuina, vel quia illi iam de vita ſua deſperauerant, & pro mortuo eum habebant: ſicut & pater domino prædixerat, incipere eum iam mori. Aiunt ergo, filius tuus viuit, quaſi dicerent, Iam mortuus erat, & rurſus viuit & addunt, reliquit eum febris: quo poterant & ipſi ad fidem ſerui adduci. ¶ Nũc tandẽ agnouit regulus eã ipſam eſſe horam qua Chriſtus ei dixerat, filius tuus viuit: vnde colligebat verba Chriſti ĩ cauſa fuiſſe ſanitatis filij ſui. Credidità; ipſe & dom⁹ eius tota: atq; hoc eſt, quod iam perfectè credidit pater, verè etiã ſanatus in anima. ¶ Hoc iterum

Cyrillus. *Sap. 16.* *Pſal. 10.* *Chryſoſt.* *Theophy.* *Cyrillus.* *Chryſoſt.*

ſecũdum ſignum fecit Ieſus, cùm veniſſet à Iudæa in Galilęam. Ideo commemorat euãgeliſta, vt manifeſtaretur laus Samaritanorũ, qui ſine miraculo illo plus credebant, quàm

Ioan 4. Galilæi iã poſt alterũ ſignũ. Illic nanq; ad ſermonẽ Chriſti credidit mulier Samaritana cũ tota ciuitate ſua Sichar: hic ad miraculum tantũ ſolus credidit cũ familia ſua regul⁹, vt

Act. 7. rectè exprobrarit illud Iudæis Stephanus, Dura ceruice & incircuncisi cordibus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. ¶ Quis porrò dubitet omnia hæc ita iuxta hiſtoriam cõtigiſſe vt enarrat euãgeliſta? ſed tamen quia opera Chriſti etiam ſigna ſunt, patres illud etiam myſticè exponunt. (poſſes hic facere ſexruplices expoſitiones, adeò abũdant ſymbola.) facilè nanque per regulũ ipſum noſtrum intelliges animã: qui, quia exiguæ eſt poteſtatis, bene regul⁹ dicitur, cuius filius ſpiritus eſt in carne: febris autem feruor & æſtus

Rom. 7. eſt peruerſæ concupiſcentiæ, iuxta illud Sapiẽtis, Anima ca

Eccle. 4. lida ſicut ignis exardeſcens. Iſtum ergo per gratiam ſuã ſanat dominus. Septem horæ multis modis exponi poſſunt: vna enim & prima hora in cõtritione cordis eſt: tres in confeſſione, eò quò illam veracẽ integrã & ſimplicẽ eſſe oportet: & tres rurſus in ſatisfactione, ieiuniũ, oratio & eleemoſyna. Poſſunt etiã illæ referri ad ſeptẽ illuminatiões ſolis iuſtitiæ in incarnatione, natiuitate, circũciſione, baptiſmo, ie-

Pulchra ſunt hæc de ſeptenario. iunio, prædicatiõe & miraculis, paſſione & morte. Poſſunt & exponi ſecũdum ſeptẽ articulos paſſionis dominicę, vel etiam referantur ad ſeptẽ illa, quibus homo liberatur à peccatis: quorũ primũ eſt peccati grauitas. 2, amaritudo eiuſdẽ. 3, tædium ex illo conceptum. 4, horror peccandi. 5, ignominia. 6, abominatio hominum & contemptus coram mũdo. 7, aduerſitas quæ alicui ex peccato accidit. Aut ſi mauis, refer has ſeptem horas ad ſeptẽ gradus, quibus homo ad verã animi contritionem aſcendit ad pœnitẽtiam. ex iis primus eſt, pœnitẽtiæ neceſſitas, eò quòd ſine illa nemo intrare po

Septẽ gradus ad pœnitẽtiam. teſt regnum cælorũ. 2, facilitas eiuſdem. 3, inſignis fructus & immenſa pœnitẽtię vtilitas: cõcludit enim illa infernum, aperit cælum, recõciliat nos deo, virtutes & opera bona reuocat. 4, æquitas pœnitẽdi: quoniam quũ Chriſtus pro nobis paſſus ſit amariſſimè, nõ & nos aliquid patiemur ꝓ peccatis noſtris? 5, ingens peccati incommodum. (dic latiſſimè ex ſũma Paraldi) 6, magnitudo & acerbitas pœnæ peccati.

7. incertitudo horæ mortis. quamobrem & dominus dixit, Vigilate, quia neſcitis quando dominus domus venturus ſit. *Mar. 13.* Poſſent id genus plures aliæ viç oſtendi, ſed tranſeo. Theophy. hic breuiter inquit, Omnis homo eſt regulus quidam, *Theoph.* non ſolùm quia cognatus propter animã regi omnium, ſed *Gen. 2.* & quòd ipſe regiam dignitatem ſuper omnes accepit creaturas: & is quidé ſentit ſpiritum ſuum elãgueſcere voluptatum vrgente concupiſcentia. Cùm autem ad dominum currit, orans illum vt deſcendat, hoc eſt miſericordiam ſibi exhibeat & peccata dimittat, prius quàm moriatur in ægritudine voluptatum. Siquidé vbi nõ miſertus noſtri dominus iniquitates nobis noſtras obſeruaret ad vindictã, quis obſecro ſuſtineret? (Sin verò ad dominum veniens veniam poſtulet; tunc animus ſuus & ſanitatem recipiet, dicente ſibi *Pſal. 129* domino, Vade, filius tuus viuit. hoc eſt, ne deſiſtas à bono ſed pergens accumula bona opera, & viuet filius tuus. Quiſquis enim non pergit & procedit ſemper continuo gradu indefeſſus, eius anima ſalua non fiet. iuxta illud Bernardi, Stare in via dei eſt retrocedere. Oremus iam dominum deum, &c.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN, EVANGEL. Math. 28.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Aſſimilatum eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem milia talenta. Cùm autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem ſeruus ille, adorabat eum, dicens, Domine patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnũ de conſeruis ſuis, qui debebat ei centũ denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicẽs, Redde mihi quod debes. Et procidens conſeruus eius ad pedes eius, rogauit eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eũ in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus ſuus, *Luc. 12.* *& ait illi, Serue nequam, omne debitum illud dimiſi tibi, quoniam*

rogaſti me,nónne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius,tradidit eum tortoribus quoadusque redderet vniuerſum debitum ei. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis:ſi nõ remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

HOMILIA PRIMA.

SÆpe multúmque,fratres in Chriſto chariſſimi, nos docuit dominus,quo pacto recõciliari debeamus deo, quẽ præ omnibus & ſuper omnia nobis proponamus diligendum. Nunc autem docemur ab eo fruſtra nos meditari reconciliationem cum deo,niſi etiã proximo noſtro noxam remittamus,quæ ſumma ſententia & quidam quaſi ſcopus eſt huius euangelij. Cauete igitur vobis ab inuidia & odio ne cum iſto immitti & immiſericordi ſeruo tradamini tortoribus,perpetuis ſuppliciis cruciandi. Sed nos iam ſaluberrima hæc ſancti euãgelij verba in manus ſumamus,eadémque ex ſententia ſanctorum patrum interpretemur. Aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Non ſemel iam admonuimus præſentem hanc eccleſiam , quam & militantem dicimus, regnum appellari cœlorũ, ex multis rationibus ibidem indicatis nunc breuiter quatuor tantùm libet commemorare. ¶ Primùm,quod ſicut per gloriam in cœlis habitat deus ita per gratiam ſuam in eccleſia , cui ſe promiſit præſto affuturum vſque ad conſummationem ſeculi.

Eccleſia regnum cœlorum. *Mat. vl.* *Philip. 3*

2 Sicut regnum cęlorum exaltatum & eleuatum eſt ſuper omnia alia terrena,ita eccleſia iuſtorum ſubleuata eſt ſuper contemptum rerum temporalium , ſiquidem & noſtra conuerſatio in cœlis eſt. 3 Quemadmodum in cœlo alia aliis ſunt lucidiora,alia etiam obſcuriora, ſempérque ab aliis alia lumen veluti fœnerantur;ſic & in eccleſia alij maioris ſunt meriti aliis,& nonnulli doctrina ſua illuminant alios:iuxta illud Danielis,Qui docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti. 4 Sicut vniuerſa virtus corporalis exit à deo in hæc inferiora ſuper terram, & per ſtellas quoque cœli lumen, motus & influentia: ita etiam omnis diuina virtus exit à deo per eccleſiam iuſtorum in omnes homines,eò quòd extra illam ſaluari nemo poteſt,ſicut extra arcam Noe non manſit aliquod animal viuum. Quando igitur dominus comparat regnum cœlorum , eccleſiam hanc pręſentem,regi domino,qui poſiturus ſit rationẽ cum

Dan. 12. *Gene. 7*

ſeruis ſuis: vult ille hoc inde colligere, Magis debitores ſumus deo, ipſúmque plus incitamus & prouocamus peccando, quàm ſi delinquamus aduerſus proximũ noſtrum: quia tanta eſt offenſa, quantus ille qui offenditur. Quòd ſi dominus infinitus eſt, ita vt eſt, aliquo modo etiam peccatum redditur infinitum, ſicut ob id illud dominus in infinitum punit. Quanuis autem ex parte noſtra offenſa magna eſt, tam miſericors tamen & propitius eſt deus, vt paratus ſit dimittere, quotieſcũque veraciter pœnitemus: quomodo interrogãti Petro, quoties dimittere deberet fratri aduerſum ſe peccanti, reſpõdit non tantum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Quum itaque miſericors adeo ſit dominus in remittendo nobis peccato, quid nos facere æquum eſt erga proximos noſtros, quando ſic etiam ille orare nos docuit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: ſicut deinceps latiùs dicturi ſumus? Et ideo cũ paulò ante hoc euangelium docuiſſet, quoties ſuo quiſque dimittere deberet proximo, vt idipſum melius animis eorũ infigeret, parabolam ſubiunxit: quoniã moris eſt apud Syros & Palæſtinos, per ſimilitudines pleraque proponere. *Matt. 18* *Mat. 6* *Hierony.*

2 Rex poſiturus erat rationem cum ſeruis ſuis, vbi illius primùm prudentia diligentiáque conſideranda venit: paterfamiliâs enim prouidus & etiam princeps circunſpectus niſi cum ſubditis ſuis & familia rationes bene ſupputet, ſæpe malè agitur, quando & in prouerbium verſum eſt illud, Sæpe ſupputata ratio conſeruat amicitiam. & apud dominos ferè ita fit, vt ex eiuſmodi ſæpe ſubductis rationib' miniſtri ſint diligentiores, qui aliâs nimia heri indulgẽtia inſoleſcerẽt, quod quàm malum ſit, experimur quotidie. Decet enim dominum prudenter & pulchro rerũ omnium ordine ſingula tum agere tum adminiſtrare: iuxta illud quod de ſupremo dominatore dixit Sapiens, Tu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos. Ita Chriſtus quoque facit tanquam prudẽtiſſimus omnium adminiſtrator, ſæpe nos vocans ad reddendam rationem, dicẽnſq; nobis illud quod dixit villico, Redde rationem villicationis tuæ, quia iam amplius non poteris villicare. Quo pacto autẽ rationem è nobis exigat, per ſcripturas, prædicatores, confeſſores, & noſtrarum cõſcientiarum illumĩnationem: nimis lõgum eſſet dicere. Satis ſit *Sap. 12* *Luc. 16*

hic nobis certum eſſe quod de omnibus cogitationibus,lo-
cutionibus,conſenſu, viſu, & operibus reddenda nobis ra-
tio eſt coram iuſtiſſimo iudice Chriſto , qui & dixit , Dico
Matt.12 vobis,quoniam omne verbũ ocioſum quod locuti fuerint
homines,reddent rationẽ de eo in die iudicij. Memento i-
gitur,ô homo,vide quid agas,quídue loquaris, quia de om
nibus redditurus es rationem.Túque adeò princeps comes
nobilis,prætor,quiſquis es,quid agis?vt maximè hîc reue-
rearis neminem , nec ſit qui tibi audeat dicere , Cur hoc ita
facis?quid opprimis pauperem innoxium ? Memento iuſti
iudicij,acetrimæ rationis,quando manifeſtabuntur omnia
vbi potentes potenter torméta patientur.O homo quicun-
que putas clàm te facere oĩa,clàm peccare, clàm bona reti -
Sap.6. nere aliena:neque eſſe qui ſciat illud:caue ſis cogites illud,
omnia prolabuntur etiã vſq; ad extremũ quadrantem.Etiã
Matt. 5. hîc iuſtitiam domini cõſidera,qui neminẽ punit,niſi id ra-
Theoph. tione exigente.intrat enim in iudiciũ cũ ſeruo, crudelis a-
liàs futurus & immanis,niſi id ita faceret.Sic Salomon in-
Prou.20 quit,Rex qui ſedet in ſolio iudicij , diſſipat omne malũ in-
tuitu ſuo.Quo docentur prælati & omnes qui in magiſtra
tu poſiti ſunt,non negligenter agere quicquam cum ſubdi
tis ſuis,ſed diligenter vultum attendere gregis.

3 Cùm iam cœpiſſet rationẽ ponere , oblatus eſt ei vnus,
Hierony. qui debebat ei decẽ milia taléta.Scio,inquit Hieronymus,
quoſdam,iſtum qui debebat decem milia taléta,diabolum
interpretari:ſed minus rectè,quoniã huic ſeruo remiſit do-
minus debitum omne:diaboli autem ſuperbia aſcendit ad-
uerſus deum.Sequamur itaq; & nos expoſitionem commu
Pſal.73. nem,& videbimus per os ſeruos omnes intelligi homines,
quibus gratiam ſuam tribuit deus,vt cum ea bonum operẽ
tur,omnis enim actus bonus lucrum,malus verò diſpendiũ
dicitur.Tempus quoq; futuri iudicij nõ magno opus habe-
bit ſpatio téporis,ſed ſicut reſurrectio dicitur futura in mo
Orige. mento,in ictu oculi:ſic puto,inquit Origenes,& iudiciũ fo
re:quicquid ab initio ad finem mũdi factum fuerit, id om-
1.Cor.15. ne vno momento patefiet:ſicut in homiliis de nouiſſimo iu
dicio iam ſuprà diximus.Sed quid ſibi vult ille ſeruus , qui
De ver. decem milia talentorũ debebat?hoc ipſum ait Auguſtinus,
domini. quia lex decem præceptis commẽdatur: & ille debebat de -
Exod 20 cem milia talentorum,per quod omnia peccata ſignificat,

quæ contra legem fiunt.decies nanque decem,centum cõficiunt,quo ſignificatur peccatum erga proximum.Ideóque & alter ille ſeruus huic debere dicitur cētũ denarios.Theophylactus ſic ait.Decē millia talentorum debitores ſunt,& qui populi præfecturam ſuſceperunt(vnuſquiſque enim homo magnum talentum eſt)& deinde non bene funguntur principatu:iuxta illud propheticum,Subditus in iniquitate ſua captus eſt,ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requirã.Sic nimirum docuit rex Manaſſes, cùm quereretur apud dominũ peccaſſe ſe ſuper numerũ arenæ maris,& multiplicatas eſſe iniquitates ſuas: quãdo quidem ex ſententia Iacobi etiam nos in multis offendim⁹ omnes,Aut nõne putas decem milia talēta debuiſſe domino illos de quibus ait Eſaias,Væ genti peccatrici,populo graui iniquitate,ſemini nequam,filiis ſceleratis,dereliquerũt dominũ,blaſphemauerũt ſanctum Iſrael?&c.¶At fortè,inquit Origenes, ideo multorum talentorum factus eſt debitor,quoniã ſecut⁹ eſt mulierem ſuper talentũ plumbi ſedentem, cuius nomēiniquitas. Iuxta illud angeli ad Zachariam,Ecce talentum plũbi portabatur,& ecce mulier vna ſedēs in medio amphoræ. Vnde colligitur quodlibet magnũ peccatũ meritò dici talentũ amiſſionis domini,cuiuſmodi ſunt adulteriũ,idololatria,perfidia,latrociniũ,furtum,&c.ſicut & hic ſeruus fecit, quáobrem tot talenta debebat.Viciſſim autē boni eò ditiores fiunt, ſicut Dauid & alius quiſque homo pius, tot ditatus eſt talētis auri & argēti.At tu ſcire fortè cupis opera bona,talenta dici:ecce parabolã illã tibi, cum dominus ſeruo ſuo talēta quinq; tradidit,quibus ille lucratus eſt alia quinque.Quapropter etiã Paulus opera bona aurum & argentũ vocat,inquiens,Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc,aurũ,argētũ,lapides pretioſos,dies domini declarauit.

Theoph. *Eze.33* *2.pa.vl.* *Iacob 3.* *Eſaiæ.1.* *Orige.* *Zachar.5* *Matt.25* *1.Cor.3*

4 De ſerui debito iam conſtabat, & tamen ille non habebat vnde ſolueret. Verè enim non habet peccator vnde reſoluat dominũ:ex ſe quidē ipſo peccat homo, ſed ſine gratia & auxilio dei à peccatorum ſordibus reſurgere non poteſt,ſecũdum quod dominus dixit per prophetam, Perditio tua ex te eſt,Iſrael,tãtummodo ex me auxilium. Et hoc eſt quod idem in ſe deprehendens Paulus ait,Velle adiacet mihi,perficere autem bonum nõ inuenio. Idipſum quoq; reſpiciens dominus dicit apud Ioannē,Sine me nihil poteſtis

Oſee 13 *Rom.7* *Ioan.15*

facere. Peccare ſine deo facilè poſſumus, ſed nõ item face-
2. Cor. 3 re bonum, eò quòd omnis ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. hoc
adeò tibi certò conſtet, quoniam non tantũ nõ boni quip-
piam facere potes ſine peculiari gratia dei, ſed nec cogitare
quidem. quo tamen non excluditur liberum hominis arbi-
trium, de quo vide in homiliis peculiaribus articulorum.
Sic alibi dixit dominus, Nemo venit ad me, niſi pater meus
Ioan. 6. traxerit eũ. & Paulus, Quia non eſt currẽtis neque volẽtis,
Roma. 9. ſed miſerentis dei. Non potuiſſet vnquam debitum tantum
reſoluere ſeruus, niſi dominus ex miſericordia remiſiſſet ei
Vſqueadeo & miſer & impotens eſt peccator, vt ſit etiam
indignus eo quo veſcitur pane iuxta illud angeli, Miſertu
Apoc. 3. es, miſerabilis, pauper, cæcus & nudus. Non habente igitur
ſeruo vnde tantum reſolueret debitũ, iuſſus eſt vxorem, li-
beros & omnia ſua vendere. Quilibet ſub peccato vẽditur
peccator, teſtãte de ſe Paulo & dicẽte, Ego carnalis vendi-
Rom. 7. tus ſum ſub peccato: quiſquis enim peccat, ſeru⁹ peccati ef-
Ioan. 8 ficitur. Ita Iudæi quoq; peruerſi, venditi ſunt iis cũ facerent
1. Mac. 1 malũ. Quilibet peccator, eò quòd talis eſt, vẽditus iamiam
eſt diabolo: & adhuc quęris quæ ſit conuentio, quídq; inde
det ille pro pretio? Sanè nil aliud, quàm vanam ſcelaratã &
Eſa 52. turpem voluptatẽ. Quo nomine dicit dominus per prophe
tam. Gratis venundati eſtis, & ſine argẽto redimemini. Nõ
autẽ hîc de vẽditione loquatur dominus, quoniã ſeru⁹ iſte
iã peccatis vẽditus erat, domino ſuo decies mille talẽta de-
bens. Alia adhuc vẽditio eſt ad pœnã, de qua hîc agitur, dũ
iſte tortoribus tradẽdus relinquitur: neq; ipſe ſolus, ſed &
Theophy. vxor, liberi bonáq; omnia vẽdi iubẽtur. Sed quænam vxor
eſt? caro, quę cõiũx eſt animę, & pueri, opera quæ malè fiũt
à corpore & anima. Iubet igitur ipſum & vxorem vẽdi do-
minus, hoc eſt corpus & animam torqueri, atque vtriuſque
opera & virtutes. Sunt qui per vxorem concupiſcẽtiã intel-
ligunt carnalẽ, id vtrunq; in idẽ recidit. Quid multa? pœnis
ille addicitur, eò quòd pretium venditi, eſt ſuppliciũ dãnati.
Cæterũ Origenes per carnẽ intelligit ciuitates impiorũ. ſi-
Auguſt. cut enim Ieruſalẽ ciuitas eſt iuſtorum, ita Babylon, Tyrus
Origenes. & Sidon cõiuges & matres ſunt peccatorũ. Nos iam roge-
mus & ſuppliciter dominum deprecemur, vt quãuis magna
multorũ peccatorũ velut ære alieno & debito ſimus cõſtri-
cti, tamen deus illa nobis miſericorditer cõdonet & remit-
tat,

rat, neque ſinat animam, corpus operáque noſtra vendi in perpetuum, & æternis deputari ſuppliciis, Amen.

¶ Etiam ſecundum literam venduntur iam vxores & filij, quando in poteſtatem inimicorum veniunt, vt ait Beda.

HOMILIA SECVNDA.

Rationem ecce ſubducit dominus cum ſeruis ſuis, quorum vnus prodiit, domino ſuo decem milia debēs talenta: quúmque vnde ſolueret non haberet, iuſſit rex vxorem illius vendi & liberos neque id tamen ex tyrānide vel crudeli quadam immanitate, ſed quia incredibili cura illius deuictus hac cōminatione ad ſupplicandum ne venderetur adducebat. Et non ſimpliciter remittere ei debitum voluit, ſed cum ipſo conferre rationem, vt inde ſeruus magnitudinem ſui cognoſceret debiti, anguſtiam quoque in qua verſabatur, non habens vnde ſolueret, iuberet, iuberetúrq; iam vendi, addiſceret etiam immēſam illam quam ei dominus exhibebat miſericordiam. Quibus omnibus adduci debebat etiam proximo ſuo benignitatem exhibere, atque ideo iam ſequitur, Procidit ſeruus ille, & orauit regem, Habe patientiam mecum, & omnia ſoluam tibi. Quod procidit ad pedes eius, argumentum fuit humlitatis in opere: quod autem orauit, ſignū quoq; fuit humilitatis, ſed in verbis, Domine, inquiebat, habe patiētiam mecum, & omnia ſoluam tibi. Multos patientia ſua adduxit dominus ad pœnitentiam: iuxta illud Pauli, An diuitias bonitatis eius, patientiç & longuanimitatis cōtemnis, ignorans quoniam benignitas dei ad pœnitētiā te adducit? Dilationē hanc ſeruus etiā ille orabat, ſed nō antequā domin⁹ ab eo exigebat ſolutionē, minabatúrque ipſius & cōiugis ſuç venditionē. ſemper ille debitum ſinebat creſcere, donec iam debebat ſolui. ſic multi pctā peccatis accumulāt, tantiſper dū tēpus expoſtulat ſolutionem: iāq; domin⁹ apparitores & lictores illis immittit in ædes, morbos, famē, bella, &c. Quod & Dauid agnouit, dicens, Multiplicatæ ſunt infirmitates eorū, poſtea accelerauerūt. Sic & Eſaias inquit, Cùm feceris iudicium ſuper terram, iuſtitiā diſcent inhabitatores terræ, nos enim ſi miſereamur impio, non diſcet ille iuſtitiā. Quot ſunt enim qui in ſuperbia & omni malitia eò vſque viuunt, dum eos adoriatur deus, immittens monitorē de debito? Aut cur tādem ægrotat hic? cur ille incēdio perit? cur iſti demergūtur

Chryſoſt.

Rom. 2.

Pſal. 15

Eſa. 26.

aquis liberi? cur alij fruges pereunt ictu de cœlo? cur hinc bella, iſthinc fames, illuc verò annonæ caritas, aliũde aquarum impetus ingruunt? Omnibus iis nos admonet deus decies mille talentorum quæ illi debemus, vtque ſic eum rogemus magis ob dimiſſionem, perituri aliàs, niſi id ille faceret Atque mirũ in hoc illud eſt, quod habet Dauid in ora-
Pſal. 82 tione ſua. Imple facies eorum ignominia, & inuocabũt nomen tuum domine. Hinc ſi quis renuit appropinquare deo per pœnitentiam, immittit ei ille internuncium talem, qui admoneat eum debiti: iuxta iſtud Dauidicum, In chamo &
Pſal. 32 freno maxillas eorum conſtringe, qui nõ approximant ad te. Siquidem ſi cui dominus monitoré nullum miſerit, qui ſibi debeat tãtum, nec ipſe ſe agnouerit debitorem, huic infœliciter res ſuccedet, teſtante Dauide, In laboribus homi-
Pſal. 72. num non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt malitia & iniquitate ſua. Quantò igitur melius eſt, deum alicui ingerere cognitionem debiti ſui, vt procidat ante deum cũ ſeruo petens gratiam, aliàs ſine cura ambulaturus extra omné timoré, dicturúſque cum ſtulto iſto, Peccaui: & quid mihi accidit triſte?
Eccle. 5 altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adiicias peccatũ ſuper peccatum. Seruus hic agnouit magnitudiné debiti ſui dicés, Domine, habe patientiã mecum, & omnia ſoluã tibi. Orare poſſum' ſanè deum, cognoſcentes immenſam illius pietaté & miſericordiã, quoniã bonus & miſericors eſt, & qui facilè remittat peccatũ. Sicut ipſum orauit Manaſſes, Domine, peccaui, & agnoſco iniquitaté meã, orãs oro te, remitte mihi. Quæras auté, cùm nõ habebat hic ſeruus vnde ſolueret, cur promittit domino ſe illi omnia redditurũ? Reſpõdeo ad hoc tibi, quòd nõ ex ſuis viribus ſolutioné promittebat, quoniã id non poterat: ſed quia pœnitentiã acturus & ſatisfacturus erat cũ gratia dei, & ope ſacramentorum, maximéq; meriti paſſionis Chriſti. Sic nimirum volebat perſoluere dominũ peccata ſua cõfiteri, pœnitẽtiam agere, laudare deũ. Sic clamãt peccatores per Oſeã, Omné aufer iniquitaté, & accipe
Oſee 14. bonũ, & reddemus vitulos labiorũ noſtrorũ. Ita vides, quomodo nõ habeat peccator vnde ſoluat dominũ, dũ in peccatis perſeuerat: conuerſus auté ad dominũ, diteſcit mutuãte interim in hoc ſibi deo, & loculũ precij ſanguinis ſui offeré

te, vt ad gratiam perueniat, & peccatorum debita reſoluat.
2 Tandem iam dominus miſertus eſt ſerui ſeſe humilian- *Chryſoſt.*
tis, dimiſitque eum ſimul & debitum ſuum totum. Vbi rurſus immẽſitatem mihi conſidera miſericordię dei. Tantum petiit hic ſeruus morulam aliquã & prolongationem temporis, ille autem multò magis quàm petiit, videlicet totius debiti donationem vltrò remiſit. Vnde apparet quàm grata
ſit illi oratio, cuius gratia peccata dimittit. Oratio enim hu *Eccle. 35.*
miliantis ſe penetrat cœlos. vſqueadeo miſericors & pro-
pitius nobis eſt deus, vt eum appellarit Paulus patrem miſe *2. Cor. 1*
ricordię, deũ omnis ſolatij. Seruus igitur ille per orationẽ ſuam maximi debiti meruit remiſſionem, quamuis gratiam tantam non ita bene collocarit. Sequitur nanque, Egreſſus ſeruus iſte, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicens, Redde quod debes. Vidiſti miſericordiã domini & humanitatem. Vide nunc inauditam ſerui crudelitatem. Audiatis hęc quicunque pecuniarũ gratia ſimilia indies committitis: nam ſi id fieri non licet in peccatis, quantò minus in pecuniis licebit? Quàm & turpiter & crudeliter ſæpenumero agunt fœneratores, vrgentes & miſerè tractantes pauperes, exugentes ſudorem & ſanguinem ipſorum? Quòd ſi ponderaretur ſemper, vnde contraherentur tot tantáque debita, qua mer
catione & conuentione inita, quam iniquis & vſurariis pa- *Theoph.*
ctis, quid obſecro deprehẽderetur? Et nota quod euãgeliſta dicit egreſſum à domino ſeruum: quoniã nullus qui in deo
manet, compaſſionis expers eſt: ſed quia deus charitas eſt, *1. Ioan. 4*
quiſquis in charitate manet, in deo manet, & deus in illo. Egreſſus itaque à domino ſeruus, alien' factus eſt ei, alienatus à charitate, oblitus iamiam omnis gratię ſibi à domino collatę. Exiuit ergo, hoc eſt, excidit memoria ei'; ſicut & Iudas demorſa bucella panis, & ingreſſo in eũ Sathana, exiuit
à domino. Egreſſus autẽ inuenit cõſeruũ. Caue quenquam *Ioan. 13*
ſpernas vel infirmum, quoniã cõſerui omnes ſumus, viuentis dei miniſtri: & vt maximè hîc in mũdo alius alio potẽtior, fortunatior, honoratiórve ſit: attamẽ conſerui omnes ſumus, nec quicquam ſeparabit nos etiam in die nouiſſimo niſi bonorum operum merita. Talem te præbe, quiſquis es vel princeps, vel domin', vel nobilis, vt ſicut te hîc honorauit deus in terris, ita cõdignis honoribus dignetur in cęlis.

Rom.13 Quæ cauſa altera eſt, cur ſeruus hic non debebat eſſe durus cōſeruo ſuo, ſed cogitaſſe potius quomodo ſibi maioribus debitis obſtricto, dominus omnia tamē remiſiſſet, qódque conſeruus ille ſuus eſſet, quod vnum habebāt & dominum

Mal.1.2. & creatorem: iuxta illud Malac. Nōne pater vnus noſtrum omnium eſt? nónne deus vnus qui creauit nos omnes? Conſeruus hic debebat alteri centum denarios, quamobrem alter huic durus eſſe nō debebat ob minus debitum, cui dimi

Augu. ſerat dominus decies mille talēta. Quod autem debebat ei centum denarios, ab eodem numero ſcilicet decē ſumitur. Nam & centū centies, fiunt decē milia: & decies decē, ſunt centū. Dices, quādo hic dominus peccatū deſignat numero centenario, & iterū decies millenario, quid eſt quod paulò

Matt.18 antè idem etiā per ſeptuagies ſepties ſignificauit, cùm diceret Petro, Nō dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties dimitte ꝓximo tuo? Reſpondet ad hoc Auguſt. quod Lucas deſcripto

Augu. *Luc.3.* chriſti baptiſmo, etiam cōmemorauit eiuſdē natiuitatē, deducens illam in Adā primū hominē per ſeptuaginta ſeptē generationes: exorſus à Chriſto, qui remiſit peccata, deſiit in Adam, qui peccauit primus. Eundē itaque numerum hic iam repetit deſignās nullam ex omnibꝰ iis generationibus omiſſam, qua peccatū dimiſſum nō eſſet. Et rectè quidem illud Lucas ac cōpoſitè ſcripſit poſt baptiſmū, in quo pctā remittuntur omnia, vt ſtatim ſubiūgeret ſeptuaginta ſeptem generationes, qui numerus eſt remiſſionis peccatorum.

Theophy. 3 Conſeruus iſte dum miſerè adeò tractatus vrgeretur ab illo, procidit & ipſe rogās eum, & dicens, Patientiam habe mecum, & omnia ſoluā tibi. Eadem cōſeruus repetit verba, quę & ille ad dominū dixerat, miſericordiā domini in memoriam illi reducens: cúmq; illi dominus debitum dimiſerat omne, debebat & ipſe vtiq; tātulum cōdonare cōſeruo, aut certè morā aliquā relinquere. Quāuis enim ſeruus ille antea corā domino ſuo procedebat meritò orans eū, iuxta

Pſal.49. illud Pſalmi, Venite adoremus, procidamus & ploremus coram domino. tamen iam nimiū hoc erat, quod ſeruus corā cōſeruo procidit, ſicut & angelus Ioāni volēti ad genua ſibi cōſidere dixit, Vide ne feceris, cōſeruus enim tuꝰ ſum &

Apo.19. fratrum tuorū prophetarum, deū adora. Atqui etiam ſic nihilò plus promouit ille miſer apud hūc, qui quiduis potius erat quā homo, præter hominis figuram, nihil habēs homi-

nis,nullam ne ſic quidem humilitate ſua tanta merebatur
patientiam,quam tamē nos habere debemus erga omnes.
Expectas,quid inſuper fecerit?miſe rũ illum coniecit in car *1.Theſ 5.*
ceres donec diſſolueret debitum. Videntes hoc cõſerui eius
perturbati ſunt,& annunciarunt domino impietatem ſer-
ui. Conſerui,inquit Theophylactus videntur eſſe angeli,o- *Theoph.*
ſores mali,& amatores boni:ij ipſi annunciant illud domi
no,nõ quòd eum lateat quicquam,qui nouit omnia: ſed vt
inde diſcamus nos,indignari etiam angelos ſuper immites
& duros corde: ſicut Sapiens quoque teſtatur, Cor durum *Eccle.3*
male habiturum in die nouiſſimo. Quódq; angeli omnia
noſtra annuncient domino,ſatis magnum in Raphaele ha *Tob.12*
bemus exemplũ.In vniuerſum enim verũ eſt iſtud Sapien *Sapien.1.*
tis,Qui loquitur iniqua,nõ poteſt latere. Tunc vocauit il-
lum dominus ſu⁹,& ait illi,Serue nequam, omne debitum
dimiſi tibi,quoniam rogaſti me. Vocatio hæc tantùm intel
ligēda eſt de ea,quæ fit poſt mortem vel in die nouiſſimo:
quoniam ſic manifeſtari nos omnes oportet ante tribunal *1.Cor. 5.*
Chriſti Porrò dum vocat illum, ſeſe iuſtum eſſe declarat iu
dicem:& in iudicium quidem intrat cum ſeruo dominus
propter miſericordiam,vt oſtēdat quòd non ipſe, ſed ſerui
crudelitas & ingratitudo donationem irritet. Cęterùm vo-
cans eum rex non dixit,Omne debitum dimiſi tibi,quoniã
adoraſti me,ſed quoniam rogaſti me, vt oſtenderet tantæ
fuiſſe efficaciæ orationem in remittendo debito.
4 Quæres rurſus,Cur ſeruum hunc nequam vocat?En ti-
bi reſpondeat Chryſoſto. Quando decem milium talento- *Chryſoſt.*
rum non cõuitiatus fuit debitori,ſed miſertus, quãdo verò
aduerſus conſociũ crudelitatem exercuit,tunc nequã atque
improbũ ſeruum appellauit:antea illũ, quãuis malum,ad-
huc tamen in numero pœnitentiũ conſtitutum,nequã non
vocauit,ſed iam mortuum,nulla exiſtēte emendationis ſpe
reliqua,dixit,Serue nequam,omne debitũ dimiſi tibi, nõ-
ne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui?Iuxta illud quod
alibi docuit dominus,Dimittite,& dimittetur vobis.Qui-
libet igitur homo,qui inuidiam & odium cõcipit aduerſus
proximum ſuum,cogitet ſibi dici à domino, Ecce remitto
tibi peccata tua:Cur non & tu dimittis conſeruo tuo,quod
aduerſus te commiſit? Pulchrum eſt quod habet quædam
Gloſſa in Pſalmis,Nè confringas pontem miſericordiæ ſu- *Pſal.93.*

per quæ ingreſſus es. Inſignis ſtoliditas eſt meminiſſe velle aliquem quæ ſibi acciderint mala, quoniam id illi tantùm non aliis incómodat. Diſcimus hinc duo quæ facere debemus: alterum, vt noſtra ipſi agnoſcamus debita: alterum, vt proximo noſtro dimittamos ex animo debitum ſuum. Dũ itaq; oramus deũ, vt nobis peccata & debita magna remittat, decet & nos minora proximis dimittere. dicẽte Tobia,
Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri fa-
Eccle. 28. cias. & item Sapiẽte, Homo cõſeruat iram aduerſus hominem, & quærit remedium a deo: Aduerſus hominẽ ſimilem ſui non habet miſericordiam, & orat pro peccatis ſuis! Ipſe cùm caro ſit, reſeruat iram, & propitiationẽ petit à deo! Iratus autẽ dominus, tradidit eum tortoribus, donec diſſolue-
Theophy. ret omne debitũ. Tortores ſunt punitrices poteſtates. à quibus ille torquebitur in æternum, donec ſoluat: cúmque nõ
Donec. poſſit vnquam ſoluere, ſemper & perpetuò cruciabitur (donec, non dicit finem, vt pulchrè docet Hieronymus contra Heluidium) Atque hoc illud iuſtum eſt iudiciũ dei, de quo Iacobus ait, Quoniã iudiciũ ſine miſericordia erit iis, qui non fecerunt miſericordiam. Tandem iam concludit dominus tali acclamatione. Sic pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Atque hæc totius parabolæ ſumma ratio eſt, ne inuidiã & odium foueamus aduerſus proximos noſtros. Pater meus, inquit, nõ veſter. indigni enim ſunt tales, qui deum habeãt patrem. neque verò ſatis eſt ore & verbis dimittere, niſi & corde veraciter dimittas. Vos iã ipſi cogitate chariſſimi in Chriſto, quantum malum ſit inuidia & libido vindictæ. ſiquidem & diuinam reuocat donationem & pœnam incurrit æternam: à qua defende nos, mitiſſime deus, Amen.

HOMILIA III. De inuidia & odio, quóve modo peccata redeant dimiſſa.

EX multis quæ ſaluberrima hodiernum in ſe continent euangelium, dilectiſſimi in Chriſto fratres, docemur à domino præcipuè remittere omnem noxam proximis noſtris. nullúmque rancorem odij aut inuidiæ erga eum geſtare, vindictam nullam noſtri gratia appetere. Nos itaque iam breuiter quædam huic propoſito deſeruientia expediemus, dicturi primùm de vitij huius atrocitate, deinde quomodo inuidus quiſpiam orationem orare poſ-

ſit dominicam. Ad extremnm, quî fiat quòd & peccata iam ſemel dimiſſa per alia noua denuò redeant. Inuidia, inquit Damaſcen⁹, eſt triſtitia de alienis bonis, & lætitia de malis: quę quādo ſit peccatum. iam porrò explicabimus, ne quid ſit quod in hac re tuū effugiat intellectū. Triſtitiam enim de alieno bono concipere multis modis contingit. Primū, cū quis triſtatur & dolet ita, vt vereatur ſibi aut alteri emergere inde incōmodum aliquot aut periculum, quæ ſanè triſtitia nec inuidia, neq; peccatum eſt, modò ſit cū modeſtia, imo ſit, vt ſit illud etiā apprime commodū: quoniam euenire plerunq; ſolet vt non amiſſa charitate, & nos ruina inimici lætificet, & rurſus eius gloria ſine culpa inuidia cōtriſtet: quia per hoc quoſdā iuſtè erigi credimus q̧ digni ſunt proficiēte illo, multos oprimi formidamus iniuſtè. Ita nimirum lętatus eſt populus Iſraël de ſubmerſo cum populo ſuo Pharaone. Ita rurſus contriſtatus fuit Matathias, audēs proſperitaté regis Antiochi, qui nitebatur Iudæos ad cultū idolorū adducere. Ita in hodiernum gaudere citra peccatū poteſt vel princeps vel ciuitas aliqua, de alterius nihil boni attentantis incommodo & rempu. perturbantis.

Damaſce. *Triſtari de bono alieno.* *Greg. 22 c. 11. mor.* *Exo. 15.* *1. Mac. 2.*

2 Lætari quis poteſt de alterius damno, & bono triſtari: non eò quòd is bonū illud habeat, ſed quia ipſe careat: quę etiam propriè inuidia non eſt, ſed magis zelus, cū quis optet æquè ſibi contingere cuncta proſperè vt alteri: ſimiliter ſi aliquis triſtatur fortunam aut bonum ab alio adeptū cuius ſit indignus (eā Ariſtoteles nemeſim vocat, nos indignationem non incommodè dixerimus de bono indigni, quāuis etiam zelus nominari queat) hoc quoq; cum moderamine fiat, iniquum nō eſt quoniam ſic plurimi Paulum intelligunt, dicentem, Vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis. In eum ſenſum accipiēdus eſt & Hieronymus, dum filium informat Lætę, dicens, Habeat ſocios cū quibus addiſcat, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur. Sic cū neophytus alium ſuperare cum æmulatione ſtudet in obſeruantia, puer puero inuidet in profectu literario, malum non eſt.

1. Cor. 14 *Hierony.*

3 Adhuc de alterius bono triſtatur quiſpiā, nulla prædictarum cauſarum, ſed ita abſolutè, quod ei quem odit, tantum boni nō fauet, quę vera inuidia eſt peccatum mortale: quia contra charitatem dei & proximi. Sicque Paulus chari *1. Cor. 13.*

tatem ait non inuidere,ſed gaudere cum veritate. & Chry-
Chryſoſt. ſoſtomus,Inuidia,inquit,eſt,ignis inextinguibilis. etenim
ſicut tinea comedit veſtimentum,ſic inuidia eum qui zela-
tur conſumit. atq; ita præſentem ſemper habet pœnam ra-
tione iuſtitiæ, q̃a ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Et vt maximè
Prou.17. quis gaudeat de alieno commodo & bono, tamẽ ſic quoq;
ſupplicio ſuo non carebit, iuxta illud Salomonis, Qui in
alterius gaudet ruina,non manebit impunitus.

4 Triſtatur etiam aliquis ob gratiam dei quam in proxi-
mo ſuo videt,quæ ſanè inuidia longe turpiſſima eſt,pecca-
tum in ſpiritum ſanctum,inuidentia gratiæ fraternæ. Nãq;
cũ ſpiritus ſanctus amor ſit, & huic ex diametro repugnet
inuidia,quid reliquum eſt niſi inuidiam vitium eſſe vt peſ-
Auguſt. ſimum,ita omnium maximè abominandum, atq; omnino
(vt ait Auguſtinus) diabolicũ,quo ſolo diabolus eſt reus,&
inexpiabiliter quidẽ reus?diabolo enim,vt damnetur, dici
nõ poteſt,adulter es,fur es,glorioſus fuiſti:ſed hoc vnũ,ĩui
Bernard. diſti homini. Vidit enim exaltationem hominis ille, & in-
Sap.2. uidit. perque inuidiam ipſius mors introiuit in orbem ter-
rarũ,& adhuc ſequũtur eũ quotquot partium ſunt ſuarum.

2 Hæc cùm ita ſe habeãt,rectè ſequitur,inuidos diabo-
Ioan.13. li eſſe diſcipulos, eò quòd ipſum ſequuntur. Viciſſim diſci-
pulis ſuis hoc dedit argumentum Chriſtus, In hoc cogno-
ſcẽt omnes quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilexeritis vos inui-
cem.Cõtra diſcipuli diaboli mutuò ſeſe odio perſequũtur:
& ſicut ſpiritus ſanctus corda fidelium inflãmat in charita-
te feruẽte erga deũ & homines: ita diabolus odia tantũ ſe-
minat & liuorẽ,diſcordias,diffidia, iurgia & contentiones
L.I.cõfes idipſum nuntij eius homines mali & peruerſi ſimiliter fa-
ciunt. Multa hîc dici poſſent, vnde fiat vt quis inuideat alte
ri.ſunt enim qui à natura procliues ſunt ad inuidiam,vt ple
rũq; pueri,mulieres nimiũ pallidæ, &c. Eſtq; hoc paruulo-
rum peculiare,vt inuideant aliis, ſicut Augu. profitetur vi-
diſſe ſe zelante paruulum,qui nondũ loquebatur, & tamen
pallidus intuebatur collectaneũ ſuũ Neq; rarò fit, vt nobis
etiã nõ cogitãtibus primo adhuc motu accidat inuidia,pu-
ta cũ alterius audimus fœlicitatẽ, primulũ ĩuidemus ei aut
gaudemus ex ipſius malo:id ſi ſic animo fiat min' pręmedi
tato peccatum mortale nõ eſt. ſiquidẽ is fructus eſt arboris
noſtræ ſterilis & aridę.caro ex Adamo tracta,fructus nobis

fert huiuſmodi. Quòd ſi autem aliquis conſultò & cùm prçmeditatione triſtatur de magno alterius cõmodo, id ſanè peccatum & magnũ & capitale eſt, de quo ſuprà dixim⁹.

¶ Veniamus nũc ad incommoda inuidiæ, viſuri ſi iis grauiſſimis malis vtiq; inuidiæ radices ex quorũdam cordibus euellere queamus. Principiò vitium hoc ita per omuia malum, vt nihil in ſe boni habeat: diabol⁹ enim illaqueaturus hominẽ, voluptatulã ei aliquã proponit, qua ipſum ad peccatũ alliciat: ſicq; ſuperbo gloriã promittit & honores, auaro diuitias, glorioſo & libidinoſo voluptatẽ ipſam, ignauo quietam & trãquilitatem. Inuidus autem nihil planè boni aut iucũdi ex ſua malitia cõcipit. Inſignis ſtultitia eſt, Diomede à permutatione aurum ære, aſinum cõmutare fiſtula. Atqui inuidus etiã gratis vendit, nullam inde cõcipiens voluptatem, ſed anguſtiam tantùm & irrequietam animi ſolicitudinem, quod vel ex ipſo corpore apparet, teſte Poëta, *Inuidiæ incõmoda.*

Pallor in ore ſedet, macies en corpore toto,
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt. niſi quem viſi fecère dolores,
Nec fruitur ſomno.

¶ Ita paulatim incipiũt hîc inuidi cruciari, & illic tandem torquebũtur perpetuò. Magnũ & virulentum vitiũ inuidia eſt, nec quicquã inuido nimis arduũ eſt, nõ homicidia, non mulierũ cædes, non infantũ occiſiones, nõ veneni largitiones, nõ incendia, nemini hic parcitur, vel nocenti vel innoxio. Quid in cauſa fuit, obſecro, qđ primi parẽtes noſtri ſeducti ſunt, inuidia diaboli. Vnde Cain innocẽtẽ fratrẽ ſuũ Abel occidit? ex inuidia. Quid adegit fratres Ioſeph vẽdere, & pene etiã occidere? ĩuidia. Quid Saulẽ impulit ad perſequẽdũ Dauid, cui etiã propriã filiã antea dederat vxorẽ? inuidia. Aut quæ cauſa fuit, cur Chriſtũ Iudæi tradidêre Pilato? inuidia. Vnde pleraq; bella, vnde hominũ prouinciarúmq; perditiões oriũtur maximè? ex inuidia. Liuor igitur labificũ vt ait ille, malis venenũ, vel eò flagitiũ peſtilentius eſt, quòd decreſcẽtibus reliquis in homine vitiis, ſola tantũ creſcit, tũ auaritia, tũ inuidia: neq; terminũ habet zelus iſte, permanẽs iugiter malũ, & ſine fine peccatum eſt: quantoq; ille cui inuidetur ſucceſſu meliori ꝓfecerit, tantò inuidus in maius incẽdium liuoris exardeſcit. Itaq; animã hominis

Gen. 3. *Gene. 4.* *Gen. 37.* *1. Reg. 20* *Mat. 27.* *Cypria. ſer. 2. de ze. & li.*

Iob 3. necat, iuxta illud Iob, Paruulũ occidit inuidia. ſiquidem priuat aliquem intellectu ſuo, excæcat rationẽ, omnéſq; virtutes animę bonis interimit. Perpendere igitur debẽt inuidi, quantæ ſint cæcitatis, qui alieno profectu deficiunt, & aliena lætitia contabeſcunt. quicquid enim aliis accedit, id ipſi amittunt. quod ſi diteſcit ille, nõ fauet hoc ei inuidus: ſi ſanus efficitur alius id quoq; cõtrariũ eſt inuido. Imo & odor ſuauiſſimus, q aliis hominib⁹ facit ad vitã, mors inuido eſt.

Grego.

Ioan. 12. Sicut vnguentũ pretioſum Mariæ nõ poterat ferre inuidus Iudas, neq; Iudæi ſuſtinere potuerunt cõcurſum populi ad Chriſtũ, cũ dicerent ſe nihil proficere, eò quòd totus mundus ſequeretur illum. Ita primùm ſe arrodit & abſumit inuidia: quæ ideo vermibus cõparatur, qui ex ligno naſcũtur. illud enim ex quo nati fuerant, paulò pòſt excedũt ſic inuidia, authore Hiero primum ſe demordet. Tamq; virulentũ malum eſt liuor, vt vltrò careat inuidus bono aliquo, dum eodẽ priuetur & proxim⁹ ſuus: ſicut ille, quẽ rex petere iubebat quod vellet, ſeq; daturũ ei, & alteri cui inuidebat bis tantũ: veritus ne ſi mille aureos peteret ſibi dari, alteri darẽtur duo milia: inuidia itaq; cõpulſus petit effodi ſibi oculũ. vt alteri effoderentur ambo. Nemo igitur liuido multùm conuerſetur, iuxta conſilium Sapiẽtis, Ne comedas cũ homine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniam in ſimilitudinem arioli & coniectoris ixiſtimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi. & mens eius non eſt tecum.

Hieron.

Prou. 13.

3 Quando itaque ſcelus tantum eſt inuidia, fugiamus illud, neq; leuiter peccem⁹ in eo: cogitemus potius quod oramus quotidie, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Dimittere autẽ proximo bifariã poteſt intelligi: vel ratione offenſæ, ita neceſſariũ eſt dimittere nos proximo noſtro, eò quòd omnes tenemur diligere ex charitate: vel ꝑpter iniuriã alicui à proximo ſuo illatam, & hic ſicut ſine peccato quis poteſt bonum repetere ablatũ, etiã poteſt aliquis licitè & citra inuidiæ vitiũ honorem petere adẽptũ ſibi, imo dari poteſt caſus, vbi offendantur cæteri, ſi quis nolit nominis ſui & famæ gloriã tutari. tũc enim iure exequi poſſet & deberet, ſicut dici ſolet in iure, Crudelis eſt qui famam negligit. ¶ Verũ inuidiã hanc nõ debet in corde & animo ſuo fouere vt creſcat ĩ odium: quoniam aliâs dicetur ei à domino, Serue nequam, omne

Matt. 6. *Dimittere debita proximo.*

11. 4. 1. *Nõ ſunt.* *Matt. 18.*

debitum dimiſi tibi, nõne oportuit & te miſereri conſerui *Mat.6.*
tui? profectò enim ſi dimiſerimus nos hominibus peccata
ſua, dimittet & nobis pater cæleſtis peccata noſtra. Quæris
autem, an iniquè faciat inuidus, dum orationem orat domi
nicam, nolens interim dimittere proximo ſuo? Reſpõdetur,
ad hoc vt quis meritoriè oret, inuidia carere debet, iuxta il-
lud quod ait Sapiens, Relinque proximo tuo nocenti te, &
tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Sic Paulus inquit, *Eccl.28.*
Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donãtes inuicem ſi- *Ephe.4.*
cut & deus in Chriſto donauit nobis. Chriſtus quoque di- *Luc.6.*
mittere nos iubet, vt dimittatur viciſſim nobis. Sic domin⁹
per prophetã reſpõdet iis qui cõqueſti erãt, dicẽtes, Quare
ieiunauimus, & nõ aſpexiſti? humiliauim⁹ animas noſtras,
& neſciſti? Ecce, inquit dñs, ĩ die ieiunij veſtri inuenitur vo *Eſa.58.*
luntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad
lites & cõtẽtiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. No
lite ieiunare ſicut vſq; ad hanc diem, vt audiatur in excelſo
clamor veſter. Vnde & Paulus ait, Noli vinci à malo, ſed *Rom.12.*
vince in bono malũ. Eius rei exemplar nobis dedit domin⁹ *Luc.23.*
dũ pro ſuis orauit crucifixoribus. Pater, inquiens, dimitte
illis, quia neſciũt quid faciũt. In hoc ſpeculum reſpexit Ste
phanus, quãdo pro lapidãtibus ſe orauit dñm, dicẽs: Ne ſta-
tuas illis hoc peccatũ, quia neſciunt quid faciunt. 2 Poteſt
quis orare dominicam precationem tanquam perſona pu-
blica, vt ſi quis parochus vel ſacerdos totius eccleſiæ nomi-
ne illã decantet vel oret rectè facit: & quanuis ratione ſuæ
perſonæ verùm non ſit, quòd dimittat proximo, tamen ve-
rum eſt in perſona eccleſię: & ſic quilibet poteſt eam orare.
quoniam nõ dicit, Dimitte mihi, ſicut ego debitoribus di-
mitto meis, ſed, ſicut nos dimittimus, in perſona totius ec-
cleſię, in qua multi ſunt, qui nec irã, neq; inuidiã, nec odiũ
geſtant aduerſus proximos ſuos, 3 Si autem pro ſe oret in *Lib.2.*
uidus, nolens tamẽ mittere inuidiã, malè facit: quoniam ſic *de ver.*
ait Aug. Si peccatum nõ dimiſeris, nõ poteris dicere, dimit- *domini*
te nobis ſicut & nos dimittim⁹. Et ĩ Enchiridio ca.84. Qui *in monte.*
roganti peccati ſui veniam, & petẽti ex corde non dimittit
nullo modo ęſtimet à domino peccata ſua dimitti: quia mẽ
tiri veritas nõ põt. Si nõ dimiſeritis hominib⁹, nec pater ve
ſter dimittet vobis peccata veſtra. Atq; hoc etiam eſt quod
Chryſoſtomus ait, Cum qua ſpe orat, qui inimicitias ſeruat *Chryſoſt.*

aduerſus alterum, à quo forſitan læſus eſt? ſic enim ipſe orans mentitur, dum dicit remitto, & non remittit: itaq; & à deo petit indulgentiam peccatorum, & ei non indulgetur. Attamen ſi quis eo animo oret dominũ, vt ſicut deus homini peccata dimittit ex gratia, ita ipſe quoq; gratiam petat à dño dimittendi proximo peccata ſua, nõ peccabit ille ſanè orando orationẽ dominicã. 4 Circa finẽ huius euãgelij occurrit adhuc quæſtio: cur dominus ſeruũ hũc tradiderit tortoribus propter debitum, quod illi remiſerat antea? Reſpõdet Auguſtinus, & ait redire peccata dimiſſa, vbi fraterna charitas non eſt: ita ſanctus quoq; pater ait Ambroſius, Donare inuicẽ, ſi alter in alterum peccat: alioquin deus repetit dimiſſa. ſi enim in iis cõtẽptus fuerit, ſine dubio reuocabit ſententiã, per quã miſericordiã dederat, probat idipſum per huius euãgelij textũ. Raban' adhuc acerbior eſt, cũ ait, Nequã ſeruũ tradidit tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum, quia nõ ſolũ peccata quæ poſt baptiſmũ egit homo reputabãtur ei ad pœnã, ſed etiã originalia quę in baptiſmo ſunt ei dimiſſa. In eadẽ ſentẽtia eſt & Gre. cũ ait, Ex dictis euangelicis cõſtat, quia ſi ex corde nõ dimittimus, & hoc rurſum exigitur, quod iã nobis per pænitẽtiã dimiſſum fuiſſe gaudebam'. Vt iã res hæc ita ſanè intelligatur, nequis mitiſſimũ deũ crudelitatis arguat & tyrannidis, ſciendũ eſt non ita vetera redire peccata, vt pro iis ſic puniatur in ęternũ, quaſi nõ pœnitentiã pro iis egiſſet. durũ enim id nimis fuerit, cũ nõ bis puniat deus vnũ peccatũ, neq; retribuat duplicẽ tribulationẽ, quòd & ex illa patet expoſitione, quid ſit dimittere peccatũ, niſi quia nõ vult dominus illud imputare alicui ad pœnã æternã, teſte Aug. & Dauide, Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates & quorũ tecta ſunt peccata. hoc eſt obliuioni cõtradita. Sic Gelaſius inquit, Diuina clemẽtia dimiſſa peccata in vltionẽ vlterius redire nõ permittit. cui cõcordat & Aug. ad Proſperũ. Sed eò tãtũ dicũtur redire, quoniã ſi cui remittit dominus peccatũ, & propter gratiã illa ipſe porrò cauere debeat perpetuò à peccatis, rurſus autẽ recidat in peccata, poſteriora hæc prioribus fiũt grauiora ob ingratitudinẽ: hinc ſequitur, adulteriũ quod quis iã cõmittit, grauius eſſe (cæteris parib') eò quòd ante decẽniũ cõmiſerat quia quo diutius lõgiúſq; viuis, eo tibi grauiora ſemper fiunt peccata ob ingratitudinis vitium longe teterrimum.

De bap. contra Donati. *Ambro.* *Rabanus* *Gregor.* *Nahũ. 1.* *Pſal. 31.* *De peni. diſt. 4. c. diuina.*

Dicere quoque poſſumus redire peccata ſic, quòd quemadmodũ antea pœnã incurrit æternã, ita candẽ nunc quoq; cõmeruit, non propter antiquũ illud, ſed hoc nouum peccatũ, quoniam qui in vno offendit, iam factus eſt omnium reus, non quòd tantum pati debeat: quia tam priuatur gloria æterna perpetuis deputatus ſuppliciis, quã ſi omnia alia trãſgreſſus eſſet) quo ad pœnam damni omnes damnati ſunt ęqualiter damnati, & quo ad durationem, quia omniũ pœna eſt infinita.) Infringit porrò propoſitum, quod pœnitẽs habuit de non peccando in poſterum, hinc ſequens peccatum grauius fit. Admonitos itaque iam vos dilectiſſimi omnes volo, vt dilectionem mutuam obſeruetis, remittẽtes inuicẽ alter alteri delicta ſua propter dominũ, & ille viciſſim nos, vt fratres veróſq; ſuos filios remunerabit in æterna patria. Id adeò tu pręſta, Chriſte Ieſu, qui cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti viuis in æternitate perpetua benedictus, laudabilis & glorioſus in ſecula, Amen. *Iacob 1.*

¶DOMINICA XXIIII. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, MATTH. 22.

IN illo tempore, Abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone: & mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes, Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum, dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dari Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus, Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo. Et audiẽtes mirati ſunt, & relicto eo abierunt. *Mar. 12.* *Luce. 20* *Act. 10* *Rom. 13.*

HOMILIA VNICA.

NVper, inquit Hieronymus, ſub Cęſare Auguſto Iudęa ſubiecta Romanis (quando in toto orbe celebrata eſt deſcriptio) ſtipendiaria facta eſt: & erat in populo magna ſeditio, dicentibus aliis pro ſecuritate & quiete, qua Romani pro omnibus militarent, tributa debere perſolui: phariſæis autem, qui ſibi applaudebant de iuſtitia, contrariò dicentibus, non debere populum dei, qui decimas ſolueret, & pri- *Hierony* *Luc. 2.*

aquis liberi? cur alij fruges pereunt ictu de cœlo? cur hinc bella, iſthinc fames, illuc verò annonæ caritas, aliũde aquarum impetus ingruunt? Omnibus iis nos admonet deus decies mille talentorum quæ illi debemus, vtque ſic eum rogemus magis ob dimiſſionem, perituri aliâs, niſi id ille faceret. Atque mirũ in hoc illud eſt, quod habet Dauid in oratione ſua. Imple facies eorum ignominia, & inuocabũt no-
Pſal. 82
men tuum domine. Hinc ſi quis renuit appropinquare deo per pœnitentiam, immittit ei ille internuncium talem, qui admoneat eum debiti; iuxta iſtud Dauidicum, In chamo &
Pſal. 32 freno maxillas eorum conſtringe, qui nõ approximant ad te. Siquidem ſi cui dominus monitorẽ nullum miſerit, qui ſibi debeat tãtum, nec ipſe ſe agnouerit debitorem, huic infœliciter res ſuccedet, teſtante Dauide, In laboribus homi-
Pſal. 72. num non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt malitia & iniquitate ſua. Quantò igitur melius eſt, deum alicui ingerere cognitionem debiti ſui, vt procidat ante deum cũ ſeruo petens gratiam, aliâs ſine cura ambulaturus extra omnẽ timorẽ, dictu rúſque cum ſtulto iſto, Peccaui: & quid mihi accidit triſte?
Eccle. 5 altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adiicias peccatũ ſuper peccatum. Seruus hic agnouit magnitudinẽ debiti ſui dicẽs, Domine, habe patientiã mecum, & omnia ſoluã tibi. Orare poſſum ſanè deum, cognoſcentes immenſam illius pietatẽ & miſericordiã, quoniã bonus & miſericors eſt, & qui facilè remittat peccatũ. Sicut ipſum orauit Manaſſes, Domine, peccaui, & agnoſco iniquitatẽ meã, orãs oro te, remitte mihi. Quæras autẽ, cùm nõ habebat hic ſeruus vnde ſolueret, cur promittit domino ſe illi omnia redditurũ? Reſpõdeo ad hoc tibi, quòd nõ ex ſuis viribus ſolutionẽ promittebat, quoniã id non poterat: ſed quia pœnitentiã acturus & ſatisfacturus erat cũ gratia dei, & ope ſacramentorum, maximéq; meriti paſſionis Chriſti. Sic nimirum volebat perſoluere dominũ peccata ſua cõfiteri, pœnitẽtiam agere, laudare deũ. Sic clamãt peccatores per Oſeã, Omnẽ aufer iniquitatẽ, & accipe
Oſee 14. bonũ, & reddemus vitulos labiorũ noſtrorũ. Ita vides, quomodo nõ habeat peccator vnde ſoluat dominũ, dũ in peccatis perſeuerat: conuerſus autẽ ad dominũ, diteſcit mutuãte interim in hoc ſibi deo, & loculũ precij ſanguinis ſui offerẽ

te, vt ad gratiam perueniat, & peccatorum debita reſoluat.
2 Tandem iam dominus miſertus eſt ſerui ſeſe humilian- *Chryſoſt.*
tis, dimiſitque eum ſimul & debitum ſuum totum. Vbi rur-
ſus immẽſitatem mihi conſidera miſericordię dei. Tantum
petiit hic ſeruus morulam aliquã & prolongationem tem-
poris, ille autem multò magis quàm petiit, videlicet totius
debiti donationem vltrò remiſit. Vnde apparet quàm grata
ſit illi oratio, cuius gratia peccata dimittit. Oratio enim hu *Eccle. 35.*
miliantis ſe penetrat cœlos. vſqueadeo miſericors & pro-
pitius nobis eſt deus, vt eum appellarit Paulus patrem miſe *2. Cor. 1*
ricordię, deũ omnis ſolatij. Seruus igitur ille per orationẽ
ſuam maximi debiti meruit remiſſionem, quamuis gratiam
tantam non ita bene collocarit. Sequitur nanque, Egreſſus
ſeruus iſte, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei
centum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicens, Redde
quod debes. Vidiſti miſericordiã domini & humanitatem.
Vide nunc inauditam ſerui crudelitatem. Audiatis hęc qui-
cunque pecuniarũ gratia ſimilia indies committitis: nam ſi
id fieri non licet in peccatis, quantò minus in pecuniis lice-
bit? Quàm & turpiter & crudeliter ſæpenumero agunt fœ-
neratores, vrgentes & miſerè tractantes pauperes, exugen-
tes ſudorem & ſanguinem ipſorum? Quòd ſi ponderaretur
ſemper, vnde contraherentur tot tantáque debita, qua mer
catione & conuentione inita, quam iniquis & vſurariis pa- *Theoph.*
ctis, quid obſecro deprehẽderetur? Et nota quod euãgeliſta
dicit egreſſum à domino ſeruum: quoniã nullus qui in deo
manet, compaſſionis expers eſt: ſed quia deus charitas eſt, *1. Ioan. 4*
quiſquis in charitate manet, in deo manet, & deus in illo.
Egreſſus itaque à domino ſeruus, alien⁹ factus eſt ei, aliena-
tus à charitate, oblitus iamiam omnis gratię ſibi à domino
collatę. Exiuit ergo, hoc eſt, excidit memoria ei⁹, ſicut & Iu
das demorſa bucella panis, & ingreſſo in eũ Sathana, exiuit
à domino. Egreſſus autẽ inuenit cõſeruũ. Caue quenquam *Ioan. 13*
ſpernas vel infirmum, quoniã cõſerui omnes ſumus, viuen-
tis dei miniſtri: & vt maximè hîc in mũdo alius alio potẽ-
tior, fortunatior, honoratiórve ſit: attamẽ conſerui omnes
ſumus, nec quicquam ſeparabit nos etiam in die nouiſſimo
niſi bonorum operum merita. Talem te præbe, quiſquis es
vel princeps, vel domin⁹, vel nobilis, vt ſicut te hîc honora-
uit deus in terris, ita cõdignis honoribus dignetur in cęlis.

Rom.13 Quæ cauſa altera eſt, cur ſeruus hic non debebat eſſe durus cōſeruo ſuo, ſed cogitaſſe potius quomodo ſibi maioribus debitis obſtricto, dominus omnia tamē remiſiſſet, qódque conſeruus ille ſuus eſſet, quod vnum habebāt & dominum
Mal.1.2. & creatorem: iuxta illud Malac. Nōne pater vnus noſtrum omnium eſt? nónne deus vnus qui creauit nos omnes? Conſeruus hic debebat alteri centum denarios, quamobrem alter huic durus eſſe nō debebat ob minus debitum, cui dimiſerat dominus decies mille talēta. Quod autem debebat ei
Augu. centum denarios, ab eodem numero ſcilicet decē ſumitur. Nam & centū centies, fiunt decē milia: & decies decē, ſunt centū. Dices, quādo hic dominus peccatū deſignat numero centenario, & iterū decies millenario, quid eſt quod paulò
Matt.18 antè idem etiā per ſeptuagies ſepties ſignificauit, cùm diceret Petro, Nō dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties dimitte ꝓximo tuo? Reſpondet ad hoc Auguſt. quod Lucas deſcripto
Augu.
Luc.3. chriſti baptiſmo, etiam cōmemorauit eiuſdē natiuitatē, deducens illam in Adā primū hominē per ſeptuaginta ſeptē generationes: exorſus à Chriſto, qui remiſit peccata, deſiit in Adam, qui peccauit primus. Eundē itaque numerum hic iam repetit deſignās nullam ex omnibꝰ iis generationibus omiſſam, qua peccatū dimiſſum nō eſſet. Et rectè quidem illud Lucas ac cōpoſitè ſcripſit poſt baptiſmū, in quo pctā remittuntur omnia, vt ſtatim ſubiūgeret ſeptuaginta ſeptem generationes, qui numerus eſt remiſſionis peccatorum.

Theophy. 3 Conſeruus iſte dum miſerè adeò tractatus vrgeretur ab illo, procidit & ipſe rogās eum, & dicens, Patientiam habe mecum, & omnia ſoluā tibi. Eadem cōſeruus repetit verba, quę & ille ad dominū dixerat, miſericordiā domini in memoriam illi reducens: cúmq; illi dominus debitum dimiſerat omne, debebat & ipſe vtiq; tātulum cōdonare cōſeruo, aut certè morā aliquā relinquere. Quāuis enim ſeruus ille antea corā domino ſuo procedebat meritò orans eū, iuxta
Pſal.49. illud Pſalmi, Venite adoremus, procidamus & ploremus coram domino. tamen iam nimiū hoc erat, quod ſeruus corā cōſeruo procidit, ſicut & angelus Ioāni volēti ad genua ſibi cōſidere dixit, Vide ne feceris, cōſeruus enim tuꝰ ſum &
Apo.vl. fratrum tuorū prophetarum, deū adora. Atqui etiam ſic nihilò plus promouit ille miſer apud hūc, qui quiduis potius erat quā homo, præter hominis figuram, nihil habēs homi-

nis, nullam ne ſic quidem humilitate ſua tanta merebatur patientiam, quam tamẽ nos habere debemus erga omnes. Expectas, quid inſuper fecerit? miſe rũ illum coniecit in car- ceres donec diſſolueret debitum. Videntes hoc cõſerui eius perturbati ſunt, & annunciarunt domino impietatem ſer- ui. Conſerui, inquit Theophylactus videntur eſſe angeli, o- ſores mali, & amatores boni: ij ipſi annunciant illud domi no, nõ quòd eum lateat quicquam, qui nouit omnia: ſed vt inde diſcamus nos, indignari etiam angelos ſuper immites & duros corde: ſicut Sapiens quoque teſtatur, Cor durum male habiturum in die nouiſſimo. Quódq; angeli omnia noſtra annuncient domino, ſatis magnum in Raphaele ha bemus exemplũ. In vniuerſum enim verũ eſt iſtud Sapien tis, Qui loquitur iniqua, nõ poteſt latere. Tunc vocauit il- lum dominus ſu', & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Vocatio hæc tantùm intel ligẽda eſt de ea, quæ fit poſt mortem vel in die nouiſſimo: quoniam ſic manifeſtari nos omnes oportet ante tribunal Chriſti Porrò dum vocat illum, ſeſe iuſtum eſſe declarat iu dicem: & in iudicium quidem intrat cum ſeruo dominus propter miſericordiam, vt oſtẽdat quòd non ipſe, ſed ſerui crudelitas & ingratitudo donationem irritet. Cęterùm vo- cans eum rex non dixit, Omne debitum dimiſi tibi, quoniã adoraſti me, ſed quoniam rogaſti me, vt oſtenderet tantæ fuiſſe efficaciæ orationem in remittendo debito

1. Theſ. 5. *Theoph.* *Eccle. 3* *Tob. 12* *Sapien. 1.* *1. Cor. 5.*

4 Quæres rurſus, Cur ſeruum hunc nequam vocat? En ti- bi reſpondeat Chryſoſto. Quando decem milium talento- rum non cõuitiatus fuit debitori, ſed miſertus, quãdo verò aduerſus conſociũ crudelitatem exercuit, tunc nequã atque improbũ ſeruum appellauit: antea illũ, quãuis malum, ad- huc tamen in numero pœnitentiũ conſtitutum, nequã non vocauit, ſed iam mortuum, nulla exiſtẽte emendationis ſpe reliqua, dixit, Serue nequam, omne debitũ dimiſi tibi, nõ- ne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui? Iuxta illud quod alibi docuit dominus, Dimittite, & dimittetur vobis. Qui- libet igitur homo, qui inuidiam & odium cõcipit aduerſus proximum ſuum, cogitet ſibi dici à domino, Ecce remitto tibi peccata tua: Cur non & tu dimittis conſeruo tuo, quod aduerſus te commiſit? Pulchrum eſt quod habet quædam Gloſſa in Pſalmis, Ne confringas pontem miſericordiæ ſu-

Chryſoſt. *Pſal. 93.*

per quē ingreſſus es. Inſiguis ſtoliditas eſt meminiſſe velle aliquem quæ ſibi acciderint mala, quoniam id illi tantùm non aliis incōmodat. Diſcimus hinc duo quæ facere debe-mus: alterum, vt noſtra ipſi agnoſcamus debita: alterum, vt proximo noſtro dimittamus ex animo dibitum ſuum. Dū itaq; oramus deū, vt nobis peccata & debita magna remittat, decet & nos minora proximis dimittere. dicēte Tobia,
Tob. 4 Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquādo alteri fa-
Eccle. 28. cias. & item Sapiēte, Homo cōſeruat iram aduerſus hominem, & quærit remedium á deo: Aduerſus hominē ſimilem ſui non habet miſericordiam, & orat pro peccatis ſuis! Ipſe cùm caro ſit, reſeruat iram, & propitiationē petit à deo! Ira-
Theophy. tus autē dominus, tradidit eum tortoribus, donec diſſolueret omne debitū. Tortores ſunt punitrices poteſtates. à quibus ille torquebitur in æternum, donec ſoluat: cúmque nō
Donec. poſſit vnquam ſoluere, ſemper & perpetuò cruciabitur (donec, non dicit finem, vt pulchrè docet Hieronymus contra Heluidium) Atque hoc illud iuſtum eſt iudiciū dei, de quo Iacobus ait, Quoniā iudiciū ſine miſericordia erit iis, qui non fecerunt miſericordiam. Tandem iam concludit dominus tali acclamatione. Sic pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Atque hæc totius parabolæ ſumma ratio eſt, ne inuidiā & odium foueamus aduerſus proximos noſtros. Pater meus, inquit, nō veſter. indigni enim ſunt tales, qui deum habeāt patrem. neque verò ſatis eſt ore & verbis dimittere, niſi & corde veraciter dimittas. Vos iā ipſi cogitate chariſſimi in Chriſto, quantum malum ſit inuidia & libido vindictæ. ſiquidem & diuinam reuocat donationem & pœnam incurrit æternam: á qua defende nos, mitiſſime deus, Amen.

HOMILIA III. De inuidia & odio, quóve modo peccata redeant dimiſſa.

EX multis quæ ſaluberrima hodiernum in ſe continent euangelium, dilectiſſimi in Chriſto fratres, docemur à domino præcipuè remittere omnem noxam proximis noſtris. nullúmque rancorem odij aut inuidiæ erga eum geſtare, vindictam nullam noſtri gratia appetere. Nos itaque iam breuiter quædam huic propoſito deſeruientia expediemus, dicturi primùm de vitij huius atrocitate, deinde quomodo inuidus quiſpiam orationem orare poſ-

ſit dominicam. Ad extremum, quî fiat quòd & peccata iam ſemel dimiſſa per alia noua denuò redeant. Inuidia, inquit Damaſcen⁹, eſt triſtitia de alienis bonis, & lætitia de malis: quæ quâdo ſit peccatum. iam porrò explicabimus, ne quid ſit quod in hac re tuũ effugiat intellectũ. Triſtitiam enim de alieno bono concipere multis modis contingit. Primũ, cũ quis triſtatur & dolet ita, vt vereatur ſibi aut alteri emergere inde incõmodum aliquot aut periculum, quæ ſanè triſtitia nec inuidia, neq. peccatum eſt, modò fit cũ modeſtia, imo fit, vt ſit illud etiã apprime commodũ: quoniam euenire plerunq; ſolet vt non amiſſa charitate, & uos ruina inimici lætificet, & rurſus eius gloria ſine culpa inuidia cõtriſtet: quia per hoc quoſdã iuſtè erigi credimus q. digni ſunt proficiẽre illo, multos oprimi formidamus iniuſtè. Ita nimirum lætatus eſt populus Iſraël de ſubmerſo cum populo ſuo Pharaone. Ita rurſus contriſtatus fuit Matathias, audẽs proſperitatẽ regis Antiochi, qui nitebatur Iudæos ad cultũ idolorũ adducere Ita in hodiernum gaudere citra peccatũ poteſt vel princeps vel ciuitas aliqua, de alterius nihil boni attentantis incommodo & tẽpu. perturbantis.

Damaſce. *Triſtari de bono alieno.*

Greg. 22 c. 11. mor.

Exo. 15.

1. Mac. 2

2 Lætari quis poteſt de alterius damno, & bono triſtari: non eò quòd is bonũ illud habeat, ſed quia ipſe careat: quę etiam propriè inuidia non eſt, ſed magis zelus, cũ quis optet æquè ſibi contingere cuncta proſperè vt alteri: ſimiliter ſi aliquis triſtatur fortunam aut bonum ab alio adeptũ cuius ſit indignus (eã Ariſtoteles nemeſim vocat, nos indignationem non incommodè dixerimus de bono indigni, quãuis etiam zelus nominari queat) hoc quoq; cum moderamine fiat, iniquum nõ eſt quoniam ſic plurimi Paulum intelligunt, dicentem, Vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis. In eum ſenſum accipiẽdus eſt & Hieronymus, dum filium informat Lætę, dicens, Habeat ſocios cũ quibus addiſcat, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur. Sic cũ neophytus alium ſuperare cum æmulatione ſtudet in obſeruantia, puer puero inuidet in profectu literario, malum non eſt.

1. Cor. 14 *Hierony.*

3 Adhuc de alterius bono triſtatur quiſpiã, nulla prædictarum cauſarum, ſed ita abſolutè, quod ei quem odit, tantum boni nõ fauet, quę vera inuidia eſt peccatum mortale: quia contra charitatem dei & proximi. Sicque Paulus chari *1. Cor. 13.*

tatem ait non inuidere,ſed gaudere cum veritate. & Chry-
Chryſoſt. ſoſtomus,Inuidia,inquit,eſt,ignis inextinguibilis. etenim
ſicut tinea comedit veſtimentum,ſic inuidia eum qui zela-
tur conſumit. atq; ita præſentem ſemper habet pœnam ra-
tione iuſtitiæ, qa ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Et vt maximè
Prou.17. quis gaudeat de alieno commodo & bono, tamē ſic quoq;
ſupplicio ſuo non carebit, iuxta illud Salomonis, Qui in
alterius gaudet ruina,non manebit impunitus.

4 Triſtatur etiam aliquis ob gratiam dei quam in proxi-
mo ſuo videt,quæ ſanè inuidia longe turpiſſima eſt,pecca-
tum in ſpiritum ſanctum,inuidentia gratiæ fraternæ. Nāq;
cū ſpiritus ſanctus amor ſit, & huic ex diametro repugnet
inuidia,quid reliquum eſt niſi inuidiam vitium eſſe vt peſ-
Auguſt. ſimum,ita omnium maximè abominandum, atq; omnino
(vt ait Auguſtinus) diabolicū,quo ſolo diabolus eſt reus,&
inexpiabiliter quidē reus?diabolo enim,vt damnetur, dici
nō poteſt,adulter es,fur es,glorioſus fuiſti:ſed hoc vnū,īui
Bernard. diſti homini.Vidit enim axaltationem hominis ille, & in-
Sap.2. uidit. perque inuidiam ipſius mors introiuit in orbem ter-
rarū,& adhuc ſequūtur eū quotquot partium ſunt ſuarum.

2 Hæc cùm ita ſe habeāt,rectè ſequitur,inuidos diabo-
Ioan.13. li eſſe diſcipulos, eò quòd ipſum ſequuntur. Viciſſim diſci-
pulis ſuis hoc dedit argumentum Chriſtus, In hoc cogno-
ſcēt omnes quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilexeritis vos inui-
cem.Cōtra diſcipuli diaboli mutuò ſeſe odio perſequūtur:
& ſicut ſpiritus ſanctus corda fidelium inflāmat in charita-
te feruēte erga deū & homines : ita diabolus odia tantū ſe-
minat & liuorē,diſcordias,diſſidia, iurgia & contentiones
L.1.cōfes idipſum nuntij eius homines mali & peruerſi ſimiliter fa-
ciunt.Multa hîc dici poſſent, vnde fiat vt quis inuideat alte
ri.ſunt enim qui à natura procliues ſunt ad inuidiam,vt ple
rūq; pueri,mulieres nimiū pallidæ, &c. Eſtq; hoc paruulo-
rum peculiare,vt inuideant aliis, ſicut Augu. profitetur vi-
diſſe ſe zelante paruulum,qui nondū loquebatur, & tamen
pallidus intuebatur collectaneū ſuū Neq; raro fit, vt nobis
etiā nō cogitātibus primo adhuc motu accidat inuidia,pu-
ta cū alterius audimus fœlicitatē, primulū īuidemus ei aut
gaudemus ex ipſius malo:id ſi ſic animo fiat min' præmedi
tato peccatum mortale nō eſt. ſiquidē is fructus eſt arboris
noſtræ ſterilis & aridę.caro ex Adamo tracta,fructus nobis

fett huiuſmodi. Quòd ſi autem aliquis conſultò & cùm prꝗmeditatione triſtatur de magno alterius cõmodo, id ſanè peccatum & magnũ & capitale eſt, de quo ſuprà dixim⁹.

¶ Veniamus nũc ad incommoda inuidiæ, viſuri ſi iis grauiſſimis malis vtiq; inuidiæ radices ex quorũdam cordibus euellere queamus. Principiò vitium hoc ita per omnia malum, vt nihil in ſe boni habeat: diabol⁹ enim illaqueaturus hominẽ, voluptatulã ei aliquã proponit, qua ipſum ad peccatũ alliciat: ſicq; ſuperbo gloriã promittit & honores, auaro diuitias, glorioſo & libidinoſo voluptatẽ ipſam, ignauo quietam & trãquilitatem. Inuidus autem nihil planè boni aut iucũdi ex ſua malitia cõcipit. Inſignis ſtultitia eſt, Diomede à permutatione autum ære, aſinum cõmutare fiſtula. Atqui inuidus etiã gratis vendit, nullam inde cõcipiens voluptatem, ſed anguſtiam tantùm & irrequietam animi ſolicitudinem, quod vel ex ipſo corpore apparet, teſte Poëta, *Inuidiæ incõmoda.*

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt, niſi quem viſi fecère dolores,
Nec fruitur ſomno.

¶ Ita paulatim incipiũt hîc inuidi cruciari, & illic tandem torquebũtur perpetuò. Magnũ & virulentum vitiũ inuidia eſt, nec quicquã inuido nimis arduũ eſt, nõ homicidia, non mulierũ cædes, non infantũ occiſiones, nõ veneni largitiones, nõ incendia, nemini hic parcitur, vel nocenti vel innoxio. Quid in cauſa fuit, obſecro, qđ primi parẽtes noſtri ſeducti ſunt, inuidia diaboli. Vnde Cain innocẽtẽ fratrẽ ſuũ Abel occidit? ex inuidia. Quid adegit fratres Ioſeph vẽdere, & pene etiã occidere? inuidia. Quid Saulẽ impulit ad perſequẽdũ Dauid, cui etiã propriã filiã antea dederat vxorẽ? inuidia. Aut quæ cauſa fuit, cur Chriſtũ Iudæi tradidère Pilato? inuidia. Vnde pleraq; bella, vnde hominũ prouinciarúmq; perditiões oriũtur maximè? ex inuidia. Liuor igitur labificũ vt ait ille, malis venenũ, vel eò flagitiũ peſtilentius eſt, quòd decreſcẽtibus reliquis in homine vitiis, ſola tantũ creſcit, tũ auaritia, tũ inuidia: neq; terminũ habet zelus iſte, permanẽs iugiter malũ, & ſine fine peccatum eſt: quantoq; ille cui inuidetur ſucceſſu meliori ꝑfecerit, tantò inuidus in maius incẽdium liuoris exardeſcit. Itaq; animã hominis *Gen. 3. Gene. 4. Gen. 37. 1. Reg. 20 Mat. 27. Cypria. ſer. 2. de ze. & li.*

Iob 3. necat, iuxta illud Iob, Paruulũ occidit inuidia. ſiquidem pri
Grego. uat aliquem intellectu ſuo, excæcat rationẽ, omnéſq; virtutes animę bonis interimit. Perpendere igitur debẽt inuidi, quantæ ſint cæcitatis, qui alieno profectu deficiunt, & aliena lætitia contabeſcunt. quicquid enim aliis accedit, id ipſi amittunt. quod ſi diteſcit ille, nõ fauet hoc ei inuidus: ſi ſanus efficitur alius id quoq; cõtrariũ eſt inuido. Imo & odor ſuauiſſimus, q aliis hominib' facit ad vitã, mors inuido eſt.
Ioan. 12. Sicut vnguentũ pretioſum Mariæ nõ poterat ferre inuidus Iudas, neq; Iudæi ſuſtinere potuerunt cõcurſum populi ad Chriſtũ, cũ dicerent ſe nihil proficere, eò quòd totus mundus ſequeretur illum. Ita primùm ſe arrodit & abſumit inuidia: quæ ideo vermibus cõparatur, qui ex ligno naſcũtur.
Hieron. illud enim ex quo nati fuerant, paulò pòſt excedũt ſic inuidia, authore Hiero primum ſe demordet. Tamq; virulentũ malum eſt liuor, vt vltrò careat inuidus bono aliquo, dum eodẽ priuetur & proxim' ſuus: ſicut ille, quẽ rex petere iubebat quod vellet, ſeq; datutũ ei, & alteri cui inuidebat bis tantũ: veritus ne ſi mille aureos peteret ſibi dati, alteri darẽtur duo milia: inuidia itaq; cõpulſus petit effodi ſibi oculũ. vt alteri effoderentur ambo. Nemo igitur liuido multùm conuerſetur, iuxta conſilium Sapiẽtis, Ne comedas eũ ho-
Prou. 23. mine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniam in ſimilitudinem arioli & coniectoris ixiſtimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi. & mens eius non eſt tecum.

3 Quando itaque ſcelus tantum eſt inuidia, fugiamus illud, neq; leuiter peccem' in eo: cogitemus potius quod ora
Matt. 6. mus quotidie, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di-
Dimittere debita proximo. mittimus debitoribus noſtris. Dimittere autẽ proximo bifariã poteſt intelligi: vel ratione offenſæ, ita neceſſariũ eſt dimittere nos proximo noſtro, eò quòd omnes tenemur diligere ex charitate: vel ꝑpter iniuriã alicui à proximo ſuo illatam, & hic ſicut ſine peccato quis poteſt bonum repetere ablatũ, etiã poteſt aliquis licitè & citra inuidiæ vitiũ honorem petere adẽptũ ſibi, imo dari poteſt caſus, vbi oſtendantur cæteri, ſi quis nolit nominis ſui & famæ gloriã tutari. tũc enim iure exequi poſſet & deberet, ſicut dici ſolet in
11. 4. 1. iure, Crudelis eſt qui famam negligit. ¶ Verũ inuidiã hanc
Nõ ſunt. nõ debet in corde & animo ſuo fouere vt creſcat ĩ odium:
Matt. 18. quoniam aliâs dicetur ei à domino, Serue nequam, omne

debitum dimiſi tibi, nõne oportuit & te miſereri conſerui tui? profectò enim ſi dimiſerimus nos hominibus peccata ſua, dimittet & nobis pater cæleſtis peccata noſtra. Quæris autem, an iniquè faciat inuidus, dum orationem orat dominicam, nolens interim dimittere proximo ſuo? Reſpõdetur, ad hoc vt quis meritoriè oret, inuidia carere debet, iuxta illud quod ait Sapiens, Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Sic Paulus inquit, Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donãtes inuicem ſicut & deus in Chriſto donauit nobis. Chriſtus quoque dimittere nos iubet, vt dimittatur viciſſim nobis. Sic domin⁹ per prophetã reſpõdet iis qui cõqueſti erãt, dicẽtes, Quare ieiunauimus, & nõ aſpexiſti? humiliauim⁹ animas noſtras, & neſciſti? Ecce, inquit dñs, ĩ die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & cõtẽtiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Vnde & Paulus ait, Noli vinci à malo, ſed vince in bono malũ. Eius rei exemplar nobis dedit domin⁹ dũ pro ſuis orauit crucifixoribus. Pater, inquiens, dimitte illis, quia neſciũt quid faciũt. In hoc ſpeculum reſpexit Stephanus, quãdo pro lapidãtibus ſe orauit dñm, dicẽs: Ne ſtatuas illis hoc peccatũ, quia neſciunt quid faciunt. 2 Poteſt quis orare dominicam precationem tanquam perſona publica, vt ſi quis parochus vel ſacerdos totius eccleſiæ nomine illã decantet vel oret rectè facit: & quanuis ratione ſuæ perſonæ verùm non ſit, quòd dimittat proximo, tamen verum eſt in perſona eccleſię: & ſic quilibet poteſt eam orare. quoniam nõ dicit, Dimitte mihi, ſicut ego debitoribus dimitto meis, ſed, ſicut nos dimittimus, in perſona totius eccleſię, in qua multi ſunt, qui nec irã, neq; inuidiã, nec odiũ geſtant aduerſus proximos ſuos, 3 Si autem pro ſe oret inuidus, nolens tamẽ mittere inuidiã, malè facit: quoniam ſic ait Aug. Si peccatum nõ dimiſeris, nõ poteris dicere, dimitte nobis ſicut & nos dimittim⁹. Et ĩ Enchiridio ca. 84. Qui roganti peccati ſui veniam, & petẽti ex corde non dimittit nullo modo ęſtimet à domino peccata ſua dimitti: quia mẽtiri veritas nõ põt. Si nõ dimiſeritis hominib⁹, nec pater veſter dimittet vobis peccaca veſtra. Atq; hoc etiam eſt quod Chryſoſtomus ait, Cum qua ſpe orat, qui inimicitias ſeruat

Mat. 6. *Eccl. 28.* *Ephe. 4.* *Luc. 6.* *Eſa. 58.* *Rom. 12.* *Luc. 23.* *Lib. 2. de ver. domini in monte.* *Chryſoſt.*

adverſus alterum, à quo forſitan læſus eſt? ſic enim ipſe orans mentitur, dum dicit remitto, & non remittit: itaq; & à deo petit indulgentiam peccatorum, & ei non indulgetur. Attamen ſi quis eo animo oret dominũ, vt ſicut deus homini peccata dimittit ex gratia, ita ipſe quoq; gratiam petat à dño dimittendi proximo peccata ſua, nõ peccabit ille ſanè orando orationẽ dominicã. 4 Circa finẽ huius euãgelij occurrit adhuc quæſtio: cur dominus ſeruũ hũc tradiderit tortoribus propter debitum, quod illi remiſerat antea? Reſpõdet Auguſtinus, & ait redire peccata dimiſſa, vbi fraterna charitas non eſt: ita ſanctus quoq; pater ait Ambroſius, Donare inuicẽ, ſi alter in alterum peccat: alioquin deus repetit dimiſſa. ſi enim in iis cõtẽptus fuerit, ſine dubio reuocabit ſententiã, per quã miſericordiã dederat, probat idipſum per huius euãgelij textũ. Raban' adhuc acerbior eſt, cũ ait, Nequã ſeruũ tradidit tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum, quia nõ ſolũ peccata quæ poſt baptiſmũ egit homo reputabãtur ei ad pœnã, ſed etiã originalia quę in baptiſmo ſunt ei dimiſſa. In eadẽ ſentẽtia eſt & Gre. cũ ait, Ex dictis euangelicis cõſtat, quia ſi ex corde nõ dimittimus, & hoc rurſum exigitur, quod iã nobis per pænitẽtiã dimiſſum fuiſſe gaudebam'. Vt iã res hæc ita ſanè intelligatur, nequis mitiſſimũ deũ crudelitatis arguat & tyrannidis, ſciendũ eſt non ita vetera redire peccata, vt pro iis ſic puniatur in ęternũ, quaſi nõ pœnitentiã pro iis egiſſet. durũ enim id nimis fuerit, cũ nõ bis puniat deus vnũ peccatũ, neq; retribuat duplicẽ tribulationẽ, quòd & ex illa pater expoſitione, quid ſit dimittere peccatũ, niſi quia nõ vult dominus illud imputare alicui ad pœnã æternã, teſte Aug. & Dauide, Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates & quorũ tecta ſunt peccata. hoc eſt obliuioni cõtradita. Sic Gelaſius inquit, Diuina clemẽtia dimiſſa peccata in vltionẽ vlterius redire nõ permittit. cui cõcordat & Aug. ad Proſperũ. Sed eò tãtũ dicũtur redire, quoniã ſi cui remittit dominus peccatũ, & propter gratiã illa ipſe porrò cauere debeat perpetuò à peccatis, rurſus autẽ recidat in peccata, poſteriora hæc prioribus fiũt grauiora ob ingratitudinẽ: hinc ſequitur, adulteriũ quod quis iã cõmittit, grauius eſſe (cæteris parib') eò quòd ante decẽniũ cõmiſerat quia quo diutius lõgiúſq; viuis, eo tibi grauiora ſemper ſiunt peccata ob ingratitudinis vitium longe teterrimum.

De bap. contra Donati. *Ambro.* *Rabanus* *Gregor.* *Nahũ. 1.* *Pſal. 31.* *De peni. diſt. 4. c. diuina.*

Dicere quoque poſſumus redire peccata ſic, quòd quemadmodũ antea pœnã incurrit æternã,ita eandẽ nunc quoq; cõ meruir,non propter antiquũ illud,ſed hoc nouum peccatũ, quoniam qui in vno offendir, iam factus eſt omnium reus, non quòd tantum pati debeat: quia tam priuarur gloria æterna perpetuis deputatus ſuppliciis, quã ſi omnia alia trãſgreſſus eſſet)quo ad pœnam damni omnes damnati ſunt ęqualiter damnati,& quo ad durationem, quia omniũ pœna eſt infinita.) Infringit porrò propoſitum,quod pœnitẽs habuit de non peccando in poſterum,hinc ſequens peccatum grauius fit. Admonitos itaque iam vos dilectiſſimi omnes volo,vt dilectionem mutuam obſeruetis,remittẽtes inuicẽ alrer alteri delicta ſua propter dominũ, & ille viciſſim nos, vt fratres verôſq; ſuos filios remunerabit in æterna patria. Id adeò tu prȩſta,Chriſte Ieſu, qui cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti viuis in æternitate perpetua benedictus, laudabilis & glorioſus in ſecula,Amen. *Iacob 1.*

¶DOMINICA XXIIII. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, MATTH. 22.

IN illo tempore, Abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone:& mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis,dicentes,Magiſter,ſcimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo:non enim reſpicis perſonam hominum,dic ergo nobis,quid tibi videtur,licet cenſum dari Cęſari,an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum,ait. Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus, Cuius eſt imago hæc& ſuperſcriptio? Dicunt ei,Cęſaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cęſaris,Cęſari,& quæ ſunt dei,deo. Et audiẽtes mirati ſunt,& relicto eo abierunt. *Mar. 12. Luce.20 Act.10 Rom. 13.*

HOMILIA VNICA.

NVper,inquit Hieronymus,ſub Cęſare Auguſto Iudęa ſubiecta Romanis(quando in toto orbe celebrata eſt deſcriptio)ſtipendiaria facta eſt:& erat in populo magna ſeditio,dicentibus aliis pro ſecuritate & quiete,qua Romani pro omnibus militarent,tributa debere perſolui: phariſæis aurem,qui ſibi applaudebant de iuſtitia, contrario dicentibus,non debere populum dei,qui decimas ſolueret, & pri- *Hierony Luc.2.*

micias daret, & cætera quæ in lege ſcripta ſunt faceret, humanis legibus ſubiacere. Cæſar Aug. Herodem filium Antipatri regem Iudæis conſtituerat, qui tributis præeſſet, & Romano pareret imperio. Super iis miſerũt diſcipulos ſuos
Luc. 23. cum Herodianis (nanque & Herodes ad feſtum hoc venerat Hieroſolymam) ad dominum eo conſilio, quod parabolas quas dixerat dominus, iam obſeruabant in ſe dictas: nec ta-
Matt. 21. men audebant illum adoriri præ populo, qui ipſum habebat pro propheta: ſed nec verbis quicquam præualebant aduerſus eum, quòd vndecunque obuiaret ipſis ſapientiſſimè. Inter hæc incidit eis, quomodo Theodas & Iudas ſeditio-
Act. 5. nis autores malè tractati eſſent, dũ reſiſterent poteſtati Romanorum, cogitabant in eandem quoq; ſuſpicionem adducere Chriſtum, vt illi aduerſarẽtur ſuperiores & optimates: miſerunt ita & Herodianos cum ſuis ad illum, vt ſi negaret tributa ſolui debere Romanis, idipſum ſtatim Herodiani denunciarent Herodi. Sin autem affirmaret, ſic quoque aduerſum ſe prouocarent plebem. Vnde & Lucas ait, Obſeruã tes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eũ in ſermone. Sed nos iam ipſum aggrediamur cõtex-
Luc. 20. tum euangelij. ¶ Abeuntes phariſæi, conſilium inierunt vt caperẽt eum in ſermone. Omnis malitia, inquit Chryſoſto-
Chryſoſt. mus, confunditur, quidem aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem nũquam, maximè eorum qui propoſito malo & non ignorantia peccãt. Quod verbũ diligenter tu cõſidera aduerſus hæreticos, qui deſiſtere nolũt ab errorib' ſemel conceptis, etiam cõfuſi rationibus & ſcripturæ teſtimoniis, Ita hîc phariſæi non poterant extorquere à domino, qua tã
Chryſoſt. dem poteſtate faceret illud: ad hæc conſcientia quoque vrgebat eos ſuper illo quod dixerat. Malos malè perdet. Sicut autem ſi quis claudere voluerit aquæ currentis meatum, ſi excluſa fuerit per aliquam violẽtiã, aliũde ſibi ſemitã quærit: ſic Iudæorum malignitas ex vna parte confuſa, alium ſibi aditum adinuenit. Conſiliumq; inierunt eiuſmodi, de quo
Eſa. 8. propheta dicit, Inite cõſiliũ, & diſſipabitur: loquimini verbũ, & non fiet. In hoc ipſo conſilio triplicẽ dolum & fraudẽ aſſumpſerunt, Primo ſuos miſerunt diſcipulos, vt magna eſſet ignominia Chriſto, ſi ab eis vinceretur, vel etiã vt min' eos obſeruãs, faciliùs impingeret in ſermone Deinde miſerũt ſimul & Herodianos, qui ipſum ſicubi quicquã aduer-

ſus Cæſarem diceret, accuſarēt. Poſtremo in hoc Iudæos pariter & Gentiles miſerūt, vt ſi tumultus aliquis cōcitaretur, vtriq; ſuarum partiū eſſent. Iniquum porrò hoc fuiſſe cōſiliū, inde colligitur, quod ad illud iis vtebātur, quos omniū maximè habebāt exoſos, ſeruis militaribus, ſtipēdiariis Romanis. Sed quis tandē conſiliū iniret aduerſus dominū, niſi diabolus cū ſuis mēbris? Magiſter inquiūt, ſcimus quia verax es, & viā dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonā hominū. Blāda & fraudulēta interrogatio illuc prouocat reſpōdētē vt magis deū quā Cæſarē timeat. Dum enim dicunt non reſpicis perſonā hominū, Cęſarem & Herodē reſpiciūt. vſq; adeò fellis & fraudis verba eorum plena erant omnia, vt ait Dauid, Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebāt. Magiſtrum vocāt, cuius nolunt eſſe diſcipuli: magiſtrum vocant, dum decipere cogitant: aliâs impoſtorē & deceptorem nominăt populi: iam dicunt eum viam dei in veritate docere, aliâs clamāt eum ſubuerſorem eſſe gentis, neq; eſſe à deo qui ſabbatum non ſeruet. Iuuenes quidem erant, qui mittebantur, ſed malitia pares veteribus. Et ſicut ſerpentes paruuli, licet ætate & magnitudine cæteros non æquant, veneno tñ inferiores non ſunt: ita hîc Iudæi quanuis veritatem dicebant, non tamen ſine dolo, laudabāt enim eū ideo, vt huiuſmodi cōmēdatiuncula ipſum prouocarent ad dicendum aliquid contra magiſtratibus. quoniā hæc hypocritatum proprietas eſt, laudant cui nocere volunt, falſæ laudis catenam in ore circunferunt, & malitię gladium celant in pectore: iuxta illud Dauidicū, Moliti ſunt ſermones eius ſuper oleū, & ipſi ſunt iacula. & itē iſtud, Pacē loquūtur cū proximo ſuo, malū autē in cordibus eorū. Rectè interim Salomon ait, Meliora ſunt vulnera diligentis, quā fraudulēta oſcula odiētis. Sic & dominus per prophetā, Popule meꝰ, inquit, qui te beatū dicūt ſeducūt te. Et rurſus Salomō admonet prudēter ſanè, Quādo ſubmiſerit vocē ſuā inimicus tuus, ne crediderís ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. 2 ¶ Simul atq; iam ex falſo corde dominū verè laudaſſent, ecce nūc ſequitur aculeus: aiūt enim, Dic nobis, quid tibi videtur? licet cēſum dari Cæſari an non? quaſi dicerent, Parum decet altiſſimi dei ſeruulos cenſum dare regibus terrę, & ſicut iniquum fuerit, ſi rex aliquis alterius ſibi comitatum aut familiam

Hieron. *Hieron.* *Pſal. 61.* *Ioan. 7.* *Mat. 27.* *Ioan. 5.* *Chryſoſt.* *Pſal. 54.* *Pſal. 27.* *Eſa. 3.* *Prou. 26.* *Chryſoſt.*

afferat, ita multò magis rex terræ nō debet deo cæli ſeruos ſuos vel abſtrahere vel grauare. Et ô miram hâc malitiā! nō dicunt, dicas nobis quid bonum ſit, quid conducibile, quid legitimū, ſed quid tibi videtur. ſic illud ſolū modo ſibi propoſitum fuit, quomodo præſenti principatui hoſtem eſſe o-
Chryſoſt. ſtenderent, ac principi quaſi ſeditioſum traderent. Intellecta autem dominus malitia eorum, dixit, Quid me tentatis hypocritæ? reſponderat ille hoc verbo, nō ſecundū blanda eorum verba, ſed ad exaſperatā cōſcientiā. Quid multa?
Hierony. voluntati in hoc reſpondit, non verbis. Prima enim hęc virtus eſt reſpondentis, interrogantium mentem cognoſcere. Quid, inquit, me tentatis hypocritæ? Verbo illis aperit dominus, quod ipſi ſentiebāt in cordibus ſuis, vt ſic καρδιογνώ-
Chryſoſt. σην hoc eſt, cordium cognitorem, eſſe intelligerēt: neq; cōſummare operibus quod ipſi in animo cōceperāt. Nā quia magna & aperta vtebātur malitia, maius ipſe quoq; vulnus intorquet, confundens eos: primùm cū in mediū arcana ſua producat, omnibuſque patefaciat, qua mente ad eum acce-
Hierony. dant. Quapropter & hypocritas eos vocat: hypocrita autē eſt, quiſquis aliud ab eo quod eſt, ſimulat foris, quod iam
Eccle. 1. olim prohibuit Sapiēs, Ne ſis hypocrita in oculis hominū. Sic quilibet homo precari deum debet, ne fucatis & blādis
Pſal. 7. hominum palpationib' decipiatur: iuxta illud Pſalmi, Conſumetur nequitia peccatorum, tu autem diriges iuſtū, ſcrutans corda & renes deus. Vere enim ſimulator ore decipit a-
Prou. 11. micum, iuſti autem liberabuntur ſcientia. In ſumma omnis iſte Iudæorum dolus inſtitutus perierat, quādo omniū eorū corda & cogitationes cognoſcebat dominus, eo ipſo te-
Pſal. 103 ſtatus verum ſe eſſe deum. 3 Adhuc magis confundit eos dominus etiam externo facto, & ait, Oſtendite mihi numiſ
Hierony. ma cenſus. Semper ſapienter agit ſapiētia, vt tētatores ſuos propriis verbis côuincat. Numiſma ſibi petit exhiberi, quod ſinguli de capitibus ſuis pēdebant Cæſari Romano. Et ob-
Moneta. tulerunt ei denarium, adhuc ea ſpe ducti, quòd locuturus aliquid eſſet durius aduerſus Cęſarem, vnde calumniandi raperent occaſionem: quoniam cudere monetas, propriū ſemper habitum eſt eorum, qui magiſtratu funguntur. cumq; Romani omnem haberēt poteſtatē, etiam ius habuere monetæ, illiq; imaginem Cæſaris inſculpebant, ſicut antea Iu-
1. Mac. 15 dæi quoque monetam habuerant, teſtantibus idipſum ſcriptis
ptis

ptis Antiochi regis ad ſummum ſacerdotẽ Simonem, quibus indulſit ei, vt propriam in ſua regione cuderet monetam. Cuius, inquit dominus, eſt hęc inſcriptio? Qui putant, ait Hieronymus, interrogationem ſaluatoris ignorantiam eſſe, & non diſpenſationem, diſcant ex præſenti loco, quod vtique potuit ſcire, cuius eſſet imago: ſed interrogat, vt ad ſermonem eorum competenter reſpondeat. Cuius eſt hæc imago? quaſi diceret. Vos ius omne monetarium amiſiſtis. penes alium iam eſt illud, qui & poteſtatũ atque magiſtratuum ſuprema poſſidet officia: quod ſi penes illum poteſtas & magiſtratus eſt, cur non & cenſus erunt & tributa? Quæſtio hæc aliquãdo etiam inter Chriſtianos iactata eſt, an illi imperatori ethnico tributa deberent & Paulus quoq; idipſum ſeriò decreuit, docẽs Romanos omnem animã poteſtati ſubiectã eſſe: cui quicũque ſe opponit, diuinæ ordinationi reſiſtit. Ibidem etiam concludit, tributa ſolui debere, & ait, Reddite omnib⁹ debita, cui tributum, tributũ: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorẽ, honorem. *Hieron.* *Rom. 13.*

4 Cùm iam reſpondiſſent Iudæi inſcriptionẽ iſtam Cæſaris eſſe, ſubiunxit dominus, Date ergo quæ Cæſaris ſunt Cæſari, & quæ dei deo. quaſi diceret, Inſcriptio hæc arguit Cæſarem longe lateque per orbem regere, dominari, militare, contractus veſtros tum diſponere, tum confirmare decet atque, vt ideo tributa illi pẽdatis & cenſus. Quia autem & ad deum decimæ pertinent atque primitiæ, illas quoque miniſtris eius date ſacerdotibus, vt pro vobis orare poſſint dominum deum. Id vtrunque Chriſtus etiam opere compleuit, quoniam in ſpiritualibus ſeduló ſtuduit implere voluntatem patris ſui cæleſtis: interimq́ue & Cæſari quod ſuũ erat, tribuit. Namq́ue matrem ſuam voluit aſcendere in Nazareth, cumq́ue Ioſepho nomina dare ſub Auguſto Cæſare: pro ſeipſo quoque & Petro ſoluit didrachma. nec quicquam inuenias vſpiam, quod aduerſus magiſtrarũ dixiſſet dominus, Quoad dignitatem & poteſtatem, atq; ea omnia quæ ſubditi ſuperioribus ſuis præſtare tenentur. *Hieronȳ.* *Ioan. 4. 6* *Luc. 2.* *Mat. 17.*

¶ At tu magnam hic mihi vide ſapiẽtiam Chriſti, dum non ad interrogationem tantùm reſpondet Iudæorum, ſed falſam quoque eorum rationem infringit, qua mouebãtur vt Cæſari cenſum nõ ſoluerent. huiuſmodi nãque fere eorum erat argumentum, Iudæi nos deo & miniſtris eius decimas

damus,primitias,oblationes,&c.nihil igitur eſt quod inſuper pendamus Cæſari. Id refutans dominus, iubet eos quæ dei ſunt dare deo,& ſimul tamen quæ Cæſaris pendere Cęſari:quaſi diceret, Tantum vobis elargitur deus vt vtrunq; illud bene poſſitis & cum dignitate perſoluere. Conſidera autem dandam eſſe Cæſari quæ ſua ſunt.nam ſi aduerſus æquitatem aliquid cupiant magiſtratus aduerſus fidem religionem aut eccleſiæ catholicæ ordinationem,quod nūc Lutheranorum faciunt magiſtratus,hic ſanè parendum eis nō eſt:ſiquidem quod fide ac virtuti obeſt,non Cęſaris,ſed diaboli tributum & vectigal eſt,vt ait Chryſoſt. Neochriſtiani quoque noſtrates diffidere volunt de domino,quaſi nō poſſint cultum diuinum ſuſtinere, ſimulque pauperes fouere. Sed hæc aliâs,vbi maior ſeſe offerret occaſio.

Chriſoſt.

¶Moraliter exponunt hoc quidam doctores, & dicūt imaginem dei nec auro, neque argento eſſe inſculptam, ſed in ipſam hominis animam. Dicet igitur ille, Cuius eſt hæc imago? Quod ſi anima imaginem inuēta fuerit habere dei, in conſcientia bene pacata & innocenti,mercedem recipiet vitæ æternæ:ſin autem imagine dei obliterata,ſubſtituta in eius locum fuerit imago diaboli,vę homini huiuſmodi,quicunque amiſerit imaginem dei,ſicut amiſit Adam,teſte Auguſtino, cùm ait,Si homo ſeruaſſet in ſe imaginem conditoris,ipſum ſemper laudaret.De malis in eūdem ſenſum inquit etiam Dauid, Imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Vos itaque in Chriſto dilectiſſimi,ſtudete, curate,& elaborate in hoc vnicum, vt ſummi optimique & maximi Cæſaris domini dei imaginem integram,puramque ſeruetis,ſicque præmia ab illo ſuſcipiatis æterna, Amen.

Augu. *Pſal.72.*

¶De imagine vide plura in ſermone ſuper feſto ſanctæ Trinitatis,parte Tertia.

¶DE MAGISTRATIBVS SECVLARIBVS.

HOMILIA SECVNDA.

¶*Reddite quæ Cæſaris ſunt,Cæſari: & quæ Dei ſunt, Deo.* *Matth. 22*

CVm in hoc euangelio poteſtas ſecularis,hominis etiā idololatræ,quique deum non ſolum nō venerabatur, ſed ne norat quidem,per dominum Ieſum confirmatur: facile patet,quantis errorum labyrinthis ſint inuoluti,quātū-

que fallantur Neochriſtiani illi, qui poteſtatis cum ſecularis tum & eccleſiaſticæ ſub euangelicæ libertatis prætextu iugum excutere conantur. Veluti non ita dudum in plebe illa ruſticana, Lutheranorum ſermonibus concitata vſuuenit, quæ non abſque magna ſuorum clade aduerſus principes ſe commouit. Sunt enim in illa ſeditione circiter centena milia hominum cæſa, quorum animabus dei miſerationem exopto. Et hic quidem non mediocris mihi ſtimulus fuit, vobis quaſi digito demonſtrandi, ſeculare dominium etiam inter Chriſtianos licitum eſſe: hincque nihil libertati, in quam vos Chriſtus aſſeruit, decedere. Ea enim in ſpiritu eſt contra peccatorum ſeruitutem, ideoque non detorquenda ad humanum imperium, quod liquidò à Paulo declaratur his verbis, Vos in libertatem vocati eſtis fratres: tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. In hunc quoque modum egregiè atq; præclarè à diuo Petro commonemur, ne Chriſtiana libertate abutamur. dicit enim, Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui dei: ibique affatim explicat, quomodo magiſtratibus obtemperandum ſit, vt paulò pòſt dicemus. Et vt nihil vos lateat quod ad hanc materiam pertinet, altius paulò repetam, primaque ab origine deducam mundanum dominatum.

Lutheranorum ſeditio. *Anno domini. 1525.* *Chriſtiana libertas.* *Galat. 5.* *1. Pet. 2.*

1 Prima igitur poteſtas homini data ſuper originalem iuſtitiam fundata eſt: quã is abſque medio à deo accepit omnibus mortalib⁹ communem, per quam omnia ſe inferiora animantia in ditione tenuit ſua, ad vſus ac ſuſtentamẽta vitæ neceſſaria. hæc nobis à Moyſe in libro Geneſeos depingitur, cùm deus ad Adam dicit, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Hoc eſt quod principiò dixi, Eam poteſtatem ſuper originalem iuſtitiã fuiſſe cõſtitutam, quam homo in paradiſo habuit. ¶ Ea autẽ non ad æquales vſque, id eſt, homines ſeſe extendit. Nam in paradiſo neque rex, neque princeps, neq; vllum generis diſcrimen, ſed vna eademque omniũ futura erat nobilitas. Cuncta animãtia homini ſubdita erant: poſtquã autem ille labe peccati eſt cõtaminat⁹, cõfeſtim iſta poteſtate excidit, ſerpẽtes nos veneno intoxicant, deuorãt leones, dilaniãt lupi, canes morſu, tauri

Gen. 1.

cornibus,equi calcibus nos impetunt. Magnoque nobis labore atque opera cõſtat, certas quaſdam beluas curare atq; educare, vt vel parum ſeſe ad noſtrum accõmodent nutum.

2 Poſtea verò quàm dominium illud gratuitũ vnicuique mortalium conceſſum, iam noſtra ex culpa amiſſum fuerat, in quo omnia erant communia, proprietatem bonorum in mundo conſequi neceſſe erat. Primi itaque Chriſti ſectatores quàm proximè ad priſtinum innocentię ſtatum vitę puritate acceſſerunt. Id quod Lucas teſtatur in Actibus apoſtolorum, cùm ait, Multitudinis credentium erat cor vnum, &

Act. 4. anima vna, nec quiſquã eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuũ eſſe dicebat, ſed erãt illis omnia cõmunia. Proprietatem verò omnium rerum poſt lapſum conſecutam eſſe, facilè ex

Gen. 3. hoc elicitur. Ita enim dominus inquit ad Adam, Maledicta terra in opere tuo, In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Quòd ſi poſſeſſiones non eſſent diſtributæ, malè excolerentur agri. Deſides enim pulchrè ſibi à laboribus cauerent, nihilominus tamen ex frugibus exſaturari cupiẽtes. Diſtractęque forent volũtates, dum hic generaliter viuere, ille verò ſum-

Meum & Tuum. ptibus parcere cuperet. Opus igitur fuit vt quiſque priuatas habeat opes. hoc eſt quod dicitur, Meum & Tuum ex peccato proueniunt. Niſi enim peccatum eſſet, abſtineretur ab his duabus contentioſis voculis, meum & tuum: quoniam ſi peccatum non eſſet, meum quoque & tuum non eſſent.

3 ¶Cùm ergo tempore naturæ lapſæ ſeu deſtitutę ſurrexit proprietas bonorũ, oportuit etiam dominiũ iſtitui, aliâs enim quiſquis fortior fuiſſet, bona alterius vi occupaſſet, nec bonus ſatis tutus à violẽtia malorũ eſſe potuiſſet. oportuit itaq; inſtitui magiſtratũ, qui tum bonos tueretur, tum iuſtitiã ipſam defenderet. Et tamen multi violẽter ſe intru-

Gen. 11. ſerunt in officia magiſtratus, ſicut Nemroth: quem nõnulli putant fuiſſe Ninum, qui primum regnũ tenuit Aſſyriorũ. Alij electione & conſenſu populi eò deuenerunt, dum aliæ prouinciæ alios atq; alios ſibi reges deligerent. Atq; hoc eſt quod imperator ait vſu exigẽte, humanis neceſſitatibus gẽtes humanæ iura quędam ſibi cõſtituerunt, bella enim orta ſunt, & captiuitates ſecutæ & ſeruitutes. In Geneſi legimus

Gene. 4. Cain genuiſſe Enoch, qui ciuitatẽ extruxit, vocauitque eam

iuxta nomen filij ſui:ſimulque iura vtique conſtituerunt & magiſtratus, quando etiã latrones in vno nemore ſine legibus viuere nequeunt. Ita deinceps tota plena eſt ſcriptura, quomodo à tempore diluuij reges fuerint, Abimelech, Pharao, & nouẽ iſti, qui inter ſe bella gerebãt, aliiq; innumeri. *Gene.12. 20. & 14*

2 ¶Inuenimus quoque in ſacris literis ipſum dominum regios magiſtratus inſtituiſſe ſuper populum ſuum, quanuis enim ſuper ſuam quiſque paterfamiliâs domum dominabatur, liberos quoque & nepotes: ſicut de Noe, Abraham & Iacob conſtat: decurſu tamen temporis inualeſcente hominum multitudine, oportuit inſtitui magiſtratus, ſicque Moyſes præfectus eſt populo dei, quem & eduxit ex Ægypto: huic ſucceſſit Ioſue, illi iudices cæteri vſque ad Samuelem, cuius temporibus tandem dominus ad petitionem populi dedit Saulem: eum Samuel vnxit in regem, cumque ille iam non ita obediens eſſet deo, ſucceſſit ei Dauid. Quid autem ad regem pertineret, iam antè domin⁹ docuerat per Moyſen dicens, Cùm dixeris. Conſtituam ſuper me regem, ſicut habẽt omnes per circuitum nationes, eum conſtitues, quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorũ. non poteris alterius gentis regem facere, qui non ſit frater tuus. Non multiplicabit autem ille ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſubleuatus. Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immenſa pondera. Samuel autem nõ paulò adhuc accuratius iura regis oſtendit, inquiens, filios veſtros tollet & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum, conſtituet ſibi tribunos & cẽturiones: ſequitur ibidem de aliis bonis eorum, quibus tamen non vbiuis eum vti licebat niſi in neceſſitate regionis. ¶Atque vt tandem ad illud quod præcipuum noſtræ huius homiliæ eſt inſtitutũ veniamus, ſuſtinuimus hactenus concluſionem illam: quia neceſſarium fuit poſt peccatũ inſtitui maigſtratum, eumq; ſic vel immediatè à deo, vt apud Iudæos, vel per media hominum eſſe inſtitutũ: vnde & Sapiens ait, Per me reges regnant, & legum cõditores iuſta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Ita alius Sapiens omnes reges & principes docet, quales ſe exhibeant in imperio ſuo. Imo ſic reges dominia ſua habuerunt à deo, vt etiam Meſſias voluerit per

Exod 3. Num.27 1.Reg.9. & 10. 1.Reg.16 Deut.17. 1.Reg.8. Prou. 8. Sap.6. Eſa.45.

regem ethnicum & gentilem præfigurari, iuxta illud pro-
Eſa. 45. phetæ, Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, cuius appre-
hendi dexteram, vt ſubiiciā ante faciem eius gentes, & dor-
ſa regum vertā, & paulò antè, Quid dico Cyro, paſtor meus
es, & omnem volūtatem meam complebis: Dauid quoque
qui plenus fuit ſpiritu ſancto, quāuis iniquè eum perſeque-
1. *Re.* 24. retur Saul, hic tamen cùm ſemel digreſſus eſſet in ſpecum,
in qua Dauid cum ſuis latitebat, tantùm amputauit illi par-
ticulam pallij, nō permiſſurus occidi eum à ſociis ſuis, qui-
bus dixit, Propitius ſit mihi dominus, ne faciem hanc rem
domino meo Chriſto domini, vt mittam manum meam in
Prou. 11. eum, quia Chriſtus domini eſt. Atque hoc eſt quod Salo-
mon inquit, Sicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in ma-
nu domini, quocunque voluerit, inclinabit illud, &c.

3 Tenentur autem ſubditi magiſtratibus ſuis exhibere fidem, obedientiam, reuerentiam, obſequia, ſuſtentationem temporalem, pro ſuo cuiuſq; ſtatu: & quicquid alius opus habent ad iuſtitiæ adminiſtrationē. Locus hic in ſe cōtinet omne quod ad ſublimitatem & conſeruationē pertinet magiſtratuum. Ita hęc omnia percurramus, ſingula ex ſacris literis confirmaturi. Et primum quidem omnium obedientiā debet ſubditus magiſtratibus ſuis in omnibus licitis: id ideo Paulus teſtatur, Omnis, inquiens, anima poteſtatibus
Rom. 13. ſublimioribus ſubdita ſit. non enim eſt poteſtas niſi à deo: quæ autem ſunt, à deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. principes nāque non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem nō timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudē ex illa. dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malū feceris, time. nō enim ſine cauſa gladium portat, quia dei miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolū propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Locum hunc eò libentius ad longū recenſui, quod expreſſè adeò magiſtratū dominij teſtatur, quoniā ex deo eſt, cui reſiſtit quiſquis magiſtratui reſiſtit. Domine Ieſu Chriſte, propiti⁹ eſto miſeris illis, qui in ea occiſi ſunt inobedientia, vt diuinæ reſiſterent ordinationi, quo erroris per ſuos falſos abducti ſunt prædicatores, quibus omnibus id quoque dimittat deus.

1. *Pet.* 2. ¶ Simile eſt quod ait Petrus, Subiecti eſtote omni humanę

creaturæ propter deum,ſiue quaſi regi præcellenti, ſiue ducibus tãquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorum. Sic & Paulus inquit, Serui, obedite dominis carnalibus cũ timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri,ſicut Chriſto:non ad oculum ſeruiẽtes, quaſi hominibus placentes,ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatẽ dei ex animo cum bona volũtate. Quæ ad verbũ pene etiã ſententia illius eſt ad Coloſſenſes. Et propriè quidem diximus in omnibus licitis & honeſtis obtemperandũ eſſe magiſtratibus. Nam ſi quid ſtatuerint aduerſus deum & fidem tenentur ſubditi non obedire illis.iuxta illud Petri, Oportet deo magis obedire quàm hominibus. Ita ſi quid mãdarit rex contra bonos mores,contra ſalutem animę,non parendum eſt ei.Ita Mauricius,Exuperius & alij ſocij, Imperatori Maximiano mandanti vt idolis ſacrificarent, reſponderunt,Milites quidem tui ſumus, Imperator,ſed tamẽ ſerui Chriſti:tibi quidem diſciplinam & operam omnẽ militarem,deo autẽ debemus obedientiã & innocentiã. Abs te laboris noſtri ſtipendia recepimus,ab illo autẽ prima ſuſcepimus exordia vitæ.In hoc te ſequi nõ poſſumus,vt noſtrũ abnegemus cõditorem. Sic Matathias noluit obedire regi pręcipiẽti aduerſus mandata dei Ita nos Aug. docet,cũ ait Qui reſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit:ſed quid ſi illud iubeatur quod non debes facere?hic ſanè contẽne poteſtatem.ipſos humanarũ legũ gradus aduerte,ſi aliquid iuſſerit curator,faciẽdum eſt: tamen ſi cõtra procõſul iubeat, non vtiq; cõtẽnis poteſtatem, ſed eligis ſeruire maiori,nec debet minor iraſci,ſi maior prælatus eſt.Rurſus ſi ipſe conſul aliquid iubeat,& aliud iubeat imperator,vel ſi aliud iubeat imperator,& aliud deus,quid iudicas. Maior poteſtas deus.da veniã,ô Imperator:tu carcerẽ,ille gehẽnam minatur.Tota quoq; plena vndiq; ſcriptura eſt,quomodo nõ parendum ſit magiſtratui aduerſus deum aliquid pręcipienti. ¶Ex hoc quidẽ loco eſt adhuc quod admoneam,honorandos eſſe dominos vltra id quod obediendum eſt illis:ídque in vniuerſum de bonis, malis,imo & infidelibus accipiendum eſt.Quod eò hic admonemus,quod aduerſatur hæreticis quibuſdã,qui ſimplicibus perſuadere conantur,neminem iu ſua dignitate permanere, qui ſit in peccato mortali cõſtitut':iniquè ſanè & turpiter,taceo quod& ineptè nimis

Ephe.6

Coloſſ 3

Act.5

1.Mac.2

Augu.

Honor dominis debitus.

2.Re.12. Aut ideóne ſtatim Dauid, quia adulterio peccauit & homi
Num.2 cidio, rex inſuper nõ fuerit? Moyſes quoque quia peccauit
murmurans & diffidens de verbo domini, ideóne amiſerit
poteſtatem ſuam ſuper populum dei? ſimile iudiciũ de mul
tis aliis regibus eſt. Sic dominus præcepit Sedechiæ regi &
plebi Iudæorum, vt egreſſi ciuitatem ſe dederẽt Nabucho-
Hiere. 21 donoſori regi Chaldæorum, dummodo viuere velint: qui-
cunque autem in ciuitate permanſerint, eos peſte, fame &
gladio petituros: ex iis autem quotquot euaderent, illos in
captiuitatem venturos Chaldæorum, qui nullam eorũ mi-
Hier.27 ſericordiam habituri eſſent, ſed omnes occiſuri. Et deinde
ſic ait dominus, Dedi omnes terras iſtas in manu Nabucho
donoſor regis Babylonis, ſerui mei: & ſeruient illi omnes
gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus
terræ eius & ipſius: & ſeruient ei gentes multę & reges ma-
gni. Gens autem & regnum quod non ſeruierit Nabucho-
donoſor regi Babylonis, & quicunque non curuauerit col-
lum ſuum ſub iugo regis Babylonis, in gladio & fame & in
Danie.3. peſte viſitabo gentem illam, ait dominus, donec cõſumam
Hier.40 eos in manu eius. Et Gẽtilis autẽ & idololatra fuit iſte Na-
buchodonoſor, ſicut ex ſtatua illius quam in campo Duran
erexerat adorãdam, facilè colligitur. Ita & Godolias dixit
Hieremiæ cohabitans, cũ iam bona Iudæorũ pars adducta
eſſet in captiuitatem Babylonicam: Nolite timere ſeruire
Chaldæis, habitare in terra & ſeruite regi Babylonis, & be-
Luc. 2 ne erit vobis ¶ Idẽ verò nõ minus manifeſtè in nouo quo-
Matt.22 que apparet teſtamẽto. Maria nanque Gẽtili paruit Cæſari
Auguſto in deſcriptione orbis. Chriſtus hic iuſſit quæ Cæ-
ſaris eſſent, dari Cæſari, non conſiderato eo quod Ethnicus
eſſet Tiberius. Chriſtus quoque dixit ad Pilatum, Non ha-
Ioan.19 beres poteſtatem ſuper me vllam, niſi tibi datũ eſſet deſu-
per. conſtat autem Pilatũ quoq; Gentilem fuiſſe ex ſuopte
ſermone, quum ait, Nunquid ego Iudæus ſum? Hoc quoq;
1.Pet. 2. manifeſtè patet ex eo Petri loco, quẽ iam ſuprà citauimus.
Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, &c. deinceps quo-
que, Serui, ſubditi eſtote cum timore dominis veſtris, non
tantùm bonis & modeſtis, ſed etiã diſcholis. Ad hæc Pau-
lus quoque obedientiam pręcepit habẽdam erga magiſtra-
Rom. 13. tus, qui tum fere maximè & Romæ quidẽ præcipuè, Gen-
1.Tim.2. tiles erant: iuſſit & orare pro regibus & aliis ſuperioribus,

ſicut mox dicturi ſumus. Falſum itaq; eſt & obedictiā magiſtratuum negare, & ſubditos nolle magiſtratus pati, eò q̃ mali ſint aut etiam infideles, quando contrarium iam ex vtriuſque teſtamenti certis locis, firmiter eſt probatum.

4 Diximus ad quid obligati ſint ſubditi, & primo quidem de obedientia, & nunc cætera quoque diſpiciamus, vbi primùm ſe offert illud quod ſubditi tenentur orare pro magiſtratibus ſuis. Id ita iam olim Paulus docuit, inquiés, Obſecro primū omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominib⁹, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate cōſtituti ſunt, vt quietem & tranquillā vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Idipſum quoque ſcriba Hieremiæ docuit Iudæos ipſiſq; ſic ſcripſit Hieroſolymam, Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ꝓ vita Balthaſar filij ei⁹, vt ſint dies eorum ſicut dies cęli ſuper terram, & vt det dominus virtutē nobis, illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nubuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus. Ecce quā arduè in vtroque teſtamento docemur orare pro magiſtratibus. ſic & Hieremias ait. Quærite pacem ciuitatis ad quam profecturi eſtis: quęrere autē pacem fit per orationē, quod etiam nunc eccleſia facit, in Canone orans pro papa, rege epiſcopo & omnibus fidelibus: ſempérque hoc obſeruatum eſt in eccleſia, vt pro gemino ſtatu eccleſiaſticorum & ſecularium fiant orationes, id ita teſtante Tertuliano in apol. aduerſus Gentes cùm ait, Illud (in cœlo) ſuſpicientes Chriſtiani extenſis manibus, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus: deniq; ſine monitore, quia de pectore oramus: precātes ſumus omnes ſemper pro omnibus imperatorib⁹, vitam illis prolixam imperiū ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelē, populum probum orbem quietum: & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt deit ceps quoq; coimus in cœtum & ad congregationē, vt ad deum, quaſi manu facta, precationibus ambiamus orātes. hæc vis deo grata eſt. Oramus etiā pro imperatorib⁹, pro miniſtris eorum ac poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Quod ſi illud Chriſtiani pro principibus & Cęſaribus fecerūt infidelibus, quātò magis nos Chriſtiani orare tenemur pro omnibus piis & fidelibus magiſtratib⁹?

1. Tim. 1
Bar. 1.
Betē vur die oberkeit.
Hiere. 29
Cap 30
Ca. 32. 39

¶Tertiùm quòd ſubditi ſuperioribus ſuis exhibere tenentur, fides eſt: ſiquidem hinc inde in ſacris literis fidele com-
Mat.24. mendatur miniſteriũ, dicẽte domino, Fidelis ſeruus & prudens, quẽ conſtituit dominus ſuper familiã ſuam. Hoc quis dubitet nũc quoque eſſe in dominio noſtro, vbi ſubditi fide bona etiã iuriſiurãdi deuincti ſunt dominis ſuis. Iuramẽta autẽ ſeruãda eſſe, in vniuerſum tota ſacra nos docet ſcri-
Num.30 ptura. Ecce enim Moyſes ſic inquit, Iſte eſt ſermo quẽ præcepit dominus, Si quis virorũ votũ domino vouerit, aut ſe conſtrixerit iuramẽto, nõ faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit, Et alibi, Anima quę iurauerit,
Leui.5. rit, & protulerit labiis ſuis, vt quid faceret, & non fecerit, & idipſum iuramẽto & ſermone firmauerit, oblitáque poſtea intellexerit delictũ ſuũ, agat pœnitẽtiam pro peccato, &c. Hinc & Paulus ait, iuſiurandum inter homines firmatũ eſ-
Heb.6. ſe, & veluti finem omnis contentionis inter ipſos: quod & inter gentes apud omnes ſemper nationes maximè habitũ eſt, perfidi quoq; contẽptiſſimi fuêre & abiectiſſimi. Quãdo iureiurãdo obſtricti ſunt ſubditi ſuperioribus ſuis, fidei
Ci. in off. fidelitatíſque ſuę & iuramenti obliuiſci non debent, neque ſeipſos improbos facere & omni honore deſtituere. quoniã & deus perfidũ odit & grauiter punit. quãuis etiã nõ interueniente iuramẽto, ſubditus quiſq; fidelis eſſe debet ſuperioribus ſuis: quoniã vir fidelis magnas multáſq; laudes meretur in ſcriptura, etiam apud Sapientẽ. viciſſim quicũq; ſubdit⁹ perfidus ſit in domino ſuo, proditor habetur domi
Prou. 28 ni ſui & traditor. 5 Quarto loco reuerentiã quiſq; debet magiſtratib⁹ ſuis, ita enim Petr⁹, Omnes, inquit honorate, fraternitatem diligite, deũ timete, regẽ honorificate. Ne-
1.Pet.2 mo domino ſuo reſiſtat temerè pertinax, nemo illi ſubtrahat honorẽ: ſed pro ſua quenque dignitate veneretur: ſicut Paulus nos iubet præpoſitis noſtris obedire. Nemo præſu-
Heb.13 mat reluctari magiſtratibus: quia nõ ſic iam ſe res habet vt quõdã in paradiſo. omnia iam nobis ſubuertit peccatũ Adę. iã enim Paulus iubet reddere debita omnib⁹: cui hono-
Rom.13. rẽ, honorẽ, quoniã quiſquis magiſtratũ contẽnit, deũ cõtẽnit. Sic Paulus Timotheũ ſuum docet, quid quoque modo
1.Tim.6. prædicet, inquiẽs, Quicũque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrẽtur, ne nomen domini & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habẽt dominos

non contemnant,quia fratres ſunt:ſed magis ſeruiant,quia fideles ſunt & dilecti:qui beneficij participes ſunt. hæc doce & exhortare:ſi quis aliter docet, ſuperbus eſt,nihil ſciẽs. Audi hæc quiſquis es cõcionator neochriſtianorum,& diſce ſermones tuos non accommodare ad ſeditiones & inobedientiam. vt enim maximè dñs tuus,princeps, aut nobilis frater tuus ſit in Chriſto:tu tamẽ ideo eum ne deſpicias, ſed honorem cõdignum impẽde ei. Quiſquis aliter docet, etiam ſuperbiens,nihil ſcit.At nónne hic accommodatiſſimè penicillo,& velut viuis coloribus depinxit Paulus prædicatores iſtos mendaces,Thomam Muntizer,Carolſtadiũ Ioãnẽ Iacobi in Leyphaim,& id genus alios,qui ſuperioribus annis miſeros homines perditè ſeduxerũt, & iniquiſſimè perdiderunt,ita vt vulgus hominũ eis Rhenum,in Sueuia,Francia oriẽtali,Thuringia ſe opponeret aduerſus magiſtratus & confœderatos, magnáque hinc ſuæ inſolentiæ ſuſtinuerũt incommoda in anima, corpore & bonis omnibus?Deus miſeris propitius ſit animabus Quòd ſi tantopere doctrinam Pauli ſeruaſſent opere, quantum iactabundi gloriati ſunt in ſermone,quot ſuperſtites adhuc eſſent viri boni,vxoribus,liberis,& bonis omnibus ſaluis? *Nihil ſciunt ſeditioſi prædicatores. Zuing.*

6 Obſequiũ etiã,miniſterium & ſuſtentationẽ debet ſubditus magiſtratibus ſuis,iuxta illud Pauli, Neceſſitate ſubditi eſtote,nõ ſolùm propter irã,ſed etiã propter cõſciẽtiã: ideo enim tributa præſtatis.miniſtri ſiquidẽ dei ſunt, ĩ hoc ipſum ſeruientes.reddite ergo omnibus debita:cui tributũ, tributũ:cui vectigal,vectigal?cui timorẽ,timorẽ.Ecce quomodo etiam ex apertis ſcripturæ teſtimoniis tenentur ſubditi ſuperioribus ſuis tributa pẽdere & cẽſus,quibus ad vſũ reipub.& iuſtitiæ defenſionem ſuſtẽtari queant. Quãobrẽ & Paulus alibi ſic inquit,Quis militat ſuis ſtipẽdiis vnquã? quis paſcit gregẽ,& de lacte gregis nõ manducat?ſic dominus ipſe & pro ſe ac Petro ſoluit didrachma,& cẽſum dare Cæſari pręcepit.Quæ etiam cauſa eſt,cur ſuperiores ex graui neceſſitate ſubſidia pecuniaria exigere licitè poſſunt à ſubditis,vt in bellis & prouinciarum ac ciuitatũ defenſionibus.Non debẽt tamen huiuſmodi quędam de nouo imponere ſubditis ex auaritia aut luxu,ſine graui cauſa & vrgẽti neceſſitate totius prouincię,iuxta illud Sapiẽtis cõſiliũ.Ne trãſgrediaris terminos antiquõs, quos poſuerũt patres tui, *Roma.15 I.Cor. 9. Matt.17 Steuras imponer. Prou.22. Ieze.45.*

Malè faciunt magiſtratus,ſi nouis ſubinde exactionib' grauant pauperes. Ita dominus per prophetam inquit,Principibus de terra erit poſſeſſio in Iſraël, & non depopulabuntur vltra populum meum. Sufficiat vobis principes Iſraël, iniquitatem & rapinas intermittite, iudicium autem & iuſtitiam facite. Vt maximè igitur exactiones requirantur ꝓ diſpoſitione cauſę,debet ea tamen bene conueniens eſſe & *Exo. 20.* cōſentanea,ne nimium vrgeatur miſer ille,& pauper populus non deglubatur,magiſtratibus autem fungētes,in maximis viuant deliciis:quoniam non ſecus præceptum eſt principibus atq; aliis hominibus oībus,ne bona appetāt aliena, & multò adhuc minus debēt iſti ſine rationabili cauſa quicquam ex paupere expoſcere. ſiquidē contra id loquitur Sa- *Prou.22.* piens quoq;,quum ait,Non facias violētiam pauperi, quia pauper eſt:neq; contra egenum in porta,quia iudicabit dominus cauſam eius, & configet eos qui confixerunt animā eius. Verùm quidem hoc eſt,exhaurire fiſcum & theſaurum ſuum omnem non debet princeps:quoniā ſi id reſcirent aduerſarij eius, plus vrgerent eū & ſubditos illius:vnde quid aliud metuēdum eſſet in ipſius prouincia, niſi maxima bella? Sed in ſumma ad neceſſitatem & tutelā regionis.ad iuſti *Quib' caſibus imponi exactiones poſſūt* tię defenſionem,poſſunt principes exactiones inſtituere & imponere ſubditis ſuis:quòd ſi autē hoc faciant ex auaritia aut alio ſtudio inutiliter abſumendi,tūc ſanè ſunt ex numero dānatorum,niſi pœnitentiā agant. Adhuc ſolent hic doctores oſtendere caſus, vbi principes queāt ex ſubditis ſuis pecunias exigerere vltra cōmunes cēſus:puta cū ſibi timent ab impetu ſubito & inſperato alicuius hoſtis:tūc ſanè cogitur ſe quoq; inſtruere & arma parare. Et ſi ad bellū ꝓficiſcēdū ſit ex iuſſu Cæſaris aduerſus infideles,hæreticos,& obedire nolentes imperio:ſi etiam capto ſibi, pecuniis opus ſit pro redemptione:ſi pontes reſtituendi,viæ ſternendæ, aut alia prouinciæ munimenta ſint reſtauranda,neq; ad hæc vectigal ſufficiat:aut ſi ea ſit paupertate princeps,vt ſoluendo nō ſit cum cōmodo prouincię:ſi filiū aut filiā legitimo thoro copulet & aſtringat:ſi regionē aliquam nouā vel coemit ſibi vel aliūde acquirit. Omnibus enim illis potentior ipſe efficitur, ſuoſq; magis defendere poteſt ſubditos. Quodq; in vniuerſum nos diximus, de ſingulis etiā perſonis intelligi debet:vt ſi ſubdit' agrū habeat aut hortū eo loco, ī quo

vallum & alia quædam munimẽta ſint collocãda ad regionis defenſionem,poteſt illum eripere magiſtratus,ita tamẽ vt ei ſatis fiat. Sin autem ſuperiores vi & violentia eripiant ſubditis ſua bona,quæ nolint vendere,non vtilitatis publicæ,ſed priuatæ voluptatis cauſa,vt mximè ſoluãt eis,nihilominus peccãt. Caueãt igitur ſibi principes,ne ſubditis vi eripiant ſua,vel pecuniis,vel ſine ſolutione. nam tunc tyrãni ſunt,& quiduis potius quàm boni principes. Ecce enim Regũ nos docet hiſtoria quomodo Achab petierit ex Naboth vineam ſuam,vt faceret ſibi hortum voluptatis,quod que horto ſuo coniunctus eſſet proximè & ædibus:atq; in hoc promiſit ſe illi vineam daturũ meliorem, vel etiam pecuniam,ſolutionis pretium:noluit aũt vendere Naboth hęreditatem patris ſui,Et tunc ſubſtituit regina Iezabel viros Belial, quorum falſo teſtimonio factum eſt vt occideretur Naboth,& Achap occuparet vineam. Dixitq; dominus ad eum per Eliam prophetam, Occidiſti inſuper & poſſediſti, hæc dicit dominus,in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth,lambẽt quoque ſanguinẽ tuũ. O ſi in hũc quoque diem ita puniret dominus,non ita violenter opprimerentur miſeri à pleríſque officialibus principúm, à quibus principes perſuaſi,ſæpe cum iniuria & vi diſpoliãt ſubditos,& eorum officialibus & ſecretariis præbent. Et ſicut de vectigalibus & aliis dictum eſt ſuprà,ita de legibus etiã, edictis atq; interdictis principũ ſentire cõuenit. Quicquid enim prudenter & animo bono conſtituunt,reipublicæ,& pacis gratia,atq; ad bonos defendendos & puniendos trãſgreſſores,id ſanè præterquam quod bonum,æquũ & iuſtũ, etiam magni meriti eſt. Multùm mereri poteſt apud deum qui in magiſtratu poſitus eſt, dum amore iuſtitiæ & pacis, malum quod odit punit:plus inquam merebitur,quã ſi Carthuſianus efficiatur Contra vbicunque leges,ſancita,decreta & interdicta priuatæ tantùm vtilitatis cauſa ſuſcipiũtur aduerſus rempublicam,neque iuſtitię nec tranquillitatis amore,ſed cupiditate tantũ,affligendi illos qui ſic tranſgreſſi ſunt & bona eorum diripiẽdi,quid hoc aliud eſt quã ædificare gehennam? Audi in hoc dominum per prophetam tibi dicentem, Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribẽtes iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humiliũ populi mei, vt eſſent viduæ

3. Reg. 21

Meritum principis.

Eſaiæ. 10

præda eorum, & pupillos diriperẽt. Quid facietis in die viſionis, & calamitatis de lõge veniẽtis? Ad cuius confugietis auxiliũ? & vbi derelinquetis gloriã veſtrã, ne incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? 7 Ex ſuperioribus iã ſequitur, quod quãdo magiſtratus poſſunt tributa, cẽſus, vectigalia, & exactiones alias imponere ſubditis ſuis, qui& iure tenẽtur ſoluere, quicunq; infideliter circunueniunt dominos ſuos in illis omnibus, grauiter peccant, atq; corã deo tenẽtur ad reſtitutionem, modò domini faciũt illa propter quæ accipiunt huiuſmodi redditus: quia ſi magna exigant vectigalia ſuperiores, de quib⁹ nec põtes reſtituãt nec vias non tenentur ſubditi dare in conſcientia: tunc autem, ſi iu-
Mat. 22. ſtis de cauſis exigãtur: tuncq; ſi non dent, peccant, Chriſto
Roma. 13 & paulo teſtantibus. Quæ etiam cauſa eſt, quur ſuperiores grauiter puniũt eos, qui in huiuſmodi vectigalibus & aliis delinquunt: quoniam ſi furem rectè ſuſpendunt, latronem capite truncãt, bona ratione poſſunt etiã punire huiuſmodi hominem nequam, qui pecuniam quam reipublicæ impendere debebat, ſubtrahit illi. In ſumma, vectigaliá & huiuſmodi quædã ex cõſuetudine locorum & mercium iuſtè & integrè contribuere, æquiſſimum eſt: ſin autem exactiones varias expoſtulet, qui tamen nec vias reſtituit neq; pontes: & ſæpe interim vbi homines in mercibus & iumẽtis detrimenta patiuntur, etiã non ſoluens non peccat. Sed hæc ſufficiant, quoniã multa de iis dici poſſent. (cap. quẽquam. de cẽſ. lib. 6. & cap. ſi quis Rhomipetas. 24. q. 3. Antonius. par. 2. 14. 10. Angelus & alij.) Graue quidẽ hoc eſt magiſtratib⁹ media ſemper illa & regia via incedere. Quando autem qui officiis iſtiuſmodi præſunt, in exactionem pertrahere conãtur ex odio, inuidia, aut aliunde, qui eò non pertinẽt: aut ex amore & fauore inæqualiter illas inſtituunt, dici multa poſſent: ſed tamẽ cõſtat eos teneri ad reſtitutionẽ dãni partis offenſæ. Similiter qui vectigalia & conductus ſalui precia ſuſcipiũt eorum intereſt vias omnes non tantùm integras, ſed & conſeruare ſecuras atq; pacatas: & vbicũq; ſubditi vel ex latronibus & prædonibus vel ruinis pontium damna ſuſtinent, tenentur ſuperiores reſtituere illis. atque quanuis vectigal nõ teneatur reddere, tamẽ dãnum illatum penſare cæteris paribus. ſecundum doctores in dicto capitulo. Si quis Rhomipetas. Quomodo autẽ malè faciãt magiſtratus

perſonas priuilegiatas (vt eccleſiaſticas) pertrahendo ad exactiones aduerſus diuinas leges, ſanctiones imperatorũ & pontificum canones, mitto: ſimulque iam volens pertrãſeo quàm grauent nonnulli principes, etiã aliquę ciuitates ſubditos aliò à ſe cõmigrantes, exactionibus, quas expoſtulent ab eis, qui amplius in eorũ nõ ſunt poteſtate. Malè fit etiã quum magiſtratus iudices cõſtituunt & officiales alios imperitos atque imprudentes, aut nõ ſatis bonos, à quib⁹ ſubditi ſæpe grauantur, multi aduerſus iuſtum & æquum offenduntur: ibi quo pacto ſuperiores teneantur ad reſtitutionem, etiam volens pertranſeo, ſimiliter quàm iniquè multi miſeros grauent in ſigillis & huiuſmodi quibuſdam aliis. *Sigilla.*

8 Multa hacten⁹ de ſubditis in vniuerſum dicta ſunt, nũc porrò de ſeruis nõnulla dicemus, cuiuſmodi quõdam in tota fere fuêre Germania, & nunc in multis locis indies magis ac magis deſinunt eſſe: quoniam euangelici iſti ſeductores, quid dico? prædicatores dicere volebam: hac quoq; perſuadere voluerunt vulgo, aut ad inobedientiam adducerẽt, aduerſus ſacras literas, iura diuina, leges ſcriptas & veram iuſtitiæ æquitatem. ¶ Principiò quanuis natura æquales omnes ſumus, nemoq; ſeruus, tamen peccato ſeruitus eſt introducta. Ita Gregori⁹ ait, Liquet quod omnes homines natura æquales genuit, ſed variãte meritorum ordine, alios aliis culpa præponit: ipſa quidem diuerſitas quæ acceſſit ex vitio, diuino iudicio diſpẽſatur: & quia omnis homo æquè ſtare non valet, alter ab altero regatur. Hinc eſt quod ſerui tutem cõtra naturã Imperator quoq; eſſe teſtatur. Sed quia varia ſeruitus eſt, de ea tantùm hîc dicere volumus, quæ adhuc inter Chriſtianos eſt, & vix ſeruit⁹ aliqua dici meretur. Eſſe autẽ verba illa Gregorij vera, en ſcripturã tibi ꝓferã quãdo eã adeò deſideras. Euigilans Noe ex vino, cũ didiciſſet quæ fecerat ei fili⁹ ſuus minor, ait, Maledictus puer Chanaam, ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis. Ecce ſtatim à diluuio orta eſt ſeruitus, idque ipſum præuidit in ſpiritu ſanct⁹ ille patriarcha Noe. Ideóque & Ambroſius in quodam ſermone. Manebat, inquit, antequã inueniretur vinũ omnib⁹ inconcuſſa libertas: nemo ſciebat à cõſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Neque eſſet hodie ſeruitus, ſi non fuiſſet ebrietas, obrepſerat quidẽ fraternæ prælationis inuidia, manebat tantũ adhuc paternæ pietatis reuerentia. læſa

Seruitus *Grego.* *de iu. per.* *Gene 9.* *36. diſt.* *ſexto die* *Gene. 4.* *Lib. 20. de ciuit. dei.*

pietas eſt, dum irridetur ebrietas. Auguſtinus quoque dicit, Conditio ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori. nã ſi ſeruitutis inquiram⁹ originem, primùm illa cœpit in bellis, & ſic ex iniquitate, vnde primum [illegible] ſunt bella, in quibus ſeruos quos poterãt occidere, captos vel vendiderunt vel ſeruârunt, vnde nomen iſtud ſortiti ſunt. nam à ſeruando ſerui dicti ſunt. Statim itaq; inualeſcẽtibus bellis multi facti ſunt ſerui: prius enim quis ſeruiebat, quàm occidi ſe ſi
Gene.17. neret. Iam inualuit autem hoc ſeruile malum, vt Abraham huiuſmodi habuerit ſeruos teſte Moyſe cùm ait, Circunciſus eſt Abraham & omnes viri domus illius, tam vernaculi quam emptitij: eos autem non habuiſſet Abraham, ſi illicitum fuiſſet, quanta erat ille perfectione, quãque bene place
Gene.15. bat deo, qui illi etiam mercedem ſe magnã nimis fore ſpo
17. pondit, dixítq; ad eum, Ego deus omnipotẽs, procede corã me, & eſto perfectus. Quid quod in tot legibus, quæ Iudęis datæ ſunt prope ſexcẽtæ tredecim, ſeruus vſqueadeo nul-
Exo.21. libi prohibetur, vt confirmetur magis. Dominus enim per Moyſen ſic ait, Qui percuſſerit ſeruum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius criminis reus erit: ſin autem vno die vel duobus ſuperuixerint, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. Ecce quàm valde hîc dominus ſeruitutem confirmat, adeò vt ſeruus peculium ſit domini ſui, hoc eſt, quia proprius illi, vnde nec puniatur, etiam ſi occiderit eum. Multa ibidem habentur quæ volens prætereo, quoniam in veteri teſtamento teſtimonia ſeruitutis extant
Exo.21. innumera, vt cùm præcepit dominus quẽuis etiã emptitiũ
Gene.44 ſeruum ſuum circuncidi: ſic & diſpenſator ipſius Ioſeph dixit, Apud quemcunque inuenietur ſcyphus, ipſe ſit ſeruus
Deut.15. me⁹. Verùm quidem hoc eſt, quod anno iubileo omnes ſer-
Exod.21. ui emptitij Iudæi liberari poterant, aut ſemper manere ſerui, quod eò ordinauit & inſtituit dominus, quoniam ſeruitus illa adeò dura fuit penes Iudæos, vt qui nunc nobiſcum ſerui ſunt, liberi eſſe poterant inter Iudæos, emptitij enim erãt eorum ſerui, ſicut nunc quoque ſunt Turcarum. Atque
Ierem.34 ideo dominus inter cętera hanc etiam rationem ponit exci dij Hieroſolymitani, quod ſeruos Iudæos ſemel libertate
Leui.25. donatos, rurſus ſeruitutis iugo adſtrinxerãt. Idipſum in lege quoque cautum eſt, quum ait Moyſes, Si paupertate cõpulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſer

uitute

uitute famulorum, ſed quaſi mercenarius & colonus erit. Ibidem docetur, quomodo ſeruos emere debent à circumiacentibus populis, qui eis honeſtè ſeruiant ſemper.

9 Dices, factum id quidem ita eſt, ſed tamen in veteri teſtamento, vbi lex erat ſeruitutis: nunc autem in lege gratię: vbi ſpiritus domini eſt & libertas, qua nos Chriſtus liberauit, aliter omnia ſunt comparata: ita vt Paulus quoque præcipiat nos precioſo Chriſti redemptos ſanguine, effici non debere ſeruos hominum. Et hæc ferè ſunt, quæ prædicatores carnis vulgò propoſuerunt, illũque ad ſeditionẽ concitârunt, ſed ſubuertiſſe eos in hoc verum ſcripturę ſenſũ facilè cõuincemus. Siquidẽ ſimul cũ libertate Chriſtiana, quæ in ſpiritu eſt, facilè ſtare poteſt ſeruitus iſta corporalis, teſtãte Paulo eodẽ in loco, quæ peruerſi iſti aduerſarij noſtri nobis obtrudũt. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere: qui enĩ in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Ecce Paulus quoque vult in ſua quenque vocatione manere & ſeruum & liberum. Quid ergo obgannis tu ſeruitutẽ Chriſtianæ libertati aduerſari? id quidem tibi Paulus permittit, vt ſi queas fieri liber, magis vtaris: ſed interim ſeditiones non ſuadet, nec ſanguinis profuſiones, ſicut iſti turpiter miſeram ſeduxêre plebeculam. ¶ Adhuc mihi Paulum audi in alio loco dicentem, Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placẽtes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes volũtatem dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes ſicut domino, & nõ hominibus: ſcientes quoniã unuſquiſq; quodcũque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, ſiue ſeruus, ſiue liber. (quales erant tũc Gentium, modo Turcarũ) Ecce quàm apertè præcipit Paulus ſeruos dominorum manere in obedientia? Vt nihil iam obſtet quin clarè intelligatis ſentẽtiam & animum Pauli, volentis non erigere ſe ſeruos aduerſus dominos ſuos ad rebellionẽ, ſicut prædicatores iſti animicidæ turpiter ſeduxerũt homines. Quæris autem, Nimis mihi duri & moleſti ſũt domini mei, neque id faciũt quod proximè in Paulo ſequitur, Et vos domini eadem facite illis remittentes minas, ſcientes quòd & illorũ & veſter dominus eſt in cælis, & perſonarũ acceptio nõ eſt apud eũ, Reſpõdeo, & vltrò ſanè hoc tibi amice credo, ſępe

2. Cor. 3. Galat. 4. 1. Cor. 7. 1. Cor. 7. Ephe. 6. Epheſ. 6.

nimiũ præſumere magiſtratus de poteſtate ſua, eóſq; præcipuè qui ex luto ſordiũ euehũtur in magiſtratu. Quid auté, ſi iniquè quęratur de magiſtratu ſubditus, grauamé reputás quod nullum eſt, ſicut nõ raró vſu venit? Quicquid ſit illud, ecce ex pectore chatolico id omne tibi aperiam.

1 ¶ Noris ſeruitutem illam noſtram multò & inferioré eſſe & tolerabiliorem iſta, quę temporibus Pauli inter ethnicos fuit, quãdo domini crudeliſſimi erãt, licere ſibi in ſeruos quicquid liberet exiſtimantes, quando ſeruus nõ poterat excedere ſeruitute, niſi manumiſſus. Et tamen quãtum id eſt, quod Paulus iſtiuſmodi etiã duriſſimis dominis præcipit eſſe parendũ, cur non magis noſtrates ſerui dominos ſuos Chriſtianos tolerabũt, quàm poterunt patientiſſimè. Quære autem tu aliquem, qui inter Turcas vixerit, quomodo illi ſeruos ſuos tractent, & dices ſeruitué noſtram vitã eſſe liberrimam. Quid quod ſerui Chriſtianorũ tanta gaudent libertate, vt & diſcere & operari poſſint quod velint, pergũt quò volunt, negociãtur vt volunt, illi vel alteri artificio ſe dedunt, lucrum omne quod habent, eis cedit? Emũt & vendũt bona, redditus, cenſus, fundos, vt volũt. Dũtaxat dum volũt cõtrahere, domini petunt vt eorum requiratur cõſenſus: & in morte cuiuſq; ſua petũt iura ſecundũ cõſuetudiné patriæ, in vita verò gallinam ſingulis annis in bacchanalibus, & quedã alia parua, quæ tamen variantur apud plures: ſic tamé, quod nõ eſt vmbra ad ſeruitué illam ethnicam. Eſto auté vt ſit etiã hoc graue tibi eſſe ſeruũ, audi tu

1. Pet. 2. Petrũ, qui poſtq̃ obediẽtiã docuit, ſtatĩ ſubiũxit, Sic eſt voluntas dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudẽtium hominũ ignorãtiã, quaſi liberi, & nõ quaſi velamé habentes malitiæ libertaté, ſed ſicut ſerui dei. & deinceps, Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, nõ tãtũ bonis & modeſtis, ſed etiã dyſcolis.. Hæc eſt enim gratia, ſi propter dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiẽs iniuſtè. Quę eſt enim gratia, ſi peccãtes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patiẽter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud deũ: in hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, &c.

¶ Non debebãt ergo iſti prædicatores carnis ob temporalia grauamina ex ſuperioribus prouenĩetia, ſtatim ſubditos ad ſeditioné ĩcitate: ſed docere magis, quomodo vita Chri

ſtiana & pia in tribulationibus, anguſtiis & neceſſitatibus exerceatur, adeò, vt & Paul⁹ glorietur de tribulatione ſua, & tota vndiq; abũdet ſcriptura quomodo patiẽtes nos eſſe deceat in aduerſitatibus, eò quod in patiẽtia noſtra poſſeſſuri ſimus animas noſtras. Meminerit ſubditus, vt maximè tractetur duriùs, malè id quidem fieri, & magiſtrat⁹ in hoc grauiter peccare: ſed tamẽ cogitet interim ſceleratiùs eſſe, bella mouere & ſeditionib⁹ totas vaſtare regiones. Vulgatum eſt hoc, Ne ſit medicina nocentior morbo. Quis enim ferat paruo & exiguo morbo medicũ validiſſima adhibere volẽtẽ & fortiſſima pharmaca? Ita in propoſito quod grauaris à magiſtratibus, iniquum eſt: ſed ex illorum, non tua parte. quod autẽ exiguum iſtud malum: malorũ omniũ lerna cõpeſcere velles & mitigare ſeditionib⁹, nó ſine tuo quoque magno malo, quæ obſecro te agitent furiæ? Capientes Chriſtum Iudæi, peccabãt quidẽ in hoc, ſed tamẽ ille permittere nolebat Petrum gladio etiam pro ſe pugnare: & tu quare exeris gladiũ propter exiguum aliquod & tẽporale grauamen, cùm nõ ſit tibi ius gladij cõtraditũ? Miſeri iſti qui in ꝓxima ſeditione cõcitati ſunt, præterquã quod eorũ multa milia occiſa ſunt, plus etiam grauaminis ſuſtinuerũt inſuper tempore ſeditionis, quàm decennium totũ & paſſi ſunt à legitimis ſuis magiſtratibus: ſi duplum dixero, non errabo. Concludamus ergo. Quandoquidem Chriſtiana libertas intra nos eſt in ſpiritu & anima, ita vt non ſit homo ſeruus peccati, quare non aduerſatur ſeruituti: (eſt impertinens) aliâs enim & Paulus ſeruum Oneſimum rurſus miſiſſet ad Philemonem, à quo aufugerat. Seduxerunt igitur prædicatores iſti carnis animicidæ miſeram plebem, dum non docuerunt libertatem illam in anima hominis, nõ externis rebus corpore & bonis conſiſtere temporalibus.

2. Cor. 6. *1 Cor 11.* *Act. 14.* *Matt. 26* *Rom. 13.* *Ioan. 8.*

10 ¶ Et ſi ſuperiora ſacræ ſcripturæ teſtimonia ſatis facere cuique poſſunt homini pio, ipſumq; obedientiam magiſtratuum cõmouere: tamen illud deo cũ primis exoſum flagitium eſt, ſeditiones moliri aduerſus magiſtratus, ſempéq; eiuſmodi factionum authores puniti grauiter ſunt: habent enim apertum illud iudiciũ & manifeſtam ſententiã Chriſti, Qui gladio pugnat, gladio peribit. Quãdo igitur ꝓpria temeritate turmatim confluunt ſubditi, ſine ordinata & legitima commiſſione, inique faciunt, eò quód eorum nõ eſt

Matt. 26 *Seditioſi.*

vti gladio. Incidunt itaque ſententiam Chriſti, & ſuopte ſe
Supe pt. 1 de bello gladio iugulant. Ita ſeditioſo iſti contigit Abſaloni Dauid
filio, qui vnà cum populo toto erexit ſe aduerſus patrem.
2. Reg. 15 18 Quæris qualis fuerit huius tragœdię euẽtus? Ecce populus
eius totus occiſus eſt: ipſe capillis ſuis, quod habebat pul-
2. Re. 20 cherrimos, ſe ſuſpendit in quercũ, ibique Ioab tribus eum
confodit lanceis. Huiuſmodi exitum habuit & Seba filius
Bochri, iis ſeditione mota effecit, vt totus populus Iſraël re
cederet à rege Dauid & adhereret Seba. Miſſo autẽ omni-
exercitu ſuo Dauid obſedit eum in Abela. Cunque intelle-
xiſſent ciues Ioab deceſſurum obſidione, ſi modò Seba ha-
beret, occiderũt eum, & caput miſerũt ipſi Ioab: factáq; eſt
& pax trãquillitas in populo. Ita noſtris adhuc ſeculis bene
faciunt magiſtratus & principes, dũ authores primarios ſe-
ditionem & vexilliferos condignis afficiunt ſuppliciis, cæ-
teros autem venia donantur: quod & Ioab hic feciſſe legi-
tur. Atque in hunc modum finem condignum quoque ſor-
Actu. 5. tita eſt ſeditio Theodæ, & Iudæ Galilæi, qui cum ſuis om-
Ioſeph. nibus occiſi ſunt. Et quid aliud eſt quod refert Ioſephus, Iu
dæos toties ſe cõgregaſſe aduerſus Romanos, ſæpérque tru-
cidatos miſerè, tantiſper dum tandem magnifica & poten-
tiſſima vrbs Hieruſalem deuaſtaretur, ipſiſque Iudæi diuen-
diti in vniuerſum ſpargerentur orbem terrarum? Nunquam
Salluſt. cuiquam feliciter ſucceſſerunt ſeditiones, etiam inter Eth-
nicos. Ecce enim L. Catilina homo perditus, adiũxit ſibi ali
quod ſui ſimiles adoleſcentes, cõiurârunt ſimul aduerſus ſe
natum: ipſe verò fractis conatibus ſuis, deperiit, vt mereba-
Num. 16 tur, Chore, Datham & Abiron ſeditionem moliebantur co
nantes ſibi attrahere plebem, ſed abſorpti ſunt à terra. Ne-
mo igitur eò ſtultitiæ adduci ſe ſinat, vt quicquã tentet fa-
Rom. 12. ctioſum aduerſus magiſtratus, nemo malum pro malo red
dat, non tantùm coram deo, ſed & coram omnibus homini
bus, pacẽ habendo cum hominibus, maximè verò magiſtra
tibus, quos deus nobis dedit: quib⁹ quiſquis reſiſtit, diuinæ
Rom 13. reſiſtit ordinationi. Quilibet autem pro magiſtratibus ſuis
diligẽter deprecetur dominum, iuxta doctrinam Pauli, vt
illi dominus gratiam donet fœliciter adminiſtrãdi omnia,
pacem & iuſtitiam tutandi, malumque pro merito punien-
di, quaren⁹ ſic nos omnes, magiſtratus & ſubditi à domino
deo gaudia ſuſciperere mereamur æterna, Amen.

✱DOMINICA XXV. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, Matth. 9

IN illo tempore, loquente Ieſu ad populum, ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens, Domine, filia mea defuncta eſt, ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum & diſcipuli eius. Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. dicebat enim intra ſe. Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cùm veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem, dicebat, Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. & deridebant eum. Et cum eiecta eſſet turba intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, Puella, ſurge: & ſurrexit puella, & exiit fama hæc in vniuerſam terram illam. Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes & dicentes, Miſerere noſtri filij Dauid. Cum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci, & dicit eis Ieſus, Creditis quia hoc poſſum facere? Dicunt ei, Vtique domine. Tūc tetigit oculos eorū, dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem euntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.

Marc. 5. Luc. 8. Ioan. 4. Mar. 5. Luc. 8. Mar. 5. Luc. 7. 18. Marc. 5. Marc. 5. Act. 9. Inf. 20. Supr. 8. Mar. 7. 9. Infra 12. & 27. Luc. 11.

HOMILIA PRIOR

Hieron. Lucæ 8. Beda. Theophy.

EX vndecim quæ Matthæus commemorat miraculis, tria nobis hoc euangelio recenſentur, de muliere hæmorrhoiſſa, de filia Iairi, & cæco illo. Semper autem conabâtur phariſæi miracula Chriſti villipendere: vt autem confunderentur ipſi, venit Iairus, nomine quidem ſatis clarus quaſi illuminantem dicas, vel illuminatum, idémque princeps erat ſynagogæ, & fidem videbatur habere, quanuis non magnam: obſecrabat enim Ieſum non vt ſolum verbum dicat, ſed & vt veniat & manum imponat: quod euidens erat modicæ fidei argumentum: ſicut & Naaman Syrus petiit prophetam ſe ingredi, & imponere ſibi manum. Quoniam qui rudi ſunt intellectu, ita erudiri debent, vt & videre poſſint & palpare, Ita ergo

4. Reg. 5. Lucæ 8. Marc. 5.

Iairus ille venit ad dominum, & rogauit eum, id vtrunque non facturum, niſi credidiſſet. Procidit enim ad pedes Ieſu, & valde rogauit eum, vnde argumentum humilitatis eius petitur, quod ipſe ſynagogæ princeps coram domino tantùm ſe humiliauit, vt etiam ad pedes ipſius caderet pronus

Heb.4. in terram: ſiquidem multi gratiam inuenerunt ad pedes domini. quamobrem & Paulus exhortatur Hebræos ſuos, inquiens. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt

Filia Iairi. miſericordiam cõſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, Filia, inquit ille, mea modo defuncta, eſt, ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Atque hic quidem occurit quęſtio, quomodo filiam quam Lucas iamiam morienté, Marcus in extremis fuiſſe perhibet: Iai-

August. rus apud Matthęum mortuam dixerit, adhoc reſpõdet Auguſti. & ait, Duo poſuerũt quid dixerit Iair⁹, Matthæus verò quid cogitarit atque voluerit, vtrũque enim petitum eſt

Chryſoſt. à domino, vt vel morientem ſaluam faceret, vel mortuã ſu-

August. ſcitaret. Chryſoſto. paulò diuerſæ ſententiæ eſt, aitq; filiam non quidem adhuc fuiſſe mortuam, ſed tamen in extremis

De doct. Chryſtia. iacuiſſe, vt ſic ſermo ille ad calamitatem pertineat amplificantis Nam qui re aliqua indigent, ſolent ærumnas ſuas augere, & maiores facere, vt exorent. Eſtqoe hæc regula communis, qua ſæpe vtitur Augu. qui & hic cap. 17. ſic inquit, Satis in promptu eſt, nihil eſſe cõtrarium. ſi quid alius dicit quod alius prætermittit, ſeu verbi ſeu rei, dum vel ab eadẽ ſententia non recedatur, vel quæ fortè ab alio poniur, alij non aduerſetur vide eundem lib 3. ca, 8. & pulchriùs ca. 13.

2 Quæri ſolet hoc loco, quando ad vnum verbum petitionis ſuæ duriter admodum adorſus eſt dominus regulum orantem, vt veniret ille ad filium ſuum, cur non idem huic Iairo exprobrauit? Reſpondetur, quód quanuis ambo illi æquales fuerint imperfectione fidei, dum vterque corporalem Chriſti præſentiam petiit quaſi non illius omnipotentia vbique poſſet operari, abſente etiam corpore: in hoc tamen fuerunt iſti diuerſi, quod Iairus hic plus tum humilitatis tum reuerentiæ exhibuit Chriſto, quàm ille: vnde & fidem colligitur habuiſſe maiorem, prouolutus enim in terram ad pedes Ieſu ex fide, vtique adorauit eum, qua deuo-

Marc.5. tione & pietate fidei ſuæ meruit augmentum, ſicut alius apud Marcum. Domine, credo adiuua infidelitatẽ meam.

¶ Altera porrò cauſa dari poteſt talis, quoniam etſi interdũ dominus diuinitatis ſuæ præbens argumenta, abſens etiam potentiam ſuam declarauit, vt in filio reguli, tamen aliquãdo humanitatis quoque ſuæ dignitatem voluit aperire, vt & incarnati filij dei fides confirmaretur: ſicur opera quæ in nomine patris ſui faciat, ipſe teſtimonium de ſe perhibere dixit. Patet etiam ex ſacris literis diuinitatem nonnihil operatam eſſe per humanitatem, quod ſine ea noluerit facere. Sic diuinæ viſum eſt maieſtati, ſic tactu ſuæ mundiſſimę carnis dedit ille vim regeneratiuam aquis, ſic multos infirmos contactu ſanauit, vt cæcum luto ex ſputo facto, & iterum mutum iſtum. Multa igitur fecit dominus miracula in ſua ſanctiſſima carne, ad ſanctificãdam illam, ſimulque declarandum, quòd ſancta eſſet: & hoc eſt quod per Eſaiam dicit, Locum pedum meorum glorificabo: pedes autem Chriſti, exponũt doctores ipſam eius eſſe humanitatem, locum illum honorificauit, & decorauit gloria, quãdo miracula fecit in ea. Lucas porrò ait filiam hanc & vnicam fuiſſe duodennem, quòd eò facit, vt conſtat multùm ardenter oraſſe Iairum pro vita filiæ, quam habebat vnicam: quoniã naturaliter ita fit, vt plus diligant parentes filium vnum aut filiam, quàm liberos multos: ſicut Dauid dixit ad Ionatham, Sicut mater diligit vnigenitum, ita ego te amabam. & Hieremias ait, Fac tibi planctum amarum, luctum ſuper vnigenitum. Filiam quoque delicatiùs amant parentes quã filiũ: iuxta illud Sapiẽtis, Filia melior eſt filio. His accedit quòd flos ipſe erat iuuẽtutis, ſiquidem duodecim iam erat annos nata, quod etiam fidem parentum augebat magis.

Ioan. 4. *Ioan. 5.* *Beda.* *Mat. 1.* *Ioan. 2.* *Mar. 7.* *Eſa. 60.* *Luce 8.* *2. Reg. 1.* *Hiere. 6.* *Eccle. 36.*

3 Sequitur, Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum & diſcipuli eius. vnde Chriſti quoque apparet humilitas & benignitas magna, qui ad vnicam Iairi petitionem ſecutus eſt eũ cum diſcipulis ſuis, vt illos quoque ſolidiùs firmaret in fide, iſtamque ſequelam meruit Iairus hic oratione ſua pioq; affectu. Sequitur rurſus, Ecce mulier quæ fluxum ſanguinis patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit, fimbriam veſtimenti eius. Mulier iſta quęnam fuerit, non ſatis conſtat ex ſacris literis. Ambroſius Martham eſſe arbitratur: ait enim, Deum largũ in ſanguine fluxum ſiccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dum corpus rediuiui ſpiritus calore conſtringitur, & quod mors ſibi vendicauerat

Li. de Salomone. cap. 5. *Ioan. 13.* *Luc. 8.*

ad pœnam, lux denuò recipit ad gratiam. Quod ſi ita eſſet, tria maxima miracula feciſſet in fratre & ſororibus duab'.
Mar.5. Sunt autẽ qui diuerſum eò opinantur, quod marcus & Lu-
Ioan.5. cas dicũt eam omnem ſuam ſubſtantiam expendiſſe in me-
Luc.16. dicos, à quibus tamen nihil ſit adiuta: cũ tamen cõſtet Mar-
L.7.c.14 tham diuitem fuiſſe, ſicut doctores ſuper Ioãnem aſſerunt, quoniam deinceps & dominum hoſpitio excepit, & illi inſeruiuit. Vnde Euſebius refert aliam fuiſſe hanc mulierem, & ciuem quidem in Cæſarea, cuius domus ſuo etiam tum tempore ſit cõmonſtrata. Qua de re deinceps plura. Graui morbo mulier hæc laborauit totos annos 12. (hæmorrhoiſſa dicitur à fluxu ſãguinis aut à ruptis venis hæmorrhoidibus) laudatur autem hîc mulier iſta propter fidem ſuam &
Hieron. humilitatem. Humilis erat, quoniam ſeipſam indignam reputabat quæ in conſpectum domini veniret: ideoque à tergo accedebat, ſiquidem & iuxta legem vrbibus excludeba-
Leui. 12. tur: ſicut mulierem mẽſtrua patientem lex vetat tãgi, quod quiſquis fecerat pro immundo habebatur. Adeo tamen audax illa fuit, vt etiam contra legem tangeret dominum, vn-
Chryſoſt. de & Chryſoſtomus dicit, liberè atque apertè ad Ieſum acceſſit, quia propter ægrotationis genus immũdam ſe putabat, quando & ægritudo hæc immundicies ſecundum legẽ iudicabatur, atqui audierat dominum etiam lepro ſos tãgere: quod ipſum quoque fuit in lege prohibitum. Poterat ip-
Mat. 8. ſam & hoc mouere, quod acceperat Chriſtum ægrotantibus
Leue.13. quoque mederi mulieribus, iamque eſſe in via & filiam Iai-
Num.5. ri curatuntum: quò confidentiùs liberiuſque acceſſit, quamuis adhuc clàm & à tergo, vt ſuprà commemorauimus.

4 Fidem porrò mulieris magnam & deuotionem euangeliſta innuit, quum refert eam dixiſſe intra ſe. Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. Ipſo autem opere fidem adhuc exhibuit maiorem, dũ credidit ſe ex ſolo fimbriȩ cõ
Matt. 8. tactu ſaluari poſſe. Neq; enĩ ſolùm credidit Chriſtũ virtutẽ
Luc.7. habere ſanitatis, ſed & omne quod tangeret: quoniam ſic ille tetigit leproſum, & ſanatus eſt: tetigit & pheretrũ in quo ferebatur cadauer adoleſcentis, atq; reſedit qui fuerat mortuus. Poterat illa fortè meminiſſe verborum Dauidis, Sicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam, barbam
Pſal.132. Aaron, quod deſcendit in orã veſtimenti eius. Credebat ergo gratiam & virtutem omnem Chriſti emanaſſe etiam in

fimbriam veſtimenti,ſicq́ue contenta erat ſolo fimbriȩ con tactu Hac ipſa mulieris huius fide, totaq́ue illa hiſtoria retunduntur & nouæ & veteres hæreſes,quæ contemnunt reliquias Chriſti & ſanctorum.clamant enim, Quorſum iſta mortuorum oſſa?quid faciat lignum crucis? quidue proſint veſtimenta mortuorum?Sunt quidam qui non paulò impudentiùs obganniant,quæ me dicere pudet ac piget.Cõfunduntur autem hic, quando etiam tactu fimbriæ ſuæ mulierem hanc curauit dominus.Quòd ſi ergo fimbriæ ſuæ virtutem tantam dedit Chriſtus, quanto magis ſanctiſſimæ cruci, in qua operatus eſt ſalutem mundi, quamq́ue precioſo ſuo ſanguine conſperſit? Ad hæc,reliquias ſanctorum ſuorum iam olim in veteri quoque teſtamento cohoneſtauit deus,vt exemplo Eliſei conſtat, ad cuius corporis contactũ cadauer mortuum reuixit.Quod ſi igitur virtutem ſuam diuinam dominus oſſibus cõmunicauit Eliſei,iam olim in veteri teſtamento, quando adhuc animȩ iuſtorum beatæ non erant,quantomagis idipſum faciet noui teſtamenti, amicis ſuis chariſſimis,qui ſecum regnant in cælo?Plura ſuper hac re vide in homiliis de ſanctis.Tãtũ hîc receſere libet hiſtoriam, quã Euſebius refert de hac muliere, quam ciuẽ fuiſſe Cæſariẽſem tradit,pro cuius domus foribus baſis,inquit ille,quædam in loco editiore collocata mõſtratur,in qua mulieris ipſius baſis velut genibus prouolutæ,palmaſq́; ſuppliciter rendẽtis imago ȩre videtur expreſſa . Adſtat verò alio ære nihilo minus fuſa ſtatua,habitu viri, ſtola cõpte circundati,& dexteram mulieri porrigẽtis. Huius ad pedẽ ſtatuæ, è baſi herba quædam noua ſpecie naſcitur.Quæ cum exorta fuerit, excreſcere vſq́; ad ſtolæ illius ærei indumenti fimbriam ſolet. Quam cum ſummo vertice creſcens herba cõtigerit, vires inde ad depellẽdos omnes morbos lãguoreſq́; conquirit, ita vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omnino viriũ gerens, ſi antequam æreæ fimbriæ ſũmitatem creſcendo contigerit decerpatur. Hanc ſtatuã ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra vſque tẽpora,ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Meminit ille ibidẽ imaginum quoq; Chriſti,Petri & Pauli. ¶Quod autẽ Euſebius veritatem ſcripſerit, ſatis magnum & locupletẽ hiſtoriæ ſuæ teſtem habet Soſimenum, in hæc

Mat.9.

4.Re.13.

L.7.c.14

verba ſcribentem, Cùm cognouiſſet Iulianus imperator in
Tripar. hiſto.li.6. cap.41. Cæſarea Philippi, ciuitate Phœniciæ, quam Paneada vocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulachrũ, quod mulier illa ſanguinis liberata profluuio cõſtituerat, eo depoſito, ſuam ibi ſtatuam collocauit. Quæ violẽto igne de cęlo cadente, circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cũ vertice vna parte deiectum, atque in terra fixum: reliqua verò pars hactenus ſuperfuit & fulminis indicium reſeruauit. Statua verò Chriſti tunc quidam Pagani trahentes confregerunt. Poſtea verò Chriſtiani colligentes, in eccleſiam recondiderunt, vbi hactenus reſeruatur. Commemorat ille quoque deinceps eadem quæ habet Euſebius. Mihi autem libuit hæc eò prolixius recenſere vobis, quò magis moueamini cũ omni pietate ad venerationem reliquiarũ, maximè verò Chriſti, vt ſunt crux glorioſa, claui, lancea, tunica, &c. In hoc itaque euangelio magnam agnoſcimus mulieris huius fidem, qua credidit omnipotentiam Chriſti, adeò ut etiam veſtimentũ quo ſanctiſſimum eius corpus operitur, virtutem aliquam ſanitatis haberet. Attamen magnum eſt quod putauit clã ſe adituram illum ne perſentiſceret. ſiquidem quem omnipotentem agnouit, omniſcium quoque credere debebat, & ita, vt nihil eum latere poſſet. At ego hîc vos admonitos omnes volo, vt vera fiducia, ſãcta pietate, ſynceraque fide tãgatis, ſed non dico fimbriam veſtimenti Chriſti, ſed ipſum ſanctiſſimum Chriſti corpus, vnde acquiratis ſanitatem & medelã vulnerum animæ veſtræ. Nam ſi quis verum Chriſti corpus attigerit cum infidelitate vel in peccatis, is non poteſt non vulnerari ad æternam damnationem, teſte Paulo: quia qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi mãducat
1.Cor.11. & bibit. Gratiam igitur nobis tuam domine benignus impende, qua freti vitam conſequamur æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

Abeunte domino vnà cum Iairo ad reſuſcitandam filiã eius, recordata eſt mulier hæmorroiſſa ſanitatis ſuæ recuperandæ: & tamen pudore deterrita, quò minus vel palã adiret vel tangeret dominum, cogitauit de attingenda fimbria Chriſti. & ſequitur, Ieſus conuerſus & videns eam, dixit, Confide, Lucas refert interrogaſſe dominum, quiſnam
Luc. 8. ipſum tetigiſſet, negantibuſque omnibus, reſpondiſſe Petrum, eum ſic à turba opprimi, eò quòd ſenſiſſet virtutem à

ſe exiuiſſe: & tunc prouoluta in terram mulier, narrauit vt acta eſſent omnia: cõuerſuſq; domin⁹ dixit, Cõfide filia. Et bene quidem conuerſus ad eã eſt: idipſum enim facit erga omnes, qui per pœnitentiam conuertuntur ad ipſum, teſte Zacharia, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. *Zach. 8.*
Cùm igitur mulier hæc per fidem ſe conuertiſſet ad dominum, per deuotionem quoque ſuam & confidentiam magnam, viciſſim conuerſus ad illam dominus eſt cum gratia ſua & miſericordia. Sic ille conuerſus eſt & ad Petrum, reſpexitque eum oculis miſericordiæ ſuæ. Filia, inquit, confide. Cur aut vnde iam fiila domini erat? ideo, quia credidit: *Luc. 22.*
hinc factum eſt, vt fides ipſam ſua ſaluarit. neque enim ait dominus, fides tua te ſaluam faciet, ſed iamiã fecit. Quæris, cur dominus verecundiam hanc mouerit mulieri dum quæſiuit, quis tetigerit ſe, cùm tamen illa timore & pudore perculſa, vix à tergo trepidula, adhuc auſa ſic accedere? Reſpondet ad hoc Theophylactus, & ait, Saluator prodit eam, *Theoph.*
non vt amans gloriæ, ſed vt fidem illius ad noſtram vtilitatem declararet, vtque ſimul in fide roboraretur etiam archiſynagogus. Chryſoſtomus quoque idipſum quærens, Cur, *Chryſoſt.*
inquit, eam in medium produxit? Primùm vt ab omni formidine fœminam liberaret, ne cõſcientiæ ſtimulis quaſi furata ſanitatem agitaretur. Deinde vt ipſius quoque curaret animum, quem putauit latere potuiſſe adhuc, vt fidẽm eius manifeſtam faceret, vt alij poſſent eam imitari. Prçterea nõ eſt minus ſignum ſecreta cordium ſcire, quàm flumina ſanguinis coercere. data quoque opera commorabatur, vt poſt mortem puellæ veniret, & miniſterium reſurrectionis patefaceret, & ne reſuſcitatio filiæ ſuſpecta fieret: ſed nota, populo. quoniam ſic & ad Lazarum vocatus aliquot dies venire diſtulit, vt eius mors pluribus innoteſceret. Idipſum hic quoque fecit, quanuis non ad ignominiam, ſed pacẽ & laudem pertingat: ſiquidem illi meticuloſæ adhuc exiſtenti animum, addidit, fecitque robuſtiorem. Primum enim ait, *Ioan. 11.*
Confide filia, deinde cauſam cõtracti mali oſtendit, mox teſtante Luca ablegat eam, iubens abire in pace. Manebit igitur mulierculæ integra ſuæ tum pietatis tum fidei & confidentiæ laus in omni eccleſia. *Luc. 8.*

2 Simul atque iã hæmorroiſſam in via curauit dominus, venit in ædes Iairi, cumque vidiſſet tibicines turbam irre-

quietam. More nanque veteri tibicines ad incendendos ex
Ambro. citandóſque luctus ferebantur adhiberi. Atqui reſuſcitaturo hic domino ex morte filiam opus iis non erat lamentis: vnde & ablegat eas, Recedite, inquiens, nō eſt mortua puella, ſed dormit. Lucas ait neminem intromiſiſſe eum ſecum, niſi Petrum, Iacobum & Ioannem, atque vtrunque parentem: quod quanuis grandi non caret myſterio, nunc tamen
Matt.17 nillum facio. Quoad literam autem, diſcipulos hos tres ad
Mar.26. ſublimiora ſemper myſteria acceſſiuit, puta ad transfigurationem ſuam in monte Thabor, & ad orationem in monte Oliueti, &c. ¶ Reſpexit itaque dominus tibicines, qui cum planctu filiam deducerent ad ſepulchrum, iuxta illud Iere-
Ierem. 6 miæ, Vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas quę ſapientes ſunt mittite, properent & feſtinent, vt aſſumant ſuper vos lamentū. Quæris, cur eiecit hic turbas dominus, facturus hoc miraculum, qui tamē multa & magna ſæpe miracula fecit corā hominibus? Reſpōdeo, turba hæc indigna fuit
Hierony. quæ tātum videret miraculum: ſiquidem planè non credebant dominum poſſe reſuſcitare filiam. In figura tamē turba hæc populum ſignificat infidelium Iudæorum, non credentium etiam, ſed magis tumultuantium. Tibicines autē falſi ſunt eorum doctores & Rhabini, quos oportet eiicere ſi quando Chriſtus filiam, hoc eſt, animam hominis velit à peccatis reſuſcitare. ¶ Quid multa? repulſæ huius cauſam
Hierony. textus habet, quoniā non eſt mortua filia, ſed dormit. Verba hæc multùm expēdunt hinc doctores ſancti, quid iis ſibi voluerit Chriſtus, quoniam verè defuncta erat filia. Poſſunt igitur intelligi primùm in hūc ſenſum, quod quanuis demortua iam erat filia mūdo & hominibus, deo tamē cui viuunt omnia mortua non fuit: quicquid enim factum eſt in verbo dei viuit. Et nos igitur ſi inſpiciamus poteſtatem
1. Reg 2. Chriſti, mortua illa nō erat, quam ipſe iamiam à morte re-
Deut.32. ſuſcitare volebat, & poterat, ſi voluiſſet verbo vnico. Pote-
Ioan.9 ſtatem enim ille vitæ & mortis habet iuxta illud Annę, Dominus mortificat & viuificat, & hoc ipſum Moyſis, Occidam, & ego viuificabo. Poſſet & eò adduci, quod mortui ſi non in peccatis ſint, propriè mortui nō dicuntur, ſed tran-
1. Theſ. 4 ſire à morte in vitam. Sic Paulus, Scire inquit, vos volumus de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Ecce & Paulus communi ſacræ ſcripturę

conſuetudine dormire dicit qui verè mortui erant. Et quia filia hæc admodum iuuencula adhuc extitit, eſt hic Gloſſa quæ ait innocẽtem eam fuiſſe, ideóque dominum dormire illam nõ eſſe demortuam. Breuiter, quia tam facile Chriſto hic fuit iſtam ſuſcitare mortuam, quàm nobis excitare dormientem: cur nõ rectè, dormire diceretur, quam facilè adeò erat Chriſto ſuſcitare? quoniam ſic & de Lazaro ait ille, Lazarus amicus noſter dormit, eamus, & à ſomno ſuſcitemus eum. Sciẽtes autem tibicines & turbæ verè mortuam eſſe, quam dormire Chriſtus dicebat, irriſerunt eum. Atque hoc propriũ habet malitia, vt derideat bonos: ſed interim tamẽ parum nocet iſte riſus, qui hic etiam in eo ipſo profuit, quoniam illo teſtimoniũ amplius dant miraculo, qui ſic rident, quod verè mortuam ſuſcitarit, nã in cõfeſſo erat apud omnes mors eius. Cũque iſti nollent credere domino, præuenit ecce eos ſuo proprio riſu, vt exhibito deinceps miraculo, magis ſe culpabiles agnoſcerent, eò quòd potentiã nõ antea credidiſſent reſuſcitantis. Ita irridentur nõnunquam prædicatores, qui nõ ideo ſtatim à ſuo bono propoſito debent auerti, ſicut hic nihilo deterritus eſt Chriſtus riſu iſtorum, quò minus cœptum iam perſequeretur miraculum. *Gloſſa* *Ioan. 11* *Theophy.*

3 Eiectis turbis, ingreſſus dominus, tenuit manũ puellæ. Expulſi ſunt iſti, quoniam non erant digni qui viderẽt myſterium reſurgẽtis, qui reſuſcitantem indignis contumeliis irridebãt. Sic Elias, & Eliſeus in priuatis locis ſegregati ab aliis mortuos ſuſcitarunt, quanuis hoc ſua quoque myſtica nõ caret expoſitione, ſicuti paulò pòſt dicemus. Intrauit Ieſus. Iam antea erat ille quidem in ædibus iſtius Iairi, ſed nõ in eo triclinio, vbi recondebat filia, quo nũc demũ ingreſſus, manum ipſius apprehẽdit. Ecce vt verum faceret, quod ad ſuam potentiam filia dormiret, manum eius tenet, quaſi de ſomno ipſam excitaturus. Et cõſidera hîc diligẽter, quoniam Iairus pater rogauit dominum, vt veniens imponeret manum ſuper filiam, ſed non fecit hoc ille: nõ enim impoſuit ei manum, non ſuſpexit in cœlum, non orauit, ſed vt omnia ſuo ſubdita eſſe doceret imperio, tãtùm tetigit eam & dixit, Puella, ſurge. Tactu autem ſuæ ſanctiſſimæ manus, animam puellæ ex ſinu Abrahæ in ipſum corpus vſque reuocauit: quod argumentum euidẽs erat inhabitantis in eo diuinitatis, quę corporali cõtactui aderat, iuxta illud Daui- *Hieron.* *3. Re. 17.* *4. Re. 4.* *Chryſoſt.*

dis, Dextera domini fecit virtutem. Puella, inquit dominus ſurge. Apud Marcum verò dicitur, Tabita Kumi. Vox hæc Chriſti diſrupit & penetrauit terram, ipſámque viuificauit filiam. Verè enim vox Chriſti & potens & multum efficax eſt, dicente Dauide, Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Sic clamauit ille reſuſcitaturus Lazarum. Sic etiam fiet in die nouiſſimo, quãdo tam facilè mortui omnes audiẽt vocem filij dei, & reſurgẽt, quàm puella hæc reſurrexit. Ita enim dominus ait, Mortui audient vocem filij dei, & qui audierint, viuent. Ne autem phãtaſma hoc haberetur, iuſſit dominus dare ei quod mãducaret, cùm iam reſediſſet: ídque ſanè eſt teſtimoniũ vitę, vnde veritas illa crederetur: quoniam qui
Ambro. inſtar phantaſmatis videtur reſuſcitari, figuram quidem viuentis habet, ſed non operationem. Atque ideo dominus etiam poſtquam reſurrexiſſet, voluit manducare cum diſcipulis ſuis. Lucas hîc teſtatur prohibuiſſe dominum parẽti-
Luc. 24. bus illius, ne cuiquam dicerent: id autem fecit ille propter
Ioan. 21 humilitatem, quoniam aliàs vult dominus miracula ſua in admirationẽ rapi & vehemẽter celebrari. Vide ſuprà parte prima. Exiit fama hæc, inquit euangeliſta, in vniuerſam terram illam. quod non mediocriter etiam fecit ad reuerentiã & gloriã domini, & confuſionẽ iſtorũ qui irriſerant ipſum.

4 Audita hactenus euangelicæ huius hiſtoriæ expoſitione iuxta literam, porrò myſticum quoque ſenſum inueſtigemus, ídque quàm fieri potuerit breuiſſimè. Archiſynagogus iſte Iairus, ſynagogam ipſam repræſentat, quã ſanè deſeruit dominus, ſibíq; eccleſiam ſociauit gẽtiũ, ſicut à prophetis prædictũ erat. infirmata igitur illa eſt, & demortua. Attamen non adeò dereliquit eam dominus, vt non adhuc per gratiam ſuam viuificet eam, dũmodo ipſa quærat & inuocet illum. Properãti autem domino ad filiam ſynagogæ, occurrit in via mulier, eccleſia ſcilicet ex gentibus collecta, & ſanitatem Iudæis præparatam præripit, ſicut & Paulus id
Act. 13. factum eſſe teſtatur. Mulier autẽ iam antea omnẽ ſubſtantiam ſuam impẽderat in medicos, hoc eſt, quod gẽtiles antea omnibus naturæ dotibus & beneficiis abuſi fuerant ad idololatriã, quod & numerus ipſe ſatis indicat. duodecim enim annos habebat filia, & totidẽ infirmabatur muliercula. Sic quandiu in flore & vigore fuit ſynagoga, infirmabatur gentilitas: peritura autem & iamiam ruinam minitante

ſynagoga, erecta demum & extructa eſt eccleſia gentium. quod & Paulus agnouit, dicés, Cæcitas ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo gentium intraret. Audientes itaque gentiles aduentum Chriſti, accurrerũt ad eum. Obruit quidem & compreſſit dominum turba, ſed ſanata non eſt. Verùm quiſquis vera fide tãgit illum, is eſt qui ſanitatem meretur. Fimbriam autem tantùm tetigit mulier, eó quòd omnis illa cognitio noſtra in hoc ſeculo per fidem imperfecta eſt, tantúmque in ænigmate & velut per ſpeculum cernim° omnes: at illic in æterna patria altiùs multò & tangemus & cognoſcemus dominum, quando illum videbimus facie ad faciem ſicuti eſt. Multi Iudæorum non crediderunt domino, quòd illos qui extra ſynagogam erãt, ſaluare poſſet, deriſerunt inſuper illum, & id quoque in hodiernum diem faciunt. O felicem autem & térque quatérque beatum hominem, cui manum porrigit dominus, & tenet manum eius, cui iubet dare quod manducet, panem ſcilicet cœleſtem, verbum dei, vel etiam viuificum illud & venerabile corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentum. Sed quod pauculos adeò ſecum intromiſit dominus ad exhibitionẽ miraculi, argumẽto eſt, paucos etiam ex Iudæis credituros in Chriſtum. Atque hæc ferè ſententia & expoſitio eſt iuxta mentem Ambroſij. ¶Nec multùm diſcordat interpretatio Bedæ ab illa Ambroſiana, éſtque huiuſmodi, Iairus ſynagogę princeps Moyſen ſignificat: is procidit ad pedes domini ſicut autem caput Chriſti diuinitatem, ita pedes humanitatem deſignant, qui terram hanc tetigit. Tunc autem proſtrauit ſe ad pedes domini Moyſes, quando cum omnibus patribus cognouit dominum ſe multis (quod aiunt) paraſangis præcurrere & excedere in omni tum gloria tum dignitate. Is enim ad pedes domini concidit, qui cõfitetur illum bona firmáque fide lõgè & latè excedere quicquid eſt vſpiam. Cúmque veniret dominus curatum filiam iſthanc Moyſi, hoc eſt, ſynagogam, profeſſus eſt enim nõ veniſſe ſe niſi ad oues quæ perierant domus Iſraël. Appropinquauit eccleſia ex gentibus collecta, quæ iam totos duodecim annos voluptatibus diffluens carnalibus emanauerat, omnéque ſuam ſubſtantiam dilapidârat, in medicos impenſam. Medici porrò falſi fuêre idolorum ſacerdotes, vel etiã philoſophi, qui cùm nihil ſolidi habebãt gloriabantur tamen

Rom. 11.

Matt. 15.

ſe veram habere morum virtutúmq; omniũ viam. Mulier illa eccleſia gentium, acceſſit à tergo, ſiquidem poſt ipſam denique Chriſti paſſionem & mortem venit ad veram ſanctę fidei cognitionem, ſecutáque tunc deinceps eſt veſtigia
Io.12.13. Chriſti. Tetigit illum non capite, ſicut Maria Magdalena,
Ioan 1. neque pectore, vt Ioannes in cœna recumbẽs: magni enim & illuſtres homines ij habebantur, ſicut & iſte qui indignũ ſe ratus eſt eſſe, qui ſolueret corrigiam aliquam calceamentorum eius: ſed tetigit tantum fimbriam veſtimenti eius. Quoniam beatus eſt & verè felix, quiſquis minimum dei verbum manu fidei ſuæ attingit. Ingreſſus tandem in ædes Iairi dominus deriſus eſt, omniúmque Iudæorum luſibus, morſibus, ſannis, cõuitiis & opprobriis expoſitus, atque ad extremum in crucem ſuffixus Eiecit ergo & expulit eos dominus à ſe. vnde excæcati quoque ſunt in fide. Pauculi autem ex Iudæis ingreſſi cum domino, viderunt reſuſcitationem filiæ huius: quia pauciſſimi ex eis veram ſuſceperunt viam vitæ & fidei cognitionem, qua intelligerent ac prędiderent myſteria Chriſti, quóque illo modo viuificaret animas, hic quidem per ſuam gratiam ſanctam, illic autem per gloriam fœlicitatis æternæ. Quam vobis vnà mecum donare dignetur, qui gratiam & gloriã largitur dominus noſter Ieſus Chriſtus. qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula benedictus, Amen.

¶ Vltima hac à feſto pentecoſtes dominica, legi ſolet euãgelium illud. Quomodo in deſerto pauerit dominus turbas pauculis panibus, vt in Conſtantienſi, Auguſtana, Eyſtettenſi & Ratiſponenſi diœceſibus, ſuper eo autem homilias nonnullas conſcripſimus parte prima. Verùm iuxta ordinem Romanæ eccleſiæ legitur euangeliũ Matthæi xxiiij, quod cùm multum faciat ad hæc noſtra tempora, breuiter illud iam libet exponere.

DOMINICA XXVI. POST PENTECOSTEN, EVANGELIVM, MATTH. 24.

Marc. 13 *IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis, Cùm videritis abominationem*
Dan. 9 *deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto*
Marc. 13 *(qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad mõtes, & qui*
Lucæ 21. *in tecto, non deſcendant tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non*
reuertan-

reuertantur tollere tunicam ſuam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabũt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducãtur, ſi fieri poteſt etiã, electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebũtur: & tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & cõgregabuntur electos eius à quatuor ventis, & à ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam, cùm iam ramus eius tener fuerit & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas. Ita & vos cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

Marc. 13 Luc. 21 Eſa. 13. Marc. 13 Luc. 21 Mar. 13 Luc. 17. Luc. 17. Luc. 17. Ioel. 2 Eſai. 13. Matt. 13. Mar. 13 Mar. 13. Luc. 21 Mar. 13. Luc. 21.

HOMILIA PRIMA.

PRincipio huius homiliæ præſcire vos volumus, in Chriſto dilectiſſimi, Chriſtum hîc loqui de excidio Hieroſolymitano, ſimul & interitu vniuerſi orbis, ſiquidem quod in particulari factum eſt in excidio regni Iudaici, idipſum fiet quoque in interitu & conſummatione totius mundi. Iam verò conſummatum hoc eſt in Hieruſalem, de qua re multa iam ſuperius diximus: quamobrem mittimus illa, & ad informationem noſtram afferemus tantùm hæc de fine mundi, ſicut idipſum prædixit dominus, & nõ tacuit etiam Daniel, differenter de vtroque illo loquutus: & de excidio quidem Iudaico agit capite 9. de tribulatione autem Chriſtianorũ, cap. 12. ſicut ſtatim indicabimus. Sed & quicquid Titus cũ Veſpaſiono, & AElio Adriano fecerunt in diruenda Hieroſolyma, idipſum Antichriſtus faciet in eccleſia catholica. Porro Chriſtus hic ſignum præbet futuræ tribula- *Dan. 12.*

tionis in mundo,maioris quidem quàm fuerit vnquam ab initio mundi:& ait,Quum videritis abominationem deſolationis,quæ dicta eſt a Daniele propheta,ſtantem in loco ſancto.(qui legit intelligat) At nos hîc iá diſpiciamus quęnam Danielis verba Chriſtus hîc recenſeat & intelligat ex

Dan.9 cap. 9 Sed hoc non facilè poſſum recipere, eò quòd deſolatio de qua ibi loquitur propheta, futura ſit in conſummatione ſeculi:hæc autem de qua agit dominus, non duratura eſt in finem mundi vſque. ait enim, Niſi breuiati eſſent dies illi,nõ fieret ſalua omnis caro,ſed propter electos breuiabuntur dies illi. ¶Quomodo itaque conueniunt hæc,

Dan.9 quòd dies ſemper duraturos ſecundum Danielem,Chriſtus dicit eſſe breuiandos? Sed & ſi quis penitus verba inſpiciat prophetæ,videbit apertè loqui eum de paſſione Chriſti, de Iudęorum defectione,de excidio Hieruſalem,de ſacrificiis & cæremoniis Iudæorum ceſſaturis.namque ſic ait,Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus,qui eum negaturus eſt.Et ciuitatẽ & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas,& poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio heb-

Luc.21 domadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finẽ perſeuerabit deſolatio. Aut quid obſecro iis verbis manifeſtius,quid apertius eſſe queat? quandoquidem crucifixo Chriſto in Hieruſalem poſt 40. annos aduenit Veſpaſianus cum exercitu Romano, vrbémque depopulatus eſt & templum,ibi deſiit ſacrificium Iudæorum,eáque templi deſolatio permanebit vſque ad finem mundi: hæc autem de qua hic agit dominus, breuis erit & non diu duratura. poteſt itaque deſolatio iſthæc in principio cõferri cum Luca,ſed non hîc cum Matthæo.

2 Quando compertum iam eſt,dominum non hîc loqui

Dan.12 de prophetia Danielis 9.& deinceps quæramus in propheta inueniemus cap.12.ſic ſcriptum eſſe,Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſigatíque ſermones vſque ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi igni probabuntur multi. Et impiè agent impij,neque intelligẽt omnes impij, porrò docti intelligẽt:& à tẽpore cùm ablatum fuerit iuge ſacrificiũ, & poſita fuerit abominatio in deſolationẽ dies

mille ducenti nonaginta. Beat⁹ qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos, trigintaquinque. Nónne quiſquis Euangelium hoc noſtrum cum Daniele contulerit, videbit facile Chriſtum hic de illo 12. cap. loqui: quod vt fiat adhuc manifeſtius, en pauló exactiùs explicabimus. Abominatio in templo poſita, Antichriſtus ipſe eſt, teſte Paulo: quoniam non veniet Chriſtus, niſi prius venerit diſceſſio, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit deus. Conſtat vtique hic filium iſtum perditionis eſſe Antichriſtũ. At tu interim verba Pauli & Danielis expende. Venit diſceſſio primùm, hoc eſt, quod per inobediẽtiam recedent homines ab imperio Romano, & tunc tandem veniet Antichriſtus. Daniel ait, Quando ceſſabit iuge ſacrificium, & abominatio ponetur in tẽplo. Oportet itaq; hæc duo fieri prius quàm Antichriſtus veniat, óportet iuge ſacrificium deſinat, quod nunc in Neochriſtianis nimium experimur, qui ſacroſanctum miſſæ officium, in quo Chriſtus offertur, abrogãt. & abolere conãtur, hi viderint quómodo hîc viam præparent Antichriſto. *2. Theſ 2*

2 Eſt quód præcedat etiã inobedientia & defectio ab eccleſia catholica & imperio Romano. id quoq; quã ſtrenuè faciant Neochriſtiani, quotidianis hactenus edocti ſumus argumentis: quoniam ij iamiam à communione fidelium, à ſede Romana, & à legitimis ſuis prælatis, epiſcopis defecerũt. Quantũ autem honoris, gloriæ & incrementi plerique Cæſareæ & catholicæ faueant maieſtati, conſultò prætereo: plerique omnes plus quàm velimus, nouimus & experimur. Ita beatus Auguſtinus verba quoque intelligit ſequentia: ait enim, Illud nõ abſurdè de ipſo Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum ſit. Tantũ qui modo imperat, imperet donec de medio fiat, id eſt, de medio tollatur, Et Antichriſt⁹ igitur ſacro reſiſtet Romano imperio, omnéſq; qui imperij Romani cupiunt iuuant, aut promouent interitũ, Antichriſti mẽbra ſunt. At Apoſtolus noluit manifeſtè de Romano imperio dicere, ne Chriſtianos inuiſos redderet imperatori. Sicut autẽ Antichriſt⁹ in omnibus aduerſatur Chriſto, teſtante idipſum nominis vtriuſque appellatione, ita ex hac quoque parte contrarius eſt. Quoniã *Li. 20 de ciui. Dei, cap. 9* *Lucæ 2.*

quemadmodum Chriſtus naſci voluit,quum vniuerſus orbis ſumma rerum omnium tranquillitate & pace Romano pareret imperio,deſcripto etiam tunc toto orbe ſub Auguſto,ita viciſſim veniet Antichriſtus, quando nemo obediẽs erit Romano imperio. Attẽdant hîc principes nonnulli & pleræq; ciuitates reſiſtentes Cæſari, & nolẽtes quicquam potentiſſimo Romanorum imperatori Carolo v. bene ac fœliciter cedere. Quid multa? quicquid pene iam in mundo iactatur & agitur,id omne fere eò vergit, & bene paretur ſua Antichriſto via: ipſéque quum venerit, minus operis & laboris inſumat in omni malo procurando. Hæc itaque iſta abhominatio eſt Antichriſtus ipſe, de quo Daniel inquit. Eleuabitur & magnificabitur aduerſus deum,& aduerſus deum deorum loquetur magnifica.

Dan. 11.

2 Cùm videritis,inquit dominus, abominationem deſolationis ſtantẽ in loco ſancto. Quòd porrò abominatio dicitur deſolationis,ſunt qui cupiunt referre ad excidiũ Hieroſolymitanum,ſicut Chryſoſtomus quoque cõmemorat, & tunc hiſtoriam ex Ioſepho & aliis accommodant. Pilatus autem imaginem imperatoris in templo conſtituerat, ſed videns indignari ob id Iudæos & grauiter ferre, curauit imaginem deuehi in Cæſaream. Poſtea Titus vrbem ſimul & templum incẽdio perdidit,rurſúſque imaginem ſuã Ælius Adrianus inter parietes collocauit: verùm id quoque Iudæi non tolerantes,confregerunt eãdem. Sunt igitur qui velint illam ipſam appellare abominationem deſolationis ſimulachra enim gentium abominatio ſunt corã deo,quoniam dij gentium dæmonia, inquit Dauid. ſimiliter & Salomon, Infandorum idolorũ cultura omnis mali cauſa eſt initium & finis. Imago iſta in deſolatione ſtetit,quia in deſerto templo. Sed miſſum facio illud,quoniã principio cõmemorauimus dominum hic non loqui de excidio Hieroſolymæ,eò quòd breuitas annorum non conuenit cum iis quæ hîc dicuntur. ad hæc abbreuiatio temporis f[illegible]ra eſt propter electos,cuiuſmodi non erant Iudęi,ſed ſicuti nunc diſperſi ſunt per vniuerſum orbem,ita idipſum nunc quoque durat. Nos itaque priori inſiſtemus ſententiæ,dicentes cum Hieronymo, Perſpicuum eſſe tres illos annos de Antichriſti dici tẽporibus, quomodo facile intellectu eſt, quî fiat quòd abominatio conſtituatur in deſolatione in loco

*Chryſoſt. Lib.*18 *cap* 8.

*Pſal.*93 *Sap.*14.

Hierony.

ſancto,quando enim ante Antichriſti tempora futura eſt vniuerſalis illa à Romana eccleſia & imperio defectio,iuge quoque ſactificium illud ſanctum miſſæ ceſſabit. Vide tu iam & cõſidera templum ſimul atque eccleſiam, an non deſerta & deſolata ſint omnia. Sed age ob oculos reuocemus templum aliquod Neochriſtianorum.Ecce matutinæ preces in eo nullæ cantantur,nec veſpertinæ, nullum miſſæ officium integrum,vigiliæ & veſperæ mortuorum nullæ, nullus thuris & thymiamatum vſus, aqua benedicta nulla eſt,nec ſal conſecratus,non luminaria,non palmę,non confirmantur iam homines,nemo cõfitetur,nihil offertur, nulla ſunt ibi organa amplius,nemo ſacramẽto vnctionis perungitur,ſecerdotes nulli conſecrantur, non velantur virgines,anniuerſarij dies defunctis nõ peraguntur,ſanctis nulli exhibentur honores,non accenduntur faces, miſſæ non celebrantur, tabulæ omnes confractæ ſunt, nec relicta eſt vlla pictura,altaria nulla,nullæ cryptę oſſium mortuorum, non baptiſteria ibi aliqua ſunt, non vexilla, nullæ cruces, indumenta ſacra omnia perierunt,idque genus innumera alia ita interciderunt ibi,vt non ſit veſtigiũ aliquod priſtinæ pietatis & cultus diuini.Eat nunc quiſquis volet,ſit impudens & audeat dicere nõ eſſe hęc deſolata deſertáq; loca & potius ſtabula quã tẽpla domini eſſe. Certè quãdo in vniuerſum iſta omnia abolita fuerint in eccleſia, ſicut nunc particulatim conantur hæretici, tũc veniet Antichriſtus in iſta tẽpla deſerta,in iſtã deſolationẽ, & ibi ſe deũ iactabit. Atque hoc eſt quod multæ iam ciuitates, & plerique principes ſtrenuè laborãt, vt quibuſcũque conatibus viam Antichriſto parent inſtructiſſimã.Et propriè hîc cõſidera Danielem deſolationẽ hanc eo ſigno exprimere, quoniã iuge ſacrificium ceſſabit.Sic Paulus quoq; ait futuram defectionem,quę quãuis fiet ab eccleſia Romana ſimul & imperio, præcipuè tamẽ futura eſt à vera & catholica fide:atque hoc eſt quod dicit alibi Paulus,In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide,attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum,in hypocriſi loquentiũ mendaciũ,& cauteriatam habentium ſuam conſciẽtiam.Sic Methodius ait, Tolletur honor à ſacerdotibus, & ſupprimetur miniſteriũ dei,& quieſcet omne ſacrificium ab eccleſiis, & erũt ſacerdotes ſicut populus in eodem tempore.Idem quoque clarè

Tẽpla Lutheranorũ cuiuſmodi

1. Tim. 4

Methodius.

docet iuge & vniuerſale illud ſacrificium miſſæ deſiturum, priuſquã catholicus imperator Turcas ſubigat & deuincat.

4 Cum videritis, inquit dominus abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele, ſtãtem in loco ſancto. id-

2. Theſ. 4 ipſum quoque Paulus aſſerit, quomodo ſedebit in templo dei, & ſeſe oſtẽtabit pro deo. Sed in quo templo dei vt de' ſit ſeſſurus, incertum eſt, ait Auguſtinus: neque enim ſede-

Lib. 20. de ciuit. c. 19. bit in templo idolorum, quod vtique dei templum non vocaret Paulus, itaque & dominus hîc & Paulus de tẽplo veri dei loquuntur. Et ſunt qui putent, quoniam Antichriſtus naſciturus erat ex Iudaiſmo de tribu Dan, præuidiſſe idipſum patriarcham Iacob in ſpiritu, & dixiſſe. Fiat Dan colu-

Gen. 49 ber in via, & ceraſtes in ſemita, mordẽs vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. Quid autem mali prouenturum ſit ex iſto colubro, ibidem declarauit Iacob, dũ dixit, Salutare tuum expectabo domine: hoc eſt quod chriſtiani expectabunt, quando tandem Chriſtus ſuperaturus ſit Antichriſtũ ſpiritu oris ſui. Hinc eſt quod dicunt, quandoquidem de

2. Theſ. 2 tribu Dan naſciturus erit Antichriſtus, Ioannem in catalo-

Apoc. 7 go eorum qui in frontibus ſuis ſignati ſunt ab angelo ex omnibus tribubus Iudæorum prætermiſiſſe tribum Dan, rurſúſque tribum Iuda primo loco poſuiſſe, quod ex ea natus ſit Chriſtus. Antichriſtus itaque natus Iudæus, Iudæos quorundam opinione ſibi aſſociabit, & Hieroſolymã proficiſcitur: ibíque templum Salomonis ope eorum reædificabit, & in eo conſtitutus, ſemet venditabit pro deo, vt ſic im-

Dan. 9 pleatur prophetia Danielis, Erit in templo abominatio deſolationis: & quod hîc dixit dominus, Cùm videritis abominationẽ deſolationis. quódque clarius ſuperiora explanat, ait Ambroſius: quoniam prophetia nõ ſignificat Salo-

De bened. patris. monem, ſed Antichriſtum, qui futurus eſt ex tribu Dan, iudex ſæuus & tyrannus immanis. Quicquid autem ſit hoc omne, non ſatis nobis conſtat, niſi quãtum ſpiritus ſanctus nobis manifeſtauit in ſcripturis, vbi ſanè inuenim' quomodo deſtruẽdum erat templum Salomonis, & quomodo rurſus magnificè extruendum fuerat illud, ſicut & factum eſt

3. Eſ. 6. 7 per Eſdram: & quòd tertiò reſtituẽdum non eſſet. In hunc ſenſum faciunt illę ſcripturę, primùm quòd Daniel in ante commemorato loco vult deſolationem iſthanc duraturam

Vbi ſuprà vſque ad conſummationem ſeculi: itaque templum tertiò

non reparabitur. Deinde, cum Haggæus, Zacharias & Malachias fuerint ſecundi templi temporibus, Haggæus de tẽpli ſecũdi gloria ſic inquit, Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quàm primę, dicit domin' exercituum. Ecce loquentem hîc tibi prophetam de ſecundo templo: quoniam primũ iam dirutum erat: nouiſſimum autem vocat, eò quòd tertium vltrà non ędificabitur: quod etiam extrueretur, ſine dubio tantum glorię non habiturum eſſet, quantũ prius illud. Sed accedat iis locupletior adhuc teſtis Hieremias dicens: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum domini, templum domini, templum domini eſt. quo verbo mendacij coarguit propheta eos, qui tertium adhuc expectabāt templum. Ex quibus & aliis rationibus equidem crediderim nunquam fore, vt etiam ſub Antichriſto tertium rurſus templum ædificent Iudęi. Quãuis hiſtorię nonnullę teſtãtur Iulianum iſtum apoſtatam, Imperatorem factum, præcepiſſe Iudæis odio Chriſtianorum reædificare templum, ſed etiam cum plurimum iam extruxiſſent: id quoque totum quod ædificarant, concidit. Nec abſimile fuit quod contigit Humaro Sarracenorum principi is cùm templum erexiſſet ſuper ſepulchrum Chriſti, & deinceps adhuc ſacra faceret ſuo Machumeto, à quodam perſa in altari confoſſus occubuit. Sedebit ergo Antichriſtus n templo domini, hoc eſt, in eccleſiis Chriſtianorum, atque in his adolebit omnem catholicã ordinationem, inueniet quoque eccleſias, in quibus iã ante præcurſores ſui omnes cæremonias & leges eccleſiaſticas abrogarint: ibiq; ſe pro deo iactitabit, vt colatur ab illis. Nos modò deprecemur dominum deum, quatenus, &c.

Hag 2. *Hiere. 7* *Iulianus.*

HOMILIA SECVNDA

QVæcunque ſcripta ſunt, inquit Paulus, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus: ideóque cum magn' ille propheta & vir deſideriorũ Daniel, tãtopere deſcripſit abominationẽ, quæ futura erit ĩ deſolatione & loco ſãcto, hic quoq; dominus ſolicitè nos cõſiderare admonet, ꝙ inteliligam' in Daniele, ſimulq; attẽtos nos reddit. & vtinã attenderẽt Neochriſtiani, atq; diligẽtiùs, paulò obſeruarẽt illam Danielis prophetiam, obſeruatã rectiùs intelligerẽt,

Rom. 15. *Dan. 12.* *Mat. 24.*

& facillimè errores ſuos maximos peruiderent:ſicque vltrò à lacero ſciſſoque euāgelio ſuo,animarum pernicie,deſiſterent. Viſuri enim eſſent & conſpicaturi hic ſeipſos velut in ſpeculo,quomodo omnia quæ iam moliũtur, viam ſternāt Antichriſto, gloriamque Chriſti obſcurent,animarumque impediant ſalutem,ſicut in ſequentibus pleniùs videbim⁹.

¶ Quum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto,tunc,qui in Iudæa ſunt,fugiant ad montes. *Chryſoſt.* Chryſoſtomus & plerique alij hæc omnia referunt ad excidium Hieroſolymitanum, quod ſub Veſpaſiano factũ eſt, & quod per hæc apoſtolos ſuos cæteroſque Chriſtianos dominus præmonere voluerit, vt fugerent imminẽte perſecu- *Li.3.ca.3* tione. Quoniā ſic Euſebius refert eccleſiam Hieroſolymis congregatā,recepiſſe reſpōſũ, vt fugerẽt vt trans Iordanẽ in ciuitatem Pellam,quæ regis erat Aggrippæ, cōfœderati cũ Romanis,vt ſic poſtquam boni homines ſeceſſiſſent ex regione illa & vicinia,locus daretur vltioni cæleſti atque vindictæ de impia gente. Verum ego iam ſuprà rationibus aliquot oſtẽdi, dominum hic loqui de tribulatione futura tẽporibus Antichriſti,quod hinc quoq; ſatis liquet:ſiquidem quotquot ſuperiora verba de Hieruſalem exponunt, dicũt abominationem ſtantem in templo,ſtatuam eſſe Adriani, quam ille poſt deſolationem in eo repoſuit. Dominus autẽ hic illum ordinem ſeruat:primum oſtendit quando viſuri ſint abominationem,deinde fugam commemorat, vt omnino, nequeat hoc ad ſtatuam Adriani referri equeſtrem, quam in ipſo ſanctorum loco vſque ad ſua tempora ſtetiſſe *Super Matt.* teſtatur Hieronymus. Nos itaque hæc, vt ſuperiora, de temporibus antichriſti exponamus, quoniam de iis & hic dominus & ante eum Daniel ſine controuerſia locutus eſt.

2 Porrò ſi ad Antichriſti tempora reſpiciamus,triplicẽ videbimus populum qui fugiturus eſt. Fugient enim qui in Iudæa,qui ſuper tectum,& qui in agro fuerint. In ciuitates quomodo profugerint Iudæi,ſatis conſtat ex Ioſepho:ſed quomodo cæteri triplicem hanc fugam huc detorquẽt, mihi nō ſatis perſuadet:ſed ad tempora Antichriſti referrẽdo, nihil ita dubium eſt:quoniam Iudæa laudem ſeu laudis cōfeſſionem ſonat,igitur hic ſpirituales homines eccleſiaſtici & prædicatores intelliguntur, qui veram fidem quum debeant confiteri,perſequutionem ſuſtinebunt Antichriſti.

Sed qui in tectis ſunt, magiſtratus & optimates ſignificāt: ſicut enim tectum altiſſimū eſt, ab iniuriis aëris defendens incolas omnes, ita qui ī magiſtratu ſunt cōſtituti, ſubditos defendere & iuſtitiam debent tueri. Verùm ij quoq; ſi verè chatholici piique fuerint, non euadent ſæuitiam tyrānidis Antichriſti, qui principes primùm ſtatim ſibi coniūget & ſeducet, per eos deinde dominos populóſque omnes ſub cælo perſequuturus: ſemper enim beſtia iſta ſepticeps pios homines peruertit, & nō deſunt iamiā, qui idipſum in primis votis habeant, vt (modo liceret) imperatorē ipſum ꝑfligarent, cæteróſque magiſtratus omnes ſeducerent. Præterea eos quoque qui in agris fuerint, perſequetur Antichriſtus, ſi nolint perfidiæ ſuæ ſubſcribere, hoc eſt, agricolas, plebem ſimplicem etiam nō tolerabit, niſi fide vera abnegata, ſibi adhæſerint. Præmonere autem hic dominus vult Chriſtianos omnes eccleſiaſticos quidem & prædicatores, ne aſpiciant Iudæā, hoc eſt, cœnobia, monaſteria, templaque ſua deſerāt propter fidem. Magiſtratus autem, ne amore temporalium bonorū, & cæteros ex vulgo homines, ne propter qualecunque commodum adhærant errabundis Chriſtianis ſub Antichriſto. Sed quàm multi ſunt obſecro, qui tā fidele Chriſti monitum ſpernunt, nec amplectūtur? Quot iam prælati & monachi funditus interire ſinunt omnia, dū modo ipſi nō è cœnobiis expulſi, cenſibus careant? Quod etiam qui magiſtratibus præſunt, fidem nihil curant ſubditorum, modò redditib9 ſuis nihil decedat? Quot inſuper ex vulgo homines nihili faciunt quibus cum verſentur, à quib9 quid lucrētur, ſiue Chriſtianis ſiue hæreticis? Quot hoſpites in ſuis diuerſoriis blaſphemias tolerant in deū, cōuitia & cōtumelias erga homines etiam optimos, & impia verba aduerſus ſacramenta: dummodo luceli nonnihil eis accedat veriti ſemper, ne ſi impietates iſtiuſmodi non ferrent, vacuum porrò haberent diuerſorium? Aliter hic lōge Chriſtus, qui docuit fugere potius debere Chriſtianos veros, quàm vt à fide deficerent: ſicut nūc quoque multi, bonis ſuis omnibus relictis, profugiūt ex ciuitatibus neochtiſtianorum, vt errores eorum euadant. Iocus autem & luſus hic merus eſt. inſtabunt grauiora, arbores adhuc cadēt, nūc folia tantùm decidūt, cum tot ſuperſtites ſunt principes catholici & integræ in fide ciuitates. Acerbi9 adhuc ſuccedēt *Mat.24.*

omnia, quando refrigeſcet charitas multorũ. Videmus ſæuire & ferocire iam neochriſtianos, ſi quando paululũ ſibi poteſtatis acquirant. Quid futurum putas, vbi gladium totum in manibus ſuis habuerint opere Antichriſti? Væ miſeris Chriſtianis, qui inter iſtos lupos deprǽhẽſi, tãtæ ſubiacebunt perſecutioni. Tũ deniq; illi vaſtabũt, diruent, perdentq; omnia Oportet adhuc magis appropinquare Antichriſtum, & tunc ita miſerè cuncta deſolabunt, vt auditum antea non eſt ab origine mundi. Væ væ væ miſellis Chriſtianis ſuper quos væſani iſti & furioſi ſectatores Antichriſti poteſtatem, imo tyrannidem quam exerceãt, habebunt.

Apo. 12 3 De hac miſeranda Chriſtianorum fuga ſpiritus ſanctus adhuc manifeſtius nos præmonuit per Ioannem, dicẽtem, Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertũ, in locũ ſuum, vbi alitur. At quænã hæc mulier eſt, *Apoc. 12.* niſi ipſa eccleſia ſancta, quę fugiet perſecutionẽ Antichriſti in deſertis & nemoribꝰ abditis? Quoniam cultu diuino & ſacramentis omnibus ablatis à Chriſtianis, eſt quod fugiant illi deinde in deſerta loca. ſequitur ibidem, Et draco iratus eſt in mulierem, & abiit facere prçlium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiũt mãdata dei, & habẽt teſtimonium Ieſu Chriſti. Tunc implebitur illud quod dixit do- *Mat. 5.* minus, Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilũ valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibꝰ. Boni prælati & prædicatores ſal fuerãt antea: imminẽte autem Antichriſti tempore, multum ſalis euaneſcet, quando multi prælatorum cadẽt in errores Antichriſti Mittitur ergo ſal foras & conculcatur, quando cõtempti à deò fiunt preſbyteri, vt ipſos etiam ſuæ pigeat dignitatis, & fugient in deſerta, ſicut ſuprà diximus, & paulò *Heb. 11.* pòſt de tribulatione plura commemorabimus. ſic de veteribus ſanctis Paulus inquit ad Hebręos, In ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpelũcis, & in cauernis terræ circũierunt in melotis, in pellibus caprinis, egente anguſtiari, afflicti, quibus dignus nõ erat mundus ¶ Pericula tẽporũ illorum exactius adhuc declarat dominus. Vę prægnantibus & nutriẽtibꝰ in illis diebꝰ. in excidio Hieroſolymitano malè habuiſſe mulieres cũ liberis, omnes teſtantur hiſtorię, & nos quoq; iam ſuprà in quadã homilia cõmemorauimus: quoniã ibi impleta eſt prophetia Ieremiæ, Manus mulierũ

miſericordium coxerũt filios ſuos, facti ſunt cibus earũ in cõtritione filiæ populi mei. Et cum omnes Chriſtiani immaniter tractabuntur ab Antichriſto, ipſiuſq; præcurſoribus, tum verò maximè id eueniet prægnãtibus & enutrientibus, dũ relinquere cogentur domos & poſſeſſiones ſuas. *Luc. 23.*
Ita Chriſt⁹ etiam in euãgelio fore prædixit, cùm ait, Ecce venient dies, in quibus dicent, Beatæ ſteriles & ventres qui non genuerũt, & vbera quæ non lactauerunt. Addit hic dominus, Orate vt non fiat fuga veſtra in hyeme aut ſabbato. Idipſum nonnulli ſic ad literã nudam exponunt, quoniam hyeme durũ ſit fugere ob iniurias niuium, & in deſertis ſe continere. Iudęis qnoque prohibitum erat ambulare in ſabbato, ampli⁹ quàm iter ſabbati, hoc eſt, miliaria duo Dices Si dura iſta Antichriſti peſecutio annis tribus & dimidio duratura eſt, vt paulò pòſt confirmabimns ipſi, nónne & in hyeme fugiendum erit Chriſtianis? Ideo reſpõdeo & dico, nõ velle hîc dominũ, per hyemẽ tẽpus deſignare hybernũ, ſed fugã & properam, & quàm remotiſſimam. ita enim loquimur etiam nos, deſignaturi quippiam properum, priuſ quã ingruat hyems, & quia Iudæis non licebat longius proficiſci in ſabbato, orãdũ nobis eſt ne in ſabbato, hoc eſt, in loca propinqua fugiamus. Hieronym⁹ ad myſticũ ſenſum *Hierony.*
hæc referre volẽs, dicit docere nos hîc dominũ, vt oremus ne fiat fuga noſtra in hyeme, hoc eſt, ne fides noſtra refrigeſcat: neq; ſabbato, puta ne operib⁹ bonis deſtituti, omni caream⁹ virtutũ ornamento: quoniã quicunque vel in oratione non deuoti, vel in operibus bonis nõ fuerint laborioſi, extra numerũ electorũ habebuntur, quos per fugam ſibi reſeruabit dominus Sic Origenes ait, Nemo in tali pericu *Orige.*
lo falſi dogmatis (ipſe enim adhęreſes omnia refert) facilè ſuperatur & fallitur, niſi qui nudus eſt ab operibus bonis.

4 Porrò iam tribulationis magnitudinẽ declarat dominus dicens, Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo. neq; fiet. Notanda ſunt hęc verba eò diligentius, quòd ſuperius illud propoſitũ noſtrum cõfirmant. quò docuimus loqui hîc dominum de prophetia Danielis duodecimo, nõ nono capite. Ita enim ipſe ait *Dan. 12.*
quoq;, Veniet tẽpus quale nõ fuit ab eo, ex quo gentes eſſe *Ioſeph.*
cœperunt vſque ad tempus illud. Vos itaque iam dilectiſſimi, aperto pectore cogitate, atq; ad animũ reuocate omnes

tribulationes, de quibus audiſtis vnquam. Magna fuit iſta
tribulatio,qua periit Iudaiſmus quando enim auditum eſt
antea,vndecies cẽtena milia hominũ in vnica ciuitate,gla-
dio,fame & peſte periiſſe,niſi Hieroſolymis? deinde occu-
pata vrbe illa,tot homines occiſos,tot eſſe venditos?Maio-
ra adhuc longe futura ſunt pericula Chriſtianorũ ſub Anti-
chriſto,& nihil conferenda ad iſtam perſecutionem Iudæo
rum.ſiquidem tribulatio tũc futura maxima eſt, qualis nec
fuit antea, neq; poſtea eſt ſecutura:de qua Ioãnes etiam ſic
ait,In diebus illis quærent homines mortem, & non inue-
niẽt eam:deſiderabunt mori:& fugiet mors ab eis. Fiet tũc
Apo. 9. plane ſicut prædixit Ieremias, Eligent magis mortem quã
Ierem. 8. vitam omnes qui reſidui fuerint. Et hoc eſt quod dominus
dixit,quum educeretur ad crucem, Tunc dicent montibus.
Luc.23. Cadite ſuper nos:& collibus,cooperite nos. Quid tunc an-
guſtiæ,mœroris & tribulationis futurum eſt in mundo?ne-
que tamen id mirum,quoniam blaſphemiæ tantæ,& hære-
ſes, omniaq́; quæ nunc in mundo ſunt peccata, huiuſmodi
Apo. 13 merebuntur ſupplicia:& ideo Ioannes Antichriſtum deſcri
bit ex ſpecie beſtię,quæ ſimilis ſit pardali,cuiuſq; pedes vr-
ſi fuerint, & os leonis: qua figura varietas nobis deſignata
eſt pſecutionis Antichriſti,quæ triplex futura tũc erat,nunc
ex parte abiit,vna tyrãnorum in ipſo adhuc principio,alte-
Antichri- ra hæreticorum ſeducendo bonos,tertia malorum fratrum
ſti figura. per proditionem. Perſequutiones illæ tres durauerũt in ec-
cleſia continuis ſucceſſibus:trecentis enim & aliquot annis
perſequutionem gladij ſuſtinuit eccleſia ſub tyrannis, quæ
& eccleſia martyrum dicta eſt. Pacata deinde eccleſia ſub
Conſtantino,irruerunt hæretici,Arrius,Macedonius, Euty
ches,Neſtorius,iſtorũq́ue ſimiles alij pene innumeri. Præ-
terea inter Chriſtianos quoq; deinceps fuêre complurimi,
qui præter nomẽ nihil habuêre Chriſtiani: quoniã ſicut nõ
omnes qui ex circuncisione Iſraëlis ſunt, Iſraëlitæ ſunt,ita
neque illi omnes qui nomen Chriſtiani habent, Chriſtiani
Rom.9. ſunt Imo ita deficiet fides Chriſtianorum etiam bonorum,
vt ad ea tempora reſpiciens dominus,rectè dixerit. Quãdo
Luc.18. veniet filius hominis,putáſne quod inueniet fidẽ ſuper ter-
ram?Vſqueadeo pauci erunt verè fideles,vt reputarit domi-
nus ſe quaſi fidem nullam inuenturum ſuper terram.

¶ Atque has tres perſecutiones ſunt qui velint intelligi per

beſtias iſtas tres apud Danielē, quæ ſurgebāt ex mari. Erat *Dan.7.*
enim ibi leæna, qua ſignificātur tyrāni: erat vrſus, quo hære
tici figurantur: erat & pardalis, quæ falſos & iniquos fratres
repræſentat. Et eas ipſas perſecutiones tres Ioannes tempo
re Antichriſti futuras, iiſdem trium animalium & figuris in
vnum coeuntibus, deſignauit. habebat enim caput pardalis *Apoc.13.*
ob fucatum prætextum pietatis: pedes vrſi, quoniam ſicut
ille mel amat & omnia dulcia, ita hæretici falſitatem ſuā ſu
co ſuauitatis velant & obtegūt. An non noſtrates etiā neo-
chriſtiani egregiū commēti ſunt impietatis ſuæ prætextū,
dum euangelium clamant & verbum dei, quod & in ore cir
cunferunt, & in manicis geſtāt depictum, vt interim diabo-
lum foueāt in pectore, iuxta illud Pauli, Per dulces ſermo- *Rom. 6.*
nes & benedictiones ſeducunt corda innocentium?

¶ Poſtremò autem vbi poteſtatem omnem ſibi arrogarint,
leonino ore laniāt omnia: & id quidem plane animal quar
tum eſt Danielis, admirabile & horrendum, dentes & vn- *Dan.7.*
gues eius ferrei, quib' cōminuebat & comedebat. hoc dein-
ceps Daniel exponit de rege potēti, qui ſermones cōtra ex-
celſum loquetur, & ſanctos altiſſimi conteret: putabitque
quod poſſit mutare tēpora & leges (Antichriſtus enim ſu-
met ſibi leges ſtatuere Moſaicis meliores, meliores quoque
Chriſti domini noſtri & impij, Mahumeti, ſicuti nunc quo-
que neochriſtiani alias ex aliis ordinationes texunt, atque
retexunt vt telā Penelopes.) & tradentur in manu eius vſq;
ad tempus & tempora & dimidium temporis. Ecce beſtia
præ ualeſcens Antichriſtus Chriſtianis ſuperior dominabi-
tur, & tamen imperium eius diuturnum non erit, ſicut ho-
milia ſequenti dicemus. Nunc interim dominum deprece-
mur, vt gratiam nobis ſuam concedat, qua in numero cōſer
uemur electorum, ita vt poſt huius vitæ exilium cum om-
nibus angelis & ſanctis, ipſum laudemus in ſecula, Amen.

HOMILIA TERTIA.

Audiſtis, dilectiſſimi in Chriſto, quomodo abominatio
Antichriſtus ſedebit in eccleſias Chriſti deſertas iamiā
& deſolatas, in quibus cultus dei nullus ſit, nullæ vigiliæ,
veſperæ aut matutinæ cantentur, miſſa nulla legatur: & cu-
iuſmodi tunc futura ſit Chriſtianorum fuga, quantaque tri
bulatio, ita vt huiuſmodi pericula neque antea fuerint in
mundo, nec aliquando ſunt futura, adeò potenter præuale-

bit Antichriſtus per tyrannos & ſequaces ſuos Chriſtianos malos atque petuerſos. In his omnibus malis conſolatio-
Mat.24. nem adhuc piis hominibus proponit dominus, dicens, Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies. vnde miſricordia ſit manifeſta dei, qui ſeruorum ſuorum non obliuiſcitur in iis periculis tantis. Et quanuis Antichriſtus vt ſubitam & repentinam, ita validiſſimam habiturus eſt poteſtatem, tamen repente rurſus interibit: ideo enim propere feſtinabit diabolus, quoniam ſciet poteſtatem illam & tyrannidem diu ſibi
Apo.12 dominum non permiſſurum. id adeò Ioannes quoque teſtatur, inquiens, Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciẽs quod modicum temporis habeat. Ecce diabolus ſciens diu ſibi non licere poſſe vt ſæuiat in populum dei, eò magis accelerabit, pluſque furioſus erit. ¶ Quæres, quandiu tandem duratura ſit Antichriſti tyrannis, quæ ſi mala futura eſt, cur non deſinat ſtatim? Reſpondeo, quoniam manifeſtauit hoc dominus ex annis, menſibus atque diebus. Ex annis quidem, quanuis minus
Dan.7. appertè cùm dicit Daniel, Tradentur in manus eius vſque ad tempus & tempora, & dimidium temporis: quibus ver-
Dan. 12. bis deinceps quoque vtitur ille, & ait iuraſſe iſtũ per viuẽtem in ęternum, quia in tempus & tempora & dimidiũ tẽ-
Apo.12 poris. Ita Ioannes etiam inquit, Datæ ſunt mulieri alæ duę aquilæ magnæ vt volaret in deſertũ in locũ ſuum, vbi alitur per tempus & tẽpora & dimidium temporis à facie ſerpentis. Ibi autem per tempus annus, per tẽpora biennium deſiignatur, dimidium temporis annus dimidius ſignificatur, quę ſumma eſt annornm trium & dimidij. Tanto enim tempore & Antichriſtus deſæuiet in Chriſtianos, & Chri-
Dan.12. ſtus dominus prædixit. Atque id ita eſſe ex mẽſibus & diebus ſatis conſtat, ſiquidem & Daniel illud quum non ſatis intellexiſſet, audiuit ex angelo, A tempore quũ ablatũ fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducẽti nonaginta. Si hæc porrò diuidam' hebdomadatim, inueniemus hebdomadas centũ octoginta quatuor, dies duos, quod temporis ſpaciũ cõficiet an-
Apo.12 nos 3 hebdomadas 27. dies 6. ſi 365. dies pro anno cõputentur. Neq; tacuit hoc etiã Ioãnes, vt nõ celauit eũ ſpirit' dei, dixit enim, Mulierem (hoc eſt eccleſiam) in deſerto paſcen-

dam diebus 1260. Vbi non eſt quod mireris Ioãnẽ 30. dies minus numeraſſe quàm ſupputauit Daniel: ſiquidem hic de principio tyrannis Antichriſti, ille autem de fuga loquutus eſt eccleſiæ, quæ poſtea demũ fugitura erit. Nõ deſunt qui opinẽtur principem aliquem catholicum abſconditurum eſſe Papã, Cardinales, Epiſcopos, præſbyteros & monachos in fide conſtanter perſeueraturos, tantiſper dum Antichriſtus à Chriſto occidatur, & de ea re loqui hic Ioannem. Similiter etiam quo ad menſes ſolares, tẽpus hoc cõmemoratur in ſactis literis, quando ſpiritus ſanctus per Ioãnẽ dicit, Data eſt ei poteſtas facere mẽſes quadraginta duos. Mẽſes autem duodecim, annum faciunt: mẽſes triginta ſex, triennium totum, vnde ſupeſſunt adhuc mẽſes ſex annus dimidius, quę omnia bene conueniũt cum annis tribus & dimidio Danielis. Quódque eo tempore perſecutio iſta finẽ ſit habitura, ſatis manifeſtè teſtatur Daniel cũ ait. Beatus qui expectat & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque, totidem cõficiũt annos tres, ſeptimanas triginta duas, & dies tres, quãdo & vniuerſa Antichriſti & membrorum ſuorum omnium tyrannis deſinet. Et hoc eſt quod dominus adeò nobis certò promiſit ſe abreuiaturũ dies illos propter electos. Quoniã quãuis nunc miſerè pleraque ſuccedant, & neochriſtiani vndique errorum ſuorũ ſeminaria diſpergant, multoq; maiores iis calamitates futuræ ſint tẽpore Antichriſti, ſemper tamen conſeruabuntur à deo aliquot integri & ſynceri Chriſtiani, ſicut olim quoque factũ eſt tẽpore Eliæ, cùm diceret iſte, Zelo zelatus ſum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſraël, & altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Inter cætera reſpondit dominus Eliæ, Derelinquam mihi in Iſraël ſeptem milia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum. Quòd ſi tam miſericors iam olim fuit dominus, vt gratia ſua ſancta retinuerit aliquos, qui non contaminarentur idolis: quantò magis in eccleſia catholica reſeruabit ſibi, qui non ſequantur Antichriſtum, quorum etiam gratia regnum ipſius abbreuiabitur?

Apo. 11 — *Apo.* 13. — *Dan.* 12 — 1. *Reg.* 19

2 Porrò iam diligenter præmonet nos dñs, vt caueam' à

falſis prophetis, quæ verba eo diligentiùs attendẽda nobis erunt, quod qui præcepit. ſeriò etiam id à nobis exigit: ſicq; illa paulò intẽtius obſeruauerimus, melius quoq; iſtos neo chriſtianos cognoſcemus. ſic enim ait ille, Tũc ſi quis vobis
Mat. 24. dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Quæ verba adſit vt quiſquã vel accipiat vel accipi velit de ſacramẽto corporis Chriſti, de quo nihil hic agit Chriſt'. Vt interim impiè abutãtur illis neochriſtiani, dũ coactiſſimè detorquẽt cõtra venerabile ſacramẽtũ eucharistię: ſed p Chriſtum intelligi debet in fide. Præmonet enim hic dominus ecclesiam ſuam ab incurſibus nouiſſimorum temporũ, quando innumeræ conſurgent hæreſes & ſectæ, quæ ſingulæ dicturæ ſint ſecũ eſſe Chriſtum, ſicut nunc Lutherus & Zuinglius contendunt: contra quos facit illud Chriſti dictũ, Nolite credere. Diffuſo nanque Chriſto per vniuerſam eccleſiam, quid aliud obiiciamus hæreticis ad ſe pertrahere volẽtibus illum, niſi hoc Paulinum, Nunquid diuiſus eſt Chri-
1. Cor. 1. ſtus? Quod autem hic per Chriſtum regnum illius accipia-
Mat. 24 tur, ſatis arguunt verba ſequentia, quibus oſtẽditur exurre-
Mar. 13. cturos pſeudoprophetas, de quibus etiam Paulus loquens,
2. Tim. 3. ait, Nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi blaſphemi, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, ſemper diſcentes, & nũquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, qui reſiſtunt veritati, quemadmodum
2. Tim. 4 Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi: mali homines & ſe
Mat. 7. ductores proficiens in peius, errantes, & in errorẽ alios mit
2. Pet. 2. tentes. Hi nimirum ipſi ſunt, de quibus etiam hic dominus loquitur, qui dicunt alij quidem hic, alij verò iſthic, alij alibi eſſe Chriſtũ, quibus nos dominus iubet non credere. Attendite itaque & vos dilectiſſimi ab iſtiuſmodi hominibus, nolite credere neque Luthero, nec Zuinglio nec cuiquam neochriſtianorũ, qui Chriſtum ab eccleſia catholica diſtractum ſibi cupit & nititur arrogare, detruſum in angulum & conciliabulum hereticum. Iſti ſunt magiſtri pturientes auribus, falſi prophetæ, de quibus dominus dicit, Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. de iis & Petrus ait, Fuerunt pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducẽt ſectas perditionis. Euitate &

fugite

fugite per Chriſtum iſtos ſectarum authores,qui Chriſtum ſcindere & in partes conantur diuidere, ſicut ſcelerata iſta mulier diſſecari petebat filium alterius mulieris coram Salomone. Cauete inquam & proſpicite vobis, quia veſtra hic res agitur: quod ſi audieritis eos, ſeducẽt vos in interitũ. ne præbeatis aures dicentibus, hic eſt Chriſtus, ne credatis illis quicquam: quia animicidæ ſunt, pſeudoprophetæ, ſeductores hominum, venatici canes diaboli. *3. Reg. 3.*

3 Surgent, inquit dominus, pſeudochriſti & pſeuprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, id ad eò Paulus quoque de Antichriſto dicit, cùm ait, Cuius aduentus eſt ſecũdum operationem Sathanę, in omni virtute & ſignis & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis. Cæcos ille videre faciet, ſurdos audire, claudos expeditè ingredi, dæmoniis obſeſſos liberabit, fraudulenter tamen hæc omnia Et bene dicitur quod ſecundum operationẽ Sathanæ veniet Antichriſtus: quia ſicut Chriſtus de ſpiritu ſancto natus eſt, iuxta illud angeli ad Mariã, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & iſtud quoque, Quod ex ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. ita viciſsim veniet Antichriſtus à Sathana ſecundum operationẽ ipſius. nam & ipſe reget eum, & hic obtemperabit illi in omnibus, ſicut permittit dominus, dicente Ioanne, Soluetur Sathanas de carcere ſuo, & exibit ſeducens gentes. quæ etiam ratio multum facit ad augendam hominum malitiam, quoniam & diabolo permittetur homines adeò ſeducere in omni nequitia Quàm porrò neceſſarium foret, quàm operæpretium aſsiduò clamare eos ad dominum, Ne nos inducas in tentationem? *2. Theſ. 2* *Apo. 10.* *Mat. 6.*

2 Ait Paulus aduentum Antichriſti fore in omni virtute ſcilicet ſeculari & mundana. Sicut enim dominus in humilitate aduenit & paupertate, manſuetus (vt ait propheta) atque ſedens ſuper aſinam, ſuámque adeò paupertatem Chriſtus ipſe teſtatus eſt, inquiens, Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Ita contrà Antichriſtus veniet in maximo apparatu, faſtu & pompa ſeculi huius, ſatis habiturus pecuniæ, & bonorum omnium affluentia luxuriaturus, qua laſciuie multos ſibi adiunget homines. Id Daniel quoque præuidit, cùm dixit, Dominabitur theſaurorum auri & argenti, & in omnibus precioſis AEgypti. *Zacha. 9.* *Mat. 8.* *Dan. 11.*

3 Addit Paulus quod in prodigiis & ſignis venturus ſi
Mat.26. mendacibus,quod etiã dominus non tacuit,cum dixit pſeudoprophetas iſtos ſigna & ꝓdigia facturos:nec celauit nos idipſum Ioãnes,de beſtia magna ſic loquẽs,Fecit ſigna magna, ita vt etiã ignem faceret de cælo deſcẽdere in terrã in conſpectu hominum,& ſeduxit habitantes in terra propter ſigna,quæ data ſũt illi facere. En hic cauſas vobis duas, quæ facient vt multi adeò accedant ad Antichriſtum homines, ſuiſque coniungantur erroribus. Videmus enim nunc pleroſque erroribus peruerſis accedere tantum ob libertatem carnis ne ieiunent,ne confiteantur,néve quid orent,& alia pietatis munera exequantur. quando maior futurus eſt accurſus omnium tunc,cum pecuniç diſpergentur,cum miracula fient? ſane tunc principes nationes, totaq; adeò regna ab eccleſiæ ſanctæ obedientia auertentur ad Antichriſtum.

4 Et bene quidem apoſtolus ſigna vocat mendacia. huiuſmodi enim variis poſſunt fieri modis fallacia ſigna ſunt, cum ſenſibus hominum imponitur, ita vt quis putet ſentire ſe quod non ſentit, & tangere quod non tangit, ſicut &
Hierony. Simon magus hominem iam decolatum paulò pòſt exhibebat viuum. Fraus enim illa erat & dolus. Sic humanos ſenſus decepit Apollonius Tianæus, cum faciebat præſtigiis ſuis, vt arbores ire, columnæ loqui viderẽtur. Sic magi etiam nunc faciunt, dum ſimulant ſe neſcio quid nõ vorare. vſqueadeo ſenſum hominis poteſt immutare diabolus.

2 Deinde mendacia quoque ſunt ſigna, quæ naturalib' quidem,ſed tamen occultis fiunt rationibus:vnde rudes, & imperiti homines ſępenumero putant vltra ſupráque naturam eſſe quod naturaliter fit, quomodo ſimplices plerũque admirantur ipſos præſtigiatores. Cumque diabolus norit ſingulas naturalium proprietates,ſciatque ſingula ſingulis, actiua etiam coniungere paſſiuis,magna in iis reb' exhibet ſuæ poteſtatis argumenta. ſic ille pluuia, fulgura tonitrua, igniúmque apparitiones efficere poteſt in aëre.

3 Præterea ſigna ſenſeri poſſunt mendacia,quę in finem malum tendunt, nimirum ad impoſturam & fraudem hominum,cuiuſmodi futura ſunt omnia Antichriſti ſigna, virtute diabolica facta. Et ex iis fere tribus rationibus Pau-
2.Theſ.2 lus ſuperiore illo loco ſigna Antichriſti ſecũdum operatio-
Mat.24. nem Satanæ, ſigna & prodigia vocauit mendacij. Quanta

porrò ſpecie boni, ſigna ſua ſit ille facturus, deinceps oſtendit dominus, & ait, Dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducātur, ſi fieri poteſt, etiam electi. quod ſi electis adeò malè ſuccedet, quid futurū eſt de miſera plebecula? cumq; in vniuerſum ſenſus & cogitationes hominis tendant in malum, quantus futurus eſt vulgi concurſus ad Antichriſtum? ſicut & Paulus ait Mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Qui nūc non credunt conciliis eccleſiæ ſanctæ, non patribus, neque bullis papalibus fidem aliquam præbent. Cæſareæ quoque & catholicæ maieſtatis edictis nihil, aut certè parum tribuunt: & tamen interim hæreticis, animicidis, peruerſis prædicatorib⁹ omnia credunt quid mirum ſi ſeducantur, niſique pœnitentiam agant, perpetuò condemnentur? Mitto hic quomodo etiam mali poſſint facere miracula verè, iuxta illud quod dicent multi in die illo, Domine, nónne in nomine tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? *Mat. 7.*

¶ Nam quòd mali fuerint, ex eo patet quod ſequitur, Recedite à me operarij iniquitatis. Fecerunt itaque mali quidē miracula, ſed nunquam infideles & qui errores docuerint, eò quòd virtute diuina fiūt miracula: deus autem falſitatis teſtis non eſt. ſiqúe & Antichriſtus & membra illius omnia nullum facient miraculum verum. Hic autem ſpecialē cōſpicimus dei miſericordiam in eo, quòd electi non inducētur in errorem: quoniam impoſſibile id eſt, non aliunde vtique niſi ex gratia dei cuſtodiēs illos, qui in ipſius manu ſunt omnes, teſte Moyſe. Hinc & Gregorius, Electi, inquit, in corde tentabuntur, nutānt enim, ſed nō cadunt. Hoc autem non eſt quod cogites tantum futurum tempore Antichriſti in ſanctis, ſed omni tempore, ſi non eſſet electio & gratia dei etiam iuſti in peccata maxima caderent, à quo lapſu ſola eos præſeruat gratia diuina. Poſſem ad longū materiam hanc de gratia dei extendere, cui tantùm aſcribere quis debet omnia. Illa enim ſi non foret, neq; ipſum præſeruaret, deū immortalē, quāta in ſcelera rueret præceps? eius autem argumēta vt fortiſſima, ita pene innumera peti poſſent ex epiſtolis Pauli ad Romanos, Corinthios, & Galatas ſed volēs hæc oīa pertranſeo. Quilibet homo ex corde & *Gregori⁹ homo. 9 ſuper Eze.* *Aug. in om. cō. Pelagia.*

animo inuocet & imploret deum, rogétq;, ne ſanctos ſuos deſerat in iis quoque durisſimis Antichriſti prædudiis, inter tot ſectas, hæreſes & ſciſsiones fidei. Quilibet inquã Chriſtianus ex tota mente Chriſtũ deprecetur, vt pijs magnaq; ſpei hominibus gratiã ſuam concedat: ijs verò maximè qui ſub tyrannis & Chriſtianæ fidei perſecutoribus: vt tantæ tyrannnidi reſiſtere, & tam magnis inſultibus ſufficere valeãt vtque in fide ſtabiles, in opere efficaces inuẽti, gratiam dei non amittant, & in futurũ vita non excidant æterna, Amen

HOMILIA IIII. ET VLTIMA.

MVlta hactenus audiſtis, dilectiſſimi in Chriſto, de ſæuiſsima Antichriſti tyrannide, quam ſi quis penitus introſpiciat, paulóque altius animo concipiat, quid mirum ſi huiuſmodi quid ſecum cogitet? Ita ne futurum? ita eccleſiam tuam deſtitues domine deus? ita ne ſanctos & electos tuos ſub tam graui iugo deſeres miſerè? Ita ne futurus erit nemo, qui libere fidem confitens conſoletur eos? Imo hoc
3. Reg 6. ſciat certúſque credat quilibet Chriſtianus, deum nũquam derelicturum ſuos, non minus quàm pater filios ſuos deſerat: iuxta illud Salomonis, Habitabo in medio filiorum Iſraël, & nõ derelinquã populum meũ Iſraël. Quoniam & Iudæi in tanta tribulatione conſtituti, vt & amiſſo tẽplo, & ciuitate ſancta vaſtata, & tota terra promiſſionis profligati, reliquum nil haberent, ſperauerunt adhuc in deum, qui nõ
Eſdræ 9. deſereret eos, dicente Eſdra, Quãuis ſerui ſumus, tamen in ſeruitute noſtra nõ derelinquit nos deus noſter. Ita nos cõſolatur etiam Dauid, dicens, Dominus iudicium diligit, & ſanctos ſuos non derelinquet, in æternum conſeruabuntur Quapropter prælatis & prędicatoribus partim ab Antichri-
Enoch & Elias. ſto occiſis, partim ꝓfligatis, Excitabit adhuc dominus prædicatores duos, iuxta cõmunem doctorũ ſententiã, Enoch & Eliam, qui vt in hoc ſeruarentur officium, viui rapti ſunt in paradiſum, expectantes ibidem tempus Antichriſti. De
Gen. 3. Enoch nanque ſic nobis ſcriptũ reliquit Moyſes, facti ſunt omnes dies Enoch trecenti ſexaginta quinque anni, ambu-
4. Reg. 2 lauítque cum deo & non apparuit, quia tulit eum deus. De Elia autem ſic habet hiſtoria Regum, Quum pergerent & incedẽtes ſermocinarentur, ecce currus igne', & equi ignei diuiſerunt vtrunque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum Et quod huiuſmodi teſtes tũc futuri ſint duo ſatis ma-

niſeſtè Ioannes arguit, dicens, Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis. De Elia verò apertiſſimè loquitur Malachias propheta cùm ait, Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, antequã veniat dies domini magn⁹ & horribilis. Quis porrò eſt qui neſciat diem domini horribilem illum eſſe nouiſſimũ? adhuc igitur venturus eſt Elias ante eum (& quia Hieron. fluctuat propter verba Chriſti de Ioãne, & ſi vultis, ipſe eſt Elias qui venturus es: & iterũ, Elias quidẽ venturus eſt, & reſtituet omnia, dico autẽ vobis, quia Elias iã venit, & nõ cognouerunt eum, ſed fecerũt in eo quæcũque voluerunt) tamẽ quia angelus clarè indicat qualis ſit Elias Ioãnes, in virtute nimirũ Eliæ præcedens, & Ioannes expreſsè negauit ſe Eliam, ideo credẽdum cõmuni ſententiæ, nondum veniſſe Eliam in perſona, ſed venturũ, licet Ioãnes venerit in ſpiritu & virtute Eliæ, ideo ad hæc ſubiũgamus, Mens & ſententia Auguſtini eſt lib. 9. ſuper Gene. Enoch & Eliam nõdum quidem eſſe defunctos, ſed in alium locũ tranſlatos, & adhuc morituros. Alibi quoque de mirabilibus ſacræ ſcripturæ ſic ait de Elia, Hactenus ipſe ſicut & Enoch, in teſtimonium nouiſſimi temporis adhuc ſine morte ſeruatur, vt ſcilicet horum in ore duorũ teſtium nouiſſimi teſtimonij ſermo cõſiſtat, quãdo in extremo tẽpore paulò antequã damnetur Sathanas, qui humanũ genus aperto bello deprimat. Quis autẽ aperto adeò Marte aggreſſurus eſt fidẽ Chriſtianam, & impugnaturus vt Antichriſtus? Sed pene exciderat properanti mihi locus ille Sapientis, qui hic primùm commemorãdus erat: ſic enim ait ipſo de Enoch, Quia placuit ille deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus ſapiẽtiam, Ecce in paradiſum, inquit Sapiens, vt det ſapientiam, at quando faciet hoc Enoch, niſi vbi Antichriſtus venerit?

Apoc. 11 *Malac. 4* *Matt. 11.* *Mat. 17.* *Luce 1.* *Ioan. 1.* *Cap. 6.* *Lib. 2. ca. 22.* *Eccle. 44*

2 Audite inſuper aliud adhuc Auguſtini de Elia teſtimoniũ, dicẽtis: Per hũc Eliam magnum mirabilẽmque ꝓphetã expoſita ſibi lege vltimo tẽpore ante iudiciũ Iudæos in Chriſtum verum, id eſt in Chriſtum noſtrum, eſſe credituros, celeberrimum eſt in ſermonib⁹ cordibúſque fidelium. Ipſe quippe ante aduentum iudicis ſaluatoris nõ immeritò ſperatur eſſe venturus, qui etiam nũc viuere non immeritò creditur. Idem alibi de peccatorum meritis quoque cõmemorat multis, quî fiat quòd illi duo tanto tempore in para-

De ciuit. dei. li. 20 cap. 29. *Li. 1. ca. 3*

diſo conſeruentur,nec moriãtur:id autem hic breuiari ſtudens pertranſeo : verùm illud prætermittere non poſſum,
Queſt.83 quod in quæſtionibus habet Auguſtinus(vt omnis tollatur dubitatio Hieronymiana) Futurũ, inquit ille,credimus ſecundo aduentu domini,quo in claritate venturus eſt,cuius aduentus præcurſor ſperatur Elias,ſicut huius Ioannes fuit: & ideo dicitur à domino , Elias iam venit , quia in eodem ſpiritu & in eadem virtute,& tanquam præcedentis præconis officio,& hic(Ioãnes)iã venit,& ille (Elias) vẽturus eſt.
¶Cùm itaque duo iſti venturi ſunt ante tempora Antichriſti,prædicabunt iuxta Auguſtini ſententiam:& Iudeis quidem annũciabunt Meſſiam verùm iam veniſſe, Chriſtianis autem meras eſſe impoſturas & fraudes, quicquid tunc molietur Antichriſtus vnde & plurimũ populi adhærebũt eis, vt non mediocrem inde dolorem conceptutus ſit Antichriſtus,occiſurus inſuper illos,iuxta hanc Ioannis prophetiã,
Apo. 11 Cum finierint teſtimonium ſuum , beſtia quæ aſcendit de abyſſo,faciet aduerſum eos bellum,& vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ,quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus,vbi & dominus eorum crucifixus eſt. Et videbunt de tribubus & populis & linguis & gentibus corpora eorũ per tres dies & dimidium .Et corpora eorum nõ ſinent poni in monumentis.quanuis reuiuiſcentes hinc aſcendent in cælum . Et hoc eſt quod Auguſtinus ait,Enoch licet longo tẽpore ſeruatus
Lib.1. de mir.ſup. c.3. Methodi. adhuc viuat,mortis tamen debitũ quod omnes in Adã ſumpſimus, vitare ꝓnõ poterit.Idẽ & martyr S.Methodiꝰ docet, & extat inter opera Augu.libellus integer de Antichriſto.
3 His itaque cõſummatis omnibus,Enoch quoq; & Elia ab Antichriſto occiſis (& ſecundum quoſdam etiam Ioanne euangeliſta)tunc ſe omniũ maximè concitabit inſolẽtia Antichriſti , qui tum demũ videri ſe cupiet à ſequacibꝰ ſuis Iudæis,Chriſtianis & gentibus. Sicut enim ex Apoca. Ioã.
Apo. 11 ſatis liquet , cum Enoch & Elias occiſi fuerint,reſuſcitabit eos dominus poſt dies tres & dimidium, dicentque illis angeli , Aſcendite . & tunc videntibus etiam aduerſariis ſuis, in nube eleuati aſcendent in cælum. Qui tum clamor tum applauſus ſanctorum,Antichriſtũ quoque cõcitabit ex immenſa ſuperbia ſua , vt ipſe quoq; in cælũ conabitur aſcendere ſequendo Chriſtum:quanuis contraria ſpecie. Siquidẽ

ſicut Daniel vidit filium hominis venienté in nubibus cæli, deúmque patrem illi dantem poteſtatem & gloriam, regnum quoque tantùm, vt ſeruient ei populi, tribus & linguæ: ita plane diabolus Antichriſto daturus eſt poteſtatem ſui ſimilem, iuxta illud Ioannis, Dedit ei draco virtutem & poteſtatem magnam, qua arogabit ille ſibi etiam aſcenſionem in cœlum, concurréntque ſequaces eius omnes ad videndum eum aſcendentem in cœlum. Tunc conſurget ille in montem Oliueti, atque ibi iuxta conſuetudinem huius ſeculi tentoria figet, eleuatus quoque à diabolo in aëra magna ſuorũ admiratione implebitur illud vaticiniũ, Dominus Ieſus interficiet cũ ſpiritu oris ſui. & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Cæterum ſanctus Ambroſius in ea ſententia eſt, vt putet Chriſtum Antichriſto apparriturum, ipſúmque vocis ſuæ virtute deiecturum in terram, quando in poteſtate & imperio verbi ſui diaboli ſinent eum per præceps cadere in terram. Sunt qui arbitrantur Michaelem, qui cum dracone pugnauit ipſum deiecturũ, & diabolos à quibus ferebatur, ab eo profligaturum, vt ſic turpiter decidat: & tunc ſane Iudæi, hæretici & gentiles omnes videbunt ſe ab ipſo miſere deceptos, ſicque conuertentur ad Chriſtum & eccleſiæ ſanctæ vnitatem. Tunc quoque implebitur illud Eſaiæ, quod & Paulus confirmauit, Quoniam reliquiæ Iudæorum ſaluæ fient, quódque iuxta Pſalmiſtam, Ad veſperam conuertentur vt canes. fiétque ſecundum verbum domini, paſtor vnus, & vnum ouile.

Apoc. 13 *2. Theſ. 2* *Ambro.* *Apo. 12* *Eſa. 1.* *Rom. 9.* *Pſal. 58* *Ioan. 10*

4 Cum iam multa hic Chriſtus de Antichriſti aduentu prædixiſſet, de deſolatione, tribulatione & ſeductione, porrò vt verba ea omnia nunc maneant infixa precordiis hominum, ſubdit, Ecce prędixi vobis, ſicut & ad diſcipulos dixit, Hoc nũc dixi vobis priuſquam fiat, vt cum factum fuerit credatis. Deinceps ſubiungit, pſeudoprophetis iſtis non eſſe credendũ, ſi quando dicent, Ecce hic eſt regnum Chriſti, ecce in deſerto eſt, nolite, inquit ille, exire. quomodo noctu & in ſyluis conciliabula ſua habuerunt catabaptiſtę. Addidit inſuper. Si dixerint vobis, ecce in penetralibus eſt, nolite credere. Neque enim in latibulis hæreticorum inuenitur Chriſtus cum regno fidei ſuæ. Nemo igitur ſe ſegreget ab eccleſia ſancta, nemo Chriſtum vel penes Zuinglium, vel apud Lutherum quærat, ſed in ipſa ſancta eccleſia

Ioan. 14

conſummationem ſeculi. Nemo fugiat in deſertum, ſicut catholica:cui promiſit ille manſurum ſe apud eam vſque ad flagellantes Lolhardi & Catabaptiſtę fecerunt. Quiſque vniuerſalem & perpetuam illam catholicæ eccleſiæ conſideret fidem,ea nimirum vera erit:nec aliquis ſeptennē iſtam fidem quæ ex deo non eſt decipere ſe ſinat, quoniam ea à furioſis monachis & ſacerdotibus apoſtatis ac fidefragis recens excogitata eſt: quorum quilibet ſecum contendit eſſe Chriſtum,non vidēs ipſiſſimum, vt ſic loquar, diabolum cohabitare ſibi,quod ex fructibus eorum ſatis conſtat,vnde dignoſcere ipſos edocti ſumus à Chriſto. Aut non fructus,ſcilicet pulchri deóque & euangelio digni ſunt,tot ſe ditiones,ſectæ,factiones & diſſentiones in vniuerſo Romano imperio,quarũ tamen adhuc finis nullus apparet?Nónne fructus pulchelli ſunt tot hominum neces miſerandæ, tot rapinæ,tot latrocinia,tot incendia,tot direptiones, tot omnis generis locorum vaſtationes? Et hoc nimirum eſt, quod ex nouo prouenit euangelio,quod iſti ex pulueribus protraxerunt. Vos autem iſtos fugite animicidas qui ex antiquiſſimis hęreſibus nouam conantur fidem effingere. Aut nonne tacentibus etiam nobis ſatis præmoniti eſtis à Chriſto iam olim vt proſpiciatis nobis à pſeudoprophetis iſtiuſmodi,qui Chriſtum in deſerto, penetralibus & aliis locis oſtentant,nihil interim aliud monſtrãtes quàm Antichriſtum & præcurſores eius?Neque verò hic tantùm nos conſolatur in hac re dominus, quod dies Antichriſti diu non durabunt,ſed ex eo quia tam repente & ſubitò irruent, vt fulgur exiens ab oriente, pertingit ad occidentem vſque. Vſqúeadeo ſubitus erit Chriſti aduentus in die nouiſſimo. & ideo omnes tum angeli tum electi dei congregabuntur cum Chriſto,ſicut ad cadauer aquilæ, ſicut hic Hiero. pulcherrimè docet, & nos partim explicauimus parte prima. Deus & dominus noſter,qua eſt pietate & miſericordia,clementer dignetur gratiam nobis conferre ſuam ſanctam, qua freti perſeueremus in fide vera conſtantes: illam quoque cum dilectione dei & proximi operibus bonis declaremus,quatenus poſt calamitoſum miſerandæ huius vitæ decurſum,vitam illam conſequi mereamur æternam: quam omnibus nobis largiri dignetur Chriſtus Ieſus in ſecula benedictus, Amen.

Mat. vlt. *Matt. 7.* *Centũ milia occiſa.* *Mat. 24.* *Hierony.*

SOLI DEO GLORIA.
Sub ſedis apoſtolicæ ac omnium bonorum correctione.

HOMILIÆ SVPER EVANGELIA de tempore, aduerſus Lutheranos & alios aberrantes, fœliciter finem accepêre, iuxta veterum patrum, ſanctorum conciliorum, & Romanæ ac apoſtolicæ eccleſiæ explanationem, Ioanne Eckio authore & Ioanne Mentzingero eius diſcipulo, interprete.

Clemente Papa 7. Carolo S. Imper. & Ferdinando Rege, orbi Chriſtiano præſidentibus, Anno 1533.

AVDI LECTOR.

Expecta parumper, & tertium tomum de Sanctis, & quartum de Sacramentis, Deo volente, accipies.

INDEX HOMILIARVM TOMI SECVNDI, SECVNDVM dominicas & folia.

Dominica reſurrectionis Euangel. Cùm tranſiſſet ſabbatum. Mar. 16. Homiliæ quinque. 3

Quarta & quinta ſunt de reſurrectione noſtra.

In ſecundis feriis Paſchæ. Euangelium. Duo ex diſcipulis. Lucæ 24. Homil. duæ. 17

In tertiis feriis Paſchæ. Euangelium. Stetit Ieſus in medio. Lucæ 24. Homiliæ duæ 23.

Dominica octaua Paſchæ. Euange. Cum ſero eſſet die illo. Ioãnis 20. Homiliæ ſex. 29.

Quinta & ſexta ſunt de clauibus.

Dominica ſecũda poſt paſcha Euange. Ego ſum paſtor bonus. Ioannis 10. Homiliæ duæ. 45

Dominica tertia poſt Paſcha. Euangelium, Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Ioannis 16. Homilia vna. 52

Dominica quarta poſt Paſcha Euangelium, Vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis. Ioannis decimo-ſexto. Homiliæ quatuor. 56

Dominica quinta poſt Paſcha Euangelium, Si quid petieritis patrẽ in nomine meo. Ioannis 16. Homil. tres. 69

In diebus Rogationum Euangelium, Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum. Lucæ 11. Homiliæ ſex. 76

Quatuor ſunt de oratione.

Dominica poſt Aſcenſionem. Euangelium. Cum venerit paracletus. Ioannis 15. Homiliæ duæ. 94

In ſecunda homilia prolixè tractatur materia hæreſis, & quomodo intentio, proteſtatio, ignorantia, &c. nõ excuſet.

In die ſacro ſancta Pẽtecoſt. Euangelium. Si quis diligit me. Ioannis 14. Homiliæ duæ. 105

Feria ſecunda Penteco. Euangel. Sic deus dilexit mundum. Ioannis 3 Homiliæ duæ. 111

Feria tertia Pentecoſtes Euangelium, Qui non intrat per hoſtium. Ioannis decimo. Homiliæ tres. 116

Domica ſanctiſſimæ Trinitatis. Euangelium, Erat homo ex Phariſæis. Ioannis 3. Homiliæ tres. 126

Dominica ſecunda poſt Pentecoſten. Euangelium, Homo quidam erat diues. Lucæ 16. Homiliæ quatuor. 136
Dominica tertia poſt Pentecoſten. Euangelium. Homo quidam fecit cœnam. Lucæ 14. Homiliæ tres. 149.
Dominica quarta poſt Pentecoſten, Euangelium, Erant appropinquantes. Lucæ. 15. Homiliæ tres. 159
Dominica quinta, poſt Pentecoſten. Euangelium, Eſtote miſericordes, Lucę 6. Homiliæ tres. 167
Prima eſt de eleemoſyna.
Dominica ſexta poſt Penteco ſten. Euangelium, Cum turbæ irruerent. Lucæ 5. Homiliæ tres. 177
Dominica ſeptima, poſt ferias Pentecoſten. Euangelium, Niſi abundauerit, Matth. quinto. Homiliæ quatuor. 185
Vltimæ homiliæ ſunt de ira.
Dominica octaua poſt Pentecoſten. Euãgelium, Iterum cũ turba multa, Mar. 8. Homiliæ duæ. 196
Dominica nona poſt Penteco ſten, Euangelium, Attendite à falſis prophetis, Matthæi ſeptimo. Homiliæ tres 202
Multa hic de hæreſibus.
Dominica decima poſt Pentecoſten. Euangelium, Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona illius. Lucę 16. Homiliæ duæ. 211
Dominica vndecima poſt Pẽtecoſten. Euangelium, Videns ciuitatem Ieruſalem fleuit ſuper illam, Lucę 16. Homil. duæ. 217
De excidio Hieroſolymitano.
Dominica duodecima poſt Pentecoſten. Euangelium, Dixit ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabatur cæteros, parabolam iſtam, dicens, Duo homines aſcendebant in tẽplum. Lucæ 18. Homil. tres. 224
Vltima homi. eſt de decimis.
Dominica decimatertia poſt feſtum Pentecoſten. Euangelium, Exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos, Matthæi 7. Homiliæ duæ. 233
Dominica decimaquarta poſt Pentecoſten. Euangelium, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetę & reges voluerunt. Lucæ 10 Homiliæ tres. 238

Secunda homilia eſt de dilectione proximi.
Dominica 15. poſt Pentecoſt. Euange. Dum iret Ieſus in Hieruſalem. Luc. 17. Homilia vna. 249
Dominica 17. poſt Pentecoſt. Euange. Nemo poteſt duobus domi. Matt. 6. Homiliæ tres. 252
Dominica 16. poſt Pentecoſt. Euange. Ibat Ieſus in ciuitatem quæ dicitur Naim. Luc. 7. Homiliæ duæ. 262
Dominica 18. poſt Penteco. Euange. Cum introiſſet Ieſus. Luc. 14. Homi. vna. 269
Dominica 19. poſt Penteco. Euange. Acceſſerunt ad Ieſum. Marc. 22. Homiliæ tres. 271
Duę homil. de dilectione dei.
Dominica 20. à feſt. Penteco. Euangeliũ: Aſcendens Ieſus in nauiculam. Matt. 22. Homiliæ duæ. 281
Dominica 21. poſt Pentecoſt. Euangel. Simile eſt regnum cælorũ homini regi, qui fecit nuptias. Marc. 22. Homi. quatuor. 287
Dominica 22. poſt Pentecoſt. Euang. Erat quidam regulus. Ioan. 4. Homi. vna. 298.
Dominica 23. poſt Pentecoſt. Euange. Simile, &c. regi, qui voluit ratio. Mat. 18. Homiliæ tres. 302
vltima de inuidia.
Dominica 24. poſt Penteco. Euange. Abeuntes phariſæi. Matthæi 22. Homilia vna. 311.
Adiectus eſt tractatus de ſupremo dominio & ſeruitute, quem aliâs peculiari libello extendi.
Dominica 25. poſt Pentecoſt. Euangel. Loquente Ieſu ad turbas. Matth. 9. Homiliæ duæ. 323
Dominica Vltima ante aduentum. Euangel. Cum videritis abominationem. Matthæi 24. Homiliæ quatuor. 329
Inſunt de tempore Antichriſti multa.

Summa homiliarum Tomi ſecundi. 107.

Omnes ſunt 203. homiliæ.

A

Aronis virga quid ſignificet. 120
Abſoluere poteſt peccator. 42 & 43.
Adam ſignificat hominem. 223.
Adam. 290
Adiutorem ſeu cooperatorem ſuſcipere. 183
Amare rem vnam plus altera. 164
Amor dei 275. & deinceps.
Amicos veros habere ratum. 77
Amen. 71
Animã ponere pro ouibus. 45.

Angeli apparuerunt veſpere. 29
Angeli offerũt orationes noſtras. 84
Angelis ſe homo comendet. 139.
Angeli ſunt oues & amici dei. 167
Angeli lætãur ſuper nos. 164
Angeli circa ſepulchrũ Chriſti. 6
Antichriſti figura. 339
Antichriſtus non diu regnabit. 336
Antichriſti aduentum præcedent. 330
Antichriſti templum vbi. 330.
Antichriſtus natus Iudæus. 331.
Antichriſtus quandiu regnabit. 336
Anrropophagi quomodo reſurgent. 14
Apoſtolorum iuſtitia. 190. & dei deinceps.
Apoſtolorũ clauſæ ianuæ. 30
Apoſtoli beati,quia Chriſtum viderunt. 138. & deinceps.
Apoſtoli teſtes Chriſti 27. 96
Apoſtoli bis receperunt ſpiritum ſanctum 35. 36. & dein.
Apoſtoli confirmari. 34
Apoſtoli ſemiſacerdotes in cęna 41
Apoſtoli gaudentes de Chriſto. 56.
Apoſtoli triſtes. ibid.
Apoſtoli non poterant portare verbum Chriſti. 64
Apoſtoli nihil petierũt à Criſto. 73
Appropinquare deo. 159
Arrius maguus hæreticus & ſeditioſus. 108. & deinceps,
Arbor bona fructus bonus, 209.
Athanaſius conſtans in fide. 109.
Attentio in oratioue. 88.89
Attentio ad verba,ſenſum, finem. ibidem
Aures quid ſignificant, 235
Auari. 138. 153 154. 253. 255. 268.

B

Baptiſmus magnifaciendus. 127
Baptiſmi virtus. 133
Baptiſmi figuræ. 137
Baptiſmus puerorum. 129
Baptiſmus non reiteretur. 128.
Beati egrediũtur videre damnatos. 115
Beati hac vita quomodo. 239
Benedictio dei vtilis. 198
Blaſphemia conſiſtit in tribus. 284

C

Carnes prohibito tempore comodere. 202
Carthuſianorum laus. 398
Caſus reſeruati. 41
Catholici vnde dicantur. 190
Cautio quam debemus. 214
Cæcorum duces. 215. & dein.
Cæcitas bona. 175 (ibi linea. 21. pro ſanctitas, cæcitas legi poſſet, niſi primitiuũ exexemplar repugnaret.
Cẽturionis fides maior quàm

reguli.
Cenſus Cæſaris Romani. 312
Cœna quid ſignificet. 150
Cæremoniæ eccleſiæ. 233
Cerdonis cuiuſdã exẽplũ. 270
Charitas dei, vide Amor.
Charitatis fructus. 278
Charitatis laus. 279
Character baptiſmi. 125. (cuius pagellæ ver. 4. à fine, videnum pro chritate, charactere legi poſſit, tametſi archetypon repugnet)
Chriſtus pro apoſtolis nõ rogauit quomodo. 75
Chriſti promiſſiones. 36
Chriſtus potens opere & ſermone. 19
Chriſtum oportuit pati. 21
Chriſtus teſtimonium habet ex Moyſe & prophetis. 21
Chriſtus cur ſtetit in medio. 24
Chriſtus oſtendit manus & latus. 26
Chriſtus quomodo reſurgens comedit. 27
Chriſtus cur cicatrices tenuit. 32
Chriſtus miſſus eſt à ſpiritu ſancto. 33
Chriſtus miſſus à patre miſit diſcipulos. 34
Chriſtus eſt apoſtolus apoſtolorum. 35
Chriſtus inſufflauit in diſcipu 35
Chriſt' eſt paſtor, ouis, ianua. 46
Chriſtus cur non dedit ſpiritũ ſanctum iu terris viuens. 59
Chriſtum oculis vidiſſe nõ cupiamus. 60
Chriſtus apoſtolis non dixit omnia. 64
Chriſt' eſt mediator noſter. 71
Chriſtus parabolis vſus. 75
Chriſtus orauit diligẽter. ibi.
Chriſtus venit ad cuiuſque mortem. 64
Chriſtus venit in iuſtificationem noſtram. 112
Chriſti aduentus duplex. 112
Chriſti ſepulchrum. 5
Chriſtus quomodo ẽgreditur & ingreditur. 124
Chriſtus loquitur ſine ſcriptura. 132. 133
Chriſtus ſolus aſcendit in cælum. 134
Chriſti ſymbolum ſerpens æneus. 135
Chriſtus eſt homo & leo. ibi.
Chriſtus diligẽter quærit perditam ouem. 162. 165
Chriſtus portat ouem in humeris. 163
Chriſtus cũ gladio paſſus. ibi.
Chriſtus impleuit legem de ira. 21
Chriſtus fleuit. 257
Chriſtus eiecit de templo vẽdentes. 223
Chriſtus ſuſpexit & ingemuit. 235.
Chriſtus quomodo nos reſpicit. 250.
Chriſtus apparuit in Galilæa. 268
Chriſti tangere erat efficax.

ibidem
Chriſtus eſt filius dei. 237
Chriſti Ciuitas 238
Chriſtus ſanatos non retinuit penes ſe. ibidem
Chriſtus ſemper habet ſeruos euãgelicos. 287
Chriſtus ſemper mittit prædicatores. 303
Chriſtus nunquam reſiſtit poteſtati. 312. & deinceps
Chriſtus iuit ad filiã Iairi, nõ reguli. 324
Chriſti imago Cæſareæ. 136
Chriſtus hic & illic. 242
Chriſtiani moniit ante excidium Ieruſalem. 220
Chriſtiani ſoluant tributa & redditus. 323
Chriſtianorũ libertas non pugnat cum obedientia. 313
Chriſtiani fugiẽt tempore Antichriſti. 314
Clauſtrales mali. 11
Clauſtra & monaſteria diripere. 104
Claues Apoſtolorum. 39
Claues Chriſti. ibidem
Claues ſacerdo. 43. 283. 284
Cæmeteria extra oppid. 263
Cilligere bonos & mal. 291
Communicare ſicut ab antiquo. 24. 25
Compellere homines ad bonum. 257
Confeſſionem non eſſe liberã cuiuis ad audiendum. 42
Confeſſio à Chriſto inſtituta. 43
Conſulere minorem. 197
Conſultatio villicorum. 212
Conſilium Iudęorũ impiũ 3 2
Contẽptus dei peccatum. 227
Cogitationes malę aſcẽdũt in corda, bonæ deſcendunt. 26
Conſerui ſumus omnes 307
Corrigere alium quis debeat. 47
Coruus. 260
Coronatio regnum. 90
Curtiſani aliqui maligni. 48
Curioſitas mala. 154

D

Damnati vellẽt cõſanguineos damnari. 147
Damnatorum pœna duplex. 208
Debitores ſumus omnes. 213
Decem leproſi. 250
Decimas dare eſt vtile. 230
Decimarum cauſæ. 231
Decima minuta. ibidem
Deliberare. 212
Deſertũ ſignificat cælum. 161
Deus iraſcitur non declinantibus. ibid.
Deus punit non declinantes. ibidem.
Deus videt, deus odit, deus punit. 49
Deus videt omnia opera noſtra. ibid.
Deus dat panem, piſces & oua 80
Dei cauſa aliquid facere. 112
Dei magnus amor erga nos. ibidem
Dei bonitas. ibidem
Deus vocat multos. 150
Dei lictores. 305

Deus habet nomina creaturarum. 292
Deum nemo odit. 253
Deum contemnere. ibidem
Deo confirendum eſt. 259
Deus ſuper omnia diligẽdus. 274
Diabolus maximè tentat moriturum. 110
Diabolus iudicatus à ſancto ſpiritu. 63
Diabolum ſuſtinere. 252
Diabolus venit ad mortem Chriſti. 109
Diabolus fur. 215
Diabolus odit charitatẽ. 276
Diabolus ſpoliauit hominem 244.
Dies tres myſtice ſignificant 197
Digitus dei. 234
Diſcipuli in Emaus receperũt ſacramentum. 23
Diuitiæ. 255
Diuites non retineant frumẽta. 198
Diues epulo. 136
Diuites nõ omnes mali. ibid.
Diues epulo fuit in inferno contra Lutherum. 146
Docere ſecũdum capacitatem auditorum. 66
Dominorum diſtinctio & origo. 315
Donec. 327

E

Eccleſiæ magnitudo contra Lutherũ. 29
Eccleſiam deſerere & fugere. 49. & deinceps.
Eccleſia habet bonos & ma. 296
Eccleſia iudicat de ſcripturis 167
Eccleſia ſignificata per mulierem. 166
Eccleſiam perſequi. 140
Cccle. non eſt apud hæreticos 254
Eccleſia parit filios. 55
Eccleſiæ fides vera. 66
Eccleſia eſt Chriſto, ſicut Eua ex Adam. 289
Eccleſiam ingredi. 223
Eccle. perſecutiones. 63. & deinceps.
Eccleſiæ erunt deſertæ. 332
Eleemoſyna. 332. & deinceps
Eleemoſynam rependit deus. 198
Eleemoſyna de male quæſitis 216
Eliſeus ſanauit Naaman 87
Emaus hodie Nicopolis. 18
Enoch & Elias contra Antichriſtum. 339. 340
Epheta. 234
Euagatio mentis in oratione. 90
Euangelium excellit legem. 26
Euticetis error. 38
Exaltans ſe humiliabitur. 229
Exaudiri ad voluntatem, & exaudiri in ſalutem. 72. & deinceps
Exaudit nos deus aliquãdo, aliquando non. 72
Exaudiuntur aliquando mali. 9

li. 9
Excuſationē quærere in peccatis, malum. 151. & deinc.

F

Fides euacuabitur in patria. 74
Fides ſola inutilis. 196
Fides vera. 81
Fides præcedat intelligentiā. 102
Fides creſcit. 302
Fidē relinquere. 331. & deinc.
Fideles iudicabuntur. 113
Fructib' quē agnoſcere. ibidē
Fugere peſtem. 49
Fugere ex ciuitate Lutherana. ididem.
Fugere in hyeme vel ſab. 334.
Fures permittere in patib. 306
Futura certò prædicere acſi eſſent præterita. 67

G

Galilæa quid ſignificet. 12
Gaudium mundanum. 54
Gaudiū bonū & malum. ibid.
Gaudiū ſuper peccatore. 206
Genua flectere in oratione. 77
Gentiles facti oues. 51
Gieziţæ qui. 120

H

Habit' quid ſit in animo. 89
Hæretici ſymbolum. 152
Hæreticorum baptiſma valet, 129
Hæreticorū excuſationes. 100
Hæreticorum ſpinæ. 205
Hęretici quęrunt ſpelūcas. 28
Hæretici fugiunt diſputationes. 271
Hæretici diſpergunt ſicut lupi. 49
Hæretici omnes conueniunt in fine. 207
Hæretici fiunt ex duobus. 98
Hæretici non reuocant ex animo. 99
Hęreticus ſcienter. ibidem
Hęretici ſunt leproſi. 250
Hęreticos iudicat ecclesia. 99
Hęretici moriuntur in pertinacia. 103
Hæretici ſunt veſpertiliões. ibi.
Hęretici ſuper omnia contēnūt prælatos eccleſiæ. 104
Hęret. nō veniūt ad lucē. 114
Hęretici ſunt cæci. 117.
Hęretici carent ianitore Chriſto, 120
Hęretici ſunt latrones. ibi.
Hęretici cōburātur. 207. 208
Hęretici olim præ ſe ferebant honeſtatem vitæ. 239
Hęretici ſunt falſi prophetæ. 103
Hęretici licentioſè hodie viuunt. ibidem
Hęreticorum fides vacua charitate. 114
Hæreſis venit ex ſuperbia & auaritia. 103. 104
Hęreſis Arriana infecit imperatores & reges. 110
Hęreſibus ab initio eſt reſiſtēdum. 206. vide neochriſtia.
Honorare viciſsim. 4
Horę ſeptem myſticę. 301
Humilitas. 269
Hypocrita malus. 103

I

Ieiunare eſt ſalubrem. 216
Ieiuni hominis ſputū ibid.
Ieruſalem excidium. 261
Ieſus nomen ſanctum. 72
Ignorantia inficit aliquando actum. 97
Imago dei in anima, 166
Incredulitas punita 61. & de.
Infantibus prodeſt aliquando mori. 220
Infirmos & defectuoſos non contemnere. 16
Infirmari ex viſione dei. 36
Infirmitas prouenit multis ex cauſis. 280
Infernales pœnę. 144
Intelligentia noſtra parua. 36
Intentio triplex. 88
Intentio bona differt ab intētione recta. 98
Intruſi. 120
Inuidia diu durans. 281. 282
Inuidia eſt diabolicum peccatum. 309. & deinceps
Inuidia deo diſplicet. ibidem
Inuidia peccatum ſine voluptate. 309
Inuidia nemini parcit. ibid.
Inuidia poteſt eſſe bona. ibid.
Inuidus orat, pater noſter. ibi.
Iob vxor cur ſeruata. 72
Ira eſt contra humanam naturam. 193. & deinceps
Ira nocet corpori. ibidem
Ira quando eſt peccatum. ibi.
Iraſci debet aliquando magiſtratus. ibid.
Iubileus. 215
Iudęis nō ꝑmittēda vſur. 244
Iudęi occiderūt ꝑphetas. 295
Iudæorum zelus malus. 97
Iudęi miſeri. 228
Iudęi occiſi in Hieruſalem, & venditi. 218
Iudęi vocati ante gentes. 295
Iudæi maligni. 280
Iudęorum proximi. 244
Iudęor. ſacrificia ceſſarūt. 330
Iudęi increduli. ibi.
Iudicium eccleſiæ contra hæreticos. 100. & deinceps
Iuriſdictio eccleſiaſticorū. 41

L

Laborare debemus. 27
Lazari & epulonis differentia. 142. & deinceps
Lazari parabo fuit factū. 315
Lazarus pauper. 136
Letania ſanctorum. 100
Liberū arbitriū in nobis. 282
Limbus patrum. 142
Lingua faciliter peccat. 143
Literę obligatiōis noſtrę, &c. 26. & deinceps.
Lucas iuit in Emaus. 18
Lupi. 47. 49.
Lux mūdi in lucē venire, lucem odire. 115. & deinceps
Lutherus feneſtrā aperuit nequitiæ. 116
Luther commendat confeſſionem. 42
Luther docet latā viam. 103
Luther aduerſatur magiſtratibus, 118

M

Magiſtratus iraſcatur aliquando. 192
Magiſtratus à deo inſtitutus,

314. & deinceps
Magiſtratus venerandus, etiã malus. 317
Magiſtratui fidelem eſſe & obedientem. 319
Magiſtratui pendere tributa & vectigalia. ibid.
Magiſtratus durus. 323
Mali hic præmiabuntur. 142
Mali ſunt tolerandi. 297
Mammon. 311
Manus leuare orationem. 89
Mandata ſeruare. 105
Mãdata dei nõ æqualia. 272
Mandatum magnum. ibidem
Mandata Iudęorum. 187
Manichæi. 25.123
Maria intercedit pro nobis. 170
Marię plures. 4
Mare huius mundi. 178
Marcus euangeliſta. 24
Martyres gauiſi in martyrio. 162
Matrimonia licita. 155
Mendici aliquando male petunt. 130
Mercenarij triplices. 47
Meum & tuum. 315
Miracula ſunt teſtimonia dei 127
Miracula Antichriſti. 291
Miſſa Germanica. 90
Miſericordia dei. 145.200
Miſericordẽ eſſe. 167. & dein.
Myſteria non reuelanda. 65
Monica. 95
Monachi mali. 11
Monaſteria & eccleſias diripere. 104
Moneta Iudæorum. 314
Mors triplex damnatorũ. 141.
Mortui ſciunt de viuis. 146
Mortuos deflere. 265
Mortui tres reſuſcitati ſignificant. 266. & deinc.
Mortuis tibicines conducere. 316.
Mors impij mala. 141
Mortuorũ comitari exequias. 280
Moyſen audire. 148
Mulierum dolor in partu. 55
Mulier hæmorroiſſa. 325
Mundus comedia & theatrum dei. 320
Murmurare aduerſus deum. 232

N

NAſci ex carne. 219
Nauicula Petri. 183
Neutrales ĩ fide peſsimi. 254
Neochriſtiani communicant ſub vtraque ſpecie. 22
Neochriſtiani diuitiis elati, bella quærunt. 24
Neochriſtiani nihil volũt pati. 20
Neochriſtiani negant ſpiritus noctu apparere. 26
Neochriſtiani iactitant eccleſiam ſuam in angulis 28.
Neochriſtiani clamant cõtra pœnitentiam ſicut Iudæi. 39
Neochriſtianorum ſtulta confeſsio & abſolutio. 42
Neochriſtiani per vim prohibent miſſam. 49
Neochriſtiani ieiunium &

preces reiiciunt. 47
Neochriſtiani contradicunt clauibus eccleſiæ. 40.285
Neochriſtiani ſcinduntur in plures ſectas. 49
Neoc.malè vertunt miſſam in Germanicum. 90
Neochriſtianorum excuſationes inualidæ. 100
Neochri. quod quærunt inueniunt. 78
Neochr.prædantur & rapiunt veluti lupi. 50
Neochriſtian.obicem ponunt contra gratiam ſpirituſſancti. 101
Neochr.diripiunt eccleſias & monaſteria. 104
Neoch. fructus peſsimi.206.& 340
Neoc. ordinationes nouæ friuolæ & mandata impia. 100
Neochriſtiani iactitant principes. 108
Neoch. ſunt pigri Chriſtiani. 113
Neochr. non habent probam charitatem. 208
Neochr.fides mortua, ſine charitate,ſine opere. 239
Neoc. non veniunt ad lucem. 114
Neoc. nolunt nos catholicos intelligere. 132.133
Neoc.ſunt cæci. 132
Neoc.non veniunt ad cœnam Chriſti. 200
Neoc. incedunt per viam latam. 203
Neoc.arca communis. 104.& 207
Neoc.ſunt verſuti, diligentes in hæreſibus. 216
Neochr. non tantum ſapiunt quantum Iudæus. 239
Neochriſtiani non ſunt manuales. 209
Neochriſtiani nihil volunt acceptare vltra ſcripturas, ſecundum ipſos intellectas, 247
Neoc.cereos non accendunt, ſed reſeruant pauperibus ſicut Iudas.
Neochr. victi diſputando non cedunt. 278
Neoc.hoſpites. 281
Neochr. Antichriſto adhærebunt. 236.& deinc.
Neoc.ſunt veſani. 275
Neochri.prædicatores miſsi à diabolo. 36
Neochr. latrones & lanij. ibidem.
Neochr.inſtabiles. 103
Neoc.mendaces. 107
Neoc.fures & latrones 123
Neoc.non miſsi à deo. 151
Neo.ſunt falſi prophetæ. 205 288.290.319.
Nicodemus. 125
Nox legis. 181.& deinc.
Numerus beatorum. 157
Nuptiæ Chriſti triplices. 189
Nuptias negligere. 195
Nuptialis veſtis. 197.

O

Oblatio Chriſtianorum ceſſabit. 338

Oblatio in altari. 190
Oculi diſcipulorum tenebantur in via. 18
Oculi eorum aperti. 23
Oculi quid ſignificant in ſcriptura. 186
Oculos habere. 226
Oleum & vinum infundere, 347.
Opera bona merentur. 120
Opera meliora verbis. 19
Opera bona publicè facere. 159
Opera ſine charitate. 177. & deinceps
Orare perſeueranter. 177. & deinceps
Oratio communis. 84
Orans apud ſe. 224
Oratio meritoria & impetratoria. 93
Oratio multiplex. ibidem
Oratio non ſemper exauditur ibidem
Orare præces non intellectas 90
Oratio vocalis quando neceſ. 87
Orandi noua forma. 71
Orauit Chriſtus ſæpe. 85
Orationis fructus & vtilitas. ibidem.
Orare in fine prædicationis. 85
Orare pro imperatore & ſtantibus. 86
Orare eſt facile. 87
Oratio non mutat voluntatē dei. 87
Oratio breuis publicani. 227
Orationes neochriſtianorum. 92
Oſtium dei. 78.117
Oſtiarius. ibidem
Ouile 51.118
Ouis eſt Chriſtianus. ibidem
Ouis non odit paſtorem falſum. 125
Ouis quid ſignificat. 160
Ouis etiam eſt peccator. 123

P

Parabolæ quomodo tractādæ. 215
Parabolis vti 74
Parochialia iura nemo arripiat. 41
Paſtoris ſigna & officium. 121
Paſtor non fugiat. 107
Paſtor oues cognoſcit. 50
Pater maior me eſt. 108
Pater prouideat filiis. 243
Paucitas non ſemper laudatur 204
Paulini inſigne factum. 260
Pauperes non omnes beantur. 136
Pauperes infirmi non contemnendi. 139
Pauperes non audientes, non audiuntur. 142
Pauperem plebē grauare. 256
Pax vobis. 25
Pax eſt laudabilis. ibidem
Pax placet deo. 31
Pax vtilis. 29
Pax varia. 25
Pacem bis dedit Chriſtus, 33
Peccata redimere 137
Peccati damna. 243.244
Peccatorum pœna. 220

Peccata remittere. 40
Peccata redeunt in recidiuan tem 310.31
Peccare peccatum continuare & peccatum excuſare. 152
Peccati grauitatem cognoſcere. 305
Peccatorem non deſpicere. 159
Peccatum grande malum. 303
Peccatorem vendere. 304
Peccatum cur infinitè puniatur. 226
Pectus tundere. 49.227
Pœna damnatorum. 203
Pœnitentia. 40
Peregrinatio bonorum. 18.10
Peregrinos hoſpitari. 22
Perſonarum acceptio. 301
Pertinax in hæreſi. 99.101
Petite & dabitur vobis. 79
Petite, quærite, pulſate. ibid.
petro annunciata reſurre. 7.8
Philantia. 222
Phariſæus. 223
Phariſçi non omnes mali. 126
Phariſçorum error. 186
Philippum interrogauit chriſtus. 183
Pigri deo inuiſi. 258.259
Piſcatio diuerſa apud Lucam, & Ioannem. 186
Piſces quid ſignificant. 202
Piſces aliqui mali. 183
Poteſtas ſacerdotalis duplex. 40.41.
Prædicator vtatur ſcriptura propriè & (vt aiunt) in forma. 183
Prædicatores debent eſſe miſſi. 34
Prædicatores attendant capacitatem auditorum. 65
Prædicare verbum dei, non ſuum. 107
Prædicare ſine fructu. ibidem.
Prædicationes fugere. 115
Prædicatores ſcripturas afferent 293
Prædicatores veri qui ſint. 178
Prædicator vtatur reti Petri. 182
Prædicator non ſuperbiat, ibi.
Prædicator audiutorem accipere poteſt. 183
Prædicator propter populum. 200.
Prædicatiõe meliorẽ fieri. 271
Prælati intruſi. 120
Princeps huius mundi. 119
Principes adhærebunt Antic. 332
Prophetæ falſi. 202
Prophetę aliqui mali. 43
Prophetæ vſque ad Ioan. 203
Prophetæ interpretes ſcri. ibi.
Prophetiæ ſuper deſtructione Ieruſalem. 218
Profunditas. 180
Proprietas & dominum rerum. 315
Prudentiæ propriæ inniti. 67
Punit deus per homines qui ne ſciunt ſe eſſe virgam dei. 120
Punit deus tardè filios. ibidem

R

Rationem ſæpe accipere bonam. 258
Rationem reddere deo 212
Reconciliari fratri. 190
Rectores reip. vide magiſtr.

Refectio populi quid ſignificet. 120
Regnum cœlorum. 59.288
Reges à deo inſtituti. 315
Regulus venit ad Chriſtũ. 299
Regeneratio myſtica. 127
Regula de exemplis & parabolis. 215
Regula de mutis & inanimatis. 152
Regula de dei promiſsionib° Chriſti. 37
Regula in omni oratione. 73
Remittere peccatum propriũ dei. 40
Reſurrectio mulieris. 15
Reſurrectio mutilatorum. 16
Reſurrectio ſimultanea omnium. Ibidem
Reſurrectio Chriſti myſtice expoſita. 10
Reſurrectionis dies ſanctiſſima. 12
Reſurrectio pueri. 15
Reſurrectio hermaphroditorum. Ibidem
Reſurrectio vtilis. 103
Reſurrectio Chriſti cauſa noſtræ reſurrectionis. Ibidem
Reſurrectio hominum quomodo. 13
Reſurrectio ĩ qua ętate fiet. 15
Rete prædicationis. 183
Rogationum ſeptimana. 69

S

Sacerdotes pauci. 123
Sacerdos abſoluit. 40
Sacerdoti ſe oſtendere. 250
Sacerdotum ordinatio. 35.41
Sacerdotalis poteſtas duplex. 40
Sacerdotes non omnes audiãt confeſsionem. 41
Sacerdos communis perſona eccleſiæ. 43.44
Sacerdotalis dignitas. 44
Sacerdotibus debetur ſuctiv 47
Sacerdotes mali non contemnantur. Ibidem.
Sacerdotum malitia, ruina populi. 222
Sacrilegi. 158
Sadduceis impoſitum à Chriſto ſilentium. 271
Samaritanus. 157.& deinc.
Sanctorum reliquiæ. 316
Sancti exaudiuntur à deo. 73
Sanctos inuocare pro temporalibus quale. 260
Scripturam iudicat eccle. 208
Scripturas ſcrutari. 241
Seditio eſt mala. 318.& dein.
Seditioſos punit deus. Ibidem
Senes fient iuuenes in reſurrectione. 15
Sepultura anteceſſorum. 260
Sermone Chriſti ſeruare. 105
Seruitus hominũ. 314.& dein.
Serui à deo miſsi. 150.& dein.
Seruitus venit ex peccato. 320
Seruire duobus dominis. 253
Sigillum nõ ſit lucroſum. 320
Simoniaci. 110
Simulatio quando eſt peccatum. 22
Sinus Abrahæ. 140
Solicitum eſſe pro temporalibus. 253
Somnus mortuorum. 326

Spes. 181
Spiritus ſanctus. 105
Spiritus ſanctus à filio procedit. 68
Spiritus veritas. 212
Spiritu naſci. 130
Spiritus ſanctus bis datus apoſtolis. 35.& deinceps
Spiritum ſanctum recipere. 58 & deinceps
Spiritus ſancti officium. 61
Spiritu ſſanctus docet eccleſiã. 66.62
Spiritus ſanctus docet omnem veritatem, clarificat Chriſtum. Ibidem
Spirituum apparitio. 26
Sputo vti in baptiſ. pueri. 236
Subditi quid teneantur dominis. 316
Suffraganæi. 46
Superbia phariſaica. 224
Superſtitiones variæ. 156
Suſpicio quãdo ſit peccatũ. 173

T

TEnebræ exteriores. 298
Teſtamentum vetus fuit figurale. 173
Teſtamẽtũ vet' fuit bonũ. 20
Templum in Hieruſalem non reædificabitur. 332
Teloneum defraudantes. 319
Telonarius. 159
Thomas Apoſtolus abſens ordinatus. 42
Tributum imponere. 318
Tributa Romanorum. 312
Tribulati inuocant deum. 156
Tribulatorum remedium. 141
Trini, nobiſcum manſionem facit. 106
Tutela angelorũ petenda. 139

V

VErbi dei ſeptem proprietates. 196
Verbum ſignificat rem. 28
Veritatem facere. 112.116
Veritas nõ ſemper dicẽda. 188
Veſtes ouiũ in lupis. 52.& de.
Veſtium vanitas. 136
Via mundi periculoſa. 115
Villam emere. 153
Viſione terreri. 26
Vocatio dei varia. 156
Vox dei. 100
Vſurarij. 154
Vxorem Iob cur illæſam reliquit diabolus. 72

FINIS.

Clas. 2r.
Lit. C.